8

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
8 E
2
VII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P.
VINCENTIVS
TANCREDI
E SOCIETATE IESV
DE
RELIGIONE

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. VINCENTII
TANCREDI
PANORMITANI
SOCIETATIS IESV THEOLOGI
TRACTATVS IV.
DE VIRTVTE RELIGIONIS

IN QVIBVS OMNIA, QVÆ DOCTE, AC FVSE FRANCISCVS SVARIVS ſcripſit de Primitijs, Oblationibus, Decimis, Inſtitutione, & obſeruatione Feſtorum, Immunitate Eccleſiar. Irreligioſitate, Tentatione Dei, Blaſphemia, Superſtitionum generibus, Sacrilegio, Simonia, Oratione, Contemplatione, Horis Canonicis, Iuramento, & Adiuratione.

VARIIS RECENTIORVM PLACITIS, NOVISQVE QVAESTIONIBVS locupletata breuiter, diſtinctè, ac dilucidè continentur.



MONTEREGALI.

Apud Petrum Coppulam. M.DC.LI. *Superiorum permiſſu.*

Dom. Prof. Rom.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO
AC REVERENDISSIMO PRINCIPI
FRANCISCO PERETTO
TIT. S. HIERONYMI ILLYR.
S. R. E. CARDINALI
MONTALTO
ARCHIEPISCOPO, ET ABBATI MONTIS REGALIS

EIVSDEM STATVS DOMINO, VENAFRI PRINCIPI Marchioni Nomenti, Comiti Celani, & Sommaliæ, Baroni Piſcinæ, ac Mirabellæ Domino &c.

VINCENTIVS TANCREDI E SOC. IESV P. F.

AETERNITATI laborat, Princeps Eminentiſſ. quicunq; Poſteris ſua ſcripta elaborat; quare illa gloriæ anima afflari cupit immortali, vt æternum (volitet viuus, vt Ennius ille, per ora Virum.) En ſortitus certe ſum Princeps Emin. animam vndequaq; ſingulari gloria immortalem; cum Te noſtro bono huic Metropoli, cui plures iam annos ſeruio, Antiſtitem à Catholico Rege expetitum, à Prudentiſſimo Pontifice deſtinatum, & iam veluti è cœlo ſingulari Dei beneficio elapſum, præſentem videam, nulli ex Ampliſſimis Principibus anteceſſoribus tuis hanc ſedem occupantibus, qua nobilitate, qua pietate imparem: Nam hoc qualecumque opus tuo vegetatum ſpiritu, nunquam obliuionis timebit interitum Tuis

pro-

prouoluturi pedibus, te Patrono, tam longo viuet tempore intactum, quam tuorum Auorum gloria; ſed quid Auos memorem? quam tui ipſius memoria, quam nulla vnquam obliterabit obliuio, extiterit: ob inſignia in Chriſtianam rempublicam benemerita: ob munificentiam vel erga ipſos Reges regiam, proprio exhauſto (ſi vnquam poterit Oceanus exhauriri) patrimonio; ob ſingularem in pauperes liberaliſſimi Parentis comitatem; cum Principis Maieſtate, quod rariſſimum eſt, coniunctam: cum vix Infulatus Romæ adhuc degens, nullis perceptis è Diœceſi fructibus, magnam ærarij tui ſummam ad eorum ſubleuandam inopiam, & ad Eccleſiæ ornatum erogaueris. Nec liber hic æmulorum tela pertimeſcet cum à tuo nomine, quo inſignitur hebetata, ac retorta decident, neque tibi aliæ animi dotes deſunt quæ in optimo Mæcenate deſiderantur, memoriæ felicitas, ingenij ſolertia, dicendi copia, proprio experimento tanta in te vno eſſe comperi, quanta vel ſi cætera deeſſent præclarum quemcumq; redderent Antiſtitem, in quam certè ſententiam ad vnum omnes iuere, qui te ad populum, vt vigilem decet Paſtorē, verba facientem audiuerunt.

Excipe igitur Princeps Eminentiſſ. Præſul humaniſſime ad te accurentem clientem, benignoq; tui patrocinij afflatu confoueto. Tantum illud Alexandri dictum in memoriam reuoca. (Nulla munera Alexandro,) vertam ego, Eminentiſſ. Franciſco (digna ſunt, ſi quæ vero leuiora, quæ à Franciſco momentum accipiant, ipſi Franciſco conſecrata.) Tibi itaq; leue hoc opus, vt magnum apud omnes euadat dico, ac conſecro. Vale Principum ac Præſulum decus; Purpuratorum Patrum lumen eximium.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI

HABES, Amice Lector, ne te longius morer, breui periodo, facili, & non ingrato ſtylo digeſtas innumeras rerum moralium materias omnibus fere hominum ordinibus perneceſſarias, quas celeberrimum Societatis noſtræ lumen Franciſcus Suarius in Libris de Virtute Religionis fuſiſſime exagitauit; habes etiam Præcipuorum Recentiorũ opiniones, vel cum eo ſentiẽtes, vel ab eo diſcrepantes: multa etiam, quæ forte prætermiſſa ab eo ſunt, ac noua indigent diſcuſſione addam; præſertim circa Eccleſiarum Immunitatem, de qua multa exagitantur, quæ nuper Eruditiſſimus, ac ſatis bene notus Diana, & quidam non obſcuri nominis Recentiores ſcripſere. varias etiam Quæſtiones cum Doctis Recẽtioribus exagitabo, ingenioſis viris non iniucundas. At ne quis fidem habere Andabatarum more nobis cogatur, neue dum noſtras legit lucubrationes anceps ſit, ad dignoſcendum, quæ ex Suario dicimus, quæ ex noſtro, & aliorum placito addimus; vbi Suarij Doctrinam tradimus, eum ſemper citabimus in fine §. vel breuis quæſtionis; & ſi quid inter explicandũ eius Doctrinã occurrerit, quod moderatione indigeat aliquo addito verbo notamus. Vbi illum tacemus reliquorum DD. vel noſtras ſententias addimus; ita vt vel oſcitans Lector aduertere poſſit, quæ ſint Suarij authoritate roborata; quæ cœterorum. Quod ſi aſſecutus fuero in tanta librorum multitudine, qui toties decantata repetunt, ac vt quid noui afferre videantur, ſæpiſſime Inſignium DD. Doctrinam, vel mutilant, vel deturpant; nouam ſcribendi, eamq; nõ inutilem rationem inijſſe, lætabor: Sin minus, certe id præſtabo: vt alios excitem ad id, quod in meis libris *deeſt*, accuratè, & doctè ſuppeditandũ, & Virorũ ingenio, & ſapientia eximiorum votis ſatisfaciã, qui qua voce, qua etiam Epiſtolis è diuerſis Prouincijs ſumma humanitate datis, me obnixe rogarunt, vt eadem methodo, ac ſtylo, quo nuper Opus de Matrimonio in lucem edidi, in Franciſci Suarij Doctrina tradenda animum appellerem. Sperantes, vt aiebant, multo felicius Opus hoc in maturiori ætate conſcriptum ab omnibus exceptum iri; quandoquidem id, quod non dum exactis ſtudijs, & in vmbra paleſtrę conſcripſeram cũ viro erudito in primis, nempe Baſilio Pontio diſputans, aliquem inter Doctorum ſubſellia locũ obtinuit. Ceterum ſi quis forte me audaciæ inſimulet, quippe qui profiteat aliquid Suario addere in his, quæ ille mira quadam Eruditione, & incredibili dicendi copia ſcripſit ad miraculum: is certe ignoſcet, ſi Sfortiam Pallauicinum Societatis noſtrę Decus, & ornamentum non vulgare, legat *cap. 26. ver. At enim. in lib. vindicationum Soc. Ieſu*, in quo quid potius admirer neſcio, ingenium, ac eruditionem; an modeſtiam, & dexteritatem eximiam. Is enim hęc habet: *Nullus Oceanus adeo magnus, quin ſuperinfuſa ſtillula creſcat, quamobrem poſſunt Recentium Philoſophorum ſcripta meliora eſſe, quam veterum, licet horum authores præ illorum authoribus emineant: Maxima enim illi inuenere, minima hi: ſed maximum minimo cumulatum, grandeſcit. Sic etiam Nicolaus Perottus, & Ambroſius à Calepino maiores fuere, vt arbitror, induſtria, ac laude, quam qui noua Dictionaria congeſſerunt:* & paulo poſt: *Scholaſticorum Theologorum facile Principem, non ætate tantum, ſed præſtantia Ioannem Damaſcenum ſalutamus: quis tamen, vt quempiam hoc tempore Theologicis Doctrinis imbuat, nĩ Gaetanum, Suarium, vel alium ex Recentioribus præ Damaſceno legendum addiſcenti proponat?* Sic plane, fateor, Magnum Suarium: ſed Magnum, & imbecillis humeris nimis grauem, & ingenio tardioribus; aut in re morali non adeo verſatis; aut varijs occupationibus diſtentis, non ferendum; qua breuitate, qua claritate, & diſtinctione facilem reddo, guttaſque forte non iniucundas, caſuſque varios Oceano eius Doctrinæ addo. Deniq; te monitum velim, ne me, aut immemorem eorum, quæ dixi in Libris de Matr. aut contradicentem arguas; vt aduertas me ibi in Sancij ſententias iuraſſe; eiuſque veſtigijs conſulto inhæſiſſe: nunc in hoc Opere, quod æquius, & probabilius videtur rationibus, & aliorum etiam DD. auctoritate ſequi.

LVDO-

Digitized by Google

LVDOVICVS BOMPLANVS PROVINCIALIS
Societatis Ieſu in Sicilia.

CVM Librum cui Titulus, Tractatus varij de Virtute Relig. &c. à P. Vincentio Tancredi Societ. Noſtræ compoſitum tres eiuſdem Societ. Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, facultate nobis à Reuer. P. N. Fra[n]ciſco Piccolomini Præpoſ. Gen. Communicata; concedimus, vt typis mandetur, ſi ita ijs, ad quos ſpectat videbitur, in quorum Fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & noſtro Sigillo munitas dedimus. Panormi die 18. Octobr. 1650.
Ludouicus Bomplanus.

VIdi P. Vincentij Tancredi Tractatus de Virtute Religionis &c. in quibus nihil, quod vel à Fide Catholica, vel à Chriſtianis moribus abhorret reperi, immò admiratus ſum Auctoris ingenium perſpicax, & nitidum, quippe admirabili ſocietate coniungat ſtyli breuitatem iucundam, cum copia Rerum Moralium: propterea cenſeo opus hoc omnibus valde vtile, ac gratum fore.

Hieronymus la Chiana Soc. Ieſu. *Spe. D. Didaci Ioppulo M. R. C. F. P. Deputatus.*

TESTIMONIVM R. PATRIS IOSEPHI POLITII
in Collegio Panormitano Sacræ Theologiæ Lectoris.

OPus hoc Morale à R. P. Vincentio Tancredi exquiſita Doctrina, & ſingulari induſtria elaboratum, idoneum mihi viſum eſt, vt in eo Religio veluti in aureo curru ſolis inſtar exultet atq; triumphet. Non ſolum enim omnem antiquorum, qui de huiuſce virtutis praxi ſcripſerunt eruditionem continet, & Recentiorum controuerſias, pro dignitate proponit, ac dirimit; ſed etiam quæ inuoluta, & obſcura ſunt, ſumma breuitate euoluit, perſpicueq; declarat. Quemadmodũ igitur Rhodij quadrigas ſoli dicatas iaciebant in mare exiſtimantes cum illo vehiculo circũnectum ſua luce omnia colluſtrare (*Pierius Valer. lib. 4. Hieroglyph.*) ſic ego cenſeo quadripartitum hoc opus eſſe digniſſimum, vt ſapientum iudicijs veluti profundis fluctibus ſecure committatur. Spero enim fore, vt Religionis Virtus ex eo ſuæ pulchritudinis radios longe, lateq; diffundens, omnium animos ad ſui amorem alliciat, atq; conuertat.
Ioſephus Politius Societatis Ieſu.

IVDICIVM R. P. THOMÆ TAMBVRINI
in Collegio Meſſan. Soc. Ieſu olim Theol. primarij
Profeſſoris, ac ſtudiorum Præfecti.

REuerendiſſ. Domine. ex commiſſione Reuerendiſſ. Dominationis veſtræ legi hoc Opus de Religione conſcriptum à R. P. Vincentio Tancredi eiuſdem noſtræ Soc. in quo nihil Fidei, aut bonis moribus contrarium reperi; ſed facili, reſolutiua doctaq; methodo omnia feliciter explanata. Inſcribatur ergo æternitati liber hic, & qui omnibus profuturus eſt, ab omnibus approbetur.
Thomas Tamburinus Soc. Ieſu.

FACVLTAS REVERENDISS. VICARII GENERALIS.

NOS D. Petrus Roncioni Artium magiſter, Sacræ Theol. Doctor Protonot. Apoſtolicus, Canonicus, Parochus, atq; Reuerendiſſ. & Em. Domi. Cardinalis Montalti Metropolitanæ Eccleſiæ Montis Regalis Archiepiſcopi, & Abb. Vicarius Generalis. Facultatem concedimus, vt opus hoc De Virtute Religionis Auctore R. P. Vincentio Tancredi Soc. Ieſu in publicum merito prodeat: eſt enim rationum pondere efficax, Breuitate iucundum; ingenij ſplẽdore ſingulare, & quoniam præ ceteris luce ſe prodit ſua, lucem Sapientum videat, & ad communem vtilitatem immortalitati donetur. Monte Regali die 20. Nouembris 1650.
D. PETRVS RONCIONI VIC. GENERAL.

Digitized by Google

INDEX

TRACTATVVM, LIBRORVM, ET DISP.

Omiſimus variarum quæſtionum ac dubitationum valde vtilium, indicem breuitatis cauſa, eas poterit lector ex ſe aduertere.

TRACT. I. LIB. I.

DIſ.1.Quid ſit Religio f.2.
Diſ.2.De Obiecto relig. f. 7.
Diſp.3.de nobilitate, & differentia relig. ab alijs virtutibus moral. f.11.

LIB. II.

De oblationibus primitijs,& decimis.

Diſp.1.Quid ſit oblatio,& quo iure f.14.
Diſp.2.Quibus perſonis,a quibus, & de quibus rebus fieri debeat.f.18.
Diſp.3.de primitijs.f.21.
Diſ.4.Quid ſint decimæ,& quo iure f.21.
Diſ.5.Quomodo obligatio decimarum tollatur f.24.
D.6.De his qui *ad* decimas tenētur. f.29.
D.7.*de exceptis à ſolutione* decimarū f.32
Diſ. 8. Quot modis priuilegium non ſoluendi decimas amittatur. f.37.
D.9.de locis quibus decimę debentur ib.
D.10.De his quib' cōpetūt decimæ. f.40.
Diſ.11.De quibus rebus deducendæ f.45.
Diſ.12. De modo procedendi in exigendis decimis f.51.

LIB. III.

De obſeruatione feſtorum.

Diſput.1. An præceptum de obſeruando Sabbato duret nunc f.56.
Diſ.2.De diebus feſtis ab vniuerſa Eccleſia conſtitutis f.57.
Diſ.3. de his qui poſſūt dies feſtos inſtituere f.63.
Diſp.4.De obligatione peregrinorum ad feſta ſeruanda f.65.
Diſp.5.De his ad quæ obligat obſeruatio feſtorum f.68.
Diſp.6.De actionibus die feſto prohibitis vel non f.70.
Diſp.7. Examinantur quædam actiones, an ſint ſeruiles necne f.75.
Diſp. 8. De operibus liberalibus die feſto prohibitis f.80.
Diſp.9. De obligatione abſtinendi à prohibitis die feſt,f.84.
*Diſ.*10. De cauſis excuſantibus ab obſeruatione feſtorum fol. 85.

LIB. IV.

De immunitate Eccleſiarum.

Diſ.1.De præcepto reuerendi loca ſacra, & ad illud ſpectantibus f.89.
D.2.de actionib' polluētib' eccleſiā f.90.
Diſp.3. De actionibus in loco ſacro prohibitis f.92.
Diſp.4. An dentur actiones malæ, quia fiant in loco ſacro abſq; alia prohibitione f.96.
Diſp.5.De his quibus immunitas loci ſacri violatur f.97.
Diſp.6.De perſonis Eccleſ. immunit. gaudentibus f.103.
Diſ.7.De caſibus in quibus iure communi valet imm. eccleſiar. f.104.
Diſ.8.De caſibus in quibus poſt Bullam Gregor. valet necne immunitas f.108.
Diſp. 9. De priuilegijs confugientium ad eccleſiam f.165.
Diſ.10.De pæna,& culpa extrahentium reos ab eccleſia f.166.
Diſ.11.De modo tradendi reos non gaudētes immunitate Iudici ſeculari iuxta Bullam Greg f.168.

TRACTAT. II.

De Vitijs Religioni contrarijs &c.

LIB. I.

De irreligioſitate, & eius ſpeciebus.

Diſ.1.Quid ſit,& quotuplex f.171.
Diſ.2.De tentatione *Dei* f.172
Diſ.3.De blaſphemia f.176.
*Diſ.4.*De qualitate malitiæ blaſphemiæ, & eius pænis f.181.

LIB. II.

De ſuperſtitionibus.

Diſ.1.De ſuperſtitione circa verum *Deū*
Diſ.2.De idololatria f.187.
Diſ.3. De ſuperſtitione diuinatiua f.191.
*Diſp.4.*De diuinatione cum pacto tacito cum dæmone f.194.
D.5 quādo liceat diuinatio per aſtra f.195
Diſp.6. ſortium vſus quando ſit ſuperſtitioſus f.202.

Diſp.

Diſp.7.De diuinatione per ſomnia f.206.
Diſ.8.De magia f.110.
Diſ.9.An effectus magiæ ſint ſemper reales f.215.
Diſp.10.De medijs,quibus liceat maleficium tollere f.218.
Diſ.11.De pænis contra diuinatores,magos,ac maleficos f.221.

LIB. III.
De ſacrilegio.

Diſ.1.Quid ſit,& quotuplex f.224.
Diſ.2. De ſacrilegio circa perſonas ſacras f.226.
Diſp.3.Quid veniat nomine rei ſacræ in ordine ad ſacrilegium f.227.
Diſ.4.De malitia,& pæna ſacrilegij f.229.

LIB. IV.
De ſimonia.

Diſ.1.Quid ſit, & vnde dicatur f.231.
Diſ.2.De ſimonia contra Ius Diuinum,& naturale f.232.
Diſ.3.De malitia ſimoniæ contra Ius Diuinum naturale f.237.
Diſ.4.Quo pacto ex ſolo Iure Eccleſiaſtico poſſit eſſe pecc.veræ ſimoniæ f.239.
Diſp.5.explicatur an emptio,& venditio alicuius doni ſpiritualis mere naturalis poſſit eſſe ſimonia f.240.
Diſ.6.An ſit ſimonia vendere ſpiritualia per eſſentiam f.242.
Diſp. 7. De ſimonia in venditione Sacramentorum,& ſacrificij f.243.
Diſp.8.De ſimonia circa actus procedentes à poteſtate ordinis f.247.
Diſp. 9. De ſimonia in Sacramentalibus permanentibus f.248.
Diſ.10.An officia diuina poſſint abſq; ſimonia vendi f.251.
Diſp.11.An ſit ſimonia dare alteri pecuniam adhoc,vt faciat aliquod bonum ſibi tantum vtile ibid.
Diſp.12. An ſi Religio aliquid exigat ob ingreſſum f.253.
Diſp.13. An ſit ſimonia pro functionibus doctrinæ ſupernaturalis,& Theologicæ pretium accipere f.254.
Diſp.14.An pro actibus iuriſditionis fori conſcientię poſſit pretium exigi f.256.
Diſ.15.De ſimonia circa actus iuriſditionis Eccl.fori externi f.257.
Diſp.16. An poſſit licite accipi pretium pro Sacramentis, & alijs ſpiritualibus adminiſtrandis f.259.
Diſp.17. De ſimonia in omiſſione ſpiritualium f.261.
Diſp.18.De ſimonia circa connexa ſpiritualibus f.264.
Diſ.19.De ſimonia in beneficijs ibid.
Diſ. 20. An penſiones ſint materia ſimoniæ f.267.
Diſ.21.An commendæ,coadiutoriæ, vel Hoſpitalia f.270.
Diſ.22.An Ius Patronatus f.271.
D.23.An officia tēporalia Eccleſiæ f.274.
Diſp.24. de pretio ad ſimoniā requiſito f.275.
Diſp.25.De ſimonia in renunciatione beneficij in fauorem tertij f.283.
Diſp. 26. In quo conſiſtat ratio formalis pretij f.286.
Diſ.27.pretium ſimoniæ an bene diuidatur in manus à manu, à lingua, & ab obſequio f.287.
Diſ.28.Quid veniat ſub munere à manu, adhoc vt ſit ſimonia f.291.
Diſp. 29. Quid ſub munere ab obſequio f.293.
Diſp.30.Quid ſub munere à lingua f.297.
Diſ.31.de ſimonia ex modo contrahendi f.298.
Diſ. 32. de requiſitis ad ſimoniā mentalē f.300.
Diſ.33. de requiſitis ad ſimoniā conuentionalem, & realem f.304.
Diſ.34.An ad redimendā vexationē, vel litē cōponendā poſſit tradi temporale pro ſpirituali ſine ſimonia &c.fol.310.
Diſp.35. An ſit ſimonia per tranſactionē litē circa ſpiritualia terminare fol.323.
Diſ.36.de his qui ſimoniaci eſſe poſſunt f.326.
Diſ.37. de pænis quæ ſunt effectus ſimoniæ f.330.
Diſ.38.de cenſuris,& alijs impedimentis quæ in ordine beneficio,& ingreſſu religionis incurruntur f.333.
Diſ.39.Quando actiones ſacræ &c ſimoniace factæ,ſint validæ f.337.
Diſp.40. An recipiens beneficium ſimoniace priuetur ipſo facto beneficijs rite obtentis, & fiat inhabilis ad futura f.343.
Diſp.41. de reſtitutione pretij ſimoniace accepti f.344.

Diſ.

Digitized by Google

Diſ.42. An ſit iure eccleſiaſtico reſtituendum ante Iudicis ſententiam f.348.
Diſ.43. de ſimonia confidentiali, & eius pænis f.350.
Diſ.44. de diſpenſatione circa ſimoniam, & eius pænas f.353.

TRACT. III.

De oratione, deuotione, & horis canonicis.

LIB. I.

De oratione in comm.

Diſp.1. de ſpectantibus ad orationẽ quoad ſuum eſſe quaſi Phyſicum f.356.
Diſ.2. de ſpectantibus ad orationẽ quoad ſuum eſſe morale f.359.
Diſ.3. de circumſtantijs orationis ex parte termini ad quem, & à quo dirigitur f.361.
Diſput.4. de i s pro quibus eſt orandum f.367.
Diſ.5 quæ in oratione peti poſſint, & debeant f.369.
Diſ.6. de effectibus orationis f.373.
Diſp.7. de neceſſitate orationis f. 377.

LIB. II.

De oratione mentali, & deuotione.

Diſ.1. de actibus, qui in oratione mentali exerceri debent f.381.
Diſ.2. An ex præcepto teneamur mentaliter orare f.384.
Diſ.3. de obſeruandis in oratione mẽtali f.385.
Diſ.4. de deuotione.
Diſp.5. de cauſis deuotionis, & mentalis orationis f.290.
Diſput.6. de contemplatione, & actibus mentis ad eam concurrentibus f. 391.
Diſp.7. de ſenſibus qui in contẽplatione &c. poſſunt concurrere f.395.
Diſp.8. de contemplatione in ordine ad meritum f.398.
Diſ.9. An contemplatio quæ fit in hac vita ſit propria perfectorum f.401.

LIB. III.

De oratione vocali.

Diſp.1. Quotuplex ſit oratio vocalis, & quæ eius partes f.403.
Diſp.2. de requiſitis ad ſubſtantiam orationis vocalis f.404.
Diſput.3. An oratio vocalis priuata ſit ex præcepto f.407.
Diſputat.4. de tempore, loco, & modo, quo eſt vocaliter orandum f. 409.
Diſp.5. explicantur variæ formæ orandi ab Eccleſia vſitatæ f.413.

LIB. IV.

De Horis Canonicis.

Diſ.1. de dignitate Chori Eccleſiaſtici, & horar. Canonicar. f.422.
Diſp.2 de diuiſione officij diuini, & eius conuenientia f.425.
Diſ.3. de conuenientia cantus in recitandis Horis Canon. in Choro f.428.
Diſp. 4. de perſonis, quæ ad Chorum tenentur f.403.
Diſ.5. de pertinentibus ad diuinum officium in Choro recitandum f. 434.
Diſp.6. de culpa omittentium, vel multilantium officium in Choro f.439.
Diſput.7. de attentione, & poſitione corporis requiſita in Chorum f.441.
Diſ.8. de tempore quo horæ ſint in Choro recitandæ f.443.
Diſ.9. de ijs qui ad diuinum officium priuatim tenentur ratione ordinis, vel ſtatus f.444.
Diſ. 10. de ijs, qui tenentur ad officium ratione beneficij f.447.
Diſ.11. quodnam officium ſit dicendum priuatim vbi non eſt recepta Pij. V. cõſtitutio f.454.
Diſ.12. quomodo recitandum officium priuatim abſque peccato f. 458.
Diſput.13. An peccet, & ad quid teneatur obligatus ad officium ſi recitet ſine attentione f.464.
Diſ.14. quo tempore ſit diuinum off. priuatim recitandum f.467.
Diſp.15. de cauſis excuſantibus ab officij recitatione f.468.
Diſp.16. de pænis Beneficiator. non recitantium diuinum off. f.478.

TRACT. IV.

De Iuramento, & Adiuratione.

LIB. I.

De Iuramento Aſſertorio.

Diſ.1. de eſſentia iuramenti, & eius partibus f.486.
Diſp.2. de cauſa finali, & materiali iuramenti f.493.
Diſp.3. de diuiſione iuramenti ex parte formæ f.496.
Diſ.4. de varijs formulis iurandi f.499.
Diſ.5. de his, qui iurare poſſunt f.506.

LIB.

LIB. II.

De iuramento promiſſorio.

Diſ.1.de obligatione iuramenti appoſiti ſimplici aſſertioni de futuro f.509.
Diſ.2.de obligatione orta ex iuramento promiſſorio f.510.
Diſ.3.de requiſitis ex parte eius per quē iuratur f.514.
Diſ.4.de requiſitis ex parte iurãtis f.516.
Diſp. 5. de ceſſatione obligationis iuramenti defectu exigentium f.520.
Diſ.6. de requiſitis ad iuramentum promiſſorium ex parte materiæ f. 526.
Diſp.7.An iuramenta de omittendo aliquo actu ex dict.diſput.præc.obligent f.530.
Diſp. 8. de obligatione iuramenti de re prohibita lege diuina f.541.
Diſ.9.de iuramento contra legē humanam f.543.
Diſ.10.An,& quando iuramentum confirmet contractus f.551.
Diſ.11.Examinantur aliqua circa doctrinam diſp. præc. de iuramento confirmante contractus irritos f.562.
Diſput.12.An iuramentum contra iuramentum de non faciendo confirmet contractus f.564.
Diſ.13 de obligatione iuramenti ex parte perſonarum f.565.
Diſp.14.Quomodo ſit interpretanda intentio iurantis in dubio f.572.
Diſ.15. Examinantur varij caſus deducti ex præc.diſp.f.575.
Diſ.16,de efficacia obligationis iuramē ti promiſſorij f.583.
Diſ.17.de irritatione,condonatione, diſpenſatione, & relaxatione iuramenti promiſſorij f.588.

LIB. III.

De Periurio,& Adiuratione.

Diſp.1.quid ſit periurium, & quotuplex f.600.
Diſ.2.de malitia periurij aſſertorij f.601.
Diſ.3.de iuramentis,cum amphibologia f.608.
Diſ.4. An iuramentum verum ſine iudicio,& iuſtitia, ſit mortale f.616.
Diſp.5.explicatur quando ſit peccatum petere ab alio iuramentum f. 617.
Diſput. 6.de peccatis circa iuramentum promiſſorium f.621.
Diſ.7.de pœnis periurij f.627.
D.8.de adiuratione,exorciſmis &c.f.631.

FINIS.

IN-

Digitized by Google

INDEX LOCVPLETISSIMVS

RERVM, ET VERBORVM.

Abbatiſſa an poſſit irritare iuramenta Monialium. tr.4.l.2.d.17.n.5. an poſſit vota irritare.ibid.Quam poteſtatem habeat in Moniales.ibid.f.589.

Abraham an fuerit ſimoniacus trac.2.l.4. d.2.n.16.fol.236.

Abrogare in quo differat à derogare tra.1. l.4.d.8.q.2.n.1.f.119.

Abſcondere bona, ne confiſcentur, vel ne ſoluãtur creditoribus quãdo liceat tr. 4. l.3.d.3.n.39.f.614.

Abſolutio à cẽſuris ob ſimoniam à quo poſſit dari. Quid ſi fiat virtute Bullæ t.2. l.4.d.43.à nu.4.f.353.

Abortum procurans an gaudeat immunitr.1.l.4.d.8.q.5.n.23.f.139.

Acceptare reſignationẽ beneficii quis poſſit tr.2.l.4.d.24.à nu.12.f.278.

Acceſſorium quid ſit f.100.n.9.

Acquiſita per ſimoniam an ſint valida tr.2.l.4.d.39.à n.6.f.338.

Actus iuriſdictionis voluntariæ, & contẽtioſæ, quot, & qui ſint nu.6.f.258.

An ſint materia ſimoniæ.nu.7.ibi. d.15.

Actiones ſacriſtæ primicerij, theſaurarij &c. an poſſint vendi ſine ſimonia tra.2. l.4.d.23.nu.6.f.275.

Actiones præſentandi, eligendi, &c. in beneficijs, an poſſint commutari ibid. d.24.n.7.f.277.

Actiones ſimoniace facta an ſint ipſo iure nullæ, tam iure natura, quam eccleſiaſtico, & quæ ha ſint d.3.à nu.1.f.237.

Actio depoſiti cui detur nu.72.f.163.

Actio reuẽdicatoria vſurpata pro decimis vbi, quibus, contra quos detur tr.1.l.2. d.11.à n.21.f.50.

Actio pro decimis non ſolutis an competat Eccleſiæ contra poſſidentes bona ex quibus decima debẽtur à n.3.ibi.d.12.f.52.

Actio indifferẽs in indiuiduo an poſſit dari. tr.3.l.1.d.6.n.7.f.374.

Actio mere naturalis an poſſit honeſte fieri ſine Dei auxilio n.16.ibi.d.2.f.361.

Actus proprij virtutis Religionis quot, & qui tr.1.l.1.d.1.n.11.& f.4.& 5.

Actus quo Deo volumus bonũ an ſit Theologicus.n.13.f.4.

Actus virtutum Theologicarum an à Religione imperari poſſit n.15.f.5.

Actus virtutis Religionis quo modo differãt inter ſe.à num.22.f.6. Qui ſint actus interni, & externi à nu.16. & 20.

Actus voluntatis vnde ſumant ſuam differentiam.ibi.nu.22.

Act9 iudiciales prohibiti die feſto, qui ſint à n.1.& ſeqq.t.1.l.3.d.8.f.80.an ſint irriti ſi fiant, ipſo facto nu.10.f.82.quid ſi de conſenſu partium, quid ſi fiãt diebus feriatis conceſſis in partiũ leuamen.ibi. quid ſi fiant ex neceſſitate.n.22.f.83.

Actus iuriſdictionis voluntariæ die feſto licent.ibi.n.18.

Actus venerei in conſtitutis in ſacris, an ſint ſacrilegia ratione conſecrationis, an ratione voti.tr.2.l.3.d.2. nu.7.f.227.

An in habentibus votum caſtitatis ſecluſo ordine ſacro, vel ſtatu Religioſo ſint ſacrilegia.ibi.n.8.

Actus virtutis neceſſarius ad ſalutem, an poſſit per aliam virtutẽ imperari tr. 3. l.1.d.7.n.6.f.378.

Actus procedentes à poteſtate ordinis qui. tr.2.l.4.d.8. à n.1.f.247.an fieri poſſint pretio nu.2.f.248.

Actus iuriſditionis ſpiritualis qui, & quãdo ſint materia ſimoniæ.fol.256.& ſeqq. ibid.d.14.& 15.

Act9 ſupernaturalis qui ſint an fieri poſſint ſine gratia ſupernaturali.trac.3.l.1.d.2. nu.13.f.361.

Actus voluntatis quomodo differant ſpecie à num.22.f.6.

Actus vitalis an poſſit conſeruari ſine influxu potentiæ vitalis tract. 3. l.2. d.6. num.20.f.364.

Digitized by Google

Actus liber proxime, & directe quis ſit. l.c. d.8.n.10.f.399.
Act' à lege irritus an cēſeatur et prohiberi ne fiat tr.4.l.2.d.9.n.13.& ſeq. f.546.
Actus an cenſeatur irriti per prohibitionē, & quando. ibi.nu.18.
Actu ānullato quo modo annullētur omnia, quæ ſequūtur tr.4.l.2.d.10.n.36.f.559.
Adam an in ſomno habuerit veram fidem incarnationis tr.3.l.2.d.8.nu.6.f.399.
Adiuratio quid t.4. l.3.d.8. an ſit actus honeſtus, & virtutis Religionis.ibi.nu.1. & ſeq. an differat ab oratione. f.631. an fiat quoties petitur promiſsio iurata. ibi.n.4.f.632.
Adiurare qui poſſit, & qui adiurari, & per quid.ibi.ad n.7.
Adiuratio an poſsit fieri, a non Exorciſtis. n.10.f.633.& n.81.& ſeq.
Adiuratio dæmonum quomodo fieri debeat, & quæ ad ea licitè facienda ſeruari debeant, quot modis in hoc peccari poſsit &c. à n.10.ibi.
Adiurans an poſsit præcipere dæmoni ſuperiori, vt pellat de corpore obſeſsi inferiores.d.8.à nu.37.f.638. an vt grandines pellat, & tempeſtates,ibi.n.50.f.640.
Adiuratio an ſit ſub præcepto, & quando. ibi.à n.73.f.644.
Adiurans petendo rem malam, an peccet, à n.82.& ſeq.f.645.
Adiurare creaturas irrationales cum quibuſdam cœrimonijs, eas excōmunicando &c. an ſit mortale, & quale peccatū. ibi. à nu.84.f.646.
Adiuratus à ſuperiore, vt verū dicat &c. an teneatur parere ex vi adiurationis. ibi.à n.89.f.646.
Adoratio Sanctorum an ſit formaliter reſpectiua ſicut ad imagines, t.1. l.1.d.2. n.16.f.10. a qua virtute procedat ib.
Adoratio quomodo poſsit erga Deum fieri actib' externis.tr.1.l.2.diſ.1.à n.2.f.14.
Adoratio Dei actibus externis an ſit de præc. an actu pure interno n.1. ibi.nu.3.
Adoratio Euchar. an ſit primario ad Chriſtū, an ad ſpecies tr.2.l.2.d.3.n.1.f.227.
Adorās tyrannum an magis peccet, quam tyrannus tr.2.l.2.d.2.n.15.f.190.
Adorare Sanctos non canonizatos, an poſſimus, & quomodo tr.3.l.1.d.3. f.364.
Aduertētia ad iurandū ſine peccato quanto temporis ſpatio poſsit eſſe. tract.4. l.3. d.2.n.15.f.604.
Adulatio quando habeat rationem pretij. tr.2.l.4.d.30.f.298.n.6.& 7.
Aduocatus an poſsit eſſe iudex cauſæ, cuius fuit patronus tra.4.l.2.d.9.n.30. f.549. an poſsit paciſci de quota lite.ibi.
Aequinoctium vernum quando ſit, à n.16. an in eo Paſcha debeat celebrari, trac.1. l.3.d.2.à n.16.f.60.
Aeromantia quid.tr.2.l.2.d.3.n.7.f.192.
Affectus orandi an ſit ſupernaturalis tr.3. l.1.d.2. nu.14.f.361. Quid ſi oriatur ex aliquo deſiderio naturali.16.nu.25.
Affectus virtutum v. g. charitatis pœnitentiæ &c. in quo differant à deuotione tr 3.l.2.d.4.nu.19.f.389.
Affectus contemplandi vnde prouenire poſſit.ibi.d.6.n.1.f.391.
Affirmatio vnius virtute continet prohibitionem cōtrarij tr.3.l.4.d.7.n.2.f.442.
Agnus Dei ratione materiæ an liceat vendere tr.2.l.4.à n.2.f.149. an poſsint tāgi à laicis. ibid. an poſsint abſq; mortali liquefieri, & ad alios vſus ceræ applicari.ibid.num.3. an poſsint pingi, & miniari 16.num.2. f.215.
Alchymiæ ars an ſit licita t.2.l.2.d.8.n.25.
Alienatio fundi dotalis cum iuramento an ſit peccatum tr.4.l.2.d.9.n.39.f.550.
Alienatio fundi dotalis an confirmetur iuramento, ſi prius præceſſerit iuramētum de non alienando tr.4.l.2.d.12.num.1. 6. & 7. quid ſi prius iuramentum fuit factum in fauorem alicuius ibi.n.2. quid ſi Deo intuitu pietatis.ibi.nu.3. f.564.
Alumni Collegij Anglicani, an poſsint fieri Religioſi ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. tr.4.l.2.d.15.à nu.25.f.580. an nouitiatum ingredi,ibi.n.26.
Alumni Collegij Anglicani quale iuramētum emittant,ibi.nu.26.& ſeq.
Alumni aliorū Seminariorū an poſsint religionem ingredi ſine licentia. an teneātur ſuperiorem monere ſi id iurarūt caſu quo rector impedit ingreſsū. ibi.n.25.
Alumni Religionē ingredientes an teneātur reficere Seminario expenſas factas. ibi.n.32.f.581.
D.Aloyſius Delos Cameros commendatur. tr.2.l.4.d.24.n.19.f.280.
Amanſiam Deum appellare, vitam &c. an ſit

Digitized by Google

ſit blaſphemia tr.2.l.1.d.3.nu.13.f.179.
Amen quid ſignificet tr.3.l.3.d.5.num.12. f.415.& tr.4.l.1.d.5.n.4.vbi an ſit iuramentum f.506.
Amicabilis compoſitio quid ſit, an habeat locum in lite beneficiorũ, & rerum ſpiritualium &c.tr.2.l.4.d.35.à n.1.f.323.
Amor amicitiæ quis ſit t.1.l.1.d.2.n.20.f.10
Amor Dei actualis ſine actuali cognitione an implicet.à n.19.t.3.l.2.d.6.f.394.
Amor ſequens ex contemplatione eſtatica, an ſit liber & meritorius. tra.3. l.2. d.8. n.13.f.400.
Amphibologia quid ſit, & quotupliciter accidat tra.4.l.3.d.3.n.1.& 2.f.608.
Amphibologia vti an ſit mendacium. ibi. n.3.& ſeq.an ſit peccatum nu.9. & 10. quid ſi non ſit iuſta cauſſa à n.17.an liceat etiam cum iuramento quando loquens ſe offert ad dicẽdum,& nemo interrogat ibi.à n.14.f.610.
Amphibologia cum iuramẽto an, & quando liceat in contractibus in iudicio inter loquendum &c.habes varia exempla d.3.f.611.à n.18.
Angelus Superior an inferiorem illuminet, & an tunc iurare poſsit tra.4. l.1. d.5.à num.5.f.507.
Animalia onuſta die feſto an liceat conducere tr.1.l.3.d.7.n.13.f.78.
Anima Samuelis Profetæ an verè apparuerit vocata à pythoniſſa nu.4.tr.2.l.2. d.9.f.216.
Animæ defunctorum an veniant nomine pauperum tr.3.l.4.d.16.nu.22.f.483.
Animas Purgatorij an poſsimus orare tr.3. l.1.d.3.n.21.f.365.
Animæ Purgatorij an cognoſcant noſtras orationes.ibi.an poſsint pro ſe ipſis orare,& pro nobis orare à nu.26.f.366.
Animæ Purgatorij an petãt à Deo aliquã delectationem pro illo ſtatu,ibi.n.27.
Animæ mortuorum an inter nos verſentur,an poſſint aliquod circa corpora operari tr.2.l.2.d.8.n.4.f.211.
Annulum cum filo applicare ad horas cognoſcendas quale peccatum.trac.2.d.4. nu.4.l.4.f.194.
Annulũ facere ex 1.pecunia in Paraſceue oblata, an liceat.t.2.l.2.d.8.n.17.f.213.
Antiphona quid ſit, & cur ponatur in officio tr.3.l.4.d.1.n.14.f.425.
Apes an ſint feræ, earum decima quomodo ſoluenda tra.1.l.2.d.9.n.8.f.39.
Appellans ad futurũ concilium an gaudeat immunitate t.1 l.4.d.8.q.6.n.52.f.159.
Appellare an poſſit reus quando dicitur in ſententia, quod non gaudet immunitate.nu.8.f.170.
Appellatio an ſit admittenda negantibus ſoluere decimas tr.1.l.1.d.12.n.2.f.52.
An poſſit die feſto interponi &c. tra.1.l.3. d.8.nu.21.f.83. an ſuſpendat ſentẽtiam ſimoniæ quoad pœnas.tract.2.l.4.diſ.26. nu.12.f.288.
Approbatio ad cõfeſſiones habita per ſimoniam an ſit nulla trac.1.l.4.d.39.f.340. ſub num.13.
Arbiter quis ſit tr.2. l.4.d.31.f.225. n.12. vbi in quo differat ab arbitratore.an electus ad litem beneficiorum poſſit diuidere dando vni beneficium alteri pẽſionem num.13.
Arbiter ad litem beneficiorum an poſſit eſſe laicus.ibi.n. 12. Quid ſi ſit Epiſcopus, an poſſit ponere penſionem n.14.
Argumentũ à contrario ſenſu quando probet.tr.1.l.4.d.8.q.1.nu.25.f.117.
Arithmeticam addiſcere die feſto an liceat. t.1.l.3.d.10.n.15.f.88.
Arma prohibita portans an gaudeat immunitate.tr.1.l.4.d.8. q.6.nu.51.f.159.
Ars notoria quid ſit, an ſub magia comprehendatur n.9.f.212.
Arrhæ in qua quantitate poſſint conſtitui, etiã ſi promittantur, vt conſtituãtur à ſpõſo prout voluerit, à quibus bonis debẽt deduci t.4.l.2.d.15.n.34.et 35.f.581.
Aſſaſſinus qui ſit tra.1. l.4.d.8.q.5.f.143.à num.36.vbi an gaudet immunitate, & f.107.num.9.diſ.7.
Aſſertio de futuro an ſit promiſſio tr.4. l.2. d.1.ad n.5.f.510.an poſsit fieri de facto alieno cum iuramento.ibi.à nu.5.
Aſsiſtere matrimonio an ſit actus iuriſdictionis tr.2.l.4.d.14.nu.10.f.257. an pro eo poſsit pecunia accipi à teſtibus an à Parocho.ibi.nu.10.f.257.
Aſtrologia iudiciaria quomodo fiat,& quas ſpecies contineat tr.2.l.2.d.4.n.7.f.195. an ſemper ſit illicita.n.1.f.198.
Aſtronomia quid,& an liceat.ibid.
P. Athanaſius Cherchenſe Noſtra Soc. inſignis mathematicus.t.1.l.3.d.7.n.5.f.76.

Atrium

Digitized by Google

Atriū Collegij Soc.Ieſu ad ſcolares docēdos gaudēt immunit.t.1.l.4.d.5.n.11.f.100

Attentio an ſit ad orandum neceſſaria, & quæ ſufficiat tr.3.l.3.d.2. à nu. 5.f.405.

Attentio virtualis quæ, & quando habeatur.ibi.nu.6.& in ſequentibus numeris multos caſus habes.

Attētio ad orationis vocalis fructum percipiendum qualis debeat eſſe l.cit.n.13. & ſeq.f.407.

Attentās occidere an gaudeat immunitate tr.1.l.4.d.8.q.5.n.23.f.139.

Aucupatio an liceat die feſto tr.1. l.3.d.7. à num.16.f.72.

Auditio animæ circa Deum loquentem quomodo fiat.tr.3.l.2.d.6.nu.18.f.394.

Aue maria à quib' eſt cōpoſita &c.d.5.l.3. à n.13.f.415. vide ſalutaitio angelica.

Augurium quādo dicatur.tr.2.l.2.d.3.n.7.

Augurium ſumere ab animalibus, vel à verbis incidenter prolatis an, & quale peccatū. tr.2.l.2.d.4.à n.7. & ſeq.f.195.

Augurandi ars an licita ſit.ibi.

Augures an fuerint Ioſeph, Aegipti', Dauid, Iob, Eliezer.ibi.à n.16.ad finem.

S.Auguſtin.ſer.28. c.12.de verbis Apoſtolici exponitur tr.4. l.2.d.3.à n.7. f.515.

Auſpicium quid ſit tr.2.l.2.d.3.n.7.f.192.

Auxilium efficax pro reprobis, an liceat petere à Deo.tr.3.l.1.nu.6.d.4.n.6. f.368, an pro non reprobis.d.5.n.18.f.372.

B*Aptizatus metu, an vere ſit talis. tr.4. l.2.d.5.n.10.f.522.*

Barbitonſores an excuſentur à peccato ſi barbam radant die feſto tr.2.l.3.diſp.9. num.4.f.84.

Beatitudo naturalis cur vendi non poſſit. tra.2.l.4.d.5.n.8.f.241.

Bellum agere die feſto an liceat tra. 1. l.3. d.7.à n.18.f.79.

Beneditiones conſtitutiuæ, & inuocatiuæ quot.tract.2.l.4.diſ.9.initio.f.248.

Benedictini nō recitantes Euangelium in fine Matutini an peccent m. t.3.l.4.d.6. num.3. f.438.

Beneficiarius obligatus ad docendū theologiam, an poſſit ſine simonia pretium accipere.tr.2.l.4.d.13.nu.8.f.255.

Beneficium quid ſit, & in quo differat ab officio.tr.2.l.4.d.19.nu.2. quotuplex ſit num.3.f.264.

Beneficium ſi vendatur ratione temporalis emolumenti, an ſit ſimonia iure diuino.ib.à n.5.f.265.

Beneficium quomodo poſſit ſeparari à præbenda ſeu fructibus, & cuius auctoritate.ibi.à n.13.f.266.

Beneficiarius vendens fructus beneficij pro toto tēpore ſuæ vitæ, & ſimul æquale accipiens, & dando alteri beneficium petat pretium eorum fructuum an ſit ſimoniacus.ibi.à n.15. Quid ſi vendat fructus futuros quale peccatum committit.ibi.num.15.

Beneficium petens, an debeat facere mentionem de præſtimonio, quod habet. eodem d.19.n.21.f.267.

Beneficiarius an poſſit vltra trienniū fructus beneficij locare.ibi.nu.17.

Beneficiorum permutatio, quo iure ſit prohibita.d.24.à n.6.f.277. Quod ſi fiat cū occulta pactione. ibid. cuius auctoritate poſſit fieri.à n.12.f.278.

Beneficium dans Caio, vt is cedat ſuæ prætentioni, vel nominationi &c.aut commodo acquiſito, per litteras Apoſtolicas, an ſit ſimoniacus d.24.n.8.f.277.

Beneficium dignius, & tenuius, an poſſit cum alio locupletiori, & minus digno commutari.ibi. nu.29.an tunc poſſit ad compenſationem aliquid accipi. ibidem num.30.f.282.

Beneficium ſub conditione reſignatum, an poſſit à Papa, vel Epiſcopo acceptari, & dari ad libitum reiecta conditione. ibid. d.25.n.9.& 10.f.284.an poſſit fieri in pœnam reſignationis.n.11. f.285.

Beneficium litigioſum de cuius auctoritate poſſit renunciari.ibi.nu.21.f.286.

Beneficium an licitè conferatur cōſanguineis eod.tr.diſ.27. n.2.f.289. an ſit Eccleſiæ prohibitio de hoc.ibid.

Beneficiū conferre ex metu lucri ceſſantis, vel damni emergentis, an ſit ſimonia. ibi.diſ.27.n.7.f.290.

Beneficium conferri debitori, vt per hoc fiat potens ad ſoluendū, an ſit ſimonia, vel illicitum.ibi.n.8. quid ſi conferatur metu vitandi damnum vitæ inferendum.num.9.

Beneficium conferre alicui ſpe, vt ille det vxorem ſuam nepoti Titij, vel dotem augeat, an ſit ſimonia.ibi.nu.10.f.291.

Digitized by Google

Beneficium an poſsit conferri reſeruatis fructibus, quos prius percipiebat ipſe Epiſcopus, vel exigendo conſenſum beneficiarij eodem.tra.d.28.n.7.f.292.

Beneficium renunciare ex pacto, ut aliud acquiras, an ſit ſimonia.d.28.num.11.f.293. quod ſi offeras Patrono beneficiū, quod habes, vt is pingui⁹ tibi cōferat.ib.

Beneficium conferens, an ſit ſimoniacus ſi petat à collatore iuramentum de non reſignando in fauorem &c.d.28.nu.12.& 13.f.293.

Beneficium dare in compēſationem officiorū, an ſit ſimonia d.29.n.1. quid ſi fiat intuitu ſeruitij præteriti.ibi.n.2.f.294.

Beneficium quādo poſsit dari cum aliqua obligatione, etiam temporali v.g.docēdi grammaticam &c.quando nō d. diſ.29. à num.4.f.194. Quid ſi detur cum obligatione aliqua propter aliquid ſpirituale.n.5.ibi. vel vt facias negotia Eccleſiæ, an liceat.ibi.n.5.

Beneficium dare ob obſequium ſpirituale præſtitum, vel præſtandum, quando liceat, nec ne.ibi.n.6.f.295.

Beneficium conferre cum pacto, vt pauperes alas ex fructibus, vel milites in bello, an ſit ſimonia.nu.8.d.f.295.

Beneficium precibus obtinere, ſiue digno, ſiue indigno, an ſit ſimonia, & quale peccatum.diſ.30.nu.1.& ſeq.f.297.

Beneficium dare cū pacto, vt petatur v.g. dabo ſi petes, an ſit ſimonia.loc.cit.nu.4. & ſeq.quid ſi detur cum pacto, vt laudetur de nobilitate rei n.6.& ſeq.f.298.

Beneficium dare ad obligationem antidoralem extinguendam, an ſit ſimonia. diſ.32.n.8.& ſeq.f.302.

Beneficiarius obligatus ad munera ſpiritualia quando poſsit, nec ne exigere ſtipendium ſuſtentationis.tr.2.lib.4.d.33. à num.9.f.306.

Beneficium pretendes, quādo cenſeatur redimere vexationē dādo pecuniā &c.vide caſus elegātes.d.34.d.l.4.f.310.et ſeq.

Beneficium datur propter officium trac.3. lib.4.diſ.10.n.1.f.447.

Beneficiati an teneantur ad officium ex iuſtitia loc.citato n.2.

Beneficiarius habens plura beneficia, an tm vnicum officiū debeat recitare.nu.3.

Beneficij titulum tantum habens, & fructus non percipiens, an teneatur ad horas.ibi.à n.4. Quid ſi ſit litigioſum.

Beneficium non cenſetur haberi ante poſſeſsionem pacificam.ibi.n.4.f.448.

Beneficiati litigantes circa beneficium, & nō poſsidentes an teneantur ad officium. ibi. num.5.

Beneficium poſsidēs, an teneatur ad horas lite mota.nū.6. Quid ſi fructus fuerint ſequeſtrati, & depoſitati.ibi.

Beneficium poſsidens, & fructus non percipiens quādo teneatur horas dicere.ibi. à n.7. Quid ſi non habet ſpem recipiēdi fructus. ibi.à n.10. Quid ſi ſua culpa fructus non percipiat.ibi. à n.14.f.450.

Beneficium reſignans an teneatur ad officium. d.diſ.10.n.8.f.449. an reſignatarius, quando tantū habet titulū.ibi.n.9.

Beneficiarius ſi priuetur per iniuſtitiam fructibus an teneatur adminiſtrare Sacramenta &c.tr.3.l.4.d.10.n.12.& 13.

Beneficiarius nō reſidens, & fructus non percipiens, an teneatur ad horas.ibidem num.16.f.450.

Beneficiarius, cui non dantur fructus per aliquod tempus v.g. per annum ex conſuetudine in ea Eccleſia recepta an teneatur eo tēpore ad horas.ib.à n.17.f.450.

Beneficium tenue habens quādo teneatur ad horas.d.d.10.à nu.22.f.451.

Beneficium tenue, an veniat abſolute nomine beneficij quoad omnia priuilegia, & cenſuras.ibid.

Beneficium ſufficiens ad tertiam partem ſuſtentationis, an obliget ad horas quotidie dicendas, & ſi per accidens Beneficiarius non poſsit ſuſtentari.ibidem num.20.& ſeq.

Beneficium quādo cenſendum eſt tenue.ib. n.24.quid ſi in dubio dicēdū n.26.f.452.

Beneficiū in cōmēdā habētes, quādo teneātur ad horas n.31. & ſeq.d.d.10.f.453.

Beneficium manuale, quodnā ſit. ibi. n.33. d.d.10. f.453.

Beneficium recipiens abſque eo, quod ſciat officium recitare, an peccet, & ad an ad offic. teneatur.tr.3.l.4.d.15.à n.6.f.470.

Beneficiarius an ratione metus excuſetur ab officio, & ne det cauſſam rixarū.tr.3. l.4.d.15.n.40.et ſeq.f.475.

Beneficiatus primis ſex menſibus omittens officium, an teneatur iure naturæ

b ad

Digitized by Google

ad reſtitutionẽ t.3.l.4.d.16.ad n.6.f.478.

Beneficiarius omittens officium, an peccet contra iuſtitiam cõmutatiuam.ibi.n.3. & 6.quot peccata committat ſi omittẽs ſit in ſacris.ibid.

Beneficiarius non recitans officiũ poſt ſex mẽſes à die poſſeſsionis, an teneatur ad fructuum reſtitutionem ante ſententiã iudicis.ib.n.7.et quot debeat reſtituere. à nu.7.et 8. et 12.f.480. an poſsit reſtituere aliquid ſpirituale v.g. dicẽdo officium, vel Coronam etc.ibi.n.11.

Beneficiarius omittens offic.vna, vel alia dies, vel horam officij an teneatur ad reſtitutionem.ibi.à nu.9.quid ſi pluribus diebus omittat n.12.f.481.

Beneficiarius omittens horam nõ integrã an teneatur ad reſtitutionem.ibi. n.13. et ſeq.et f.482.

Beneficiarius ſi recitet ſine vlla attẽtione officium, vel ex negligentia, an teneatur reſtituere fructus.ibi.à n.18.

Beneficiarius recitans officium in peccato mortali publico, an teneatur reſtituere. ibi.num.21.

Beneficiarius ſi Chorum omittat, quid teneatur reſtituere à nu.27.f.483.

Beneficiarius an poſſit negare penſionem pro eo tempore pro quo penſionarius non recitauit officium.ibi.n. 25.

Beneficiarius officium omittens, an poſſit ſibi fructus reſtituendos applicare.ibid. n.24.vel conſanguineis, vel pro animabus defunctorum.ibi.n.22. Quid ſi in confidentiã applicãdi ſibi fructus omiſit officium.ibi.n.24.f.483.

Beneficium ſimoniace acceptum an ſit ante ſententiam cum fructibus reſtituendum tr.2. l.4.d.39.a nu.9.f.338. Cui ſit reſtituendum.ibi.vſq.ad nu. 13. Quid ſi ſimonia fuit à tertio cõmiſſa.ibi.à n.16. f.240. Quid ſi ſciens ſimoniam cõtradixit tantum exterius.n.21. Quid ſi ignorauit, & non contradixit. ibi. num.22. Quid ſi fuit tunc beneficium collatum, tamquam vacans. n.23.f.241.

Beneficium per tres annos poſſeſſum, an ſit ob ſimoniam reſtituendum, & quando ibi.à num.23.

Beneficium &c.an ſit reſtituendum quãdo ſimonia fuit contra ius eccleſiaſticũ. ibi.à num.25.an ſi pretium non ſit acceptum ſit reſtituendum.ibi. à num.35. an à tempore pretij ſoluti. ibi. f. 343.

Beneficij nomine an veniant Generalatus, Guardianatus &c.tr.2.l.4.d.39.à n.32. fol.342.

Beneficiarius diſpenſatus in ſimonia, circa beneficium an obtineat locum antiquum, an vero ac ſi tũc eſſet factus beneficiarius d.44.n.19.f.353.

Beneficiarius an poſſit cogi ne in beneficio miniſtret, ne petat ſuſtentationem. tr.1. l.2.d.5.n.21.f.29.

Beneficiatus irregularis, an poſſit fructus percipere ſi recitet officium.t.3.l.4.d.10. num.17.f.450.

Blaſphemia an ſit dicere, deuoueo Deum, vel Deo.tr.4.l.1.d.4.à n.2.& ſeq.f.499.

Blaſphemia quid ſit tr.2. l.1.d.3.n.1.& 2. per quæ verba committatur.ibi.nu.3.an per ſigna, & facta cõmittatur blaſphemia.ibi.n.2.quotuplex ſit.nu.4.à.f.176.

Blaſphemiæ hæreticales quæ.ibi.à n.6.

Blaſphemia an ſit Sãctos verbis iniurioſis afficere abſque reſpectu ad Deum. ibid. n.4.& 7.& n.8.fuſe examinatur.f.178.

Blaſphemia hæreticalis, an ſit dicere, non credo in Deũ, Deus eſt iniuſtus &c.renego Crucem, Euangelia, &c.ibi.n.9. an iurare per Mercuriũ, & alios Deos falſos.ibi.à num.11. Quid ſi quis dicat: hoc nec Deus poteſt facere. ibid. vel hoc eſt verum ſicuti Deus eſt verus, vel ſum innocens, ſicuti S.Franciſcus à n.12.ibi. variæ formulæ explicantur. f.179.

Blaſphemia hæreticalis an ſit dicere amaſiæ: tu es mea Dea etc.ib.n.13. an dicere ad deſpectũ Dei, per vitã Dei &c.n.14. 15.& 16.fol.180.an per caput Dei, per ſanguinem Dei, vel alia mẽbra &c.ibi. n.17.18.& 19.an dicere verba turpia, vel cantilenas in laudem Dei.n.20.vel alias actiones facere turpes.ibi.

Blaſphemia an ſit dicere nego tal, per vita di tal.ibid.nu.21.an negare Sanctos.ibi. num.22.creaturis arrationabilibus maledicere.nu.23.

Blaſphemia an ſit dicere in infortunio: ſic futurum erat &c.ibi.n.24.f.181.

Blaſphemia quale peccatũ ſit. tr.2.l.1.d.4. n.1.vbi an poſsit eſſe veniale n.3. quas malitias includat.n.2.f.182.

Blaſphemiæ hæreticales, & nõ hæreticales, an

Digitized by Google

an ſint eiuſdẽ ſpeciei d.4.à n.7.an hæreticales inter ſe n.3. quid de non hæreticalibus.ibid.nu.7.f.182.& ſeq.

Blaſphemia fuerit ne contra Deum, an contra Sanctos, an ſit in confeſſione aperiendum.ibi.nu.7.

Blaſphemiæ an ſit impoſita aliqua cẽſura. d.d.4.à nu. 8.f.183.

Blaſphemia in Spiritum Sanctum cur dicatur irremiſſibilis. ibi.n.8.

Blaſphemus quando, & quibus eſt denunciandus tr.2.l.1.d.4.n.10.f.183.

Blaſphemiam proferens ſine intentione blaſphemandi, an peccet trac.4.l.3.di.6. nu.15.f.623.

Bona quæ habemus, an poſſint peti à Deo. tr.3.l.1.d.5. nu.20.f.372.

Bona opera an ex promiſſione diuina ſint remuneranda d.6. nu.1.l.c.f.373.

Boni mores naturales, aut ciuiles, qui ſint. tra.4.l.2.d.9.n.1.f.543.

Bonum publicum quando lædatur immediate, quando bonum priuatum trac.4. l.2.d.10.n.9.f.552.

Bona fides non requiritur in conſuetudine introducenda, & quare.tract.1. l.2.d.5. num.9.f.26.

Bona mariti an ſint pro dote hypothecata. ibid.diſ.12.n.3.f.52.

Bona ex quibus decimæ debentur, an ſint Eccleſiæ hypothecata.ibi.& n.ſeq.

Bona acquiſita per auxilium Dæmonis, an poſſint retineri.tr.2.l.2.d.9.n.13. an ſint reſtituenda illi, a quo fuerunt ſublata. ibid.fo.218.

Bona opera facere, an ſit orare. tract.3.l.1. d.1.num 7.f.357.

Bona temporalia fortunæ, vt ſunt diuitiæ, pulcritudo, ſanitas &c. an licite peti poſſint à Deo in oratione. l.c.d.5.à nu.2. ad 13.à f.369.

Bona naturæ an poſſint à Deo peti. ibidem à n.8.f.370.

Bona ſpiritualia quando peti debeant abſolute, & quando ſub conditione l.c.d.5. nu.16. & 17.fo.372. ea petere determinate, & cum quadam intentione comparatiua v.g.pro vt habuit Beatiſſima *Virgo, an ſit temerarium.f.372.n.19.*

Bonauoglia.vide ludens ſe triremibus.

Breuiarij Romani forma, an poſſit mutari, & quando.tr.3. l.4.d.5.f.434.

Breuiario carens culpa ſua an peccet non recitando officium, & incidat in excõmunicationem latã contra non recitantes tr.3.l.4.diſ.15.à nu.8. quid ſi caret breuiario abſq; culpa.ibi.n.9.quid ſi pœnitet ſe proieciſſe breuiarium &c. ibid. num.8.f.470.

Bullæ priuilegio an poſſit abſolui ſimoniacus à cenſuris incurſis ob ſimoniam. tr.2.l.4.d.44.nu.4.f.353.an prius ſi beneficium ſimoniacè acceptum reſtituẽdum.ibi.n.18.f.355.

Bulla Greg.14. de imm. Eccleſiarum quomodo intelligenda d.8. tract.1. l. 4. vbi. varias habes quæſtiones ſcitu digniſſimas à f.112.

Bulla Papæ quando habeat rationem legis vniuerſalis.ibi.

Bulla cœnæ, an progibeat conſuetudines contra formã Greg.circa immunitatem Eccleſ.ib.q.3.n.24. & 25.f.132.

Bulla Vrbani VIII. annullantis omnes cõſuetudines contra immunitatem Eccleſiaſticam exponitur.l.c.nu.27.f.133.

Bulla Greg.circa immunitatem, an ſit fauorabilis, vel odioſa. tract.eod.d.8.q.5. n.2.& 3.f.135.

C*Andela benedicta vti ad lucernam accendendam, an ſit m. tract.2. l.4. d.9.num.3.f.249.*

Canonicus eligendus, an poſſit facere pactũ de remittenda parte fructuum &c. tr.2.l.4. d.27.n.8.f.290. an poſſit choro aſſiſtere per ſubſtitutum. trac.3.l.4.d.5. à nu.13.f.437.

Canonicus diſpẽſatus in canonicatu ſimoniace acquiſito, an habeat locum antiquum in choro.ibi.d.44.nu.19.f.355.

Canonicus choro non aſſiſtens quando, & quibus debeat reſtituere diſtributiones. tr.3.l.4.d.16.à nu.26.f.483.

Cantilenas prophanas in miſſis, & officiis dicere quale peccatum. d.4.n.5.tract.2. lib.1.f.182.

Cantica quid, & an recte in officio ponantur.t.3.l.4.d.1.n.9. vbi quot ſint f.424.

Cantus figuratus an liceat in diuinis officijs.l.c.d.3.à num.5.f.429.

Capitulum Sede V. an poſſit aliquid recipere pro eligendo, confirmãdo, &c.& ad beneficia tra.2.l.4.d.15.à n.2.f.258.an

poſſit

Digitized by Google

poſſit dare licentiam ad permutanda beneficia tra.2.l.4.d.24.num.12.f.278.& 279.nu.17. quomodo poſſit eſſe ſimoniacum.d.36.nu.22.f.330.

Capitulum in officio diuino quid, & an recte ponatur tr.3.l.4.d.1.nu.14.f.425.

Capituli iuramentum an obliget ſingulos, & quando.tr.4.l.2.d.13.à nu.18.f.568. quãdo cenſeatur fieri ab eo per modum vnius. ibid.n.22.

Capitulum an poſſit reuocare ſtatutum à ſe iuratum.ibi.n.23.f.569.

Cappellania collatiua quæ tra.3.l.4.d.10. n.30.& quando ſit talis.n.32.f.453.

Cappellani, an teneantur ad horas.ibi.quid ſi ſint conducti ad adiuuãdum Parochos. num. 34.

Cappellani Regis, an ſint ſimoniaci dum ſeruiunt intuitu beneficij.t.2.l.4.d.29. nu.3.f.294.

Cappellani an licite inſeruiũt in hebdomada alterius, vt is poſtea idem faciat. ib.n.10.f.296.

Captiuantes homines, & eos componentes an gaudeant immunitate Eccl.tr.1.l.4. d.8.q.5.n.11.f.136.

Captus fugiens in Eccleſiam cum ipſo ſatellite, an gaudeat immunitate.tr.1.l.4. d.5.q.6.n.47.f.158.

Carceratus an teneatur redire ad carcerẽ, ſi iurauit.t.4.l.2.d.5.à n.15.ad 24.f.523.

Carceratus, an poſſit obligari, ne è carcere fugiat.ibi.n.18.

Carcer quando ſit dicẽdus longus.ib.f.524.

Carceratus ſi è carcere fugiat.vide fugiẽs.

Cardinalium domeſtici &c. quodnam officium debeant recitare.tra.3.l.4.d.11. nu.2.f.455.

Cauſſam peccati ponẽs, an tunc peccet.tr.4. l.3.d.2.à nu.20.f.605.

Cauſſa iuſta iurandi cum amphibologia quando ſit l.c.d.3.à n.10.f.609.

Cauſſa penſionis non ſolutæ in decimis, an ſit eccleſiaſtica. tr.1.l.2.d.12.n.11.f.52.

Cathecumenus an teneatur præceptis Eccleſiæ.ibi.d.6.n.1.f.29.

Cathedraticũ quid, an poſſit ex pacto exigi.tr.2.l.4.d.33.n.8.f.306.

Cedens iuri acquiſito ad beneficium quando ſit ſimoniacus.t.10.d.34.à n.8.f.311. an ceſſio illa ſit nulla, & incurrantur cenſuræ.n.10.f.311.

Cenſuræ quæ incurrantur in ordinatione beneficijs, & ingreſſu religionis per ſimoniam.d.38.ibid.vbi plures caſus explicantur.f.333.

Certus de obtenta remiſſione peccatorum, an poſſit petere contritionem.trac.3.l.1. d.5.nu.20.f.372.

Ceſſans à peccãdo ob pecuniam, an ſit ſimoniacus, & peccet.tract.2.l.4. diſ.17. num.3.f.261.

Ceſſare à contemplatione intenſa, an ſit in poteſtate hominis.t.3.l.2.d.8.n.11.f.400.

Ceſſare à vexatione in beneficijs an ſit ſimonia &c.tr.2.l.2.d.34.à n.2.f.315.

Characteres ordinare ad imprimendos libros, an liceat die feſto. tract.1.l.3.d.7.à num.5.f.76.

Character an imprimatur per ordinem ſimoniace collatũ. tr.2.l.4.d.39.n.2.f.337.

Charitas quomodo velit Deo honorem t.1. l.1.d.1.n.13.f.4. quomodo differat à religione.d.2.n.22.f.11.

Charitas an ſemper obliget ad faciendum omne vtile proximo.t.3.l.1.d.4.n.1.f.367.

Chori obligatio, an poſſit per nouitios ipleri. tr.3.l.4.d.4.n.8.f.431.

Choro deputati, qui ſint.ibi.d.4.n.6.& ſeq. qui ſint occupandi choro.ibi.à n.4.

Chori obligatio an ſuperiorem teneat ſpecialiter.ibi.num.10.an Epiſcopus &c.à nu.11.f.432.

Chorus an poſſit omitti, etiam à communitate, ibi.n.10. & ſeq. quid ſi ex cõſuetudine omittatur.ibid.

Chori magiſteriatus, an poſſit vendi.tr.2. l.4.d.23.nu.6.f.275.

Chorum quot perſonæ conſtituant. tr.3.l.4. d.16.nu.32.f.485.

Choro aſſiſtens an cenſeatur ſatisfacere officio ſi exeat ad aliquod miniſterium &c.d.7.à n.6.quam compoſitionem corporis debeat habere à n.8.vbi an ſit peccatum ibi colloqui.f.442.

Choro abeſſe per aliquot dies an ſit mortale.d.6.nu.10.f.431.

Choro obligatus, an poſſit ſola præſentia ſatisfacere.d.5.nu.11.& 12.an per alios num.13.& 14.

An ſi habeat iuſtam cauſſam non intereſſendi poſſit ſtipendium accipere.diſ.4.à à num.16.quid de diſtributionibus. ibi. fol.434.

Chriſ-

Chriſma an vendi poſsit tr.2.l.4.d.9.nu.7. fol.250.
Chriſtus an habuerit virtutem religionis. tr.1.l.1.d.1.n.7.f.3. an ſemper habuerit mētem ad Deum.n.8.tr.3.l.1.d.1.f.357. an ſit mediator, an oret pro nobis. l. cit. d.3.à nu.9.f.363.
Chriſtus an poſsit à nobis orari, vt pro nobis oret. nu.10.ibi.an oret pro ſe in cælo. d.4.n.1.ibi.f.367.
Chyromātia quid ſit t.2.l.2.d.4.n.7.f.195.
Circumſtantiæ ſacrilegiorum, an ſint explicandæ.tr.2.l.3.d.1.n.6.f.225.
Citatio an die feſto facta ſit nulla.tr.1.l.3. d.8.nu.11.f.82. an ſi fiat ad comparendum die determinato, qui inuenitur dies feſtus.ibid. quid ſi fiat die non feſto, ſed mandatum fuit die feſto, & è contra. ibid. num.12.
Citatio facta vſq; ad die feſtū.v.g.die Dominico quomodo intelligatur. tra.1.l.3. d.8.nu.13.f.82.
Citatus die feſto an teneatur comparere.ib. n.11. Quid ſi citetur, vt intra octo dies compareat quando tenetur n.13.quid ſi vltima dies ſit feriata, an teneatur præuenire ante diem octauum.ibi. & n.ſeq.
Ciues an obligentur ad vota vel iuramēta de ieiunando &c.emiſſa ab vniuerſitate ſeu ſenatoribus.tr.4.l.2. d.13.à n.17. fol. 568.
Ciuitas quando peccet non obſeruando ſtatutum iuratum.vide vniuerſitas.
Clemens VIII. an temperauerit pœnas à Sixto V. poſitas contra ſimoniacos.tr.2. l.4.d.38.nu.7.f.335.
Clerici non in ſacris an teneantur ad horas Canonicas, vel ad officium B. Virginis tr.3.l.4.d.9.n.3. an poſsint ab ordinario cogi ad illud recitandum.ibid.f.445.
Clerici in minoribus, an, & quando poſsint in manibus laicorum iurare.tract.3.l.4. d.5. num. vlt.
Clerici qui tenentur ad funeralia mortuorum; ſi quid exigant erunt ſimoniaci. tra.2.l.4.d.10.n.3.contrarium tenet Caſtropalaus.nu.4.f.251.
Clericatus Cameræ cur vēdi ſine ſimonia poſsit.tr.2.l.4.d.15.nu.5.f.258.
Clerici diuites an poſsint ſtipendium pro Miſſa accipere. tr.2.l.4. d.33.n.3.f.305.
Clerici an poſsint cogere hæredes defuncti, vt ad funus mortui vocentur pro rata bonorum hæredum.nu.7.f.396.
Clerici an teneantur ad decimas ex lucro titulo ſpirituali acquiſito. tra.1.l.2.d.6. num.9.& ſeq.
Clerici ſuperſtitioſi quomodo ſint puniēdi. tr.2.l.2.d.11.n.9.f.222.
Clerici in ſacris fornicantes an cōmittant ſacrilegium ratione conſecrationis.tr.2. l.3.d.2.à nu.7.f.227.
Clericorum iniuria cur ab Eccleſia fuerit ſpecialiter prohibita.d.3.n.6.f.228.
Clerici an teneantur ante prandiū orare. trac.3.l.3.d.3.f.408.
Clericus an poſsit pro laico fideiubere.tr.4. l.2.d.7.n.33.& 41.vbi nu.43.& 44.an ſit mortale ſi fideiubeat, an teneatur fideiuſsione.nu.45.à f.537.
Clericus iurans parere iudici laico, an teneatur.tr.4.l.2.d.9.n.23. vbi an peccauerit.f.547.
Clerici an poſsint cedere ius immunitatis Eccleſiarum tr.1.l.4.d.7.nu.4.f.105.
Coadiutoria an poſsit ſine ſimonia ducendi tr.2.l.4.d.21.n.3.f.270.
Coadiutoria an ſit beneficium tract.3. l.4. d.10.à nu.37.f.454.
Coadiutor an habeat vocem, & locum in capitulo ibi.quid ſi detur Epiſcopo ſeni: an teneatur ad officium ibi.an teneatur ad officium B.Virg.n.39.
Coadiutores habens, an teneatur ad officium.num.38.
Coadiutor datus Generali ob ſenectutem; an incurrat pœnas ſimoniacii, ſi mediante pretio eligatur &c.t.2.l.4.d.39. nu.34.f.343.
Cæcus an teneatur choro aſſiſtere.tr.3.l.4. d.15.n.14.an teneatur dicere officium memoriter, & quando à n 13.an ſocium adhibere, vſq; ad nu.21.quid ſi ſit etiam ſurdus à n. 15. quid ſi habeat beneficiū ſciente Papa cæcitatem.ib.n.17.à f.471.
Cæli quarum rerum ſint cauſa. l. 2. diſ.5. à n.3.f.198.
Cæremonia in Euangelio non contenta circa officia diuina, an ſit ſuperſtitioſa. tr.2.l.2.d.1.nu.11.f.186.
Cognoſcere de maleficijs ad quē pertinet. tr.eo.d.11.à nu.12.f.223.
Cognitiō blaſphemiæ ad quem pertinet.t.2. l.1.d.4.nu.11.f.183.

Cognitio futurorum, vel arcanorum cordis cur propria Dei. tract. 2. l. 2. d. num. 8. & ſeq. f. 192.

Cognitio futurorũ ex aſtris, an ſemper ſit illicita. ib. d. 5. per totam à f. 198. vbi de cognitione præteritorum. Cognitio Dei in creatura, an poſſit minuere perfectionem amoris. tr. 3. l. 2. d. 5. à n. 22. f. 394.

Cognitio an iuramentum ratione metus &c. ſit relaxabile ad quẽ pertineat. t. 4. l. 2. d. 17. à n. 20. f. 591.

Cognitio poſſeſſorij ad quem ſpectet. tra. 1. l. 2. d. 12. nu. 9. f. 54.

Cognitio an reus gaudeat ad quem pertinet, vide Reus.

Collo agnus Dei, ligaturas, lapides &c. geſtare, an ſit ſuperſtitio. t. 2. l. 2. d. 8. à n. 17.

Colligere herbas certo ſitu an ſit malũ. ibi.

Coloni cõductores prædiorum religioſorum, an teneantur ad decimas. tract. 1. l. 2. diſ. 7. n. 14.

Coloni an teneantur ſoluere decimas prædiorum integras. d. 11. n. 6.

Comedias in Eccleſia facere an ſit m. tr. 1. l. 4. d. 3. n. 14. f. 95.

Commẽdatio beneficij quot modis fiat t. 3. l. 4. d. 10. à n. 34 f. 453.

Commendatarius quando teneatur ad horas. ibid.

Commendatarij ob temporales cõmendas an teneantur ad aliquid ſpirituale. ibi. nu. 4. f. 448.

Commendæ an poſſint vendi ſine ſimonia, aut iniuſtitia à Rege &c. tr. 2. l. 4. d. 21. nu. 5 f. 271.

Cõmendæ temporales an poſſint cum beneficijs permutari. t. 2. l. 4. d. 24. n. 26. f. 281.

Commendæ ſpirituales, & temporales, quæ d. 21. an poſſint pretio acquiri. ibi. f. 270.

Commendatarius in quo differat à beneficiario. nu. 2. ibi.

Cõmentarienſis an ſit veluti depoſitarius. tr. 1. l. 4. d. 8. q. 6. n. 72. f. 163.

Cõmiſſarij an teneantur ad pandectas taxantes pretium, ſeu ſalarium. tra. 4. l. 2. d. 15. n. 14. f. 578.

Communicatio priuilegij non ſoluendi decimas an habeatur t. 1. l. 2. d. 7. n. 7. f. 33.

Communicans cum peccato an ſatisfaciat præcepto. tr. 3. l. 4. d. 12. n. 8. f. 460. an peccet communicãs capite operto pileolo. t. 3. l. 3. d. 4. à nu. 9. f. 410.

Communio qua corporis decentia &c. eſt facienda. ibi. ad f. 413.

Commutare rem ſuam an poſſit cogi. tra. 4. l. 2. d. 16. n. 9. f. 584.

Commutatio iuramenti, an obliget ad rem commutatam virtute iuramenti. ibi. à nu. 10. vbi plura habes circa commutationem voti.

Commutatio rerum ſpiritualium inter ſe quomodo facienda ſine ſimonia. tr. 2. l. 4. d. 24. à n. 2. an poſſit probiberi ab Eccleſia ne fiat n. 4. f. 276.

Commutatio beneficiorum. vide beneficiorum permutatio. & d. 24 cit.

Compenſatio beneficiorum circa inæqualitatem, an fieri poſſit, tract. 2. l. 4. diſ. 24. num. 27. f. 281.

Compenſatio inter quæ poſſit fieri. tr. 4. l. 2. d. 16. à n. 20. an poſsit fieri de debito iurato intra certum tempus cum debito ſine termino. ib. à n. 26.

Compellere aliquem ad iurandum quale peccatum ſit. tr. 4. l. 3. d. 5. n. 16.

Competitores ad beneficia quando cenſẽtur redimere vexationem. tr. 2. l. 4. d. 34. per totam, à fol. 310.

Cõpoſitio fructuum reſtituendorũ ob omiſſionẽ officij, an poſsit fieri. tr. 3. l. 4. d. 16. à n. 24. vbi an per bullam.

Compoſitio quid ſit, in quo differat à trãſactione. tr. 1. l. 2. d. 5. à n. 10. f. 26. & tra. 2. l. 4. d. 35. n. 1. & 2. an poſsit fieri circa decimas. d. diſ. 5. à n. 10. an in beneficijs. d. d. 35. à nu. 3. f. 323.

Computatio fructuum reſtituendorum ob omiſsionem officij quomodo facienda. tr. 3. l. 4. d. 16. à n. 7. & 12. f. 480.

Computum dati, & accepti die feſto facere, & tranſcribere, an liceat. tract. 1. l. 3. d. 10. n. 15. f. 88.

Conceſsio decimarũ laicis facta ante Con. Later. an hodie valeat. tr. 1. l. 2. d. 10. à num. 10. f. 42.

Con. Trid. an immediate irritauerit iuramentum Nouitiorum &c. tr. 4. l. 2. d. 17. nu. 8. f. 589.

Concionator an peccet ſi nolit concionari, vbi ſtipendium eſt minus. tr. 2. l. 4. d. 33. num. 4. f. 305.

Concionari ſine præparatione, an ſit tẽtatio Dei, & quale peccatum. tr. 2. l. 1. d. 2. à n. 10. iuncto n. 15. f. 174. & ſeq.

Digitized by Google

Concludere commutationem beneficiorum ſine ſpe licentiæ, an liceat. tr. 2. l. 4. d. 24. à nu. 20. f. 280.
Conditiones generales quæ ſint, quæ ſpeciales. t. 4. l. 2. d. 14. n. 13. f. 574. quæ nam in omni contractu intelligantur. ib. nu. 14.
Conditio, ſi Deo placuerit, an impleatur ex hoc quod res eſt licita. ibi.
Conditio ſi licite potuero, vel ſaluo iure ſuperioris, quid importet. ib. n. 16.
Conditio, niſi res ſint notabiliter mutatæ, quando impleatur. ib. nu. 18. f. 575.
Cõditiones generales, vel ſpeciales à iuramentis excludere quale peccatũ. d. d. 14. num. 21. f. 575.
Cõditio appoſita in fauorem recipientis eſt gratuita. tr. 2. l. 4. d. 11. n. 5. f. 252.
Conductor decimarũ ſi cõueniatur ob penſionẽ non ſolutam apud quem conueniri debet. tr. 1. l. 2. d. 12. nu. 1. f. 54. an teneatur ſoluere decimam integram. ib. d. 11. nu. 16. f. 48.
Conductor fructuum beneficij, ſi totã ſummam ſoluit beneficiario eo mortuo, tenetur ſucceſſori. tr. 2. l. 4. d. 19. n. 15. f. 266.
Conductor an poſſit expelli non obſtante iuramento de non expellendo. tr. 1. 4. l. 2. d. 15. n. 17. f. 578.
Conferens primam tonſuram indebite, an ſuſpendatur. tr. 2. l. 4. d. 38. n. 11. f. 335.
Cõfeſſarius quo modo ſe debeat gerere cum habente cõſuetudinem iurandi. tr. 4 l. 3. d. 2. à n, 25. f. 606.
Confeſſarius in graui neceſſitate, an poſſit negare audire cõfeſſiones, niſi detur eleemoſyna ſibi. tr. 2. l. 4. d. 32. nu. 14. f. 303.
Confeſſarius eſt ſimoniacus ſi ob pretium audiat cõfeſſionem, vel neget abſolutionem. tr. 2. l. 4. d. 14. nu. 3. f. 256. quid ſi ob pretium det abſolutionem. ibi. quid ſi accipit pretium, vt fingat abſoluere pœnitentem. ib. n. 4. quid ſi pro pœnitẽtia imponenda. ib. n. 5 quid ſi neget audire cõfeſſionem ob pretium à tertio acceptum. ibid. d. 17. n. 4. f. 262.
Confeſſarius per ſimoniam approbatus, an poſſit vti illa approbatione, tract. 2. l. 4. d. 39. ſub n. 13. f. 340.
Confidentia in beneficijs quando dicatur, quas pœnas incurrat. Vide ſimonia confidentialis.
Confraternitates Laicorum, an pro mortuo ſepeliendo poſſint pecuniam recipere. t. 2. l. 4. d. 10. n. 1. f. 251. an poſſint pecuniam petere pro ingreſſu confratrũ. d. 12. n. 8. f. 254. ib. an peccent nõ recitando orationes, &c. vide congregati.
Confugiens ad Eccleſiam quando poſſit ab ea extrahi. tr. 1. l. 4. d. 7. f. 104. & d. 8. per totam f. 108. & diſ. 9. f. 165. vbi an poſſit ligari &c. ſi gaudeat immunitate an poſſit cuſtodiri, per iudicem dum eſt in Eccleſia n. 2. an ſpoliari armis n. 3. & ſeq. an poſſit pœna aliqua puniri dum ibi eſt & à quo.
Conglutinare libros die feſto an liceat. tr. 1. l. 3. d. 7. à n. 15. f. 76.
Congregati an peccent non recitando orationes præſcriptas à ſua congregatione. tr. 3. l. 3. d. 3. n. 7. f. 408.
Congrua quid ſit. tr. 1. l. 2. d. 4. n. 1. f. 21.
Coniectare malum euentum, vel bonum ex ſternuto, motu oculorum &c. quale peccatum ſit. tr. 2. l. 2. d. 4. à n. 8 f. 195.
Coniecturæ ad probandum rem eſſe datam ob pretium, quæ ſint. tract. 2. l. 4. d. 26. à num. 9. f. 288.
Coniecturæ an proſint in legum intelligentia. tr. 1. l. 4. d. 8. q. 1. n. 2. f. 112.
Cõſilium alterius quando fuerit expectãdum ſi ſic fuerit mandatum à teſtatore. tra. 4. l. 2. d. 7. n. 46. f. 538.
Conſilium dare ob pecuniam an liceat. t. 2. l. 4. d. 5. à nu. 4 f. 241.
Conſultoris officium in Soc. Ieſu an ſit beneficium. t. 2. l. 4. d. 39. n. 33. f. 342. an ſit nullum ſi mediante pecunia habeatur. ib. quid in alijs religionibus f. 343. ibid.
Conſultores prouinciæ Soc. Ieſu ſi quid ab ingreſſuro recipiant an ſint excõmunicati. ibi. d. 38. à nu. 15. f. 355.
Conſulere periurium ad vitandum homicidium an liceat. tr. 4. l. 3. d. 2. n. 6. f. 602.
Conſtellatio cœlorum, quam vim habeat in ordine ad cognitionem hominum &c. t. 2. l. 2. d. 5. à n. 5. f. 198. an poſſit influere in voluntates hominum. ib. & f. 199.
Conſuetudo iurandi, quid ſit. tr. 4. l. 3. d. 2. n. 16 f. 604. an ſit vnum peccatum. ibi. an conſtituat iurantem in ſtatu peccati mortalis. ibid.
Conſuetudo praua quando incipit eſſe voluntaria. ibi. nu. 20. f. 605.
Conſuetudinem habens non ieiunandi an pec-

Digitized by Google

peccet ſi inaduertenter non ieiunet. ibi.

Conſuetudo recipiendi pecuniam pro diſpẽſationibus, an poſsit eſſe honeſta, & vnde excuſetur. tr.2. l.4. d.15. n.8. f.258.

Cõſuetudo ad hoc vt obliget ſub m. quomodo debeat induci. tr.3. l.4. d.9. n.7. f.446.

Conſuetudo an poſsit eximere religioſos à recitatione offic. priuata. ib. n.9. an alios in ſacris poſitos ne officium recitet. n.5.

Conſuetudo nõ dandi beneficiario fructus beneficij primo anno, vel ſecundo, an fuerit reprobata. ibi. d.10. à n.18. f.450.

Conſuetudo, an poſsit præualere vt decimæ, huic potius Eccleſiæ, quem alteri debeãtur. tr.1. l.2. d.9. à n.9. f.39.

Conſuetudo an poſsit facere, vt laici percipiant decimas, vel clerici non beneficiati. ib. d.10. à n.10. f.42.

Conſuetudo an poſsit dare iuriſditionem ad confeſsiones audiendas. ibid.

Conſuetudo circa deductionem decimarum perſonalium, aut prædialium, an poſsit præualere, & quãto ſpatio t.1. l.2. d.11. num.5. f.46.

Conſuetudo an poſsit excuſare laborantes die feſto. tr.1. l.3. d.10. n.14. f.88. an ſit attendenda circa actiones prohibitas die feſto. ibi. d.7. n.17. f.79. & d.8. n.3. f.80.

Conſuetudo an cenſeatur ſciri à Papa, & Principe. tr.1. l.4. d.8. q.3. num.1.3. & 5. f.129. & ſeq.

Conſuetudo vt ad mortuos ſepeliendos vocentur omnes Clerici pro rata bonorum defuncti an ſit licita. tr.2. l.4. d.33. nũ.7. fol.306.

Cõſuetudo an poſsit facere honeſtã exactionem ſtipendij ſuſtentationis in caſibus in quib⁹ iure prohibetur. ib. à n.15. f.308.

Conſuetudo in quo differat à ſtatuto de exigẽdo ſtipendio cõtra iuris diſpoſitionem. ibi. n.17. f.309.

Conſuetudo de petendo ſtipendio quando ſit honeſta, & licita, & vnde dignoſcatur. ibi. à nu.19.

Cõſuetudo an poſsit præualere; etiam ſi ſit per legem damnata, vt iniqua. tra.1. l.4. d.7. à n.4. f.106. & d.8. q.3. nu.21. f.131.

Conſuetudo quando cenſetur per Papam abrogari. ib. d.8. q.3. n.1. & ſeq. quid de immemorabili. nu.8. à f.127.

Cõſuetudo an poſsit conſtitutioni Greg.14. derogare. ibi. à n.10.

Conſuetudo an poſsit pœnas ſimoniæ tollere. tr.2. l.4. d.44. nu.17. f.355.

Cõſuetudine an poſsit induci, vt clerici teneantur laicis aliquam oblationem dare. tr.1. l.2. d.1. nu.13. f.17. an vt laici percipiant oblationis ab alijs laicis. ibi. d.2. n.3. f.18.

Cõſuetudo circa decimas quid poſsit, qualis debeat eſſe &c. ibid. diſ.5. per tot ã. f.24. & ſeq.

Conſuetudo an poſsit impedire quod Papa non poſsit decimas exigere. ib. n.4. quid reſpectũ aliorum Prælatorum. ibid.

Conſuetudo an ſit idem cum præſcriptione. ibid. à nu.6.

Conſuetudo cur dicatur eſſe quid iuris, & non facti. ibid.

Conſuetudo circa decimas quo tempore inducitur. ib. n.7. an ad eam requiratur Papæ ſcientia.

Conſuetudo præſcripta, & non præſcripta, quæ. nu.8. f.26.

Conſuetudo parochiæ an ſit præferenda cõſuetudini Epiſcopatus ſeu diœceſis in decimis. d. diſ.5. nu.1. f.24.

Conſuetudo an poſsit præualere ad immunitatem Eccleſiæ limitandam &c. tr.1. l.4. d.7. à n.4. f.105. & diſ.8. q.3. à n.10. vbi n.15. quid de libertate eccleſiaſtica. fol.129.

Conſuetudo contra canones an ſit rationabilis. tr.1. l.4. d.8. q.3. à nu.19. f.131.

Conſuetudo à Laicis inducta an poſsit legem eccleſiaſticam abrogare. ibi. nu.20.

Conſuetudo contra leges Papæ an requirat ſcientiam ipſius. tr.1. l.4. d.8. q.3. nu.23. & 24. f.132.

Contemplatio quid ſit, & quot modis accipiatur. tr.3. l.2. d.6. initio. f.391. an in ea præcedat actus voluntatis. fol.392. & à n.5. quos actus requirat à n.11. f.393.

Contemplationis vſus an poſsit eſſe diurnus. ib. n.9. & ſeq.

Cõtemplatio cur appelletur ſapientia ſtulta &c. d. d.6. à nu.26. f.395.

Contemplatio ſine aliqua ſenſuum cooperatione, an poſſit dari. ib. d.7. à n.1. f.395. an fiat aliquando cum ſuſpenſione ſenſuũ internorũ, an impediat operationes appetitus ſenſitiui, virtutẽ motiuam, nutritiuam, vt ib. à n.12. f.397.

Contemplatio ſi fiat ſine dependentia ſenſuum

Digitized by Google

ſuũ an ſit libera.t.3.l.2.d.8.quid ſi inſũdatur per modũ habitus.ib.f.398.& ſeq.
Cõtemplatio eſtatica an habeat meritũ, & libertatẽ ob amorẽ.d.8.à n.13.& f.400.
Cõtemplatio in Chriſto an impedierit vſũ libertatis.ib.n.16.quomodo dicatur propria perfectorum.tr.3.l.3.d.9.f.401.
Contractus iure nullus an firmetur iuramento contra prius iuramentum de non faciendo eo tr.4.l.2.d.12.n.1.& 6.f.564.
Contractu annullato, an promiſſio contraueniendi annulletur ib.d.10.num.28.& ſeq.ſol.557.
Contractus dolo initi, vel errore an ſint irriti.d.5.n.26.ibi.f.525.
Contractus iuramento firmati nec ne, qui ſint d.10.per totam.ibi.
Contractus in Eccleſ. an licite, & valide fiant.tr.1.l.4.d.3.à n.7.f.94.
Contritio an poſsit peti ab eo, qui ſcit ſe eſſe in gratia.tr.3.l.1.d.5 nu.20.f.372.
Conualeſcentes, an teneantur ad horas.t.3.l.4.d.15.n.28.f.473.
Corona B. Virginis quot pater, & Aue cõſtet, quo modo recitanda &c.tr.3.l.3.d.5.à n.16.f.415.
Corona globulos parturienti &c. applicare an ſit ſuperſtitioſũ.t.2.l.2.d.8.n.19.f.214.
Creditor an poſsit dare beneficium debitori adhoc, vt debitum recuperet. trac.2.l 4.d.27.n.8.f.290.
Credere quod Dæmon ſeruabit pactum, an liceat.tr.2.l.2.d.10.n.2.f.219.
Creditor quando cenſeatur remittere promiſſionẽ iuratã.t.4.l.2.d.17.n.14.f.590. an poſsit producere inſtrumẽtum de tota ſumma ſi partem exeo inſtrumento habuit. tract.4.l.3.d.3.à n.36.f.613.
Crimen leſæ maieſtatis an committatur, ab eo qui non eſt ſubditus Principis offenſi tr.1.l.4.d.8.q.6.à n.43.f.157.
Crimen Læſæ Maieſtatis quo modis cõmittitur.t.1.l.4.d.8.q.6.à n.16.f.149.
Crimen Læſæ Maieſtatis in alios præter quam in perſonã Principis an gaudeat immunitate.tr.1.l.4.d.8.q.6.à nu.6. ad 25.à f.146. vbi quid de offendente fratres Regũ, Barones, Cõſiliarios Regios, &c. quid de offendente ſtatuas.n.25.

Damnatus ad triremes an teneatur ad horas dum eſt ibi.tr.3.l.4.d.15.nu.2. Quid ſi ſit damnatus ad mortem. ibid. f.469. vide ludens ſe triremibus.
Debitũ morale, vel legale, quid ſit. tr.1.l.1 d.2.nu.9.f.9. quale ſit hominum erga Deum.ibid.
Debitor an, & quando poſsit debitum negare.trac.4.l.3.d.3.à num.21.f.611.& num.35.f.613.
Decalogi primum præceptum, an ſit cæremoniale, vel morale.t.1.l.2.d.1.n.3.f.15.
Decimæ an poſsint negari à Laicis, ex eo quod oblationes Eccl.ipſis nõ dederit.t.1.l.2.d.1.nu.13.quid ſint.tr.1.l.2.d.4. n.1.& ſeq.f.21. Quo iure inductæ.nu.3. An fuerit Decimæ præceptum, & quale in lege veteri.ib.n.4.& ſeq. Decimæ à quo poſſunt conſtitui. cur Decima pars eſt conſtituta &c.ib.à n.6.ad 9.Decimarũ Dominiũ penes quos ſit.ibi.à n.10.f.23. an debeantur Parochis diuitibus. ibid. n.11.& ſeq.f.24. an poſsint conſuetudine tolli, vel minui. t.1.l.2.d.5.n.1.f.24.
Decimam negans prætendens conſuetudinem in contrariũ, an peccet.ib.n.4.f.25.
Decimæ quo modo præſcribi poſsint à Laicis ne ſoluantur, & quo tempore &c. d.d.5.à n.9.f.26.an ſuper has poſsit fieri compoſitio, vel tranſactio. num.10. & ſeq. f.26.
Decimas ſoluere qui teneantur, nec ne diſ.6. f. 29. an debeantur ex acquiſitis titulo ſpirituali à Clericis.ibi. nu.9. & ſeq.fol.31.an de prædiis ſitis in confinio alterius Eccleſiæ.ibi.n.11.f.32.
Decimarum exemptio quibus competat ex priuilegio à iure conceſſo.d.7.à f.32.
Decimæ an ſoluendæ ſint Parochiæ habitationis, an vero Parochiæ vbi ſunt prædia.ibi.diſ.9.à nu.3.f.38. an debeantur Eccleſiæ Baptiſmali, an Parochiali. ibi. num.1.& 2.an conſuetudo, vel priuilegium poſsit in d. caſu præualere.ibi.
Decimæ ex fructibus pecorum, quæ ſolent varia loca mutare quomodo diuidẽd. ib. à n.6.an ſit habẽda ratio de paſcuis quæ in itinere armenta capiunt. nu.8.f.38.
Decimæ an debeantur omnibus Clericis, an religioſis &c.d.10.eod. tr.1.f.40.an poſſint concedi Laicis in feudum ad tẽpus, vel imperpetuũ.ibi.à n.12.à quo poſsint cõcedi.ib.an cõceſsæ laicis poſsint ab his ad alios trãsferri.ib.à n.14.f.42.& ſeq.

Digitized by Google

Decimæ conceſſa ab Epiſcopis laicis, an licite poſſideatur.ib.n.13. Debitæ vni Eccleſiæ an poſſint alteri reſtitui, & quando.ib.à nu.16.f.44. conceſſæ Laicis in dubio an præſumantur ante Con.lateranenſe conceſſa.ib,n.20.

Decimæ perſonales ex quibus prouentibus ſint ſoluendæ.tra.1.l.1.d.11.f.45.an ex doctoratu, militia, hiſtrionatu, piſcatione, venatione &c.n.1.an ex legatis, hæreditate &c.n.2.an ex rebus mobilibus. ib.an ex meretricio, vel vſurario publico.n.3.an ex preda rerum mobilium in bello iuſto &c. n.4.f.46. perſonalium computatio quomodo facienda.nu.5 f.46.

Decimæ reales ; & mixtæ ex quibus bonis ſoluĕdæ.d.d.11.n.7.& an exoleribus.n.8. an hæ duplicent decimarum ſolutionem, ib.n.9.& ſeq.f.47.

Decimæ prædiales quomodo deducendæ. à n.12.cur non deducuntur ex fructibus deductis expenſis, ſicut deducuntur decimæ perſonales. ib.n.13.an ſint deducĕdæ poſt tributum ſolutum. d.d.11.n.18; & 15.f.44.& ſeq.

Decima ex partu ouium &c.quădo eſt danda; an debeat deferri in horrea, vel loca Parochorum. n.18. an poſſint relinqui in aerea.&c.ibi.f.49.

Decimarum dominium, an ſit apud Eccleſiam, & quale.ib.à nu.19.fo.50.

Decimæ an poſſint exigi ab eo, qui iuſtè, vel iniuſtè prædia vnde debeantur vaſtauit.v.g. ſegetes combuſſit. ib.à n.22. an ab eo, qui fuit in mora ſoluendi decimas.ibi.n.25.quid ſi fuit negligens in ſeminando &c.ib.n.25.f.51.

Decima an debeat ſolui à Religioſis de prædiis acceptis ad emphytheuſim, vel cŏductis pro herba &c.t.1.l.2.d.7.n.12.f.35.

Decimæ an poſſint propria authoritate ab Eccl. accipi. tr.1.l.2.d.12.an eas negantes poſſint excŏmunicari ab Epiſcopo, vel Iudice Eccleſiaſtico.ibi. n.1.an debeant negari ſacramenta, an cogendi ſint appellatione remota.n.2.f.51.an ſit priuădi ſepultura Eccleſiaſtica.n.14.f.54.

Decimarum cauſſa, ad quem iudicem ſpectet.d.d.12.à n.6.f.53. Quid ſi datæ ſint in feudum Laicis.n.8. quid ſi agatur de poſſeſſorio.ibi.n.9.f.54. an ſit ſummariè tractanda:ib.nu.12.

Decimas detinens ſibi quas pœnas incurrat.tract.1.lib.1.diſp.12.à num.13.

Decoctores falliti an ſint latrones, an gaudeant immunitate Eccleſ.tra.1.l.4.d.8. q.5.n.8.& ſeq.f.136.

Degradatus ad teneatur ad horas can. t.3. l.4.d.15.nu.2.f.478.

Delectatio in oratione, à quo cauſetur, & quădo habeătur.t.3.l.2.d.5.n.11.f.390.

Delictŭ quădo dicatur factum in Eccleſia. trac.1.l.4.d.7.nu.5.f.106.

Depoſitio ab officio &c. an poſſit poni pro fractione fidei abſq; periurio trac.4.l.3. diſ.7.num.9.

Deſideriŭ an poſſit eſſe in Beatis. d.3. n.24. l.1.tr.3.f. 365. cuius potentiæ ſit actus. d.1.nu.12.f.358.

Deuotio quid ſit.t.3.l.2.d.4.initio.f.387.Cuius potĕtiæ ſit act⁹.ib.n.1.ad 4.quid operetur in homine illă habĕte.à n.4.f.388.

Deuotio an poſſit in actu 2. haberi ſine habitu.ibi. an poſſit ſtare cum difficultate ad operandum bonum ibi.nu.7.

Depopulatores agrorum, qui ſint.tra.1.l.4. d.8.q.5.nu.12.f.136.

Derogare legem quid ſignificet.t.1.l.4.d.8. q.2.n.1.f.119.

Deuotio accidĕtaria, quæ ſit.ibi.n.8.f.389.

Deuotio ſubſtantialis quæ, & an ſit actus ſolius religionis.ibi.n.9.an ſit tantum vnus actus.ibi.n.11. quomodo ſe habeat ad Deum.ibi.n.9.

Deuotio à quo cauſſetur, & quando. tr.3. l.2.d.5.f.390.

Deus in iuramento an adhibeatur, vt fideiuſſor.tr.4.l.1.d.2.à nu.13.

Deus an poſſit per ſuam potentiam conſeruare rĕ ſine dependentia eſſentiali. t.3. l.2.d.6.n.20.f.394.

Deus cur dicatur Pater noſter. t.3.l.3.d.5. nu.1.f.413.

Deus an amet nos eodem amore, quo ſe ipſum.tr.1.l.1.d.2.n.21.f.11.quo modo coli poſſit cultu ſuperfluo. tract.2. l.2.diſ.1.à num.8.f.186.

Diaconi ex vi ordinis an teneătur ad Chorum.tr.3.l.4.d.4.nu.5.f.430.

P.Diana vt vir inſignis pietate, & eruditione laudatur. t.2.l.4.d.37.nu.8.f.333. & de morali theologia optime meritus. tr.1.l.4.d.8. q.3.num.16.f.130. vbi eius argumenta ſoluuntur.

Di-

Digitized by Google

Dictio omnis, nullus, quid importet. t.1.l.4. d.8.q.1. à n.25.f.117. prædicta, quid importet. ibi. à n.22.f.116.
Dictio, præmiſſorum. ibi.n.32.
Dictio, huiuſmodi. quouis prætextu, quid ſignificet. ibi. nu 32.f.118.
Dictio ſub prætextu, quid ſignificet. tra.1. l.4.d.8.q.3.n.25.f.132.
Dictio, in, quid ſignificet. d.d.8.q.5. nu.15. f.137. & q.6.n.46.f.158.
Dictio immo, & quid importet. t.1.l.4.d.8. q.6.nu.60.f.160.
Dies artificialis quo modo cõputetur. tr.3. l.4.d.16.n.12.f.481. quo modo in ordine ad horas recitandas. ib.d.54.nu.1.f.467.
Dimiſſorias ſcribens ad ordines ſi aliquid exigat, an incidat in excõmunicationẽ. tr.2.l.4.d.38.n.3.f.334.
Diſcedens e loco, vbi officium de feria. v.g. recitatur ſi peruenturus eſt vbi eſt duplex, quid faciet. t.3 l.4.d.11, n.11.f.456.
Diſtributiones quotidianæ an ſint fructus beneficii, & reſtituẽdæ per ſimoniã. tr.7. l.4.d 39.nu.50. & ſeq. f.338.
Diſpenſare in ſimonia quis poteſt, quid circa eius pœnas &c. tr.2.l.4.d.44. vbi de inhabilitate ad beneficia obtinenda à n.8. de nullitate collationis n.7. de pretio ſimoniacè accepto: nu.13. f,353.
Diſpenſationes quomodo poſſint pecunia cõcedi, & à quo tra.2.l.4.d.15.num.7. & ſeq. fol.258.
Diſpenſatio an cenſeatur ſi Papa cõfert beneficiũ ſimoniaco. ib.d.44. à n,15.f.355.
Diſpenſatus in ſimonia ad beneficium obtinendum. v.g. Canonicatum, an habeat locum, quem prius habebat: t.2.l,4.d.44. num.19.f.355.
Diſpenſationem petẽs ad idem beneficium ſimoniacè acquiſitum obtinendum quid explicare debeat: ibi. nu.20.
Diſpẽſare in decimis quis poteſt, quando. tr.1.l.2.d.5. à n.17.f.28.
Diſpenſatio in decimis, ſine cauſſa, an ſit valida, & laici eam obtinentes poſſint vti: ibid.n.20 f.
Diſpenſare ad laborandũ diebus feſtis quis poſſit, & ex qua cauſſa. tract.1.l.3.d.10. à num.9.f.86.
Diſpenſatio in quo differat ab irritatione, & relaxatione: t.4.l.2.d.17.nu.1.f.588.
Diſpenſare in iuramento promiſſorio ſoli Deo præſtito quis poſſit. ib. à n.25.f.592.
Diſpenſatus in officio an teneatur ad alias orationes. tr.3.l.4.d.9.nu.5.f.445.
Diſpenſatio circa offic. recitandũ à quibus poſsit concedi. ib.d.15. à nu.48.f.477.
Diſtractio in oratione quando ſit peccatũ, & quale. tr.3.l.2.d.3. à nu.7.f.386.
Diſtributiones quotidianæ quibus ſint diuidendæ ob non aſsiſtentiam in Choro. t.3.l.4.d.16.n.27.f.483. an poſsit remitti à Canonicis intereſſentibꝰ quibus cõpetebant. ibi.
Diſtributiones an amittantur ab aſſiſtente in Choro, ſed ſubmiſſa voce recitante. ibid.n.29. & 30. vel confabulantè &c. ibi.nu.31.f.484.
Diſtributiones an ſint amittendæ quando Canonici Chorum omittunt, quia non ſufficit numerus eorum ad Chorum conſtituendum. ibi.n.32.
Diſtributiones quotidianæ quæ, & quando amittantur defectu Chori. tra.3.l.4.d.4. num.19.f.434.
Diuinatio quid ſit. tr.2.f.2.d.3. à n.1. ad 4. fol. 191. in quo eius malitia conſiſtat. ibi. à nu.4.
Diuinatio an ſit petere cognitionem, quam Dæmon naturaliter ſcire poteſt d. d. 3. à nu.8. f.192.
Diuinatio quale peccatum ſit & quot peccata includat. ibi. à n.13: f.193. an facta per pactum implicitũ excuſari poſsit ob ignorantiam. d.4.n.6.f.195.
Diuinatio per pactum implicitum cũ Dæmone quotuplex ſit. d.4. à n. 7. & variæ ſpecies explicantur, à f.595.
Diuinatio per pactum implicitum cũ Dæmone an ſit eiuſdem ſpeciei, cum ea, quæ ſit per explicitum. d.4. num. 12. f.194. Quomodo ſit aperiendum in confeſsione tale peccatum. ibid.
Doctor nõ perfecto curſu requiſito in Academia, an poſsit officia acceptare. t.4.l.3. d.3. à num.46.f.615.
Doctorãdus, an poſsit iurare ſe curſus perfeciſſe in loco aſsignato: ibi.
Doctor docens ob pretiũ, & non aliter quãdo poteſt eſſe iniuſtus, vel aliter peccare: tra.2.l.4.d.5. à n.6.f.241. & an ſit ſimoniacus si doceat Theologiã, vel inſtruat ad mores &c. l.eod.d.13.f.254.
Doctor habens dignum ſtipendium à communi-

Digitized by Google

munitate, vt omnes doceat peccat exigẽdo pretium. ib. nu. 9. f. 255.

Dæmones quot modis loquantur: tra. 2. l. 2. d. 3. n. 6. f. 192.

Dæmon ſub qua forma locutus eſt cum Eua. ibid.

Dæmon quot modis poſsit ſcire futura cõtingentia &c. tra. 2. l. 2. d. 7. n. 19. f. 209.

Dæmones medij an dẽtur. d. 8. n. 4. ib. f. 211.

Dæmon an poſsit producere ſubſtãtias, aut qualitates. d. 9. n. 2. an hominẽ, vel alia generare, vel mutare vnum in aliud. d. diſ. 9. à n. 5. an poſsit animam ſeparatam loco mouere, vel vocare ab inferno. ib. n. 3. an mortuũ ſuſcitare. ibi. à f. 215. an poſsit verum aurũ facere. d. 8. n. vlt. eod. lib. 2. f. 215.

Dæmonis loquela, vel effectus vnde dignoſcendi. d. 9. à nu. 9. 217.

Dæmon an vere cauſet ſanitatẽ, vel morbos & d. d. 9. n. 11. f. 217. an ſit cogendus ad ſchedulam acceptã reſtituendam, ad pactum ſoluendum. ibid. nu. 13. an pacta ſeruet. d. 10. n. 1. ibi.

Dæmonium ſanctum dicere, an ſit Blaſphemia hæreticalis. t. 2. l. 1. d. 3. n. 13. f. 179.

Dæmon cur non oret. t. 3. l. 1. d. 1. n. 6. f. 357.

Dæmon an poſsit annihilari. trac. 4. l. 1. d. 4. num. 14. fol. 502. an id petere à Deo ſit peccatum. ib. remiſsiue.

Dæmones an iurent inter ſe. trac. 4. l. 1. d. 5. nu. 6. f. 507.

Dæmoni imperare, vt aliqua faciat obſequia &c. an ſit peccatum. tr. 4. l. 3. diſ. 8. à n. 10. ad 63. f. 633.

Dæmoniaci quomodo ſint exorcizandi etc. ibid. vbi à quibus debeant exorcizari.

Dæmoniaci ſigna quæ. ibi.

Dolus in quo ab errore differat, quando ſit antecedens, vel conſequens. tr. 4. l. 2. d. 5. nu. 25. & ſeq. f. 524.

Domicilium quo modo acquiratur. tr. 1. l. 3. d. 4. nu. 5. f. 66.

Dominiũ rerum ſpiritualium an poſsit in hominẽ trãsferri. tr. 2. l. 4. d. 3. n. 8. f. 238.

Dominium per quid valide transferatur. licit. d. 39. à n. 6. f. 338. an per vſuram. d. 41. n. 19. f. 347.

Dominus an poſsit pro paruo tempore diebus feſtis facere vt famuli laborent. t. 1. lib. 3. diſ. 9. nu. 5. f. 84. an poſsit si famuli ſint infideles facere, vt ſemper laborent die feſto. diſp. 10. num. 3. fol. 85.

Dominus an poſsit ſerui iuramenta irritare. t. 4. l. 2. d. 17. n. 3. f. 588.

Dominus reuocans mandatum de iurando nomine ipsius, an cenſeatur iurare si mandatum non peruenit ad procuratorem. tr. 4. l. 2. d. 13. n. 6. Quid si Dominus ratum habeat. ib. n. 7. f. 566.

Dominus an teneatur de periurio, & eius pœnis ob falſum iuramẽtum procuratoris. ib. n. 13. f. 567.

Dominus an æqualiter peccet dando procuratori facultatem, vt iuret in qualibet cauſſa &c. ibi. à n. 15. & 16.

Donatio iurata an poſsit reuocari, & quæ ſint cauſſæ. tr. 4. l. 2. d. 15. nu. 18. f. 579.

Donatio iurata an poſſit reuocari ſi donãs poſtea filios habuerit. ib. nu. 19.

Donatio inter viuos facta meretrici an teneat. tr. 4. l. 2. d. 9. n. 24. f. 548. an facta inter coniuges firmetur iuram. diſ. 10. num. 24. quid ſi excedat ſummam 500. aureorum. ibi. quod ſi fiat à minore. ibi. fol. 556.

Donatio iuris patronatus cuius conſenſu facienda. t. 2. l. 4. d. 22. a n. 8. f. 272.

Donum temporale quãdo præſumatur dari in pretium rei ſpiritualis. ib. diſp. 26. à n. 7. f. 288.

Dormiens quomodo poſsit audire loquẽtem &c. tr. 2. l. 2. d. 7. n. 14. f. 208. quando poſſit habere vſum libertatis. tr. 3. l. 2. d. 8. num. 15. f. 400.

Dubitãs num effectus aliqui ſint ſuperſtitioſi, nec ne quid præſumere debeat. tr. 2. l. 2. d. 8. nu. 15. f. 213. Quid ſi dubium ſit an à Deo fiant. ibid.

Dubius an beneficium ſit ſufficiens an teneatur ad horas. t. 3. l. 4. d. 10. num. 23. fol. 451.

Dubitans an recitauerit officium quid faciet. tra. 3. l. 4. d. 15. n. 4. f. 469. quid ſi dubitet an integram horã recitauerit, vel Pſalmum. ibi. n. 4.

Dubitans an habeat ſufficientem infirmitatem ad excuſationẽ ab officio ad quid teneatur. ibi. à n. 29. f. 473.

Dubius an habuerit intentionem iurandi, vel ſe obligandi quid faciet. tr. 4. l. 2. d. 4. n. 8. f. 51. & à n. 12. f. 518.

Dubius circa iuramentum, an verba iuiuramẽti protulerit, an habuerit, iurãdi

Digitized by Google

intentione,an obligetur.tr.4.l.2.d.14.à n.9.10.& 11.f.573.

Dubitans an tanta ſit rerum mutatio, vt iuramentũ non obliget, num debeat petere relaxationem. tract.4. lib.2. diſ.16. nu.8.f.589.

Dubitans quod alius ſit peieraturus, an poſſit ſine vlla cauſſa petere iuramentum ab eo.tr.4.l.3.d.5.n.12.f.619.

Dubium de periurio ſemper ſoluitur in fauorem ne ſit periurium putandum. t.4. l.2.d.7.n.13.f.532.

Dubitans an lege obligetur ad quid teneatur.t.1.l.4.d.8.q.1.nu.4 f.112.

Duellũ feſtis diebus, an ſit contra eorum obſeruantiam.t.1.l.3.d.7.à n.19.f.79.

ECcleſia vnde poteſt efficere, vt aliqua actio ſit ſimonia. tra.2.lib.4.d.2.init. fol.232.

Eccleſia an poſſit prohibere ne beneficia dētur cōſanguineis, & facere, vt ſit ſimonia talis datio.d.27.nu.2.f.289.

Eccleſia an priuetur legato relicto cum aliqua cōditione ſi conditio non impleatur.d.27.nu.11.f.296.

Eccleſiæ precepta an non baptizatos obligent.d.6.ſub n.1.t.1.l.2.f.30.

Eccleſia an poſſit tributum exigere ab infidelibus, & quando.ibi.n.2.

Eccleſia Parochialis vel Baptiſmalis quæ. ib.d.9.n.1.& 2.f.37.

Eccleſia antiqua an ſit priuāda perceptione decimarum ob nouæ ædificationem. ibi.n.4.f.38.

Eccleſia an dominium habeat decimarum non dum ſeparatarum, & quale. t.1.l.2. d.11.nu.18.& ſeq. Quam actionem habeat pro decimis recuperandis. ibid. à num.21.f.50.

Eccleſia cur inſtituerit orationem publicā. t.3.l.4.d.1.n.3.

Eccleſiæ Collegiatæ, Cathedrales, aut Parochiales quibus diebus debeant officium recitare in Choro.tr.3.l.4.d.4.à n.13. & an in hoc rectè.f.433.

Eccleſia an poſſit obligare ad officiũ tãtum ratione tituli.trac.3.l.4. d.10. num.23. fol.451.

Eccleſia quibus actionibus polluatur.tr.1. l.4.d.2.quādo indiget noua beneditione, vel conſecratione.ibi.à n.2.quomodo, & à quibus ſit reconcilianda. ibid. quid ſi comburatur.ibi.à f.92.

Eccleſia quo modo poſſit facere, vt aliquæ actiones factæ in Eccleſia ſint ſacrilegium.t.1.l.4.d.3.à n.1.f.93. in Eccleſia, quæ actiones fieri poſſint vbi de doctoratu, parlamento, &c. & cuius auctoritate.d.3.à n.6.ad finem.f.93.

Eccleſiæ nomine quid veniat ad hoc, vt polluatur.ibi. ad hoc vt furtum in ea factum ſit ſacrilegium.n.12.f.94.in Eccleſiis actiones aliquas nō prohibitas ab Eccleſia facere an ſit ſacrilegium.tra.1. l.4.d.4.f.96.

Eccleſia quæ gaudeat immunitate qualis debet eſſe.tr.1.l.4.d.5. vbi habes quatenus ſe extendat nomen Eccleſiæ, vel non ad hunc effectum à f.79. vide v. immunitas Eccleſiæ.

Ecſtaſis quid, & quomodo ſequatur.tra.3 l.2.d.7.à n.6 f.196.an poſſit dari naturaliter.ibi.an fieri poſſit in actibus ſenſuum internorum.num 10. an impediat operationes appetitus ſenſitiui &c. ibi.à num.12.f.397.

Effectus per artem magicam effecti quando ſint reales, quando apparentes. tr.2.l.2. d.9.n.1.& 2.& à n.9 f.401.& 402.

Effectus orationis vocalis quot, & qui.t.3. l.3.d.2.à n.13.f. 407. An habeantur per orationem ſine attentione &c. ibi.

Elector an poſſit permutare ſuam actionē, cum præſentatione &c. trac.2.l.4.d.24. n.7.f.277.

Electus, & confirmatus ad beneficium quo caſu poſſit dare pecuniam, & cenſeatur redimere vexationem. d.34.per totam fol.311.

Electio per ſortes quando ſit nulla.tr.2.l.2. diſ.6.nu.2. & 3.f.203.quid ſi ſæpius ſint paria ſuffragia.ibid.à nu.4.f.204.

Electio Canonici &c.facta contra iuramētum de non eligendo an teneat.tra.4.l.2. d.8.n.13.f.543.

Electio S. Matthiæ an fuerit ritè facta per ſortes. tract.2.lib.2. diſp.6. num.12. fol.206.

Eleemoſyna diſtribuenda in pauperes, an poſſit animabus Purgatorii applicari. tract.3.lib.4.d.16.num.22.fol.483.an an poſſit ſorte dari.tra.2.l.2. d.6.num.8. & ſeq.f.205.

Digitized by Google

Eleemoſynam petens ob amorem Dei fingendo paupertatẽ an peccet. t.4. l.3.d.8. num.76.& ſeq.
Eleemoſyna an poſsit dari de tritico nõ decimato.tra.1.l.2.d.11.nu.15.f.48.
Eligere ſorte puniendos ex multis &c. an liceat.tr.2.l.2.d.2.n.9.& ſeq f.205.
Emẽs fructus indecimatos,an teneatur ſoluere decimã Eccl.t.1.l.2.d.11.n.21.f.50. an acquirat dominium eorum,quae emit. ib.an habeat actionẽ contra ꝟeditorẽ.ib.
Epiſcopus an poſſit pecuniam accipere quãdo oleum ſãctum Eccleſiis diſtribuit ratione valoris olei.tr.2.l.4.d.9.n.7. an ſit ſimoniacus.ib.an ratione laboris in conſecrando &c.ibid.n.8.f.250.
Epiſcopus eligens confirmans &c.an poſſit pretium accipere.l.c.d.15.nu.3.an in ſuſtentationẽ.ib.f.258.an poſsit pro diſpenſationibus pecuniam accipere. ib.n.9.an pro ſalariis officialiũ. ib.f.259. dans approbationẽ ad permutationem beneficiorum,an poſſit illam conferre quando collatio pertinet ad aliũ,d.24.nu.13.f.279.
Epiſcopus poteſt dare licentiam ad permutationem etiam ſi collatio non pertineat ad ipſum.ib.n.17.an tunc ipſe poſſit cõferre.num.13.
Epiſcopi ſi permutent beneficium inter ſe, vel cum Capitulo,aut alio,cuius authoritatem requirunt.n.18.ibi.f.280.
Epiſcopus an poſsit dare beneficiũ renunciatum ſub cõditione deſignatæ perſonæ non ob conditionem poſitam.tr.eod.d.25. n.9.an reiecta conditione beneficium alteri cõferre.ib.n.10.an poſsit id facere in pœnam:n.11.an poſsit penſiones imponere:t.2.l.4.d.25.n.19.an reſignationẽ puram cum reſeruatione pẽſionis acceptare.ibi.f.284.
Epiſcopus ordinans ſub conditione ne ordinatus petat debitam ſuſtentationem, an peccet.diſ.28.n.4.f.292.
Epiſcopus an poſſit reſeruare ſibi fructus beneficii,quod obtinebat prius antequã illud donaret.ibi.nu.7.
Epiſcopus ordinans an cõmittat ſimoniam dum onus officii &c. ordinatis imponit: d.29.nu.7.& ſeq. Quid ſi dicat dicatis Miſsã in tali Eccleſia &c.n.10. f.294.
Epiſcopus licentiam ad confeſsiones concedens,an poſſit ponere conditionem,vt audiat confeſsiones monialium recepto ſtipendio ſolito.d.d.29.n.10.f.296.
Epiſcopꝰ an poſſit cogere,vt ad funus mortuorum conuocentur Canonici,ſeu Clerici,& non alij, niſi numerus expleatur. d.33.n.7.l.c.f.306.
Epiſcopus an poſſit ſibi ponere taxam ſui ſtipẽdij per ſe ipſum.d.d.33.n.11.f.307.
Epiſcopus electus arbiter ad beneficialẽ litẽ,quid præſtare valeat.l.c.d.35.à n. 11. fol.325.
Epiſcopus ordines cõferens,an poſſit aliquid recipere in ſuſtentationem. d.36. nu.6. & 7 an poſsit Cereum,et Striphiola,quibus manus ligantur Sacerdotibus oleo vnctis n.8.an forcipes,pectines,& mappas. An poſt collationẽ poſſit ſponte oblata accipere.n.8.f.327.& ſeq.
Epiſcopus an poſsit in ſimonia diſpenſare. tr.2.l.4.d.44.n.1.an poſſit pœnas tollere: à fol.353.
Epiſcopus an poſsit in feſtorũ ob ſeruatione eximere regulares.tr.1.l.3.d.3.n.6.f.64.
Epiſcopi an teneantur ad Chorum.tr.3.l.4. d.2.n.12.f.432.
Epiſcopi an poſsint Clericis nõ in ſacris imperare, vt ſaltem officium Beatæ Virg. recitent.t.3.l.4.d.9.nu.3.f.445.
Epiſcopus an diſpenſare poſſit, vt recitetur officium iuxta aliam formam à Pio V. præſcriptam.tr.3.l.4.d.11.à n.7.f.455.
Epiſcopus qui cum eſſet Canonicus iurauit facere aliquid in Epiſcopatum,quod dedeceat ſuam dignitatẽ,an teneatur. t.4. l.2.d.15.n.39.f.582.
Epiſtola Papæ quando habeat vim legis: t.1.l.4.d.8.q.1.n.6.f.113.
Equites D.Ioannis &c.an teneantur ex vi voti facere bellum ſine debita retributione.tr.2.l.4.d.21.n.4.f.270.
Error,in quo à dolo,& ab ignorantia differat.t.4.l.2.d.5.nu.25.quando ſit antecedens,& conſequens.ib.nu.26.
Eſau an fuerit ſimoniacus.trac.2.l.4.d.2.à nu.16.f.236.
Euangelium in fine matutini non recitãs, an peccet m.tr.3.l.4.d.6.n.3.f.438.
Euchariſtiam ſumere ad purgandum delictum,& innocentiam oſtendendam,an ſit licitum hodie,ſicut fuerat antea.t.2. l.1.d.2.n.12.274.
Euchariſtiam irreuerenter tractare, an ſit

Digitized by Google

ſit ſacrilegiũ.t.2.l.3.d.3.n.1.& 2.f.227. an diuerſi modi tractandi irreuerenter conſtituant diuerſas ſpecies peccati.ibi. num.3.f.238.

Examinatores ad beneficia, an priuentur beneficiis ob ſimoniam in examine: t.2. l.4.d.40.nu.6.f.344.

Examinatores ob pretium non approbãtes examinatum Idoneum, an committant ſimoniam.tr.2.l.4.d.17.à n.7.f.262.

Examinatores ſynodales, an debeant proprio nomine exprimi, ibid. à num. 10. Ad exequias mortuorum, an debeant ex neceſſitate omnes Clerici cõuocari, & an ad id Epiſcopus poſſit cogere.t.2.l.4.d.33. num.7.f.306.

Excellentia diuina quomodo ſit ratio formalis virtutis religionis:trac.1.l.1.d.2. nu.10.& ſeq.f.9.

Exceptio nõ numeratæ pecuniæ intra quod tempus poſſit opponi.t.4.l.2.d.15. nu.20. f.579.an poſſit opponi ab eo qui iurauit ſoluere.ibid.

Excommunicatio lata in aliqua Diœceſi contra cõmittentes delictum v. g. furtũ an liget ſubditos illius alibi exiſtentes. t.1.l.3.d.4.n.2.f.66.

Excommunicatio latæ ſentẽtiæ, an ſemper intelligatur inducta quoties ſunt illa verba anathema ſit.tr.2.l.2.d.11.nu.1. & ſeq.f.221.

Excõmunicatio lata contra inferentes manus violẽtas Clericis,an incurratur ab inferente manus cõtra Euchariſtiã. t.2. l.3 d.3.n.3.f.228.

Excommunicatio incurritur ipſo facto ob Clerici percuſſionem,ob Eccleſiæ fractionem cum raptu: & ob violationem immunitatis l.c.d.4.n.5.f.230.

Excommunicatus an excuſetur ab officij recitatione.tr.3.l.4.d.15.n.1.f.468. an poſsit ad Eccleſiam confugere, vt ſe defendat à pluuia, vide interdictus.

Excommunicatio maior an ſit graue malũ, & quibus bonis priuet: t.4.l.3.d.3.n.32. f.613.an ob eius timorem poſſit quis iurare in iudicio negando verũ &c.cum amphibologia.ibi.

Excõmunicare creaturas irrationales, vt locuſtas,animalia,vẽtum &c. an liceat. t.4.l.3.d.8.n.79.& ſeq.

Exemplaria,ad ſcribendum recte inuãtia, an liceat die feſto ſcribere.tra.1.l.3.d.7. à nu.3.f.75.

Exorciſtæ quid facere debeant in dæmoniacis exorcizandis,quando peccent petendo aliquid à Dæmone &c. d.8.n.10. ad 34.& à nu.63.à f.633.

Experientia an poſſit ſine memoria haberi tr.3.l.2.d.6.nu.25.f.395.

Expoſitio Doctorum an legem faciat.tra.1. l.4.d.8.q.6.n.45.f.157.

Expreſſum quot modis dicatur: t.1.l.4.d.8. q.2.n.30.f.126.

Exprimere ea, quæ iure inſunt, an addat nouam obligationem. tra.2. l.4.diſ.32.à nu.11.f.303.

Extrauagans ambitioſe prohibens ne fructus beneficij vltra trienniũ locẽtur,an ſit vſu recepta.t.2.l.4.d.19.n.17.f.267.

Extrahens hominem ab Eccleſia dolo, & foris occidens an gaudeat immunitate. t.1.l.4.d.8.q.5.n.19.f.138.

Extrahẽtes reum ab Eccleſia quale peccatum committant, quas pœnas incurrãt, ad quid teneantur.tr.1.l.4.d.10.per totam.f.166.quid ſi vi aut dolo.ib.an excommunicatio poſsit ab alijs abſolui: ibid.à num.10 f.168.

Fabricæ beneficij nomine,quid veniat. tr.3.l.4.d.16 n.22.f.482.

Faciens actum iure nullum, an cenſeatur facere contra legem.t.4.l.2.d.9.n.14.

Factum defuncti reputatur factum hæredis.tr.4.l.2.d.10.n.47.f.562.

Facultas data à Papa transferendi penſionem in alium, non comprehendit cõmutationem, cum beneficio,tr.2.l.4.diſ.24. numer.24.fol.281. vide licentia, Priuilegium.

Falliti decoctores, an ſint latrones.tr.1.l.4. diſ.8.q.5.num.8.f.136.

Falſitas an poſſit eſſe in modo imperatiuo, aut optatiuo. tr.2.l.1.d.3.n.3. an ſit de eſſentia blaſphemiæ. ibid.f.177.

Falſificantes monetas,an gaudeãt immun. tr.1.l.4.d.8.q.6.nu.77.f.164.

Familiares Cardinaliũ &c.ſperantes beneficium an ſint ſimoniaci: t.2.l.4.d.29. à n.2.f.294.

Famuli an poſsint laborare die feſto ex Domini mandato. tract.1.lib.3.diſp.10. num.2.f.85.

Feſto-

Digitized by Google

Feſtorum obſeruatio an conuenienter fuerit inſtituta.t.1.l.3.d.2.n.1. An Chriſtus Dominus ea feſta inſtituerit.ib.f.57.

Feſta in cultum Dei immediate ſpectantia, quæ ſint.d.2.à nu.2.f.57.quæ in Chriſti honorem, & quando fuerint inſtituta.à n.5.ad 27.f.58.

Feſta SS.Virginis quæ, & quando inceperint.à n.26.Feſta aliorum Sanctorum, quæ à n.30.à f.61.

Feſtiuitates maiores, quæ n.38.an omnia feſtam ſint æqualia.ib.à n.37.fol.63. & d.10.n.11. bi quæ ſint feſta ſolẽnia.f.87.

Feſta quis poſsit inſtituere.tr.1.l.3.d.2.n.1. f.57.& d.3.per totam,an poſsint à laicis inſtitui.d.d.3.à n.7.f.63.

Feſti dies an poſtquã ſunt ab Epiſcopo cõſtituti de conſenſu populi poſsint tolli.ib. n.4.& ſeq.f.64.

Feſta ſeruanda per Vrbanum VIII. quæ tr.1.l.3.d.2.nu.37.f.63.

Feſta ab Epiſcopo inſtituta pro ſua Diœceſi an ſeruãda ſint à regularibus.d.l.3. diſ.3.à n.6.f.64. Quid ſi Epiſcopus ea inſtituat pro ſolis regularibus.ibid.

Feſta à Laicis principib⁹ impoſita ad quid obligent.ibi.nu. 8.f.65.

Feſta à Peregrinis &c.quomodo obſeruanda.d.l.3.d.4.à f.65.

Feſtorũ obſeruatio ad quas actiones oblibet,nec ne.l.3.d 5.f.68.quas actiones probibeat.ibid.diſ.6 f.70.

Feſtis diebus cur ciuiles aliquæ actiones prohibeãtur.d.8.n.1.& quæ ſint.ib.f.80.

Feſtis diebus,an ſit probibitum emere, & vẽdere,locare &c.d.8 à n.3.& ſeq;Forẽſe iudicium an liceat à n.5. f.80.& ſeq.

Feſtis diebus an poſsit dari ſententia Iudicis,excommunicatio,arbitrium &c.à num.16.f.83.

Feſtorũ obſeruatio à quo tempore incipiat, & quo duret.ib.n.6.& ſeq.

Feſtum ſi tranferatur in alium diem an tunc ſit obligatio non laborandi. ib.n.8. f.85.vide laborare.

Feudatarius decimarum, an poſsit eas ad ſucceſsores tranſmittere.tr.1.l.2.d.10.à num.14.f.43.

Fidecommiſſarius qui amiſit pecuniam dandam in eleemoſynam ad quid teneatur.t.4.l.2,d.13.nu.32.f.571.

Fides ad orandum requiſita quanta debeat eſſe pro impetratione infallibili t.3. l.1.d.6.à n.10.f.375.

Fides an ſit idem cum actu piæ affectionis. tr.1.l.1.d.1.n.11.f.4. An poſsit ſtare cũ hæſitatione.ib.& n.14. & 15. an poſsit omnem hæſitationem excludere.nu.16.

Fideles an poſsint errare putando Dæmonem poſſe dare teſtimoniũ humanæ promiſsioni.t.4.l.2.d.3.n.2.f.514.an teneãtur ſcire orationum vocaliũ formulas. tr.3.l.3.d.3.à num.2.f.408.

Fidelitatem non ſeruare,an ſit peccatum. tr.4.l.2.d.5.nu.5.

Fideiuſsio Clerici pro Laico an ſit licita, & valeat, & quando.t.4.l.2.d.7. n.33. f.536.& à n.40.ad 45.à.f.538.

Fideiuſsio mulieris ignorantis beneficium Villeiani,an confirmetur iuramẽto.tr.4. l.2.d.11.n.8.f. 563.

Fideiuſſor an teneatur ſoluere ante excuſsionẽ debitoris principalis.l.c.d.15.n.17. quid ſi iurauerit ſoluere.ib.f.578.

Figura nõ eſt actiua.t.2.l.2.d.8.n.20.f.214.

Filia cedens cum iuramen. bonis paternis, an peccet.t.4.l.2.d.9.nu.39.f.550.

Finis quid ſit tr.1.l.4.d.8.q.1.n.15.f.115.

Fomes peccati,an ſit peccatum.t.4.l.3.d.2 n.18.f.604.

Fornicãs ſine animo fornicandi an ſit reus fornicationis.tr.4.l.2.d.4.nu.9.f.518.

Fraudans regia tributa,an gaudeat imm. tr.1.l.4.d.8.q.6.n.77.f.164.

Fructus benefi. ij an poſsint pro vita beneficiarij locari.tr.2.l.4.d.19. num.17. & ſeq.f.267.an debeantur ſucceſſori ſi moriatur beneficiarius non obſtante, quod fuerint ſimul ſoluti. ib.n.16. Quomodo poſsint à beneficio ſeparari.ib.nu.19.& & à quo.nu.14. & ſeq.

Fructus beneficij ſi negentur quando poſſunt pecunia redimi. tract.2. lib.4.d.34. num.16.f.313.

Fructus beneficij qui ſint. d.39.nu.10. & ſeq.quo modo reſtituẽdi.ib.à n.10.f.339. Cui reſtituendi quando beneficium fuit per renunciationẽ ſimoniacã adeptũ.ibi.

Fructus beneficij an dentur abſolute ob ſuſtentationem. tr.3.l.4.d.17.nu.5.f.479.

Fructus beneficij reſtituendi Eccleſiæ, vel pauperibus an poſsint pro defunctis applicari.nu.22.f.483.

Fugiens è carceribus,an gaudeat immunitate

Digitized by Google

tate.tr.1.l.4.d.7.n.11.f.107.& d.8.vbi an teneatur redire.q.6.à nu.57.an poſſit tradi ab Epiſcopo Iudici. nu.58. & ſeq. an teneatur reſtituere commentarienſi. ibi.ad num.65.à f.159.

Fugiens è carceribus, vel triremibus, an gaudeat immunitate ſi delictũ ob quod fuit damnatus non gaudebat.ib.à n.67. fol.162.

Fugiẽs è carcere, an teneatur damnum reſarcire ſi alij fugiant ſecum &c. ibid. nu.70.& ſeq.f.163.

Fugiens è triremibus quando gaudeat immunitate.ib.à n.75.f.164.

Functionem recipere, quæ res dicantur.t.4. l.2.d.16.n.21.f.586.

Furtum in loco ſacro an ſpecie differat à ſeminis effuſione &c.tra.2.l.3.d.1.nu.7. f.225.quale peccatum ſit. tra.1.l.4.d.3. à nu.9.f.94.

Furtum Cuſtodiæ D. Eucharistiæ pœna mortis puniri poteſt. tr.2.l.3.d.4.num.6. fol.230.

Futurorum librorum cognitio, an poſſit ex aſtris cognoſci, & quale peccatum ſit illam prædicere ex aſtris.trac.2.l.2.d.5.à nu.7.ad 14.f.199. Quid ſi non vt certò futura prædicantur.ib.à num.14.f.201. Quid ſi tenuiſſima quadam coniectura. ibid.num.15.

Futura libera an ex ſomnijs poſſint cognoſci, & prædici.t.2.l.2.d.7.à n.10.f.208.

GAbellam non debens, an poſſit iurare ſe nil portare.tra.4.l.3.d.3. num.23.

P.Gambacurtæ ſententia perpenditur. t.1. l.4.d.8.n.10.q.2.f.121.& f.125.nu.28.

Geſta contra iuramentum, vel promiſſionem, an valeant.t.4.l.2.d.8.n.14.f.543.

Generalatus an ſit Beneficium &c.t.2.l.4. d.39.à nu.32.f.342.

Geomantia quid tr.2.l.2.d.3.n.7.f.192.

Giezi fuit ſimoniacus. t.2.l.4.d.2.num.10. fol.234.

Gladiatorũ exercitatio die feſto an liceat. tr.1.l.3.d.4.à nu.19.f.79.

Gloria an differat ab honore.trac.1.l.1.d.2. num.5.f.8.

Gloria accidentalis in Sanctis, quæ, an petatur in cœlo ab ipſis.tr.3.l.1.d.3.nu.22. f.365.an licitè petatur à ſciẽte ſe habere gratiam.f.372.d.5.n.20.ibi.

Gratia ſanctificans, an valeat vendi. t.2. l.4.d.6.n.3.f.242.

Gratia vnionis, an ſit materia ſimoniæ.fol. 243. ibid.

Gratiæ gratis datæ, an peccatoribus dẽtur. t.2.l.2.d.8.n.23.& 24.f.215.

Gratiarum actio in quo conſiſtat.tr.3. l.1. d.1.n.17.f.359.

Gratiæ effectus, an præordinẽtur ante orationis noſtræ præuiſionẽ.ib.d.2.n.4.f.359.

Gratia efficax pro reprobis, an poſſit peti. t.3.l.1.d.4.n.5.f.368.an ea detur abſolute omnibus, quid de ſufficiente.f.372.ib. eius negationem an poſſimus petere. nu.21.f.373.an denegetur ob noſtram ſalutem efficax gratia.ib.

Gratia efficax an fuerit in omni ſtatu neceſſaria ad ſalutem.l.c.d.7.nu.3.quid de gratiæ initio, an fuerit per orationem obtinenda.f.378.ib.n.1.& 2.

Gratia cõceſſa donec quis redeat Romã etc. quãdiu duret t.4.l.2.d. 7.n.29. f.535.

Gratias agere Deo pro acquiſitione rei malæ an liceat.t.3.l.3.d.2.à nu.3.f.404.

Granciæ Relig. an gaudeant immunit. t.1. l.4.d.5.nu.20.f.102.

Graſſator viarum, quis & an gaudeat immunitate.ib.d.8.num.8.f.136.

HAereticus an gaudeat immunitate. t.1.l.4.d.8.q.5.n.41.& ſeq.f.144.

Hæreſis an comprehendatur in conceſſione generali.t.1.l.4.d.8.q.2.n.33.f.126.

Hæreſis ſuſpicio vehemens, an habeatur quando quis Dæmonem inuocat, vel Sacramentis abutitur &c.ad maleficia. tr.2.l.2.d.11.à nu.5.ad 9.f.222.

Hæres non conficiens inuentarium, an teneatur vltra vires hæreditatis.t.4.l.2. d.9.n.29. f.548.quo modo poſſit venire contra factum defuncti.l.cit.d.10.n.47. f.562.An poſſit reſcindere venditionem non obſtante iuramento defuncti de non contraueniendo illi.ibi.An teneatur iuramento defuncti ratione iuramenti, an ratione contractus.tra.4.l.2.d.13.n.25. vbi plura à f. 567. An teneatur ſoluere eleemoſynam, quam teſtator fieri mandauit.nu.27.f.570. An accipiendo hæreditatem ex hoc ipſo obligetur ad omnia iura, & iuramẽta defuncti.l.c.an hic teneatur iure naturæ, an ex legis diſpoſitione.ib.

f He-

Digitized by Google

Heres Laicus, an, & quando poſſit coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri ob iuramentum præſtitum à defuncto, d. diſ. 13. num. 33. f. 571.
Heres illius cui præſtitũ eſt iuramentum, an poſſit iurantem Laicum conuenire coram Iudice Eccleſiaſtico. ibib. num. 34. vbi alia.
Homagium quid ſit, t. 4. l. 1. d. 4. à num. 28. fol. 504.
Homicidij grauitas quanta ſit, an grauius puniatur periurio. t. 4. l. 3. d. 2. à n. 2. f. 601.
Homines etiam peccatores, an poſſit orari. t. 3. l. 1. d. 3. n. 20. f. 365.
Homines qui mortui ſunt cum fama sãctitatis quomodo poſſit à nobis orari, et quo cultu. ib. d. 3. à nu. 12. ad 19. f. 364.
Honor in quo conſiſtat, an differat à gloria laude, & fama. t. 1. l. 1. d. 2. n. 5. f. 8.
Horæ Canonicæ vide officium.
Horæ Canonicæ, vnde dicantur tales. tr. 3. lib. 4. d. 1. num. 4. f. 423. Quot ſint. d. 2. à n. 10. f. 427.
Horarum ordinem mutare in officij priuata recitatione quale peccatum. tr. 3. l. 4. d. 12. f. 458.
Horæ maior pars quæ ſit. ibi. n. 32. quæ pars notabilis diſ. 6. n. 2. & 3. f. 438.
Horæ quo modo computentur quoad reſtitutionem fructuum faciendam. tr. 3. l. 4. d. 16. à n. 8 f. 480.
Hoſpitalia religioſa, quæ. t. 2. l. 4. d. 21. f. 270
Hymni quid ſint, & an recte in officio poſiti. tr. 3. l. 4. d. 1. nu. 20. f. 424.

IDolum quid, & vnde incepit. tra. 2. l. 2. d. 2. à n. 1. f. 187.
Idolatria quãdo ſit, quotuplex, cur dicatur vera, n. 4. quãdo inceperit, à n. 10. f. 189. an excuſetur ob ignorantiam, an eam ſimulare liceat, n. 13. & 14. an ſit maximum omnium peccatorum. n. 16. & 17. f. 190. quas pœnas inducat. f. 191.
Ieiunare an teneatur iter agens, vbi non eſt ieiunium. vbi varij caſus. tra. 1. l. 3. d. 4. à n. 1. f. 66.
Ieiunium an frangatur a ſumente Euchariſtiam in magna copia. tra. 2. lib. 4. d. 7. nu. 3. f. 244.
Ignorãtia quid ſit in quo differt ab errore. tr. 4. l 2. d. 5. num. 25. an poſſit circa qualitates, & cõditiones præſentes eſſe. n. 28. f. 525. an excuſet ab officio, vide officiũ.
Imagines aſtronomicæ quam vim habeãt. tr. 2. l. 2. d. 8. n. 20. f. 214.
Immunitas eccleſiarum, & eccleſiaſtica quid ſit. tr. 1. l. 4. d. 5. n. 1. f. 97. an ſit de iure poſitiuo. & quãdo incepit. f. 98. n. 2. et 3. & f. 129. à n. 10. d. 8. q. 3: quæ Eccleſiæ illa gaudeant. f. 98. & n. 4. & f. ſeqq. vide Eccleſia.
Immunitate, an gaudeãt domus ſæcularium adhærentes Eccleſiæ. d. 5. f. 99. nu. 8. & f. 102. n. 19. an exiſtens in aliqua concauitate ſubtus Eccleſiam, an exiſtens in tecto, vel tenens parietes exteriores, vel in concauitate parietis, an exiſtens in ſchalis Eccleſiæ tantum quoad humeros. ibi. n. 10. f. 100. & à n. 6. ibi.
Immunitate an gaudeant loca alia præter Eccleſiã, & quæ ſint, ib. f. 100, à n. 11. & 101. vbi de Monaſteriorũ Cameris &c. de Scholis Sec. Hoſpitali, domo Orphanorum, mulierum reparatarum, congregationibus, Seminario, Heremitorio, Infirmarijs, Palatio Epiſcopi, Cardinalium, Oratorijs, Campanili, Domibus Canonicorum, Domibus ſitis intra Eccleſiæ ambitum, n. 19. Domibus reſidentiæ, Gancis &c. n. 20. de aperiente peccata Confeſſario, n. 19. de confugiente ad ſtatuas Sanctorum, de amplexante Sacerdotem portãtem oleũ infirmis, vel ambulantẽ. n. 9.
Immunitate an gaudeant aſſocians SS. Euchariſtiam, vel exiſtens in cubiculo vbi eſt Euchariſtia pro infirmis cõmunicandis, quid ſi ſe immiſceat cum aſſociantibus. fol. 101. num. 17. quid ſi proceſſio SS. Euchar. ſit tantũ incepta, at nõ dum exiuit è templo. nu. 19. quid in delictis exceptis à Greg. f. 134. à n. 3.
Immunitate an gaudeant debitores falliti &c. t. 1. l. 4. d. 7. nu. 1. f. 105. quid de furibus. ibi. num. 3. quid de alijs criminibus æque grauibus latrocinio. f. 106. ſub n. 4. occidens in Eccleſia, vel prope ſpe illius: f. 106. à nu. 5. vbi varij modi occidendi ponuntur, quid ſi grauiter vulneret, aut ex ſubita rixa. d. 8. qu. 6. fol. 137. an gaudeat occidẽs per inſidias. d. 7. à n. 7. f. 107. vbi quando talis dicatur, quid de mandãte. n. 7. quid de raptore Virginũ. n. 10. fugiente è carceribus, etiamſi in cõſpectu Iudicis ſit n. 11.

Im-

Digitized by Google

Immunitate an gaudeat Sacerdos cotta, & ſtola indutus poſt Crucem incedens ad mortuum deferẽdum &c. d.8.q.4.f.134.

Immunitate qui non gaudeant, nec ne poſt Bullam Gregorij. f.135. & ſeq. vbi hæc materia fuſiſſime agitatur.tota diſ.8.

Immunitate an gaudeat tractans de eligẽdo Rege, & expellendo legitimo.ibi.q.6. n.42.f.156. An occidens principem ſi nõ eſt ſubditus ſaltẽ ratione originis.f.157. à num.43.ibid.

Immunitate gaudens quænam habeat priuilegia. tr.1.l.4.d.9.f.165.an poſſit ſpoliari rebus,quas ſecum portat.ibi.nu.3. an armis prohibitis.ibid. an rebus alterius ibidem.

Immunitate non gaudentes quomodo tradendi ſunt Iudici ſæculari poſt Bullam Gregorii XIV fol.168.à n.1.d.11. An poſſint à Iudice ſæculari propria authoritate capi. ibid. Quid ſi Epiſcopus culpabiliter nollet dare licentiam.ibid.

Immunitate an gaudeat ſciens machinationem contra Principem, & no reuelat. t.1.l.4.d.8.q.6.n.46.f.158. an qui capitur, & intrat in Eccleſia cum ſatellite. ib.n.47.quid ſi cum armis prohibitis ad Eccleſiam confugit, vel in ea furatur, aut appellat ad futurum Concilium.ib. n.50.an banniti,negantes tributũ Principi,adulteri,duellantes,raptores &c.ib. n.77.f.164. an qui in via publica puellarum honorem tentant.ib.n.78. an mulieres partum exponentes, vel abortum procurantes.n.23.f.139. an Hæretici.ib. d.6.f.103.an ſerui.n.2,an Clerici, & religioſi.num.31.f.104.an Pagani, & Iudæi:ib.nu.6.

Immunitas eccleſiaſtica in quibus caſibus proſit,nec ne ante Bullam Greg.tr.1.l.4. d.7.per totam.f.104.vbi habes plurimos caſus.quid poſt Bullam Greg.ibi.d.8.per totam vbi fere omnia ad hanç rem pertinentia habes.f.108.

Immunitas eccleſiarum,an poſſit à Clericis refutari,d.d.7.n.4.an proſint delinquẽti prope Eccleſiam.ibi.n.6.f.106.

Immunitate an gaudeat fauens hæreticis &c.l.cit.diſ.8.q.5.n.42.Vide de hac materia quam ampliſſimam habes ſub verbis cuiuſcumq; delicti occurrentis. v.g. occidens proditorie,mutilans,&c.

Imprecari alteri malum ſine animo,an ſit mortale.t.4.d.6.n.15.f.623.

Imprimere ſcripturam aliquam manibus, an liceat die feſto.tr.1.l.3.d.8.nu.4.f.76.

Impuberes, an & quomodo ad iurandum admittantur tr.4.l.1.d 5. nu 13. f.508. quando faciant inditiũ ad torturam.ib. qui ſint pubertati proximi.nu.12.

Incendiarii an gaudent immunitate; tra.1. l.4.d.8.q.6.n.73.f.163.

Indulgẽtia an transferatur translato feſto. tr.1.l.3 d.9.num.8.f.85..an lucrentur per recitationẽ Roſarij &c. debitam.t.3.l.3. d.5.nu.23.f.416.

Infamia iuris, vel facti quæ tra.4.l.3.d.7. à nu.2. f.627. quando incurratur &c.à nu.2.quæ ſit iuris Canonici,aut Ciuilis. f.628.an pẽdente ſentẽtia incurratur.ib.

Infideles an poſſint eſſe ſimoniaci.tra.2.l.4. d.2.nu.25.f.237.

Informatio an poſſit fieri in Eccleſia.tra.1. l.4.d.3.n.5.f.93.

Inhabilitas ad beneficia obtinenda an incurratur poſt ſententiam ſimoniæ.tra.2. l.4.d.40.n.3.& 4.f.344.

Iniuria facta contra Chriſtianos cur non ſit ſacrilegiũ.t.2.l.3.d.2.n.2.f.226. quid ſi fiat contra Clericos &c.d.3.n.6.f.228.

Iniuria quot modis fiat. tra.1.l.4.d.8.q.6..à n.31.f.153.an facta conſanguineis &c. putetur facta perſonæ vſq;ad nu.34.

Inquiſitores an ſoli poſſint in crimine ſapiente hæreſim procedere. tr.2.l.2.d.11. n.13.f. 223. an poſſint contra diuinatores.n.14.an ſi dubium ſit hæreſis.n.16.

Inſtrumentum guarrentigium quale ſit. tr.4.l.3.d.3.n.38.f.614.

Intentio iurandi efficax an poſſit ſtare cum intentione non ſe obligandi.tr.4.l.2.d.4. n.7.& ſeq f.517.intentio dubia quo modo ſe debet explicari.nu.13.f.519.

Interpretatio legis quo modo eſt facienda. tr.1.l.4.d.8.q.1. fere per totam. à f.111.

Intentio reſignãdi beneficium cum animo vt alteri detur, an poſſit ſine ſimonia manifeſtari, an prohibeatur per Piũ V. tr.2.l.2.d.25.à n.5.f.284.

Intendens permutare beneficium, an ſit ſimoniacus.ib.d.32.n.7.f.302.

Intercedens ab Epiſcopo, vt teneat ordinationem ſpe lucri &c. an ſit ſimoniacus. ibi.d.36.n.21.f.330.

In-

Digitized by Google

Interdictum quando ſuſpendatur. tr.1.l.3. d.9.nu.7.f.85.

Interdicere quid ſignificet. tra.4.lib.2.d.9. num.12.f.545.

Interdictus perſonaliter, an poſſit ingredi Eccleſiã, ad hoc, vt ſe defendat à pluuia t.1.l.4.d.6.f.103.

Iridis ſignum cur ſit datum. tra.2. l.2.d.4. num.2.f.194.

Irregularis an ſit incapax beneficij. tra.3. l.4.d.10.n.17.f.450.

Irreligioſitas quid &c. tra.2.l.1.d.1.f.171.

Irreuerentia contra Euchariſtiam, an ſit ſacrilegium, & quomodo. t.2.l.3.d.à n.1. ad 4.f.227. Quid ſi ſit cõtra Sanctos &c. ibi. Quid ſi fiat Eccleſiæ. trac.1.l.4.d.1. num.1.f.89.

Irritatio an ſit diſtinctus actus à prohibitione. tr.4.l.2.d.9.nu.15.& 16.f.546.

Irritatio iuramenti à quibus fieri poſſit. tra.4.l.2.d.17.f.588.

Iter agentes die feſto, an poſſint lecticas &c. portare. tr.1.l.3.d.7.à n.13.f.78.

Iter agere etiam ob lucrum die feſto an liceat. ibi. num.12.

Iteritiam curare litio &c. an liceat. tra.2. l.2.d.8.n.21.f.214.

Iudex Laicus an poſſit cognoſcere de nullitate relaxationis iuramenti, factæ ab eccleſiaſtico. tr.4.l.2.d.17.n.22.f.592.

Iudex quando interroget iuridice. tr.4.l.3. d.3.à n.27.f.612.

Iudas Chriſtum vendendo, an fuerit ſimoniacus. tr.2.l.4.d.6.n.7.f.243.

Iudex laicus, an poſſit cognoſcere de relaxabilitate iuramenti, & quando. tra.4. l.2.d.17.à nu.21.f.591.

Iudex Eccleſiaſticus, an poſſit cognoſcere de cauſa contractus iurati poſt obtentam relaxationem. tr.4.l.2.d.13.nu.33. f.571. an poſſit aliquid accipere pro ſigillo &c. t.2.l.4.d.36.nu.16.f.329.

Iudex Epiſcopi, vel Capituli, an poſſit pecunia conſtitui. t.2.l.4.d.15.nu.2.f.258.

Iudex R. Monarchiæ, an poſſit facultatem dare ad permutanda beneficia. tr.2. l.4. d.24.n.19.f.280. an ſit legatus à latere. ibidem.

Iudex competẽs in cauſsa decimarum &c. quis ſit tra.1. l.2.d.12.à n.6.f.53. Quid ſi laicus conuenitur. ib.n.10.f.54.

Iudex Eccleſ. an poſſit laicum de ſuperſtitione cognoſcere tra.2. l.2.d.11.num.12. f.223. vbi quiſnam ſit Iudex cõpetens.

Iudex extrahens Clericum ab Eccleſia, & ad ſuum tribunal trahens quot ſacrilegia committat. t.2.l.3. d.1.num.6.f.225. Extrahens reum ab Eccleſia, vi aut dolo, quas pœnas incurrat etc. t.1.l.4.d.10. per totam. f.166. quãdo poſſit reum non gaudentem capere. d.11.n.1.f.168. an poſſit appellare à ſentẽtia Eccleſ. Iudicis quod non gaudeat. ibi. à nu. 8. f.170.

Iudicis officiũ, an & quando poſſit vendi. tr.2.l.4.d.23.n.4.f.275.

Iudex an teneatur ſtare proceſſui laici ad iudicandum num reus gaudeat. tr.1.l.4. d.11.à n.5.f.169.

Iudex laicus, an poſſit cogere nolentem ad condonandã obligationẽ iuramenti. t.4. l.2.d.17.à nu.20.f.591.

Iudex ſi facit iuſtitiam ob pecuniam, an ſit simoniacus. tr.2.l.4.d.5.n.4.f.241.

Iudicia Eccleſiaſtica, an poſſint fieri in Eccleſia. t.1.l.4.d.3. nu.5.f.93. iudicari non debet niſi lege perſpecta. tr.1.lib.4. d.8.q.1.nu.22.f.116.

Iuramentum exigere à Collatario beneficij, ne illud reſignet in fauorem &c. t.2. l.4.d.28.n.12.f.293.

Iuramentum in litem quid ſit &c. tr.4.l.1. d.3.nu.7.f.498.

Iuramentũ an neceſſario fieri debeat verbis: t.4.l.1.d.3.nu.2.f.497.

Iuramentum præſtitum in vna materia, an ex ſola voluntate iurãtis poſſit extendi ad aliam: ibi. n.3.

Iuramẽtum verbale, reale, & miſtum, quod nam ſit: nu.4.

Iuramẽtum ſimplex, & ſolemne quid: n.5.

Iurans ſuper Euangelia Crucem &c. quo modo debeat tangere: n.6.f.498.

Iuramentum præſtitum ab Abraham, & Iacob quid ſignificabat: ib. n.6.

Iuramentum execratorium, & inuocatorium quid ſit: ib.n.7.

Iuramento cur aliquæ ſolemnitates adiungantur: ib.n.8.

Iuramentum ſimplex, & ſolemne à differat ſpecie: nu.8. An ſit in Confeſſione explicandum: n.10.

Iuramentum in dubio, an iudicandum ſit ex intentione iurãtis, an ex verbis: d.4. initio. f.499.

Iura-

Digitized by Google

Iuramentum an ſemper ſit dicere iuro. ibi. numer. 1. & ſeq. vbi varias habes formulas.

Iuramētum an ſit dicere voueo Deum, vel voueo Deo, & quomodo explicandum. ib. à nu. 2. & ſeq. Quid ſi dicas; giuro per quanto poſſo giurare. ib. nu. 4. Quid per hanc Crucem nil ſignando, vel frontem tangendo. n. 6. Qui ſi tangens vinum dicat per hunc ſanguinem. n. 8.

Iuramētum an ſemper explicetur per particulam, in, aut, per, num. 9. f. 501.

Iuramentum an ſit dicere ſi non eſt ita annihilet Deus S. Petrum. ibid. num. 14. fol. 501. vbi varias huiuſmodi formulas habes.

Iurans per fidem ſuam, & intendens iurare, an vere iuret. d. d. 4. n. 22. Quid ſi iuret ex conſcientia erronea, an teneatur detecto errore. fol. 503. Quid ſi iuret per habitum ſuum, per profeſſionem &c. ib. quid ſi ſibi, vel alijs malū imprecetur, vt per vitam mei Patris &c. fol. 504. An per diem hodiernum &c. ib. fol. 505. Quid ſi dicas habear, vt hæreticus, vel me occidas. n. 36. ibi.

Iuramentum conditionale ſi ſupponat negationem, quia alia intelligitur, quam vim habeat. tr. 4. l. 1. d. 5. num. 2. f. 506.

Iuramentum à quibus præſtari poſſit. ibi. tota diſ. 5. vbi an in iudicio n. 11. f. 508. quid de clericis &c. n. 17. quo modo in die feſto prohibeatur. tract. 1. lib. 3. d. 8. num. 7. f. 81.

Iuramentum quid ſit. tra. 4. l. 1. d. 1. num. 1. f. 486. an ſit tale ſi fiat per falſos Deos, cur dicatur Sacramentum. num. 2. an requirat intentionem iurantis. num. 3. f. 487. quid ſit mentale, & vocale. nu. 6. an ſit de ſe licitum. ibid. fol. 488. an in Euangelio ſit prohibitum. num. 9. et ſeq. eius comites qui ſint. ibidem. num. 17. fol. 490.

Iuramentum, an ſit actus à virtute religionis elicitus. ibid. à num. 18. vbi alia habes.

Iuramentum per creaturas, Iouem, Mercurium &c. an ſit licitum. ibid. num. 24. & 26. f. 492. an ſpecie differat factum per creaturas, ac per Deum. ibid. nu. 28. & ſeq. an recte fiat circa res temporales. ibi. diſp. 2. nu. 7. f. 494. quod ſit ſacrum, & humanum, an ſpecie differat à nu. 8. fol. 495. vbi de iuramento in materia religioſa, de aſſertorio, & promiſſorio. n. 13. vbi variæ iuramenti diuiſiones, & formæ.

Iuramentum an ſit dicere ego faciam addendo aliquod ſignum. tra. 4. lib. 1. diſ. 3. num. 1. f. 496.

Iuramentum iuxta formulas latinorum Mehercle &c. an liceat. diſ. 1. num. 26. fol. 492.

Iuramentum de non reuocando teſtamento, vel inſtituendo hoc herede &c. an valeat. t. 4. l. 2. d. 9. n. 25. f. 547.

Iuramentum de non renunciando patrimonio ad cuius titulum fuit ordinatus, an teneat. tract. 4. lib. 2. diſp. 9. nu. 24. f. 547. an de parendo Iudici ſæculari factum à Clerico. nu. 23. an contra priuilegium communitati conceſſum. num. 24. f. 548. quid de non reuocando hærede &c. an teneat. numer. 26. & ſeq. an confirmet donationem omnium bonorum à nu. 33. vbi plura habes, an contra leges ciuiles. num. 36. & ſeqq. fol. 550. Quid de iuramento actus irriti per leges. diſp. 10. ibi. f. 551. vbi plura habes.

Iuramentum ſoluendi amiſſa in ludo pecunia credita, an obliget. ibidem. num. 15. fol. 554.

Iuramentum minoris, quos contractus cōfirmet, nec ne ib. à n. 20.

Iuramentum venditionis, an cadat ſupra ipſum contractum, an ſuper promiſſionem. ibi. num. 27. f. 557. confirmans contractum quale debet eſſe. nu. 37. f. 559. quomodo tranſeat ad hæredes. à nu. 47. f. 562. quomodo det actionem. numer. 6. fol. 552. An poſſit per procuratorem præſtari. diſp. 11. numer. 562. vbi alia per totam.

Iuramentum in commodum ipſius iurantis, an poſſit per ipſum relaxari &c. t. 4. diſp. 12. num. 4. fol. 565. quid ſi fiat in alterius fauorem. ibid. & d. 17. num. 24. f. 592. an poſſit per alium præſtari abſq; mandato, & quomodo tunc peccetur, et alia ad rem. ibid. diſp. 13. per totam. fol. 565.

Iurans non ludere donec lis decidatur, an poſſit ludere ea non finita. ibid. diſp. 7. num. 30. fol. 536.

Digitized by Google

Iuramentũ de non mutuando &c. an obliget.ib.à n.35.f. 537. & ſeqq. quid de nõ accuſando vxorem, vel de nullo crimine.ib.à n.51.f.539. quid de iuramẽto ſoluendi pœnam pro delicto non committendo.ibi.quid de non vendendo niſi huic nu.60.quid de non faciendo opere bono.n.56.ibi.

Iurans communicare, an teneatur ſi non poſſit confiteri, & habeat p.m. ibid.d.8. nu.1.f.541.

Iuramentum contra prius iuramentum, an obliget.tr.4.lib.2.d.8.à num.5.f.548. quid ſi vt de ſeruando ſtatuto illicito &c.n.12.f.542. quid ſi ſit de nõ reuocãdo procuratore &c. huiuſmodi per totã.

Iuramentũ de renunciando priuilegio &c. an obliget.ibi.d.9.à n.23.f.546.

Iuramentum calumniæ quid ſit.trac.4.l.5. d.5.n.17.f.108.

Iuramentum additum aſſertioni de futuro quam obligationem inducat.t.4.l.2.d.1. à n.2. ad 5.f.509. quando votum includat.d.2.à n.3.f.511. vbi alia ſi fiat metu.an ab Eccleſia potuerit irritari.nu.9. f.512. an ſit præferendum voto quando vtrumq; ſeruari non poteſt.n.15.f.513.

Iuramẽtum per demonem, vel animas dãnatorum, an obliget.ib.d.3.n.4.f.515.an per lapidem in ſententia S. Auguſtini. ibi.à nu.7.

Iurare Iouem lapidem quid ſit apud Gentiles.ib.nu.8.

Iuramentum abſq; intentione iurandi, vel ſe obligandi &c. an obliget vbi varios caſus.ib.d.4.per totam.f.516.

Iuramẽtum ſimulatum, quod nam ſit quomodo obliget, & ſit explicandum, quid de doloſo.ib.519.quid ſi ſit per iniuriam extortum.ib.d.5.vbi varios caſus de iurãte latroni, vſurario vſuras &c.f.520. an obliget ſi ſit vi &c. extortum, aut metu mortis naturalis.ib.

Iuramentum de re honeſta, an & quando poſſit omitti, vt fiat res melioris virtutis.ibi.d.6. per totam vbi varios habes caſus.f.526.quid ſi ſit de non acceptãdo Epiſcopatu.nu.14. quid de contrahendo matrimonio.n.17.f.528. quid de re peccaminoſa, vel de non loquendo cum parentibus.ibi.n.19.

Iuramentum, an confirmet contractum, ſi poſt illum fiat, & quas ſolẽnitates exigat &c.t.4.l.2.d.11.n.6.f.563. an ſi fiat in tertii fauorem poſſit reuocari ante acceptationem.f.565.

Iuramentum vitandi occaſionem peccati v.g.non ingrediendi talem domum &c. quomodo obliget.ib.d.7. vbi varij caſus vt de iurante non audire Miſſam, non comedere ante aduentum manſi &c. à fol.530. vbi de iurante non ludere &c. circa quod varijs caſus.d.d.7. à nu.15. fol.533.

Iuramentum quando dicatur propria manu præſtari.d.13.n.10.f.567.

Iurans falſum nomine alterius an pœnas per iurij incurrat.ib.num.14.vbi varii caſus de iurante nomine alterius.

Iurans dare centum Eccleſiæ &c. ſi illam pecuniã dedit alteri, qui amiſit ad quid teneatur.t.4.l.2.d.13.nu.32.f.571.

Iurans ex conſuetudine, an teneatur hanc circumſtantiam aperire in confeſſione. t.4.l.4.d.2.n.25.f.606.

Iuramẽtum ſeruandi ſtatuta vniuerſitatis &c. an obliget ſemper ad mortale. t.4.l.3.d.6.n.11.f.613.

Iura quando poſſint conciliari, nec ne. tr.1. l.4.d.8.q.2.à nu.4.f.119.

Iurandi præceptum, an detur, & quale ſit tr.4.l.3.initio f.600.

Iurans pro certo rem ſpeculatiuam, ita eſſe v.g. ens rationis dari, an ſit per iurus. t.4.l.3.d.2.n.n.8.f.602.

Iuramentum incautum quod nam ſit. ibi. n.9.f.603.vbi multa.

Iurare an poſſit in iudicio, vel extra qui audiuit à perſona fide digna.ibi.nu.13.

Iuramentum in iudicio.quo modo præſtandum.ibid.

Iurans ex conſuetudine, an & quãdo peccet mortaliter quomodo abſoluendus, & alia.ibi.à nu.76.f.604.

Iurare cum Amphybologia, vel æquiuocatione, an & quando liceat, & multa ad hanc rem valde curioſa. t.4. l.3.d.3.per totam.à f.608.

Iurans ſine neceſſitate &c.an peccet mort. ibi.d.4.f.616.

Iuramentum petere à peieraturo &c.an liceat.diſ.5.per totam.f.617. an poſſit ab infideli, & quando ibid.num.4. quid ſi petatur in re determinata putata vera à iu-

Digitized by Google

à iurante à n.10.f.618.quid ſi ab eo quē ſcis non eſſe ſeruaturum promiſſum.ibi.n.18.f.620.an à pœnitente peti poſſit.ib.

Iurare ſine intentione iurandi quale peccatum.ib.d.6.à n.12.f.623.quid ſi iures ſine intentione exequendi minas v.g.filio verbera non ingredi primo loco &c. huiuſmodi.à n.16.f.624.

Iurans hyperbolice, & cum exaggeratione, an ſit periurus. ibi.nu.18.f.624.quid ſi iuret facere rem indifferentem, vel impoſſibilē, vt ſi iures non ingredi religionem.ib.à n.22.f.625.

Iurans facere rem peccaminoſam, an peccet minus illam faciendo, quam omittēdo.ibi.n.28.f.626.quid ſi iuret cum animo faciendi illam, vel ſine animo n.31. ibi.an teneatur id aperire in confeſſione. num.33.

Iuramentum ſoli Deo præſtitum à quo diſpenſetur.t.4.l.2.d.17.nu.25.f.592. vbi plura notatu digna, quid ſi fiat homini, fere per totam

Iure acquiſito à quo quis poſſit, priuari à num.30.fol.593.

Iuramentum ſoluendi amiſſa in ludo an poſſit relaxari.ib.n.39.f.595.præſtitum latroni, an indigeat relaxatione.ib.n.41. vbi alia ad hanc rem.quid de iuramento præſtito cum dolo, & læſione, à nu.44.

Iuramenta ſoli Papæ reſeruata, quæ.ibid.à n.59.f.598.

Iuramentum de non acceptando officio in ciuitate &c.an obliget &c.ibi,num.64. fol.599.

Iuramentum an poſſit poſt cōmiſſum periurium relaxari.ib.à n.67.

Iuriſditionis ſpiritualis actus, qui ſint.t.2. l.4.d.14.n.1.& 2.f.256.

Iuriſditio an pretio communicari poſſit. ib. d.15.num.1.f.257.quæ ſit ordinaria, vel delegata.ib.f.258.& ſeq.

Ius eligendi conferendi &c.ad beneficia, an pecunia poſſit dari.tr.2,l.4.d.15.n.3. fol.258.

Ius patronatus Canonicū quid ſit.ibi,d.22. nu.1.f.271. quæ iura habeat. ibi. an ſit materia ſimoniæ Iuris Diuini. n.3.quomodo poſſit in alium transferri.f.272.de cuius licentia.nu.8.an poſſit ab vna Eccleſia alteri dari.ibid.

Ius præſentandi quo modo poſſit in alium transferri. d.diſp.22.à num.7. fol.272.

Ius patronatus quādo inhæret poſſeſſioni. ib.nu.10.f.273. ius patronatus perſonale, quod ſit &c.à n.11.vbi plura habes notatu digna per totam.d.22.

Ius ad beneficium per electionem eſt perſonale.tr.2.l.4.d.24.n.9. f.277.

Ius cōferendi beneficiū an poſſit dari cum pacto, vt facias negotia Eccleſiæ. ibid. d,29.n.5.f.294.

Ius patronatus per ſimoniam acquiſitum, an valide acquiratur.ibi.d.39.à nu.13. fol. 339.

Ius decimarum an poſſit à laicis præſcribi. tr.1.l.2.d.10.à nu.8.f.41.

Iuſſus facere aliquid cum conſilio alterius conſenſu &c.ad quid teneatur &c.tr.4. l.2.d.7.à n.46.f.538.

Iuſtitia legalis, quæ.t.1.l.1. d.3.n.4.f.11.

Iuſtitia quomodo ſit ad alterum.ib. An debeat reddere æquale, quoad effectū. n. 5.

LAborare die feſto quouſq.liceat.tra.1. l.3.d.6.& ſeq.f.70. an ſit mortale ſi fiat paruo tempore, & quod nam hoc ſit. ibid.d.9. f.84.quid ſi diuerſis vicibus. num.5.ibid.

Laborare ob purgādum triticum die feſto, an liceat.d.10.n.2.ibid.f.85.

Laborare ad corpus mortificandum, an liceat.n.7. an ad ſalutem corporis conſeruandam, ibi.an ad otium vitandum, & tentationes ledandas.ib.f.86.

Laborare cum cauſſa dubia die feſto an liceat.d.d.10.n.10.f.86.

Laborare ne omittatur lucrum, an liceat. num.12.f.87.

Laborandi priuilegium certis diebus feſtis an fuerit reuocatū a n.10.f.87. vide feſtū.

Labor in adminiſtrandis Sacramentis, an materia ſimoniæ, & quādo.t.2.l.4.d.16. n.1.& ſeq.f. 259. & 260.

Læſus vide leſus.

Laic' an ſit incapax iure decimarū.t.1.l.2. d.10.n.1.f.40.& ſeq. An ſit Iure Diuino incapax ſpiritualis miniſterij. ibi, n. 8.

Laici an poſſint decimas infeudū habitas ad alios tranſmittere ſiue linea ſit extincta, ſiue non.ib.à n.14.f.43.

Laici agentes de ſpolio decimarum, vel perceptione earum, an ſint ſtatim reſtituendi.ibi.à n.21.f.50.

Laica

Digitized by Google

Laica poteſtas, an poſſit dies feſtos inſtituere tr.1.l.3.d.3.à n.7. an poſſit pœnas pro transgredientibus feſtos dies imponere f.65.

Laicus quando poſſit coram laico conueniri ad obſeruantiam iuramenti à ſe, vel à teſtatore præſtiti tract. 4. l.2.diſ.13. n.33.f.571.

Latria quid ſit tr.2.l.2.d.2.n.3.f.187.

Lamiæ an vere, & corporaliter deferantur à Dæmone in varia loca tract.2.l.2. d.9.n.11.& ſeq.f.218.

Laus Dei, quid addat ſupra recognitionem Diuinæ excellentiæ tr.3.l.1.d.1. nu.16. f.359.

Laudes recitans priuatim à matutino diſtunctas an peccet tr.3.l.4.d.2.à nu. 14. an teneatur præmittere Pater, & Aue ibid.n.14.& 16.f.428.

Laudes an ſint horæ diſtinctæ dict. diſput. nu.10.& ſeq.f.427.

Laudes tantum omittens an teneatur reſtituere pro omiſſione vnius horæ tra. 3. l.4.d.16.n.9.& ſeq.f.480.

Laus quid ſit tr.1.l.1.d.2.n.5.f.8.

Legatus Papæ, an poſſit renunciationes, cum onere penſionis acceptare tra.2.l.4. d.25.num.16.f.286.

Legatum Eccleſiæ relinquere cum aliquo onere ſpirituali v. g. Miſſas celebrandi, an ſit licitum d.29.n.11.f.296.

Legatum relictum Eccleſiæ ſub conditione dicendi tot Miſſas, an non impleta conditione reuocetur ibid.

Legatus à latere arbiter electus ad litem beneficij, an poſſit vni penſionem dare, alteri beneficiũ tr. eod.d.35.n.13.f.325.

Leges pœnales quomodo interpretãdæ d.39. nu.27.f.342.

Leges quando dicantur eſſe circa materiã grauem, vel non d. 33.n.14.f.307.

Legens cum magna difficultate, an teneatur ad officium, quid ſi ſit beneficiarius, an teneatur beneficium renunciare t. 3. l.4.d.15.n.6.& ſeq.f.470.

Leges Canonicæ, an obligent in conſcientia trac.4.l.2.d.9.nu.1.f.543. quid de ciuilibus ibid.n.3.& nu.19.& ſeq. f.547.

Leges quando reſpiciant bonum commune, aut priuatum, & quomodo d.d.9.n.6.& ſeq.& n.9.& ſeq.& n.19.& ſeq.à f.548.

Leges quando ſint contra bonos mores, nec ne n.6.ibid. an poſſint actum annullare, & non prohibere illum ib.nu.13.& ſeq. f.546.

Leges prohibentes actum in fauorem particularis perſonæ, an ſint priuilegia tr. 4. l.2.d.9.n.22.f.547.

Leges prohibentes pacta circa futuram aliorum ſucceſſionem, an ſint latæ ob bonum publicum immediate dict. diſp. 9. nu.27.& 28.

Leges quando cenſeantur vniuerſales tr.1. l.4.d.8.q.1.n.2.& ſeq.f.112.

Legis anima, & corpus quæ ibid.

Leges Papæ, quos obligent ibid.nu.2.

Legum interpretatio quomodo facienda ib. & n.28.f.117.& per totam.

Leges fundatæ in præſumptione, an ceſſante præſumptione obligent tr.4.l.2. diſ.9. nu.29.& 30.f.548.

Leges prohibentes promiſſionem prodigam, an prohibeant ſolutionem ib.n.34.f.550.

Leges prohibentes actum, an prohibeãt perſeuerantiã in ipſo actu ib.à n.43.f.551.

Leges vſu non receptæ, an cenſeantur latæ tr.4.l.2.d.15.n.8.f.576.

Leges adhuc, vt obligẽt, an indigeant populi acceptatione ibid.

Legibus contrarijs, an poſſit quis obligari n.11.f.577.

Leges Caſtellæ, aut Luſitaniæ quomodo irritent iuramenta addita contractibus tr.4.l.2.d.17.n.9.& ſeq.f.589.

Legis cauſſa ceſſante, an ceſſet lex tr. 4.l.3. d.3.nu.49.f.615.

Lex vetus, an ſit mortua tr.1.l.4.diſp.8. q.5.à n.32.f.142.

Leſus in venditione, vel alio contractu iurato, an, & quando poſſit agere non obſtante iuramento, an indigeat relaxatione &c.tr.4.l.2.d.17.à num.44.ad 54. f.595.

Libertas quoad exercitium, vel ſpecificationem quæ tr.3.l.2.d.8.nu.15.f. 400.

Libertas eccleſiaſtica, an ſit idem, ac immunitas tr.1.l.4.d.8.q.3.n.14.& ſeq. an ſit de iure Diuino &c.ibid.f.130.

Libros corrigere die feſto cõglutinãdo cartam ſupra delendã, an liceat tr.1.l.3.d.7. à n.4.f.76.

Licentiam docendi concedens ob pretium, ſimoniam an incurrat tr. 2. l.4.d.5.n.5. f.241.& d.13.n.9.f.255.

Digitized by Google

Licentia tacita, quæ ſit tr.4.l.2.d.15.n.38. fol.582.
Licentia transferendi penſionem à Papa conceſſa, an contineat permutationem cum beneficio, an intelligatur de tranſlatione pura. tr.2. l.4.d.24.n.24.f.281.
Licentia audiendi confeſſiones, vt ſeruiat hoſpitali, vel vt certò tempore ſeruiat, an ſit ſimonia. ibi.d.29.nu.4.f.294. Quid ſi ſit cum pacto, vt ſtudeat. ibid. Quid ſi cum pacto, vt audiat confeſſiones monialiũ accepto ſtipẽdio n.10.f292.
Licentia abſoluendi ab omnibus caſibus et enormiſſimis an hæreſim comprehẽdat. tr.1.l.4.d.8.q.2.n.28.& ſeq.f.125.
Lis Eccleſiaſtica, & beneficiorum, an poſſit per ſortes terminari. t.2.l.2.d.6.à nu.5 f.204. vel per tranſactionem. tra.2.l.4. d.35.à n.8. f.324.
Litaniarum vſus quàm fuerit antiquus. tr.3.l.3.d.4. à nu.30.f.420. quæ maiores dicantur. ibi. an liceat alijs uti. nu.31. & ſeq: litanias recitans, an poſſit nominare virum, quem putat Sanctum. tr.3. l.1.d.3.n.15.f.363. an liceat addere Sãctum aliquem. ibi l.3.d.4.n.33.f.421.
Litanias omittere die S. Marci, et Rogationum quale peccatum ſit tra.3.l.4.d.12. à n.16.f.463. quid ſi litaniæ dicendæ die S. Marci veniant die Paſchæ. tra.3.l.3. d.vlt. fine. fol.421.
Loca ſacra violare, an ſit ſacrilegium, & quando t.1.l.4.d.1. quale præceptum ſit ea reuerẽdi per quas actiones frangatur &c. ib.& d.2.f.89.& ſeq.
Locus Sacer quis dicatur in ordine ad ſacrilegium. ibid.d.1. nu.3. vide Eccleſiæ. Pollutio.f.90.
Locare Calicem, vel veſtimenta ſacra, an ſit ſimonia, vel ſacrilegium. t.2.l.4.d.9. n.9.& 10.f.251.
Locutio hominis ad Deum in quo conſiſtat formaliter. t.3.l.1.d.1.n.13. et ſeq.f.358.
Locutio Angelorũ, an ſit actus imaginarius, & qualis. ib. à n.14. Quo modo fiat inter ſe ipſos, & cum Deo. ib. à nu.16. ad finem. fol.359.
Locutio Dei ad creaturas, an ſit actus trãſiens, & vbi recipiatur. ibi.
Locutio Dei ad animam in cõtemplatione, an fieri poſſit ſine aliquo actu intellectus, vel voluntatis ipſius animæ. tra.3. l.2.d.6.n.17.f.393.
Loquens an teneatur vitare ne alius decipiatur eiꝰ ſermone. t.4.l.3.d.3.n.4.f.608.
Loqui ex proprio capite quis dicatur. tr.1. l.4.d.8.q.6.n.25.f.151.
Lucrum an differat à mercede, & ſtipendio tr.1.l.3.d.6.n.20.f.74.
Lucernariũ quid ſit, & vnde dicatur. t.3. l.4.d.8.n.3.f.444. An ſit hora diſtincta à veſperis. ibid.
Ludens contra votum non ludendi quando cenſetur peccare mortaliter, & quando non, ſi ludat. t.4.l.2.d.7.à n.12.f.632.
Ludos publicos prohibere ad quos ſpectet. t.4.l.2.d.15.n.15.f.578.
Ludo ſe triremibus emancipans vulgo Bonauoglia, an ſi fugiat gaudeat immun. t.1.l.4.d.8.q.6.nu.76. f. 164. vbi an ſit ſeruus pœnæ.

Magia naturalis quæ ſit. tra. 2. l.2. diſ.8.nu.1.f.210. quæ ſuperſtitioſa & quotuplex. ib. à n.2. in quo differat à diuinatione. ibi. f.211.
Magiæ peccatum cuinam virtuti opponitur. n.5. an poſſit eſſe veniale ex paruitate materiæ. ib. an ob ignorantiam, aut in aduertentiam. ibid.
Magia quotuplex ſit n.3. an ſit vnius ſpeciei. ibi. n.5.
Magia ſcientiarũ qualis ſit d.8.n.8.f.212. Sanitatum quæ ſit, &c. d.8.n.12. quibus ſignis cognoſcatur à n.13.& 22.f.214.
Magi an obligandi ad tollendum maleficium. t.2 l.2.d.10.n.5.f.219.
Mala tẽporalia, an poſſint peti licite aliis. t.3.l.1.d.5.à n.13.f.371.
Maleficiorum &c. cauſa ad quẽ iudicem ſpectet t.2.l.2.d.11.à n.9.f.222.
Maleficum quid ſit. t.2.l.2.d.8.n.3. f.211.
Maledicere vento &c. an ſit blaſphemia. t.2.l.1.d.3.nu.23 f.180.
Maleficium quibus medijs curetur. tr.1.2. l.2.d.10.f.218. vbi varios habes modos, an poſſit diſſolui nõ obſtante dãno tertij. ibi.n.7. an alio maleficio. ib.n.8.
Maleficiũ petere à Mago parato vt aliud ſoluat, an liceat. d.10.n.9.f.220. vbi varij modi.
Malefici, et magi an ſint excõmunicati. d. 11. à n.1. Quãdo cẽſentur vehemẽtur de hæreſi ſuſpecti. n.6.& ſeq.f.222. et ſeq.
Mandatum ad iurandum quomodo debet fieri. t.4.l.2.d.13. ad n.6.f.565.

Mandatum de citando, an poſſit fieri die feſto.t.1.l.3.d.8.n.12.f.82. vbi alia habes de hac re.

Mandatum generale, quid comprehendat. t.1.l.4.d.8.q.2.n.28.f.125.

Manſionarius quis, & an eius officiũ vendi poſſit.t.2.l.4.d.23.nu.61.f.275.

Martyrio ſe offerre, an ſit tentare Deum. tr.2.l.1.d.2.à n.13.f.174.

Materiæ paruitas cur non detur in ſimonia.tr.2.l.4.d.3.nu.6.f.338. quæ ſit pro laborantibus die feſto.tr.1.l.3.d.9.nu.2. quæ in iudicialibus actibus. nu.2.f.84. An detur in vſurpatione iuriſditionis. tr.3.l.4.d.6.nu.13 f.440. an in periurio. t.4.l.3.d.2.à n.7.f.602.& d.6.n.5.& 6. vbi quæ nam ſit cenſenda parua.n.8.

Materia voti, & iuramẽti, an ſit aliquãdo eadem.t.4.l.2.d.6.n.10.f.528. qualis ſit cenſenda grauis.d.7.à n.22.

Materia proxima, & remota Sacram. quæ tr.2.l.4.d.7.n.3.& 6.à f.243.

Materiale quot modis poſsit adnecti ſpirituali.t.2.l.4.d.18.n.2.f.264.

Materiæ grauitas in lege, quomodo eſt cõputanda.t.2.l.4.d.33.n.13.f.307. vide paruitas.

Matutinum cur conſtet tribus nocturnis, vel vno, tot pſalmis &c.t.3.l.4.d.2.n.3. f.426 quo modo antiquitus recitatum fuerit.ibid.à n.4. An poſsit dici ſeparatũ à laudibus.d.3.n.14.f.428. an ſi dicatur ſeparatum à laudibus debeat dici oratio in fine.ib.n.14.& ſeq. vel Pater, & Aue in principio.ibid.n.15. vide Officium.

Mediator in ordine per ſimoniam collato, vel pecuniam recipiens an incurrat excommunicationem.tr.2.l.4.d.38.à nu.1. ad 7.f.333.

Mediator in beneficijs per ſimoniam habitis, quas pœnas incurrat. ib. n.17.f.336.

Medici ad quid teneantur. trac.4.l.2.d.15. nu.6.f.576.

Medicamẽta reſpuere in morbo, an ſit peccatum, & quale t.2. l.1.d.2.n.10.f.174. & n.16.f.175.

Media ad ſalutem neceſſaria, an ſint de præcepto.tr.3.l.1.d.7.n.3.f.378.

Meditatio quid ſit, & quando eſt pars mẽtalis orationis.tr.3.l.2. d.1.nu.4. f.382. quos actus includat.ibi.nu.6.

Membrum quid ſit.tr.1.l.4.d.8.q.5.n.136.

Membrum aridũ mutilans, vel membrum debilitans, an gaudeat immunitate. ibi. n.17. Quid ſi quis ſeipſum mutilet.n.19. fol.138.

Mẽtis eleuatio, an ſit opus pœnale.tr.3.l.1. d.6.n.3.f.374.

Meritum formaliter, an ſit in actu interiori tr.3.l.3.d.2.n.17.f.407.

Merces an poſſint carius vendi ob laborem &c.tr.2.l.4.d.16.n.2.à f.259.

Menſes in quibus officium non eſt dictum, & debet fieri reſtitutio quomodo computandi tr.3.l.4.d.16.n.3.f.478.

Mendacium quid, quale iocoſum &c. tr.4. l.3.d.3.n.3.f.608.d.2.n.7.f.602.

Metus quando cauſet inuoluntarium tr.4. l.2.d.5.nu.10.f.522. quando excuſet ab officio tr.3.l.4.d.15.à nu.40.f.475.

Miniſtri Epiſcoporum, qui ſint, pro collatione ordinum tract.2. l.4. d.36. à num. 6. ad 10. à f.327.

Minoris iuramentum vide iuramentum, quid ſi conſtituat procuratorem, vide procurator.

Miracula falſa dicere quale peccatum t.2. l.2.d.1.n.7.f.185.

Miſericordia in quo differat, à iuſtitia. tr.1.l.d.3.n.12.

Miſſam cantatam dicens, an poſſit plus accipere tr.2.l.4.d.16.nu.4.f.260.

Miſſas diſtribuens dicendas inter Sacerdotes, an poſſit pecuniam accipere, vt huic potius detur, quam alteri ib. d.20.n.12. f.270.

Miſſam dicere pro alio cum conditiõe, vt cras celebret pro te licet d.29. num. 10. f.296.

Miſſam dicere in tali Eccleſia, & non in alia, an ſit onus temporale ibid.

Miſſam dicere principaliter ob lucrum, an ſit ſimonia ibid.d.32.n.4.f.301.

Miſſarum ſtipendia, an poſſint taxari, à quo, & quo pacto d.33.à nu.6.f.306.

Miſſam ſemel omittere in die feſto, an ſit mortale tr.1.l.3.d.5.n.1.f.68.

Miſſæ audiendæ præceptum, quos obliget ibid.à num.2.

Miſſam audire, an teneatur diſcedens è loco vbi eſt dies feſtus ſi peruenturus eſt ad locũ, vbi non eſt dies feſtus ib.à n.4.

Miſſæ ſacrificium cur ſoli Deo, ſit inſtitutum tr.2.l.2.d.2.n.8.f.189.

Digitized by Google

Miſſas cum certo candelarum numero dicere &c. vt Miſſas S. Amadoris S. Gregorij &c. an ſit ſuperſtitio tr.2. l.2.d.8. n.17.f.214.

Miſſas dicere de defunctis pro anima viuentis, vel pro anima ſuſpenſorum, an ſit ſuperſtitioſum ibid. & ſeq.

Miſſam ſolemnem audiens, an ſatisfaciat praecepto ſi legat ſtatim Euangelium, & Epiſtolam v. g. deinde dum ſolemniter dicitur non attendat tr.3.l.4.d.5. n.16. f.457.

Miſſam dicere ante matutinum quale peccatum ſit tr.3.l.4.d.12.nu.2.& 3.f.459.

Miſſam audiens neſciens eſſe diem feſtum, an ſatisfaciat praecepto tr.3.l.4.diſp.13. n.9.f.466. quid ſi habuit animum ſatisfaciendi per aliam Miſſam ibid.

Miſſam audiens, an ſatisfaciat praecepto ſi recitet officium d.14.n.7.f.468.

Miſſam non dicens ad quam tenetur, an peccet mortaliter d.16.n.6.f.479.

Miſſam audiens, & identidē loquens quādo cenſeatur praecepto ſatisfacere tr. 3. l.2.d.3.n.9.f.386.

Miſſam dicens, & habēs cogitationes turpes &c. an peccet mortaliter, contra religionem tr.3.l.3.d.2.nu.10.f.406.

Miſſam nouam cantans, an poſſit oblationes recipere tr.1.l.2.d.2.n.7. f. 19. vide Sacerdos.

Monetam falſam cudentes, an gaudeant immunitate tr.1.l.4.d.8.q.6.n.41.f.156.

Moniales, an peccent volendo prandia &c. profeſſionem emiſſurā tra.2. l.4.diſp.12. nu.7. f.255. an teneantur ad horas &c. tr.3.l.4.d.n.à n.6.

Molere die feſto, an liceat tr.1.l.3.diſp.7.à num.15.

Morbi qualitas &c. an ex aſtris poſſit cognoſci tr.2.l.2.d.5.n.4. an liceat ibid. & num.3.

Motiua impetrandi, à Deo, quae petimus vnde ſumenda tr.3.l.2.d.1.n.8.f.382.

Motus primo primi, & primo ſecundi qui ſint tr.4.l.3.d.2.n.20. An ſint voluntarii ibid.f.605.

Mulieres, an gaudeant immunitate in caſibus exceptis tr. 1.l.4.d.8.q.6. fine.

Munus à manu, an ſit parua pecunia etiā promiſſa tr.2.l.4.d.28.n.1.f.164.n.1. an debiti remiſſio n.2. an pactum penſionis cum Curiali, vt ſtrenue laboret, vel cum aulico ibid. n.8. an dare penſionem collatori &c.n.6.& 9.à f.291.

Mutilator membrorum quis dicatur tr. 1. l.4.d.8.q.5.n.14.& ſeq. vbi an gaudeat immunitate f.136.

Mutus, an poſſit eſſe teſtis tr.4.l.1.d.3.n.2. f.497.

Mutuatarius, an poſſit negare ſe mutuum recepiſſe quando nequit probare illi ſatisfeciſſe tr.4.l.3.d.3.n.19.f.611.

Mutuum ab vſurario, an poſſit peti &c. tr.4.l.3.d.8.n.27.f.636.

Muſicam die feſto addiſcere medio inſtrumento nuper inuento an liceat tr. 1. l.3. d.7.num.5.f.76.

NEgare ſubdito facultatem, vt alteri confiteatur ob pretium, an ſit ſimonia tr.2.l.4.d.17.n.5.f.262.

Neceſſitas quando excuſet à reſtitutione, vel à ſolutione decimarum, & pro quo tempore tr. 1.l.2.d.6.n.4.f.30.

Necromātia quid ſit t.2.l.2.d.3.n.6.f.192.

Notarius, an poſſit aliquid accipere pro litteris, dimiſſoriis, vel teſtimonialibus tr.2.l.4.d.36.n.10.& ſeq.f.328. an poſſit pretium recipere pro faciendo contractu, vel apoca in beneficiorum collatione ibid.num.10.

Notarius aliquid exigens pro dimiſſorijs, vel ſigillo &c. an incurrat excommunicationem latam contra ſimoniacos in ſuſceptione ordinis ibid.d.38.n.3.& ſeq. f.334.

Notarij, an teneantur iuramento ſeruandi ſtipendium lege taxatum tract.4.l.2. d.15.n.14.f.578.

Nouitius, an poſſit facere renunciationem ſuorum bonorum ante duos menſes à profeſſione tr.4.l.2.d.17.n.8.f.589. an poſſit dare pecuniam ob ingreſſum ſi iniuſte negetur tr.2.l.2.d.34.n.29.f.315. an teneatur ad Chorū tr.3.l.4.d.4.n.8.f. 431.

Nundinae, an poſſint fieri die feſto tr. 1.l.3. d.8.n.3.f.80. an in Eccleſia, vel caemeterio l.4.d.3.à n.8.tr.1.f.94.

OBedientia quae virtus, & quod eius munus &c.tr.1.l.1.d.3.nu.7.f.12.

Obiectum quid ſit, & quotuplex trac. 1.l.1. d.3.nu.1.f.7.

Obiec-

Digitized by Google

Obiectũ virtutis religionis quod ſit ib.f.7.

Obiectum adæquatum alicuius virtutis quas conditiones habere debet d.2.n.13. ibidem.

Oblatio libelli, an liceat die feſto tr.1.l.3. d.8.n.14.f.83.

Oblatio quid ſit tr.1.l.2.d.1.à n.5.f.15.an eius vſus in lege noua ſit licitus &c.n.6. f.16. eius cauſa ad quem Iudicem ſpectet loc.cit.d.2.nu.13.f.20. an poſſit præſcribi à Clericis contra laicos d.d.1.n.9. an alio modo poſſit eſſe debita ex iuſtitia à n.9.f.16.

Oblationẽ neganti, an ſit cenſura impoſita tr.1.l.2.d.1.n.12.f.17.

Oblatio in quo differat à ſacrificio ibid. à nu.14. an poſſit de conſuetudine dari ab Eccleſia laicis, vt candela &c. & dict. d.1.à nu.13.f.17.& d.2.f.18.à quibus perſonis, & quibus fieri debeat tr.1.l.2. d.2.ad n.13.

Oblationes quæ offerũt Cappellæ, vel imagini &c. in aliqua Parochia, aut domo cui debeantur d.2.n.4.f.18.quid ſi fiant in Eccleſia Cathedrali ib.n.6. quid ſi in eccleſijs regularium ibid.f.19.

Oblationes factæ in Miſſa ſponſorum cui debentur ib.n.7. quid in Miſſa Epiſcopi celebranti in Eccleſia Regularium ib. quid de datis in prima Miſſa ibid.an requiratur Iudicis ſentẽtia ib.n.13.f.20.

Obligatio ex iuſtitia requirit pactum formale, aut virtuale tra.3.l.4.d.10.nu.2. fol.447.

Obligatio negatiua, an ſit maior obligatione affirmatiua tr.4.l.2.d.2.n.4.f.511.

Obligatio quæ in ſuo genere eſt minor poteſt eſſe maior in indiuiduo conſiderata, & contra ibid.n.8.f.512.

Obligatio antidoralis quæ, & quando per eã ſit ſimonia tr.2.l.4.d 32.à n.8.f.302.

Obligatus recitare coronam, Roſarium, aut officium hac hebdommada, an poſſit per partes dicere tr.3.l.3.d.5.nu.20.& 21. fol.416.

Obligatus eodem die pluribus titulis ad Roſarium dicẽdum, an vnius recitatione ſatisfaciat ibid.à n.23.

Obligatio iuramenti, an ſequatur naturaliter tr.4.l.2.d.17.n.7.f.589.

Obſecrare in quo actu conſiſtat tra.3.l.1. d.1.n.18.f.359.

Obſequium ſpirituale, vel temporale quãdo ſit ſimoniæ pretium tr.2.l.4.d.29.à num.6.

Obſeruare dies fauſtos &c.tr.2.l.2.diſ.4.à n.14.f.195.an ſit mortale.

Occaſionem peccati dare alteri quando ſit &c.tr.4.l.3.d.8.à n.27.f.636.

Occidere proditorie quis dicatur tr.1.lib.4. d.8.q.5.à nu.20.f.138.& d.7.f.104.

Occidens Cardinales, Epiſcopos &c.an gaudeat immunit.ib.q.6.à n.7.f.147.

Occidens aliquem inaduertenter quem ſi cognouiſſet occidiſſet, an peccet tr.4.l.3. d.2.n.22.

Occidere per inſidias quis dicatur tr.1.l.4. d.7.à n.7.f.107.& d.8.q.6.l.cit.à n.27. fol.141.

Oeconomi officium, an vendi poſſit ſine ſimonia tr.2.l.4.d.23.à nu.4.f.275.

Oeconomus vniuerſalis iurans pro procuratore, an teneatur perſonaliter ratione iuramenti tr.4.l.2.d.13.n.6.f.566. an poſſit ſine ſpeciali mandato iurare de calumnia ib.n.12.f.567.

Offerre orationes quid ſit tract.3.l.1.diſ.3. n.28.f.366.

Officia Eccleſiæ tẽporalia quando ſunt materia ſimoniæ ib.d.23.à n.1. an ea vendere ſit peccatum, & quale nu.3.f.274.

Officium omittens in Choro, & illud recitans priuate, an peccet mortaliter tr.3. l.4.d.6.n.4.& ſeq.f.438.

Officium publice recitare cum aliqua ſyncopatione, & celeriter, an ſit mortale ib.n.11.f.439.

Officium B.V. in Choro omittere quale peccatum ibid.

Officio Diuino aliquid addere, an ſit mortale, & quando ib.à n.13.ad 16. vbi de cantilenis n.15.f.440.

Officium Diuinum, an conuenienter dicatur lingua latina tr.3.l.4.d.3.n.2.f.428. an poſſit alia lingua dici, & quale peccatũ ſit d.6.n.16.ad fin.f.440. ib.n.20.

Officium ſub ritu duplici recitans quando eſt recitandum ſub ſimplici, an peccet m.tr.3.l.4.d.12.n.1.f.458.

Officium in Choro ſine attentione recitare quale peccatum ſit tr.3.l.4.d.7.n.4. fol.442.

Officium recitãs in Choro, an teneatur ſupplere pſalmos quos omiſit ib.nu.8.f.443.

quo-

Digitized by Google

quomodo debeat dici, quo ad ſitum corporis, & an ſit mortale habere ibi fabulationes turpes ib. nu. 11. an debeat dici à beneficiariis ratione iuſtitiæ, an ſi non habeant poſſeſſionem &c. tr. 3. l. 4. d. 10. f. 447. vide Beneficiarius, & beneficiū.

Officium an recitari poſsit iuxta aliam formam quam in ſua matrice d. diſ. 11. n. 2. & ſeq. f. 455. quid ſi recitetur à Dominicano iuxta formam Benedictini &c. ibid.

Officium recitans cum ſocio, an teneatur eum audire d. 15. n. 15. f. 471.

Officium an recitandum ſit iuxta formam Breuiarij Eccleſiæ vbi eſt reſidentia, an vbi eſt beneficium d. 11. n. 7. & ſeq. fol. 454.

Officium pro Officio dicere quale peccatum ſit ib. à n. 9. f. 455. vbi de Officio Reſurrectionis, Paraſceues. f. 457.

Officij diuini initiū vnde ſumatur d. 12. initio.

Officium priuate recitans, an peccet mortaliter dicendo tertiam ante primam lectiones ante pſalmos &c. ib. à num. 1. à fol. 458.

Officium interrumpere in priuata recitatione quale peccatum ib. d. 12. à nu 4.

Officium præcedenti die inceptum, ſed non finito matutino, an poſsit die ſequenti continuari d. 12. n. 8. & ſeq. f. 460. an poſsit recitari cum ſocio laico ib. à n. 12. an cum pluribus, & quid tunc faciendum ib. n. 13. f. 461. & d. 15. n. 15. f. 471.

Officiū recitans priuatim ſyncopando, & verba mutilando, an peccet mor. ibid.

Officium B. V. Defunctorum &c. an ſit recitandū à priuatim recitātibus à n. 17. fol. 462.

Officium Defunctorum in 2. die Nouemb. an debeat dici ex præcepto d. 12. nu. 18. fol. 463.

Officium vna vice omittere, an ſit mortale ib. nu. 19. quid ſi eius pars notabilis omittatur ib.

Officium totum omittēs quot peccata committit ib. n. 20. & 21. f. 464. quid ſi proponans ſepius in die, quot peccata commiſis ib. n. 23.

Officiū priuate recitans ſine attentione, an peccet, & ſatisfaciat obligationi diſ. 13. n. 3. & 4. f. 466.

Officium recitans dum manus abluit, induitur &c. an peccet m. ibi. à nu. 5. & 6. quid ſi cum animo non ſatisfaciendi, ſed aliud dicendi. d. 13. nu. 12. f. 466. quid ſi metu compulſus, an ſatisfaciat. ibi. n. 11.

Officium an recitari poſsit ab exiſtente in pecc. m. tr. 3. l. 1. d. 3. n. 30. f. 360. recitans priuatim an peccet non ſeruādo rubricas. d. 14. f. 467.

Officium quo tēpore poſsit dici priuatim, an melius ſit anticipare, quam poſt ponere etc. ib. recitare dum Miſſam audis, an liceat ib. n. vlt. f. 468.

Officium omittens ex obliuione, an peccet. d. 15. n. 3. f. 469. ob ignorantiam legendi &c. d. d. 15. à n. 6.

Officium recitās cum blæſo, an ſatisfaciat. d. 12. n. 15. f. 462.

Officium an ſit recitādum à ſacerdote habēte magnam difficultatem in legendo, à cæco, ſurdo, infirmo, Carente Breuiario etc. 4. d. 15. à nu. 6. f. 470. quando debeat dici ab ordinato. ibi. nu. 11. f. 471. an debeat audiri, ſi recitari nō poſsit. ib. n. 13. et ſeq. An teneatur ſocium adhibere. ibi. à n. 14. vbi de beneficiario, vel ordinato ad titulū Patrimonij, vſq; ad n. 21. f. 471.

Officiū præſentis diei recitare non valens, an teneatur aliud recitare quod ſcit memoriter etc. d. 15. n. 21. f. 472. ib. An poſsit omitti ratione ægritudinis, et qualis, et quāta ea debeat eſſe, vel ex conualeſcētia. ibi. n. 23. f. 473.

Officij partē tantū dicere valēs, an teneatur ad illā, et quādo. ib. à nu. 33. f. 474.

Officij pars maior quæ dicatur ad hoc, vt quis ſit obligatus ad eam dicendā. ibi. à n. 35. quæ pars præcipua. ibi. f. 474.

Officiū an ſit omittendum ne dentur cauſæ rixarū &c. quid ſi ſit Beneficiarius obligatus. ib. à nu. 39. ad 41. f. 475.

Officiū ob neceſſitatem quando poſſit omitti. d. d. 15. à nu. 43. ibid.

Officij impedimēta, an debeant præueniri. d. d. 15. ibi. nu. 44.

Officiū an poſſit omitti à Cōfeſſario audiēte confeſsiones ex Charitate. nu. 45.

Officium recitare non valens mane, an teneatur poſtponere, et dicere ſero, & quid recitare. ib. à nu. 46.

Officiū omittēs quādo, et quid teneatur reſtituere. d. 16. f. 479. recitans omnino diſtract⁹ ex cōſideratione ſēſus ſpiritualis, an ſatisfaciat. tr. 3. l. 3. d. 2. nu. 11. f. 406.

i Of-

dæmonem chyrographum &c. tra.2.l.2. d.9.n.13.f.218.

Pactum de diuidenda hereditate, vel quid ſimile poſt mortem alterius, an ſit licitum tr.4.l.2.d.9.n.26.f.548.

Pactum legis commiſſoriæ quod nõ ſit &c. tr.4.l.2.d.10.n.15.f.554.

Pactum de non ingredienda religione, niſi prius aliquid fiat, an liceat t.4.l.2.d.15. n.29.f.581.

Palatium Cardinalium, vel Epiſcopi, an gaudeat immunitate tract. 1. l.4.d.5.à n.13.ad 20.à f.101.

Papa concedens expectatiuam in alium transferri, an cenſeatur concedere permutationem iurium &c. ob aliquod beneficium tr.2.l.4.d.24.n.9.f.378 an poſſit dare coadiutorem Epiſcopo, qui vere ſit actu prælatus vna cum illo tract. 3. l.4.d.16.nu.37. f.454. in quo caſu poſſit eſſe ſimoniacus d.36.n.1.ad 5.f.326.

Papa communicans cum excommunicato, an cenſeatur illũ abſoluere d. 44. n.15. num.15.f.355. quid ſi conferat beneficium, an etiam tollat inhabilitatẽ &c. ſi ſciat eſſe ſimoniacum ib.à num.16.an cenſeatur diſpenſare in ſimonia ſi vendat beneficium ib.à n.16.

Papa an poſſit promiſſionem alteri factam etiam iuratam relaxare tr.4.l.2.d.17.à n.30.f.593. an nõ obſtante conſuetudine non ſoluendi decimas poſſit eas exigere tr.1.l.2.d.5.n.4.f.25.an poſſit in decimis diſpenſare ib.à nu.17.f.28. an poſſit de omnibus Parochis decimæ partem ſibi capere d.10.n.2.f.40.

Parentes mala imprecantes filijs, vel mortem optantes, an peccent mortaliter t.3. l.1.d.5.n.15.f.371. minantes cum iuramento filijs &c.mortem flagella &c. ad quid teneãtur tr.4.l.3.d.6 à n.17.f.624.

Parochus an vt teſtis aſſiſtat matrimonio tr.2.l.4.d.14.nu.11.f.257. quando tenetur ad funeralia mortuorum &c.tra. 2. l.4.d.10.n.3.f.251. vide v. ſimonia.

Parochi an teneantur ad Chorum, & quomodo tr.3.l.4.d.4.à n.7.f.471.

Parricidium quando dicatur tr. 1.l.4.d.4. q.2.à n.24. vbi an gaudeat immunitate f.124.

Paruitas materiæ, an detur in magia tr.2. l.2.d.8.n.5.f.211. an in blaſphemiã t.2. l.1.d.4.n.3.f.182. An in ſuperſtitione d.1. n.12.f.186. An detur in diuinatione.d.3. n.14.f.194. An detur in Sacrilegij peccato, & vnde deſumenda ſit tr.2.l.3.d.4. n.1.f.229. vide materiæ paruitas.

Paſcha quo die ſit celebrãdum inter dominicos dies t.1.l.3.d.2.à n.16.f.60. An ſit eodẽ die per totũ orbẽ celebrandũ etc.ib.

Patria poteſtes fauore fidei ceſſat.tr.1.l.2. d.6.nu.1.f.29.

Patrimonium ad ordines, an poſſit ſine ſimonia conſtitui cum pacto, vt ordinatus non accipiat redditus, ſed reſtituat cõſtituenti.tr.2.l.4.d.28.n.5.f.292.

Patrimonij renunciatio etiam iurata, an teneat.t.4.l.2.d.9.n.19.& 21.f.547.

Patronus an poſſit alteri compatrono dare ius patronatus, vel cum illo commutare &c.à nu.15.f.274. vide Beneficium.

Paſqualigi dicta circa ſimoniã examinãtur.t.2.l.4.d.34.à n.30.à f.319.

Paupertatem fingens ad beneficium obtinẽdũ, an ſit ſimoniacus.d.29.n.10.f.296.

Pauperum nomine an veniant aliquando animæ defunctorum.tr.3.l.4.d.8.n.20.

Pauperes an ius acquirant per iuramentũ preſtitum ab aliquo dandi eleemoſinam. tr.4.l.2.d.13.n.28. & ſeq.f.570. an poſſint iuramentum dãdi eleemoſinã relaxare &c.d.17.nu.19.f.591.

Paupertatẽ ſimulans, & petens eleemoſinã ob amorem Dei, an peccet mor.tra.4.l.3. d.8.nu.76.& ſeq.

Peccator certus de ſua damnatione per reuelationem, an poſſit orare. tr.3. l.1.d.4. n.9.f.368.

Peccati permiſſionem, an poſſimus petere. t.3.l.1.d.5.n.21.f.373.

Peccator obſtinatus an exaudiatur dum orat.tr.3.l.1.d.6.n.19.f.378.

Peccatum in Spiritum Sãctum cur dicatur irremiſſibile.tr.2.l.1.d.4.n.8.f.183.

Peccatores obſtinati orare, an debeãt t.3.l.1. d.3.n.29.et ſeq. An aliquando teneantur ib.n.30.f.366. An teneãtur ad Officium Diuinum ſi ſint in ſacris.ibid.

Peccatum mortale die feſto commiſſum an habeat malitiam aperiendam in confeſſione.t.1.l.3.d.6.à nu.9.f.72.cur dicatur opus ſeruile.ibid.

Peccata volita in cauſſa quando imputãtur.t.4.l.3.d.2.à n.21.f.605.

Pec-

Digitized by Google

Peccatum in Eccleſia factum an ſit ſacrilegium.t.1.l.4.d.4.f.77.
Pecuniam dare ad Eucharistiam, vel reliquias recuperandas à Tyrãno &c. an liceat t.2.l.4.d.7.n.12.f.245. vbi an pro viatico.vide ſimonia, & pretium.
Penſio quid & quotuplex t.2.l.4.d.20. n.1. fol.267.
Penſio laicalis an poſsit vẽdi ſine ſimonia. ibi.nu.2.f.268.
Pẽſio eccleſiaſtica quot modis ſolet imponi. ib.n.3.data ad ſuſtentationem,an vendi poſsit.n.4. an poſsit ob pretium trãsferri ab eo qui habet facultatem à Papa transferendi in alium.n.5.
Penſionarius ſi transfert in aliũ penſionẽ, an etiam transfert onus officij. ibid.n.5.
Penſio an poſsit redimi ſine Papæ conſenſu n.7.f.269.Quid ſi fuit iniuſtè impoſita, ſed validè,quid ſi fuit inualidè impoſita n.8.Quid ſi penſionarius remaneat obligatus ad onus ſpirituale. nu.9. an poſſit gratis remitti,& quando non ib.num.7. impoſita ſuper Epiſcopatum &c.pro aliquo munere ſpirituali.d.20.n.10.& ſeq.
Penſio in quo differat à beneficio. tr.2.l.4. d.24.n.22.f.280. An poſsit cum beneficio ſine Papæ conſenſu permutari.
Pensio an poſsit poni ad cõpẽſandũ inæqualitatem beneficiorum ibi.n.27.f.281.
Pensio impoſita ei cui datur beneficium, vel collatori,præſentatori, an ſit munus à manu.tr.2.l.4.d.28.nu.7.f.292.
Pensio an hodie valeat ſine Papæ conſenſu d.28.n.10.f.293.
Penſionem habẽs titulo Clericali, vel Laicali,an teneatur ad officiũ. t.3.l.4.d.10. n.28.f.452. quid ſi retenta pẽſione fiat miles S.Ioannis,vel alterius Religionis cõuerſus,an teneatur ad officium dictũ, vel ad orationes ſuæ religionis.ib. An loco officij parui poſsit officium Diuinũ dicere.ibidem.
Penſionarius nõ recitans officium B.Virg. an,& quid teneatur reſtituere.tr.3.l.4. d.16.n.7.f.480.An ſit capax fructuum. an poſsit illos recipere,& poſtea compoſitionẽ facere cum Papa.ib.à nu.25.f.483.
Pensio per ſimoniã habita, an ſit reſtituẽda.d.39.à n.28.f.342. An extinguatur per renunciationem cum pacto,vt alteri transferatur.ib.n.25.An ſit eadẽ. num. ſi transferatur.ib.vide ſimonia.
Peregrini, quando teneantur ad præcepta, v.g.feſtorum obſeruationẽ &c. loci vbi sũt,vel patriæ.t.1.l.3.d.4.per totã f.66.
Periculo peccandi ſe exponẽs peccat eodem peccato cui⁹ eſt periculũ .d.2.nu.9.f.603
Periurium quid ſit.t.4.l.3.d.1.n.1.Quotuplex ſit ib.n.5.f.601. quãta eius grauitas.Quando poſsit eſſe veniale.d. diſ.2.à num.7.f.602.
Periurij pœnæ quot ſint, & quando incurrantur.d.7.f.627.
Periurus an beneficia amittat,an ſit incapax,& quando ib.à n.6.f.628.quando à teſtimonio ferendo repellatur.ibi. n.7.et ſeq.f.628.An pro foro conſcientiæ teneatur ante ſententiam Iudicis nõ ferre teſtimonium etc.ib.n.8.f.629.An ſufficiat publica fama etc.ib.à n.9. Si fuit emendatus an repellatur à teſtificãdo.ib.n.13. Quid ſi fuit in iudicio nullo.ibi.nu.16. f.630.An poſsit à Iudice laico puniri.ib. n.21.an ſit caſus reſeruatus, & quando n.22.et ſeq.An poſsit ab officio,et beneficio deponi.ib.n.19.
Permutatio beneficiorũ quãdo ſit ſimonia, et quo iure.t.2.l.4.d.24.à n.6.f.277.vide cõmutatio,et beneficiorũ permutatio.
Permutatio beneficiorum,an poſſit fieri ſine conſenſu collatoris electoris d.diſ. 24 n.11.& ſeq. an poſſit fieri cum auctoritate Iudicis R.Monarchiæ d.d.24.n.19. f.280. an de licentia Prælatorum non habentium iuriſditionem Epiſcopalem ib.n.14.f.279.
Permutatio fructuum præſentium, an liceat n.13.ib.
Permutatio beneficiorum Papæ reſeruatorum, an poſſit fieri auctoritate Epiſcopi ibid.num.14.
Permutationes an ſint fauorabiles,& latæ extendendæ d.24.n.23.ib.
Permutatio an poſſit eſſe in rebus ſpecie diuerſis ib.n.25.f.281.vide ſimonia.
Perſona quando dici poſſit ſacra tra. 2. l.3. d.2.n.7.& 2.f.226.& 227.
Perſonæ diuinæ,an orare poſsint tr.3.lib.1. d.3.n.22.f.365.
Perſona principis quid ſignificet tr. 1.l.4. d.8.q.6. à n.35.f.154.& à n 47.f.158. vbi quid ſit perſona.
Petere à Deo miraculoſam prouidentiã,an ſit illum tentare tract.3.l.1.d.5. nu.11. f.371.

K Pe-

Digitized by Google

Petere nomine Chriſti quid ſit. ib.d.6.n.9. fol.375.

Petens à Dæmone cognitionem eorum, quæ ſcire poteſt naturaliter, an ſit ſuperſtitioſus.t.2.l.2.d.3.à n.14.f.193.

Petere ab alio parato opus de ſe malũ quod non poteſt bene fieri, an liceat: tra.2.l.2. d.10.n.10.f.220.

Petere quid ſit.t.3.l.1.d.1.n.2.f.357.et t.4. l.3.d.8.nu.29.f.636.

Petitio in oratione in quo actu formaliter cõſiſtat.ib.n.11.f.358.vide orãs, oratio.

Pharmacia quid ſit t.2.l.2 d.8.n.3.f.211.

Phiſiognomia, quid ſit, d.4.n.7.f.195.

Pij V. diſpoſitio quanta Eccleſiæ Dei an prohibeat intentionẽ renunciandi beneficium.t.2.l.4.d.25.nu.5.& ſeq.284. An ſit in vſu in Hyſpania.ibi.nu.14.f.285.

Pij V. preceptũ initio miſſalis poſitũ, de qua variatione intelligatur.tra.3.l.4.d.12. nu.2.f.459.

Pij V. cõſtitutio circa reſtitutionẽ fructuũ ob omiſſionẽ horarum, an derogauit ſtatutis, et cõſuetudinibus alias diſponẽtibus.t.3.l.4.d.16.n.22. & ſeq.f.483.

Pileoli vulgo berretini vſus in communicante, an liceat.tr.3.l.3.d.4.à n.9.f.410. & ſeq.vbi multa habes.

Pingere die feſto quando liceat, & quibus &c.t.1.l.3.d.7.à n.8.f.76.

Pythones qui ſint t.2.l.2.d.3.n.6.f.192.

Pyromantia quid ſit.ib.nu.7.

Placitũ quid ſit t.1.l.3.d.8.n.5.f.81. An ſit die feſto prohibitũ.ib.an in Eccl.l.4.d.3.f.92

Planetarum curſus cur poſſit difficile cognoſci.t.2.l.2.d.5.n.4.f.198.

Plenum voluntarium quando ſit tr.4. l.2. d.10.nu.6.f.552.

Pœna nõ incurritur niſi exprimatur, ẽt in delicto æquiualẽti.t.2.l.4.d.37.n.2.f.331.

Pœnæ cõtra vẽdentes beneficia an cõtineãt vendentes penſiones.ib.n.7.f.332.

Pœnæ ſimoniacorum an comprehendant ſimoniacũ contra ius eccleſiaſticum n.7. & ſeq. ibid.

Pœnæ contra malè promotos à Sixto V. an ſint ad ius commune redactæ à Clemẽte VIII.&c.ibi.d.28.nu.7. & ſeq.f.334.

Pœnæ ſimoniæ an incurrantur ſi pretium totum nõ ſit ſolutũ.ib.n.17.f.336. Quid ſi ſit factum inſtrumentum de ſoluẽdo. ib. n.19. an incurrantur ab eo momẽto quo fit ſolutio, an vero fiat retratio ad tempus conuentionis.ibidem num.20.

Pœnæ ſimoniæ an incurrantur ab acceptãte beneficium per ſimoniam, quando nõ poteſt contradicere ob metum ibi.d.44.à nu.9.f.354. An poſſit conſuetudine tolli. ibi.n.17.f.355.

Pœnæ contra nõ ſoluentes decimas &c. quæ ſint t.1.l.2.d.12.à n.13.f.54.

Pœna contra facientes actus iure prohibitos, an incurratur à faciente actum iure irritum.t.4.l.2.d.9.n.14.f.546.

Pœnæ blaſfemiæ quot ſint.t.2.l.1.d.4.à n.8. f.183. Idolatriæ quæ ſint.t.2.l.2.d.2.à n.20.f.191. Magorũ maleficiorũ, & diuinatorũ quæ ſint d.11.à n.1.ad 12.f.221.

Pœnæ contra hæreticos an incurrantur pro foro conſcientiæ à ſuſpectis de hæreſi. t.2.l.2.d.1.à num.5.f.222.

Pœna mortis poteſt imponi in ſacrilegio graui tra.2.l.3.d.4.n.6.f.230.

Pœnitentia recitandi Roſarium, vel Coronã &c. an ſatisfit recitãdo alias debitũ ex voto &c.t.3.l.3.d.5.n.24.f.416.

Pœnitẽs an teneatur modum ſuperſtitionis aperire t.2.l.2.d.1.n.13.f.186. An teneatur in confeſſione aperire diuinationem factã per pactum explicitum cum dæmone, vel implicitum l.c.d.4. nu.12.f.194. An manifeſtare circuſtãtias ſacrilegij t.2.l.3.d.1.à n.7.f.235. Ad prauam conſuetudinem eſtirpandã an teneatur remedia à confeſſore data acceptare. tr.4. l.3.d.2.n.29.f.607.vide n.27. An teneatur pœnitentiam acceptare.nu.31.ibid.

Poſſeſſionẽ beneficij per litem impediẽs an teneatur ad offic.t.3.l.4.d.10.n.5.f.448.

Potẽtia vitalis an poſſit habere actum nõ procedentem à natiua virtute illius.t.3. l.2.d.6.à n.18.f.394.

Poteſtas ſpiritualis in quibus reſidet. tr.1. l.2.d.4.nu.5.f.25.

Poteſtas abſoluta, & ordinaria Papæ quæ. tr.1.l.2.d.5.nu.18.f.28.

Pragmatica taxans pretium frumenti, an obliget tempore magnæ ſterilitatis. tr.4. l.2.d.15.n.12.f.576.

Præcepta diuina eliciendi actum Charitatis &c. quãdo obligent t.3.l.1.d.7.à n.9. ad 11.fol.379.

Præceptum in Cap. dolẽtes de Celebr. Miſſarum, quomodo intelligatur.trac.3.l.4. d.7.à n.1. ad 4.f.442. & de recitatione officij d.13.n.2.f.464.

Præcepta moralia, iudicialia, & cæremonialia quæ tr.1.l.2.d.4.nu.4.& ſeq.f.22.
Præceptum de obſeruantia Sabbati, an hodie poſſit ſeruari.tr.1.l.3.d.1.nu.1.f.56.
Præcepta cæremonialia quomodo hodie poſſint remanere.ib.d.2.nu.1.f.57.
Præceptum de obſeruantia feſtorũ ad quas actiones obliget.nec ne.t.1.l.3.d.5.à n.6.f.69. Quas prohibeat d.6.per totã.f.70.
Præceptum de non fugiendo è carcere moleſto, an ſit ſeruãdum, & humanum. t.4.l.2.d.5.n.18.f.524.
Præceptum Dei quomodo poſſit facere, vt id quod eſt peccatum nõ ſit tale t.4. l.2.d.6.n.16.f.529.
Præceptum in quo differat à lege tra.1.l.4.d.8.q.1.nu.6.f.113.
Præcepta legis veteris quot erãt, quæ ceſſarint &c.l.c.q.5.à n.32.f.142.
Prædicare futura ex aſtris quando liceat. tr.2.l.2.d.5.à nu.7.f.199. Quid ſi ex leuiſſima illa coniectura fiat prædicatio, an ſit vetitum à Sixto V.ibi.à n.15.f.201, quid ab Vrbano nu.18.
Prædium emptum pecunia debita Eccleſiæ pro decimis, an ſit Eccl.et illi fructificet tr.1.l.2.d.12,n.5.f.53.
Prælatus ſi ſuum ſubditum religioſum per laicum percutiat an ſit ſacrilegium.t.2.l.3.d.4.n.4.f.230.
Prælatura religionum, an ſint nullæ ſi per ſimoniam habeantur trac.2.l.4.d.39.à n.32.f.342.
Præſcriptio beneficij per triennium poſſeſſi an locum habeat pro vtroq; foro t.2. l.4.d.39.à n.23.f.341.
Præſentatio ad beneficia an ſit actus ſpiritualis, & materia ſimoniæ.t.2.l.4. d.22.n.6.f.272.
Præſentandi ius, an poſſit in alium transferri d.d.22.nu.7.& 8.& ſeq. an competat re vel fundo ſequeſtrato ſequeſtri d.22.n.15.f.274. an competat depoſitario, vel habenti villã in pignus ib.n.16.
Præſentare ad ordines cum pacto vt præſentatus reſtituat Patrimonij fructus, an liceat n.4.f.272.
Præſtigium quid tr.2.l.2.d.3.n.7.f.192.
Præſtimonia habens an teneatur reſtituere fructus ſi non recitet officium, & quomodo, an poſſit compoſitionem facere t.3.l.4.d.16.n.7.& 24.f.480.& f.483.
Præſtimonia quid ſint tr.2.l.4.d.19.n.20.f.267.an poſſint vendi ib. an ad eorum titulum poſſit quis ordinari ib. an in impetratione beneficij ſit facienda mentio eorum, an in expectatione ib.n.2.
Præſumptio quando poteſt valere tr. 2. l.4.d.8.q.1.à n.1.f.112.& n.24.f.116.
Pretium accipiens pro concedenda licentia docendi cui teneatur reſtituere tr.2.l.4.d.5.n.10.f.242.
Pretium quando interueniat in rebus ſpiritualibus &c.tr.2.l.4.d.26.nu.1.f.287. quid pro foro externo iudicãdum ſit ib. à n.6.quid ſi quis excludat expreſſe rationem pretij ib.n.4.& ſeq.
Pretium quotuplex ſit, & an recte diuidatur in munus à manu ab obſequio, à lingua, & quid ſit &c.l.eod.d. 27.f.289.
Pretij rationem, an habeat parua pecunia, & quando d.28.n.1.f.391.
Pretium ſimoniace acceptum, an ſit reſtituendum ante completum contractum tr.2.l.4.d.41.n.1.f.344.an ſit reſtituendum ob ſolam ſimoniam ſi non ſit iniuſtitia à n.2.f.345.
Pretium acceptum pro functione ſpirituali v. g. audienda confeſſione, an ſit reſtituendum d.d.41.à nu.5.quid ſi accipiatur non pro ſuſtentatione, ſed vt pretiũ rei ſpiritualis n.6.& 7. quid ſi accipiatur à Papa ib.n.8.
Pretium an ſit reſtituendum iuræ naturæ acceptum ob venditionem officiorum ſpiritualium ib.n.8.ob electionem nu.9. & ſeq.ſi fuit acceptum ob ſolam incommoditatem priuandi ſe re ſpirituali ib. nu.11.& ſeq.f.346. quid ſi ob incommodum priuandi ſe emolumento temporali ib.n.13.an acceptum pro ingreſſu in religionem nu.14.&c.an pro venditione feudi iuris patronatus ibid.quid ſi quis habeat incommodum temporale ex aliqua actione turpi v.g. ſi det imaginem è cuius occaſione habet laſciuas conſuetudines ib.n.16.f.347.
Pretium acceptum ſimoniace in beneficijs ingreſſu religionis, vel ordine, an iure eccleſiaſtico ſit reſtituendum, & cui t.2.l.4.d.42.f.348.& ſeq. vide pecuniam.
Prætor Vrbis Panormitanæ, vel alterius Ciuitatis ad quid obligetur ex vi ſui muneris, & iuramenti præſtiti tract.4. l.2.d.15.n.15.f.578.
Prima tonſura, an conſtituit in ſtatu clericali

Digitized by Google

ricali trac.2. l.4.diſp.38. num.2.f.333.

Primiceriatus an poſſit vendi tract. 2.l.4. d.23.n.6.f.275.

Primitiæ quid ſint tr.1.l.2.d.3.nu. 1.f.21. quo iure ſint debitæ n.2.ib.an etiam in Eccleſia Chriſti fuerint in præcepto ib. n.3.& ſeq.cui ſint ſoluendæ n.4.

Princeps an cenſeatur ſcire conſuetudinē tr.1.l.4.d.8.q.3.n.3.f.127.

Principis nomine quis veniat l. c.q.5.n.2. f.135.& n.43.f.145.& q.6.à n.9.

Principis perſona q.6.à n.9.& 14.à f.148.

Priuilegium transferendi expectatiuam in alium, an includat permutationem iuris ad beneficium per electionem, vel præſentationem habiti tr.2.lib.4.d.24.à n.9.f.278.

Priuilegium laborandi in diebus feſtiuis certis, an ſit ab Vrbano VIII. reuocatū tr.1.l.3.d.10.à n. 10. quomodo debet intelligi ib.f.87.

Priuilegium de non ſoluendis decimis datum religioſis, an poſſit eſſe ſine cauſſa tr.1.l.2.d.5.num.20. quid ſi concedatur laicis n.21.f.28. & 29.

Priuilegium non ſoluendi decimas quibus de iure eſt conceſſum tr.1.l.2.d. 7. n.1 à quo poſſit concedi ib.initio f.32. religioſis &c.conceſſum, an derogetur ſine expreſſa mentione d.7.n.6. an amittatur ſi religioſi laxe viuant n.5.f.33. vni religioni conceſſum, an communicetur alijs ib.n. 7. de non ſoluendis decimis de proprijs prediis quomodo explicandum t.1. l.2.d.7.à n.8.f.34. an ſit odioſum, & ſtricte, interpretaudum ib.n. 10. an extendatur ad predia conducta ib. n. 11.f.35. an extendatur ad conductores priuilegiatorum ib.à n.13.f.36. quando cenſeatur reale quando perſonale ib.n.16.

Priuilegium reale non ſoluendi decimas de aliquo prædio, an duret ſi illud prædium vēdatur, & de pecunia aliud prædium ematur à priuilegiato ib.à num.15. quot modis amittatur t.1.l.2.d.8. per renunciationem quādo amittatur ib.n.2.f.37.

Priuilegium an cenſeatur ſubreptitium ſi obtineatur poſt renūciationem primi ex partium conuentione ib.n.3.

Priuilegium non ſoluendi decimas Eccleſiæ Parochiali, ſed alteri, an ſit odioſum, & ſtricte interpretandum ib.d.9.à n.1. f.39. an comprebendat noualia &c.ibid.

Priuilegium an probetur poſt lapſum temporis immemorabilis ib. d.10.n.11.f.42.

Proceſſus formatio, an liceat die feſto, & valeat tr.1.l.3.d.8.n.15.f.83.

Procurator ad iurandum pro minore, quomodo debet conſtitui tr.4 l.2.d.11.nu.2. f.562. quid ſi ſit conſtitutus ad iurandum pro alijs ib.

Procurator an poſſit iurare de calumnia ſine ſpeciali mandato d. d. 13. nu.11. an peccet iurando abſque legitimo mandato ſi verum iuret ib.n.14. an pœnas incurrat periurij, ſi falſum iuret, an Dominus ib.n.14.f.567.

Probatia directa, vel indirecta quæ, & an contra præſumptionem iuris et de iure admittatur tr.1.l.4.d.8.q.3.nu.6.f.128.

Proditorius occiſor quis dicatur l. eod.q.5. n.20.f.138.

Profeſſio inualida, an confirmetur per ratificationem factam à neſciente inualiditatem tr.4.l.2.d.11.n.7.f.563.

Profeſſio religionis ſimoniace facta, an ſit valida tr.2.l.2.d.39.à n.4.f.337.

Profeſſio qualis dicatur in Societate Ieſu, adhoc vt incurrantur pœna pro ingreſſu ad eam per ſimoniā ib.d.38.n.15.f. 335.

Profeſſio tacita, & expreſſa eſt eiuſdem ſpeciei tr.2.l.2.d.4.n.12.f.194.

Prohibitio non alienandi Patrimonij in cuius titulum fuit ordinatus, an reſpiciat bonum commune tr.4.l.2.d. 9. n.21. & 24.f.547.

Prohibitio non recipiendi oblationes à quibuſdam peccatoribus qualiter intelligenda tr.1.l.2.d.2.n.11.& ſeq. f.20.

Prohibitio an ſit diſtinctus actus ab irritatione tr.4.l.2.d.9.nu.15. & ſeq.f.546.

Propheta, an intellexerint quid loquebantur in ſuis reuelationibus tr. 3. l.2.d.8. n.12.f.400.

Promiſſio Dei de exaudiendis orationibus quomodo intelligatur tr.3.l.1.d.6.à n.4. f. 374. an etiam intelligatur de orationibus pro alijs ib.n.24.& ſeq. f.377.

Promiſſio iurata per iuramentum putatū, ſed re vera nullum an, & quando obliget tr.4.l.2.d.3.à n.3.ad 7.f. 514. & ſeq. vide iuramentum, & iurans.

Promiſſio an ſit valida ſi fiat ſine intentione promittendi d.4.n.3.f.517. per iniuriā cur nō obliget ſi ſit ſine iuramēto, et cur obliget ſi ſit iurata d.5.n.4.f.521.

Pro-

Digitized by Google

Promiſsio facta homini, an poſsit eo intuitu mutari in meli' d.6.n.5.f.527. Quid ſi impediret bonum aliquod ſpectans ad perfectionem promittentis.ibi.n.6.
Promiſſum non infringit qui in melius illud commutat.d.6.n.9.f.527.
Promiſsio facta furi, procuratori, aut negotiorum geſtori, quod non teneantur de dolo, vel furto, an valeat etiam ſi iuretur.d.7.n.51.& ſeq.f.539.
Promiſſum non obſeruare, an ſit peccatum, & quale.d.8.nu.6.et ſeq.f.542.
Promiſsio non contraueniendi venditioni fundi dotalis, vel aliis contractibus iure probibitis, an ſit irrita iure ciuili, aut probibita.tra.4.l.2.d.10.num.29.& ſeq. fol.557.
Promiſsio cuius impletio non eſt prohibita, an pariat actionem.ib.n.27.f.557.
Promittens facere aliquem Iudicem, vel ſuperiorem, an teneatur ſtare promiſsioni ſi aduertat illud eſſe indignum, an teneatur reſtituere munera, quæ accepit vt intercederet.t.4.l.2.d.15.num.40.& 41.fol.582.
Promittens nō offendere inimicum, an cenſeatur ex cauſſa ſubſequente.ib.n.42.
Promiſsio alteri facta, an poſsit per æquiualens impleri &c.d.16.n.9.f.584.
Promiſsio mutua inter duos quando ceſſet vno deficiente.ib.à n.18.d.17.f.591.
Promittens aliquid, an poſsit promiſſum negare coram iudice caſu quo non tenetur ex probabili opinione.trac.4.l.3.d.3. n.18.f.611.
Promiſsio ſine animo implēdi an ſit m.d.6. initio.f.621.vbi ad quid teneatur &c.
Proregem occidēs an gaudeat immunitate. t.1.l.4.d.8.q.6.nu.21.f.450.
Prorogare terminū cōpromiſsi, an ſit nouum compromiſsum facere.trac.4. lib.2.d.16. nu.9.f.584.
Pſalmi cur cum Gloria Patri &c. concludantur ab Eccleſia &c. tract.3. l.4.d.1. nu.6.f.423.
Pſalmiſtæ qui ſint.d.4.nu.2.f.430.
Pſalmos pœnitētiales, vel graduales omittere in choro quale peccatum.trac.3.l.4. d.6.nu.12.f.439.
Publicus latro quis dicatur.tra.1.l.4. d.8. q.5.nu.7.et ſeqq.f.135.
Pythones qui ſint t.2.l.2.d.3.n.192.
Pyromantia quid ibid.n.7.

QVantitas notabilis in ordine ad votum, ſeu iuramentum non ludendi, quæ ſit t.4.l.2.d.7.à n.22.f.534.
Quantitas notabilis in promiſſione iurata, vnde dimetienda.tr.4.l.3.6. n.8. & ſeq. fol.622.

RAptus quando dicatur remiſsiue. l.4. tr.1.d.7.nu.10.f.107.
Rectores Academiarū dum petunt aliquid præſtandum à ſtudentibus, an cenſeantur petere ex vi præſtiti iuramenti.t.4. l.2.d.16.nu.3.f.583.
Redemptio vexationis in acquirendis beneficiis quando cenſeatur vbi plura notatu digna.tract.2.l.4.d.34.à num. 1. à fol.310.
Regulares an, & de cuius licentia poſsint mutare ordinem ſui officii. tr.3.l.4.d.5. à n.1.ad 3.f.434.
Regula religionum, an obliget in conſciētia.t.4.l.2.d.9.n.1.f.543.
Regulares an poſsint cogi ad obſeruationē feſtorum ab Epiſcopis tr.1. l.3.d.13.n.6. fol.64.
Regno priuatus an dicatur rex trac.1.l.4. d.8.nu.40.f.156.
Relaxatio iuramenti promiſſorii quando, & à quo fieri poſsit tra.4.l.2.d.17.vbi. etiam varios habes caſus.f.588.
Religioſi an peccent exigendo prandia &c. à volentibus profeſsionem facere. tr.2. l.4.d.12.nu.2.f.253.
Religioſi an ad decimas teneantur iure communi.t.1.l.2.d.6.nu.7.f.31.
Religioſi prædicantes non deberi decimas, vel aliquo modo à ſolutione decimarum impedientes quas pœnas incurrunt. t.1. l.2.d.12.à nu.13.f. 54. Quid ſi decimas Parochis debitas ſibi vſurpent.ibid.
Religioſi an teneātur ſeruare feſta ab Epiſcopo pro diœceſi inſtituta. tra.1. l.3.d.3. num.6.f.64.
Religioſi, an teneantur ad alia media ad acquirendam perfectionem præter ea quæ vouerunt. t.3.l.2.d.2.num.2.f.384. An obligentur ad mentaliter orandum &c.ibi. An peccent comedendo ante tertiam t.3.l.3.d.3.n.7.f.408.
Religioſi ad Chorum deputati, an teneantur priuatim Officium recitare quando non eunt ad Chorum, tract.3.lib.4.d.9.à num.6.f.445.

Digitized by Google

Religioſi non in ſacris an peccent m. ſi ſemel aut bis nõ dicãt Offic. extra Chorum. ibi. n.9. & ſeq. f.446. An poſſint cõſuetudine excuſari à recitatione priuata horarũ. ibi n.9. an ſi chorum omittant p. m. d.4. num.10. ib. f.431.

Religioſus degẽs extra religionẽ an teneãt ad horas. tr.3. l.4. d.9. n.10. et 11. f.447.

Religioſus in ſacris quot officia debeat dicere ib. d.10. n.3. f.448.

Religioſi quomodo poſſint Offic. variare à forma ſibi præſcripta, quando in hoc peccant, an ſi ſint in itinere, & tranſeant per alia monaſteria &c. tra.3. l.4. d.11. à n.2. ad 10. ſ.455.

Religioſus vxorem ducens, an teneatur ad horas t.3. l.4. d.15. nu.51. f.477.

Religioſi S. Franciſci tenentur ad officium ex vi regulæ ib. n.49.

Religioſus an teneatur pretium acceptum pro ingreſſu ad religionẽ reſtituere. tr.2. l.4. d.42. à n.7. f.350.

Religionis nomen quid ſignificet, & vnde dicatur &c. t.1. l.1. d.1. à n.1. f.2. & 3.

Religio quomodo cum Theologicis virtutibus comparetur eod. l. d.3. n.1. & 2. f.11. Quo modo differat à Iuſtitia, obedientia pœnitentia etc. ibi. n.4. d.3. f.11.

Religionis ingreſſus an poſſit pacto eſpreſſo excludi t.4. l.2. d.15. n.28. f.581.

Religioſus interfaciens, vel habitans alibi ex licentia ſuperioris, an cenſeatur etiã habere licentiam accipiendi materiã ad ſuſtẽtationem ib. n.38. f.582. An poſſit ſe obligare ad non recedendum à tali loco etiam ſuperiore eum reuocante. ibid.

Religioſus factus Epiſcopus, aut Cardinalis, quod nam Officium recitare debeat. tr.3. l.4. d.11. n.9. f.456.

Remediũ an ſẽper adhiberi intelligat poſt morbũ t.1. l.4. d.8. q.1. n.13. & ſeq. f.114.

Remiſſio debiti etc. in quo à donatione differat. tr.3. l.4. d.16. nu.27. f.483.

Renũciatio expreſſa, vel tacita priuilegij quæ ſit, & an per eam priuilegiũ amittatur t.1. l.2. d.8. nu.2. f.37.

Renunciatio beneficij, ſeu reſignatio quid ſit. quomodo fieri poſsit, nec ne &c. tr.2. l.4. d.25. à n.1. f.283. & ſeq.

Renũciãs an poſſit poſt Bullam Pij V. petere à Prælato, vt det tali perſonæ, ibid. n.13. fine. vbi alia.

Renunciationes reciprocæ quæ n.15. Vbi in cuius manibus fieri poſſunt f.285. Quæ triangulares ib. & f. ſeq. varia ad rem.

Renũciatio facta ex metu, an ſit ſimoniaca vel irritanda. d.27. n.5. f.289.

Renunciãs iuri acquiſito, vel ſperãdo, quid renunciare intelligitur. tra.4. l.2. d.15. n.43. f.582. Quid ſi renunciet beneficiũ cũ iuramento non eſſe illud amplius repetiturum. ibid. num.44.

Reprobatio poſitiua ex Dei voluntate, an detur t.3. l.1. d.4. n.5. f.368.

Res empta pecunia debita Eccleſiæ pro decimis an ſit Eccleſiæ, & illi fructificet tr.1. l.2. d.12. nu.5. f.53.

Res Sacræ, an licitè vẽdi poſsint Laicis, & quale peccatũ ſit ſi ad vſus profanos vẽdantur. t.2. l.4. d.9. f.248.

Reſidentiæ religioſorum, an gaudeant immunitate t.1. l.4. d.5. nu.20. f.102.

Reſponſoria quid ſint, & cur in officio ponantur t.3. l.4. d.1. n.6. f.423.

Reſtitutio ob officij omiſsionẽ quãdo ſit facienda, & quo iure &c. t.3. l.4. d.16. per totã fol.478. vbi de hac re plura habes.

Reſtitutio pecuniæ acceptæ à non idoneo ad ad docendũ ob licentiã docendi conceſsã cui ſit facienda. t.2. l.4. d.5. n.9. f.242.

Reſtitutio beneficiorum, & fructuum ſimoniace habitorum quo modo fieri debeat, & quãdo t.2. l.4. d.39. per totã vbi plura habes notatu digna à f.338. Quid ſi ſimonia fuit tantum de iure eccleſiaſtico. ibi. à nu.27. f.342.

Reſtitutio pretij in contractu ſimoniaco, quando eſt facienda, quando non diſ.41. per totam. f.344.

Reſtitutione qui tenetur, an peccet toties quoties aduertit non reſtituit. tra.4. l.3. d.2. n.16. f.604.

Retrotractio in pœnis ſimoniæ, an habeat locum t.2. l.4. d.38. à n.20. f.337.

Reus an gaudeat Eccleſ. nec ne, quis iudicare debeat, an poſſit appellare ſi dicatur quod non gaudeat &c. trac.1. l.4. d.11. à nu.3. f.169.

Reus quando legitime interrogatur nec ne tr.4. l.3. d.3. à nu.27. f.612. quando poſſit negare delictum complicis, vel ſuum cũ iuramento &c. ib. ad num.35. quid si sit ſemiplena probatio ib. n.30.

Reus ad Eccleſiam confugiens, ſi non gaudet qua pacto tradendus eſt curiæ ſæculari tr.1. l.4. d.8. q.4. à num.2. f.134. vbi

Digitized by Google

plura habes de hac re,& d.11.per totam f.168.an poſſit tradi ſi tantum probabiliter appareat non gaudere ib.à nu. 3.

Reuelare bona occultata &c.an teneantur ad præceptum Epiſcopi &c.ſcientes ea iuſte occultari tr.4.l.3.d.3.nu.40.f.614. quid ſi ſciant iuſte fuiſſe ſublata incompenſationem ib.n.39.

Rogationes quæ præcedunt aſcenſionem, an ſint ſub præcepto feſtiuitatis tr. 1.l.1. d.2.n.23.f.11.

Roſarij inſtitutio quanta ſit antiqua t.3. l.3.d.3.n.15.f.415.vnde dicatur,cur dicatũ pſalteriũ ib.vbi plura notatu digna.

Rubricas in recitatione officii priuate non ſeruans,an peccet tract.3.l.4.d.14.initio fol.467. quid ſi non ſeruentur in Choro d.7.n.12.f.443.

SAbbati obſeruatio,an nunc liceat,an fuerit per Chriſtum tradita, quo fine obſeruabatur &c.tr.1.l.3.d.1.per totam, an fuerit cæremoniale n.4.f.56.

Sacerdotium in pura natura , an eſſet dignitas temporalis tr. 2.l.4.d.2.num.23. f.236.an apud idololatras nu. 25.f.237.

Sacerdos offerens calicem,ſine aqua quale peccatũ cõmittat tr.2.l.2.d.1.n.6.f.185.

Sacerdos qui ſtipendium accepit, vt Miſſam diceret,ſi illam gratis dicat , an teneatur, iterum dicere pro ſtipendio tr.3. l.4.d.13.n.12.f.466.

Sacerdos in memento , an teneatur orare mentaliter tr.3.l.2.d.2.n.1.f.384.

Sacerdos an peccet dans pecuniam, vt veſtimenta pretioſiora , vel mũdiora ſibi ſacrificãti detur t. 2.l.4.d.9.n.10.f.251.

Sacerdos incedens poſt crucem cum cotta, & ſtola,an poſſit capi tr. 1.l.4.d.8.qu.4. n.6.f.134.vide Miſſam.

Sacramentale permanens quodnam ſit &c. tr.2.l.4.d.9.f.248.

Sacramenta ſimoniace collata, an ſint valida tr.2.l.4.d.39.à n.2.f.327.

Sacræ res in ordine ad ſacrilegium quæ ſint tr.2.l.3.d.3.à n.1.& n.7.& ſeq.à f. 227.

Sacrilegium quid ſignificet tr.2.l.3. initio f.224.& d.1.

Sacrilegij ſpecies , an differant inter ſe ib. num.5.& 6.

Sacrilegiorum modi diuerſi,an ſint in confeſſione aperiendi, etiam ſi ſint intra eãdem ſpeciem ſacrilegij d.1.à n.6.f.225.

Sacrilegium circa perſonas ſacras , quot modis poſſit committi d.2 à nu. 3.f.226.

Sacrilegium an ſit furari res à perſonis eccleſiaſticis ib. n.4.

Sacrilegium an committatur à Sacerdotibus fornicantibus , ratione conſecrationis ib.n.6.f.227.

Sacrilegio an ſit violatio voti caſtitatis in perſonis nec religioſis, nec in ſacris dict. d.2.n.8.& ſeq.f.227.

Sacrilegium an committatur irreuerenter tractando Euchariſtiam Sãctorum imagines,Clericos &c.d.3 à n.1.ad 6.f.227.

Sacrilegium an committatur abſque peculiari intentione Deum inhonorandi &c. ib.n.5.f.228.

Sacrilegium an poſſit eſſe per omiſsionem. d.4.n.2.an per exceſſum n.3.in quo fundetur.num.4.

Sacrilegij pœnæ quot ſint. t.2.l.3.d.4.nu.5. & ſeq.f.230.

Sacrilegii crimen an ſit mixti fori. n.6.ib.

Sacriſtæ an peccent pecuniã accipiendo vt veſtes pretioſas &c.dent trac.2.l.4.d.9. nu.9.& 10.f.251.

Sacriſtæ Offic.an poſsit ſine ſimonia vendi t.2.l.4.d.23.n.6.f.275.

Salomonis ſomnus qualis fuerit &c. tra.3. l.2.d.8.n.7.& ſeq.f.399.

Salutatores Hiſpani,an ſit vt ſuperſtitioſi damnandi.t.2.l.2.d.8.n.22.f.214.

Salutatio Angelica quanta ſit dignitatis, à quibus fuerit compoſita. t.3.l.3.d.3.à n.13.f.415.An poſsit ſine peccato omitti dato ſigno meridiei Auroræ.etc.ib.f.408. n.4 illã nũquã recitãs an peccet.ib.n.3.

Salue Regina explicatur.tra.3. lib.3.d.5.à num.29.f.420.

Sanare morſum canis per habitum,vel cõplexionem,an ſit ſuperſtitioſum.t.2.l.2. diſ.8.num.23.f.215.

Sanctitas perſonæ ſacræ , loci ſacri , & rerum ſacrarũ,an ſit diuerſa formaliter. t.2.l.3.d.1.nu.5.f.225.

Sãcti an poſſit ſuas ſatisfactiones communicare.t,3.l.1.d.3.n.8.f.369. An noſtras orationes cognoſcant à nu.11.vbi alia multa,& f.363.& ſeq.

Sãcti nõ canonizati,an publice poſsint orari ib.n.12.quid diſpoſuerit Vrbanus VIII. nu.17.f.364.an poſsit dici pro ipsis collecta &c.n.19.

Sancti in Cœlo cur petunt vindictam impiorum tr.3.l.1.d.5.n.20.

Sanctitatis nomen quot modis accipi poſſit tr.1.l.1.d.1.n.15.f.5.

Schirmiæ, ſeu digladiatoriæ artem docere, an liceat die feſto t.1.l.3.d.7.à n.19.f.79.

Scholares idonei, an teneantur in conſcientia curſus requiſitos in aliqua Academia perficere tr.4.l.3.d.3.à n.48.f.615.

Sciẽtia ã ſit vẽdibilis t.2.l.4.d.5.n.1.f.240.

Scribere an liceat die feſto etiam ob lucrũ tr.1.l.3.d.7. vbi varij caſus explicantur à n.1.f.75. Scriptio quid ſit ibi.n.1.

Sciẽtiam petere à dæmone quam poteſt naturaliter docere, an ſit ſuperſtitio, & magia tr.2.l.2.d.8.n.11.& 12.

Secreta in Miſſa, & officio, an poſsint dici tantum corde ſine vocis formatione tr.3.l.4.d.3.n.1.f.428.

Secretum an ſit ſeruandum quando eſt alteri nociuum, vel ipſi cui fuit commiſſum tr.4.l.2.d.15.n.39.f.582.

Seminarij alũni, an poſsint inuitis ſuperioribus ingredi religionẽ etc. vide Alũni.

Senatores vrbium ad quid obligentur ex viſui muneris t.4.l.2.d.15.n.15.f.578.

Sententia an teneat die feſto data tr.1.l.3.d.8.à nu.16. vbi quid ſi ſit de arbitratore, vel arbitro ib.à n.19.f.83. (20.

Sent. executio, an valide fiat die feſto.ib.n.

Sententia iuſtæ ſecundum formam iuris, ſed re vera iniuſta, an quis acquieſcere teneat, et ẽ cõtra t.4.l.2.d.5.à n.21.f.524

Sepulturæ faciendæ locum, vel terram vẽdere, an liceat tr.2.l.4.d.9.n.4.f.249.

Sepulturam habens pro ſe, & ſuis, an poſsit pecuniam recipere, vt alteri concedat, vt ibi ſepeliatur ib.

Sepulturæ locus honoratior, an poſsit vendi ib.n.5.f.250.

Sequeſtrum an transferat ius patronatus tr.2.l.4.d.22.n.16.f.274.

P. Sfortias Pallauicinus Societatis Ieſu cõmendatur tr.4.l.3.d.3.n.8.f.609. vt ornamentum Soc. in proemio.

Signum naturale cur repræſentet tr.2.l.2.d.4.n.1.f.194. Signa ad cognoſcendum num aliqui effectus ſint à magia quæ ſint tr.2.l.2.d.8.à n.13.f.203.

Signum maleficij tollere quando liceat nec ne tr.2.l.2.d.10.fere per totam f.218. vide maleficium.

Signum priuatiuum à dæmone datum, vt erit frigidus, quamdiu non lauerit corpus &c. an liceat ponere l.c. nu.3.f.219. quid ſi dæmon promiſerit poſito eo ſigno ſanitatem procurare n.4.ib.

Silentium in oratione, & contemplatione quale ſit tr.3.l.2.d.6.n.16.f.392.

Simonia vnde dicatur tr.2.l.4.d.1.n.1. cur hæreſis appelletur ib.n.2. quid ſit nu.3. an ſit neceſſarium aperire in confeſſione ſpecies ſimoniæ, an ſit ſufficiens dicere commiſi ſacrilegium ib.

Simonia quotuplex ſit t.2.l.4.d.2. initio quo modo poſſit eſſe vera ſimonia iure tantũ eccleſiaſtico ib. & d.4.

Simoniam eſſe iure diuino naturali illicitam vnde probatur à Sancto Thoma tr.2.l.4.d.2.à n.1.ad 5.f.233.

Simonia in lege veteri fuit prohibita ib. n.9.& de facto fuit nu.10.& ſeq.f.234.

Simonia potuit eſſe in lege naturæ illuſtratæ per fidem ib.à n.13. an fuerit nu. 14. an in ſtatu puræ naturæ ib.n. 22.f.255. & ſeq.

Simonia an ſit vendere primogenituram cui eſſet adnexum aliquid ſpirituale d. d.2.n.18.f.236.

Simonia an potuerit eſſe apud idololatras ib.nu. 25.f.237. an poſſit eſſe veniale ob ignorantiam, vel inaduertentiam, an ob paruitatem materiæ ib.d.3.à n.1. an poſſit ceſſare ex diſpenſatione Dei ib.nu.7. f.238. quando eſt etiam contra iuſtitiã ib.n.9.& ſeq.

Simonia contra ius eccleſiaſticum eſt vera ſimonia d. 4. quibus modis id contingat nu.1.& ſeq.f.239. Simoniæ materia quo modo poſſit eſſe ſpiritualia, ſeu ſupernaturalia tr.2.l.4.d.6.à nu.1.f.242.

Simonia eſt vendere Euchariſtiam, & ſacrificium d.7.ib.n.1.& 2.f.243. quid ſi vendatur materia remota Sacramenti n.3. quid ſi vendatur proxima n.6.ibid. f.244. Simonia quomodo poteſt eſſe vel non in matrimonio.ibi.n.8.f.445.

Simonia nõ eſt dare pecuniã pro Sacramẽtis in graui, vel extrema neceſſitate.ib. à n. 11. Quid pro viatico n.20.f.247. An dare pecuniã Tyranno, vt reddat Euchariſt. vel reliquias.ib.n.12.f.245. An ſit ſi iniquus miniſter dicat da mihi pecuniam in pretium, et ego iurem cum æquiuocatione dare illam in pretiũ Sacramenti d.7.cit. à n.17.f.246. An ſit pretium accipere pro ſeruiendo Miſſæ, vel canendo Epiſtolam ẽt in choro, t.2.l.4.d.8.f.248. vbi generaliter

Digitized by Google

liter quæritur de omnibus actibus ordinũ.

Simonia non eſt vẽdere res Sacras v.g. Calicem ratione materiæ. Quid ſi laicis vendantur. ib.d.9.n.1.& 2.f.249. An ſit pecuniam accipere pro loco honoratori ſepulturæ. d.d.9.à nu.4.f.249.

Simonia non eſt Eccleſiã conſecratã vendere ratione materiæ. ib.n.6.f.250. vbi de aliis. An ſit locare, vel negotiationem facere in rebus ſacris ratione materiæ. ib.n.9.et 10. fol.251. Quando committatur accipiendo pecuniã pro oratione publica, vt mortuorũ ſuffragijs, proceſſionibꝰ etc. l.4.d.10.f.251.

Simonia non eſt dare pecuniã cum pacto, vt quis opus bonum faciat ſibi tantum vtile v.g. cõfiteatur etc. d.l.4.d.11.n.3.f.252. Quid ſi detur pecunia ſub conditione, & pacto, vt ille maneat obligatus à n.5.ad 8. An committatur tam pro ſuſceptione habitus, quam pro admiſſione ad profeſſionem. ib.d.12.initio.f.253.

Simonia non eſt dare pecuniam ad hoc, vt quis facilitet ingreſſum in ordinem Equi- S.Ioannis &c.ib.nu.9.f.254.

Simonia an ſit pro docenda Theologia pretiũ accipere, aut pro dando conſilio in materia cõſcientiæ. t.2.l.4.d.13. à n.1.f.254. Quid ſi docens ſit religioſus, vel laicus. ib.n.6. an pro exhortatione, vel incitamẽti ad bonum. ib.n.5.f.255. Quid pro cõcione, vel inſtructione de rebus fidei. ib.n.7. An cõmittat Confeſſarius denegans abſolutionem pecunia etc. eod.lib.d.14. f.256. vide multa v. Cõfeſſarius eſt ſimoniacus.

Simonia eſt dare licentiam audiẽdi Confeſſiones, vel approbare ob pecuniam d.d.14. n.6. An ſit accipere pretium pro aſſiſtentia in matrimonio n.11. An ſit in communicatione iuriſditionis ordinariæ, aut delegatæ lib.eod.d.15.nu.1. quos actus comprehendat. ib.à n.2.f. 257. Quomodo committatur in cauſſis fori Eccleſ. ibi.nu.11. Quando committatur ratione laboris in Miſſa &c. eod.d.16.f.259. In omiſſione actuũ ſpiritualiũ, quando cõmittatur. d.17. eod.tr.f.261. Quid pro omiſſione lucri ſpiritualis. ib.n.vlt.f.264. Simonia in beneficiorum vẽditionibus, & earum fructuũ locatione &c. d.19.à f.265. Circa pẽſiones quot modis committatur, & quãdo. d.20. f.297. An ſit pecuniã accipere ad hoc, vt Vicariatus vni potius, quam alteri detur ib.n.10.f.269. Simonia circa Commendas, Coadiutorias, Hoſpitalia &c.d.21.eod.tr. à f.270. Circa ius patronatus. d.22.f.271.

Simonia, an ſit vendere in Choro ius ſedendi loco honoratiori. d.22.n.24.f.274.

Simonia in venditione Offic. temporaliũ Eccleſiæ, vt Oeconomi, & d.23.f.274. Circa permutationem beneficiorum d.24.f.275. vbi per totam plura habes.

Simonia ex quibus circumſtantijs poſſit dignoſci d.26.à nu.9.f.288. An ſit aliquid ſpirituale facere vel dare beneficium, ob metũ d.27.n.5.f.289. Quid ſi ſit ob timorem lucri ceſſantis, aut damni emergẽtis. ib.n.7.f.290. An ſit dare ſpirituale petẽdo aliquid tẽporale ĩ genere. d.27.n.9.f.290. An ſit remittere dimidiam partẽ præbendæ lucrorum etc. ad hoc vt eligaris in Canonicum &c.d.28.à n.3.f.291. An petere vt quis relinquat prius beneficium ante adeptionem ſecundi. n.11.f.293.

Simonia pro munere à lingua quãdo cõmittatur. ib.d.30.f.297. Simonia mẽtalis Cõuẽtionalis, & realis quæ d.31.à n.2.f.298.

Simonia ficta, an ſit vere ſimonia. ibid.nu.5. f.299. & d.32.f.360. vbi de mẽtali. An ſit dicere collatori &c. omnia bona mea erũt dicata tuo ſeruitio, vel numquã ingratus ero. ib.n.13.& ſeq.f.303. An ſit petere, vt aliquid fiat liberaliter, & ſub hoc pacto cõferre beneficiũ. ib.à n.16. f.303. Quãdo poſſit eſſe ob receptionẽ rei temporalis gratis datæ. d.33.à n.19.et ſeq. ad finẽ. Quando ſit dare pretium ad vexationem redimẽdam in beneficij. d.34.f.310. An ſit dare pecuniã, vt Papa dignum eligat. d.34. à n.19.f.314. Quid ſi nimium differatur electio, vel impediretur. n.20.f.eod. Quid ſi plurimi ſint digni nu.22.ib. An ſit dare pecuniam ad eligendos alios Prælatos dignos. ib.à n.24.f.315.

Simonia in ordinum collatione quando committatur ab Epiſcopis per acceptionẽ datorum gratis d.36.à nu.6.f.327.

Simonia quando committatur ab aduocato teſte iudice Eccleſ. d.36.à nu.12.f.228.

Simoniæ pœnæ quot, & quæ ſint, quando incurrãtur. ib.d.37.f.330. An ſit dare pecuniam pro gratia, vel iuſtitia obtinenda in Curia Romana. d.37.n.4.f.331.

Simoniacus in beneficijs, an ipſo facto priuetur beneficijs rite obtentis &c. diſ. 40. per totam f.343. Simonia in vna actione, an reddat alias actiones irritas ib.n.5.f.eod.

Digitized by Google

Simonia mentalis, an obliget ad reſtitutionem d.41.à n.23.f.348.

Simonia confidentialis quid ſit, & alia ad hanc rem d.43.n.1.& ſeq.f.350. an ſit ſimonia confidentialis ſi pactum ponatur à renuntiante, vt ſibi fructus vel penſio reſtituatur ib.à n.6.quo iure ſit inducta ib. n.8.f.351.quid de confidentia in permutationibus beneficiorum ib. nu.9.f.352.quæ eius panæ ib.à n.11.f.eod.

Sixti V.conſtitut.Cœli,& Terræ Creator, an omnẽ cognitionem ex ſomniis, vt illicitã damnauerit.t.2.l.2.d.5.n.3.6.7.et ſeq.f.198.

Societatis Ieſu Prælati, vel conſultores Prouinciæ, an incurrãt cenſuras ſi ob ingreſſum ad religionem aliquid accipiant.t.2.l.4.d.38.n.15.f.335. Societatis Ieſu religioſi ſi voueant recitare Roſarium, an teneantur recitare ex vi regulæ tra.3.l.3.d.3.n.25.f.417.

Societas an poſsit diſſolui altero Socio abſente etiam ſi fuerit pactum diſſoluendi quoties libuerit &c.t.4.l.2.d.15.n.33.f.581.

Sodomita in Eccleſia, an gaudeat immun.t.1.l.4.d.8.q.6.n.1.& ſeq.f.145.Solutio debiti anticipata poteſt eſſe munus à manu,et pretium ad Simon. t.2.l.4.d.28.n.6.f.292.

Solutio per iniuriam, an poſſit repeti.tr.4.l.2.d.5.à n.7.f.521.

Somniũ an cauſet cognitionem rerũ &c.t.2.l.2.d.7.n.1.& 2.f.207. Somnio cauſſa, an poſsit cognoſci.ib.n.10.f.208.An poſſint eſſe cauſſa cognitionis futurorum.d.d.7.à n.10.f.eod.An futurorum ſigna. n.14.

Somnium S.Polycarpi, Ioſeph Aegiptii, & S. Ioſephi quale fuerit.ibi.n.15.& 16 f.eod.& 209. Sõnia vt ſigna futurorum à quo poſſint prouenire &c.d.d.7.à n.16.f.209.

Somnijs fidem habere quale peccatum ſit.ib. à n.21.f.210. Somnus Adami, & Salomonis qualis fuerit tr.3.l.2.d.8.à n.6.f.399.

Sonum admiſcere in Offic.Diuino, an liceat, & quale peccatum ſit ſi ſit prophanus. tr.3.l.4.d.6.n.14.f.440.

Sortes an licite fiant tr.2.l.2.d.6.f.202.

Sortes diuiſoriæ in electione Eccleſiaſt. an ſint prohibitæ, & qualiter ib.à n.1.f.203.

Sorte an liceat litem Eccl.terminare, etiam in cauſſis beneficialibus, ib.à n.5. f.204.

Sortem mittere in danda eleemoſina, vel in eligendo medico tempore peſtis &c.liceat. ibi.n.9.& 10.f.205. Sorte Diuinum conſilium expectare quibus circumſtãtijs liceat.ib.à n.11.Sortibus diuinatorijs vti quale peccatum ſit.ibid.à n.14.f.206.

Spatulamãtia quid ſit t.2.l.2.d.4.n.7.f.195.

Spes ad impetrandum infallibiliter in oratione quanta, & qualis debeat eſſe t.3.l.1.d.6.n.14.f.375.Spes vnde reſpiciat Deũ immediate.tr.1.l.1.d.1.n.12.f.4.

Spiritualia quot modis poſſint eſſe.tra.2.l.4.d.6.initio f.242.

Spiritualia in ſe quæ dicant.d.18.n.1.f.264.

Sponſalia, an ſint tractatus de contrahendo matrimonio &c.t.4.l.2.d.9.n.31.f.549.

Stallũ an poſſit vẽdi.t.2.l.4.d.22.n.14.f.274.

Statutum an liget perſonas exiſtentes extra territorium. tract.1. lib.3.diſp. 4. num.1. f.65.Ab vniuerſitate factum, an & quãdo poſſit reuocari.t.4.l.2.d.13.n.23.f.569.

Statutũ vendendi frumentũ iuxta pragmaticam, an obliget tempore magnæ careſtiæ. t.4.l.2.d.15.n.12.f.577.Status peccati per quid cõſtituatur.tr.4.l.3.d.2.n.16.f.604.

Stellarij Corona quot Pater, & Aue conſtet, quomodo recitãda t.3.l.3.d.3.à n.28.f.417.

Stipendiũ ſuſtentationis, à miniſtris Eccl. an poſſit in pactũ deduci tr.2. l.4.d.33.f.304. An poſſit coram Iudice exigi per religioſos.ibi.nu.5.f.305. Stipendia lege taxata pro Miniſtris Commiſſariis, Magiſtris Notaribus &c. An ſit in foro conſcientiæ ſeruanda t.4.l.2.d.15.n.14.f.578.

Strigæ an corporaliter, & vere deferantur à Dæmone tr.2.l.2.d.9.n.11 f.218.

Studentes an poſſint iurare alium frequentaſſe ſcholam per tẽpus requiſitum ad doctorandum.t.4.l.3.d.3.à n.46.f.615.

Stylus Curiæ Romanæ, vnde excuſetur à ſimonia dum exigit pecuniam pro diſpẽſatione.t.2.l.4.d.15.n.8.f.258.

Succeſſores an teneantur iuramento præſtito à prædeceſſoribus.trac.4.l.2.d.13.n.19.& à n.25.f.568.

Superiores religionũ, an ſint beneficiarij, & quãdo.t.2.l.4.d.39.à n.32.f.342. An ſi ſint ſimon. electi eorũ iuriſditio ſit nulla. ibi.

Superiores locales religionum, an poſſint cum ſuis ſubditis diſpenſare in Offic.recitatione.tr.3.l.4.d.15. à n.48.f.477.

Superior cõmutãs iuramẽt.an intẽdat tollere obligationem etc.t.4. l.2.d.16.n.13.f.584.

Superiores religionũ, an poſſint iuramẽta ſubditis relaxare.t.4.l.2.d.17.n.38.f.598.

Superſtitio vnde dicta. tr.2.l.2.initio.f.184. Quot modis poſſit eſſe.d.1.n.1.& 2.f.184.

Per

Per exceſſum cultus circa verum Deum quomodo. ibi. à n. 8. f. 186. An ſit Idolatria appellanda n. 10. ib. Quale peccatum &c. ibi. à nu. 13. f. 187.

Superſtitio pernicioſa falſa, vel turpis quæ. ib. n. 1. & ſeq. Superſtitio, an ſit collo reliquias geſtare, Agnus Dei, Verba quædã ſcripta. tr. 2. l. 2. d. 8. n. 17. f. 214. vbi multa habes. An ſit cenſenda quoties effectuum mirabilium cauſſas cognoſcimus. ibi. d. 8. nu. 25. f. 215. Superſtitio per exceſſum in cultu, an ſit peccatũ ſpecie differens à ſuperſtitione per defectũ cultus. tr. 2. l. 3. d. 4. n. 3. f. 229. Surdus qui nõ poteſt ſolus offic. dicere an teneatur ſocium adhibere. tr. 3. l. 4. d. 15. nu. 13. f. 471.

Suſpenſio quando incurratur pro ſuſceptione ordinis ſimoniace t. 2. l. 4. d. 38. à n. 3. f. 334. quando ceſſet: à quo poſsit tolli &c. ibi. An cõferens primã tonſuram ſuſpenſionẽ incurrat. ib. n. 11. f. 335. Suſpẽſus à beneficio ad tempus, & fructus non percipiens, an teneatur ad Offic. t. 3. l. 4. d. 10. n. 14. & ſeq. f. 450. Suſpenſus à beneficio an cenſeatur à beneficio tenui. ib. n. 22. f. 452. An excuſetur ab offic. t. 3. l. 3. d. 15. n. 1. f. 468.

Suſpectus de hæreſi quando gaudeat immu. t. 1. l. 4. d. 8. q. 5. n. 42. f. 144.

Suſtentatio Parochi, quando decimæ nõ ſufficiunt, vel Papa eas dedit alteri, à quo debet dari. t. 1. l. 2. d. 5. à n. 21. f. 29.

Synodatium quid ſit, & an iure poſſit exigi tr. 2. l. 4. d. 33. nu. 8. f. 306.

TAbella votiuæ &c. quæ offerunt Eccl. &c. cui debeãtur. t. 1. l. 2. d. 2. à n. 4. f. 18.

Tacitum æquiparatur expreſſo, etiam in cõſcientia. t. 4. l. 2. d. 17. n. 14. f. 590.

Tactus impudici in Eccleſia, an ſint ſacrilegium t. 1. l. 4. d. 4. n. 8. f. 97.

Tẽpus ſacrũ quomodo violet. etc. tr. 2. l. 3. d. 1. n. 4. f. 224. Tẽp⁹ lõgũ circa iuram. nõ ludẽdi vnde dignoſcat. t. 4. l. 2. d. 7. n. 26. f. 534.

Tentatio Dei quot modis fieri poteſt &c. tract. 2. lib. 1. diſp. 2. à fol. 172. An ſit petere ſignum ad aliquam veritatem cognoſcendam à n. 5. Tẽtatio Dei interpretatiuà quæ & quando ſit à n. 8. f. 174. vbi varia habes. An ſpecie differat ab expreſſa, & vnde procedat. ib. à n. 14. f. 175.

Termino ſolutionis, vel compromiſsi iurati prorogato, an remaneat obligatio ſoluẽdi, & ſtandi cõpromiſſo ex vi iuramenti. t. 4. l. 2. d. 16. à n. 18. f. 585.

Teſtis in cauſſa ſpirituali, an ſit ſimoniacus pecuniã accipiẽs. t. 2. l. 4. d. 36. n. 13. f. 329.

Teſtium examinatio, an poſsit fieri die feſto t. 1. l. 3. d. 8. n. 15. f. 83. Teſtis falſus, an gaudeat immunit. t. 1. l. 4. d. 8. q. 6. n. 55. f. 159. vbi an ſit proditorius occiſor, vel aſſaſin⁹.

Teſtes in iudicio, an debeant iurare de viſu tr. 4. l. 3. d. 2. n. 13. f. 603. Teſtimonium falſum in iudicio quãdo ſit caſus reſeruatus d. 7. n. fin. f. 631. Teſtis nolens veritatem dicere niſi mediante pecunia non eſt Simoniacus. t. 2. l. 4. d. 5. n. 4. f. 241. Quando non teneatur dicere teſtimonium. t. 4. l. 3. d. 3. à n. 26. f. 612. Vbi quando poſsit æquiuocare in iudicio negando verum delictũ. Quãdo cẽſeat. interroga, iurid. ib. à n. 28.

Textus quando poſsint cõciliari. t. 1. l. 4. d. 8. q. 2. à n. 3. f. 119.

Theſaurarcitus an poſsit vẽdi. t. 2. l. 4. d. 23. (n. 6. f. 275.

Theologia Phyſica fabuloſa, & ciuilis quæ tr. 2. l. 2. d. 2. à n. 5. f. 188.

Titulus in præſcriptione quando ſupponatur t. 1. l. 2. d. 5. n. 9. f. 26.

Torquendos radere, vel lauare, ne maleficiũ habeãt quo reddantur inſenſibiles, an liceat. t. 2. l. 2. d. 10. n. 6. f. 219.

Tractatus de matr. an ſint ſponſalia. t. 4. l. 2. d. 9. n. 31. f. 549. Tractatus de cõpẽſatione inæqualitatis beneficiorũ, an ſit ſimonia, ſi fiat non cogitando de licẽtia Papæ. n. 33. ib. f. 282. Quid ſit t. 2. l. 4. d. 35. n. 1. f. 323. An habeat locum in lite beneficiali, vel circa alia ſpiritualia. ibi. n. 3. & ſeq. quid circa diſtributionẽ reliquiarũ n. 7. f. 324.

Tranſactio in materia iuriſditionis eſt licita, v. g. tu elige ego præſentabo. ib. Circa litem beneficiorum quomodo licite facienda. ib. à n. 8. cuius auctoritate. n. 17. f. 326 Quid ſi interueniat reſignatio in fauorẽ. n. 18. ibi. In alienatione rei Eccl. quas ſolẽnitates requirat. n. 17. In lite decimarum an poſsit fieri, & de cuius auctoritate. ibi. An poſsit decimarum ſolutio ceſſare, & cuius auctoritate. t. 1. l. 2. d. 5. nu. 10. f. 26.

Tranſactione facta, an poſsit Parochus tranſigens reſilire. ibi. n. 15. Tranſcribere die feſto, an liceat. t. 1. l. 3. d. 7. à n. 3. f. 75. Quid ſi tranſcribas, quæ nõ intelligis etc. ibi. An liceat tranſcribere breuia Apoſtol. etc. ibi.

Tributũ an poſsit imponi infidelib⁹ ab Eccl. t. 1. l. 2. d. 6. n. 2. f. 30. An tranſeat ad nouos poſſeſſores, quoad tributa præteria. ibid. d. 12. n. 3. f. 52.

Venatio an liceat die feſto, & quando. tr.1.l.3.d.7.à n.16.f.79.
Venditio rei ſpiritualis quando ſit ſimonia &c. vide ſimonia.
Vendentes calceos &c. minuta die feſto, an peccent. tr.1.l.3.d.10.n.15.f.88.
Vendentes in Eccl. aut cœmeteriis, an peccẽt. t.1.l.4.d.3.n.8.f.94. An poſſint iurare rem tãti ſibi ſtetiſſe, ſi vere tãti non ſtetit. t.4.l.3.d.3.n.42.f.614. Quid ſi ſpõte iurẽt. ibi.
Veniẽs è loco peſte infecto, an poſſit iurare, ſe non venire. t.4.l.3.d.3.n.21. & ſeq. f.611.
Ventrẽ in Eccl. exonerare, an ſit ſacrilegium t.1.l.4.d.4.n.3.f.96.
Verba indefinite prolata quomodo intelligẽda. t.1.l.4.d.8.q.1.n.23.f.116.
Verba turpia ad laudem Dei dicere, an ſit blaſphemia t.2.l.1.d.3.nu.20.f.180.
Verbum Dei, vt verba ſcripturæ, verba ſignificantia Chriſtum &c. an ſit ſacrum, & eius violatio ſit ſacrilegium. tr.2.l.3.d.3.n.8. quid de verbis concionatorũ &c. ibid. f.229. Verba dubia debent intelligi iuxta cõmunem ſenſum. t.4.l.2.d.4.nu.13. f.518. Quid de verbis legis. tr.1.l.4.d.8. q.1.f.111. & q.6.n.14.f.149. (444.
Veſperæ vnde dictæ &c. t.3.l.4.d.8.n.3.f.
Viæ vnitiua illuminatiua, & purgatiua quæ tr.3.l.2.d.9.à n.3.
Viaticũ vt quis recipiat, an poſſit dare pecuniam miniſtro. tr.2.l.4.d.7.n.22.f.247.
Vicaria ad nutum amouibilis, an poſſit ſine ſimon. permutari t.2.l.4.d.24.n.7.f.277.
Vicarius an poſſit dare facultatem permutationibus. ib.n.15.f.279.
Vicarius Generalis in Religione ob mortem Generalis, an ſimoniaci pœnas incurrat. t.2.l.4.d.39.n.34.f.343.
Vicarius conſtitutus in beneficio commendato à Papa etc. an teneatur ad horas. t.3.l.4.d.10.nu.35.f.454.
Virtus nec pure moralis, nec theologica, an detur. tr.1.l.1.d.1.n.11.f.4.
Virtus intendẽs finem, an etiam eliciat media. t.3.l.1.d.2.n.9.f.360. Virtus inferior, an imperet actũ alterius ſuperioris. ib.n.10.
Virtutes morales, an poſſint abſolute peti à Deo. ibid.d.5.num.5.f.370. Virtutes ſuper naturales petere cum intẽtione &c. an liceat. n.19.f.372. Virtutes verſãtes circa paſſiones, quæ ſint. t.1.l.1.d.3.n.3.f.11.
Viri perfecti, an debeãt flagiſtare ſuum corpus. tr.3.l.2.d.9.num.7.f.402.
B. Virgo, an videat omnia, quæ Deus in Eccleſia eſt facturus. t.3.l.1.d.3.n.25.f.365. An habuerit contemplationem ſine actu intellectus. t.3.l.2.d.6.n.25.
Viſitatores accipiẽtes datum in viſitatione an ſint ſimon. t.2.l.4.d.33.n.23.f.309.
Vniuerſitas non obſeruando ſtatuta, an peccet. t.4.l.2.d.13.à n.18.f.568.
Voluntarium indirecte, quid ſit &c. t.4.l.3.d.2.nu.10.f.603. Quomodo ab intellectu dependeat. t.3.l.2.d.6.nu.19.f.394. vbi in quo fundetur eius dominium.
Voluntas an poſſit excedere motiuum amabilitatis. ib.n.24. An neceſſitetur ab obiecto cognito. ib.d.8.f.400.
Votum de oratione mentali, an expediat. t.3.l.2.d.2.n.4.f.384. Votum de recitãda Corona die Sabbati, an frãgatur ſi fiat elapſu media nocte. t.3.l.4.d.12.n.9.f.460.
Votum recitandi Roſarium &. an impleatur per recitationem factam ex pœnitentia. t.3.l.3.d.5.à n.24.f.416. An impleatur per recitationem factam animo non ſatiſfaciendi. t.3.l.4.d.13.n.12.f.466.
Votum de viſitandis ſeptem Eccleſiis, an obliget quando non poſſunt, niſi tres &c. viſitari. d.15.n.33.f.474.
Voti obligatio in quo formaliter cõſiſtat etc. t.4.l.2.d.2.n.2.f.510. An ſit potius obſeruandũ, quã iuramentum. ib.nu.15.f.513.
Votum de non ludendo &c. an & quando obliget vide ver. iuramentum, & iurãs.
Vouẽs ingredi religionẽ, ſi ab vna reſpuatur an teneatur omnes adire t.4.l.2.d.17.n.19.
Vox quid ſignificare poſſit tr.3.l.3.d.1.f.403.
Vſura an ſit mutuare cũ pacto, vt ſibi detur aliquid mutuum. tract.2.lib.4.d.28. nu.6.f.292. An ſit mutuare cum pacto, vt alter ſit gratus. ib.d.32.nu.12.f.303.
Vxor An poſſit, bona mariti abſcondere, & iurare tr.4.l.3.d.3.nu.40.f.614.
Vxor an poſſit iurare ſe habiturã copulam cum marito, quando ſcit eſſe impedimentum nu.24.ib.f.612. An ſi commiſit adulterium poſſit iurare ſe illud non commiſiſſe. ibid.num.43.f.614.
Zaburies qui, &c. t.2.l.2 d.4.n.10.f.294.
Zapharam vulgo, Iteritiam latine, curare quibus modis liceat, nec ne d.8.n.21.f.214.

LAVS DEO.

OPVS MORALE DE RELIGIONE QVATENVS VIRTVS EST.

PARTEM hanc in quatuor Tractatus diuidemus. In Primo naturã Religionis, ac varia eius præcepta affirmatiua aſſignabimus, vbi de obligationibus, decimis, ac primitijs, de obſeruatione, & inſtitutione feſtorum, de cultu, & immunitate Eccleſiarum. In ſecundo de vitijs, huic virtuti oppoſitis, ac præceptis negatiuis, quibus illa prohibentur, vbi de tentatione Dei, blaſphœmia, ſuperſtitionum generibus, de irreligioſitate, de ſacrilegio, ac de Simonia in rebus ſacris, beneficijs, penſionibus, iure patronatus. In tertio de oratione, & varijs eius ſpeciebus in quarto de iuramento, & adiuratione breuiter, ſed locupletisſimè diſſeremus.

A TRAC-

Digitized by Google

TRACTATVS PRIMVS DE VIRTVTE RELIGIONIS

EIVSQVE PRÆCEPTIS AFFIRMATIVIS.

LIBER PRIMVS DE NATVRA RELIGIONIS,

ET ACTIBVS AD DIVINVM Cultum ſpectantibus.

DISPVTATIO I.

Quid ſit Religio.

1 ANTEQVAM ad eſſentiam Religionis explicandã deſcendamus. Sciendum eſt primo nomen hoc Religionis vſurpari non ſolum apud Patres, ſed etiam apud latinos Doctores in ordine ſolum ad Deum, & eius cultum ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 18. *ar.* 1. *ad.* 2. deducique ex verbo religandi, quatenus ſcilicet ea virtus religat homines Deo. Sic Lactantius *lib.* 4. *de vera ſapientia, cap.* 28. quem ſequi videtur S. Bernardus *lib. de natura, & dignitate diuini amoris c.* 15. ibi *vnde etiam à religando religio dicitur.*

2 Atq; in ordine ad hanc Religationem hominum cum Deo aliæ ſignificationes vocis Religionis ſunt deductæ, vt, quod ſignificet ſollicitudinem, ſcrupulum, debitum officium, vt apud Ciceronem videre licet præſertim *de orat. & contra Verrem.*

3 Sciẽdum eſt ſecundo religionem diuidi in veram, & falſam. Vera Religio ſecundum id, quod ſupponit in intellectu, eſt veri Dei, veriq; cultus illi debiti vera cognitio. Vnde à Mercurio Triſmegiſto, & Saluiano *lib.* 2. *ad Eccl. Cath.* dicitur ſciẽtia Dei, à Lactantio *lib.* 4. *de vera relig. c.* 4. Sapientia. prout vero propriè, & formaliter accipitur, nempe vt eſt in voluntate dicitur vera, cum in vera cognitione Dei, eiuſque cultu fundatur. Falſa autem dicitur, cum falſa Dei cognitio habetur, vel quia verus Deus non colitur, ſed alius, vt Gentiles faciunt: vel quia non vero cultu, ſed iis rebus, quibus reuera ipſe non colitur, vt apud Iudæos.

Vbi nota quod non ſolum ipſa virtus prout eſt in voluntate dicitur Religio, ſed etiam actiones externæ. Res ipſæ, quibus vtitur; doctrina,

Digitized by Google

quę Cœrimonias docet ad diuinum cultum, Religio vocantur, vt cōſtat Exod. *12.* & *29. Numer. 19. Leuit. 7.* & *16.* Hæc Suarius *lib. 1. c. 1.* & *2.* His poſitis ad quæſtionem propoſitam, nempe.

Quid ſit Religio.

4 DIco primo Religio eſt habitus virtuoſus proprius creaturæ rationalis, vel intellectualis reſidens in voluntate inclinās illam ad actus colendi Deum. Ita colligo ex D. Thoma *quæſt.* 81. & omnes ſupponunt, qui de hac materia diſputant. Vide Suar. *lib. 3. de habitu Relig. c. 1.*

5 Dixi, habitus, non addens, infuſus, vel acquiſitus; quia ſuppono dari duplicem habitum Religionis, vt in ceteris virtutibus, vnum acquiſitum, qui actibus naturalibus propotionatus eſt, alterum per ſe infuſum, & ſupernaturalem, vt ſit principium intrinſecum ad efficiendos actus ſupernaturales connaturali modo, de quo ſemper agemus.

6 Dixi, virtuoſus, quia Religio eſſentialiter eſt virtus, cum reddat bonum habentem, quæ eſt definitio virtutis.

7 Dixi, proprius creaturæ, vt explicarem remotum ſubiectum Religionis non ſolum conſideratæ vt qualitas eſt, ſed formaliter, & ſecundum ſe, non eſſe niſi creaturam; quia ea virtus intrinſecè reſpicit ſuperiorem, quod eſt proprium naturæ creatæ; vnde non dicit perfectionem ſimpliciter ſimplicem, vt dicit Iuſtitia, miſericordia, &c. non enim vna Perſona diuina poteſt colere aliā, cum omnes tres ſint vnum in voluntate, quamuis velint vt alij debitum ſibi cultum deferant. Cōtra verò Chriſtus Dominus hanc virtutem habuit, quia eius humana natura ſemper fuit inferior Deo. & eſt in omnibus Beatis, quia ad illam neceſſariam rectitudinē, quam habent in ordine ad Deum colendum ipſa Religio cooperatur.

8 Dixi, rationalis, ſeu intellectualis, quia ſemina huius virtutis cuicumque naturæ creatæ intellectuali inſunt ad ſuum creatorem colendum. Et quamuis in omnibus hæc virtus actu non ſit, præſertim in damnatis, quia licet cogantur ad genua flectenda iuxta Paul. ad Philip. 2. at non ex virtute, ſed ex neceſſitate faciunt: tamen poteſt eſſe etiam in peccatoribus, fidem, & ſpem habentibus quoad actus; ipſi enim Deum adorare ex interna diuinitatis ſuę exiſtimatione poſſunt, non vero quoad habitum, qui per peccatum mortale amittitur, nec per actus illos elicitos ex auxilio ſpeciali Dei operantis recuperatur, niſi homo ponatur in gratia, quia veriſimile eſt hanc virtutem ſequi naturam aliarum virtutum infuſarum.

9 Dixi, reſidens in voluntate, vt oſtenderem immediatū ſubiectum Religionis eſſe voluntatem; quia ea verſatur immediatè circa operationes tendentes ad alium: ſed virtutes, quæ ſunt ad alterum, vt omnes tradunt, ſunt immediatè in vovoluntate: ergo. Non nego tamen poſſe Religionem eſſe in appetitu hominis ſenſitiuo, cum is habeat aliquos actus, quibus ad diuinum cultum cooperetur iuxta illud Pſal. 83. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, vbi per ly Caro, intelligitur appetitus ſenſitiuus. Et de deuotione videbimus, quæ magna ex parte pendet à tali appetitu. Sed talis habitus non meretur nomen virtutis, niſi ſolum quatenus eſt cum virtute voluntatis coniunctus. Vltima verba oſtendunt actus proprios huius virtutis ordinari ad cultum diuinum, *vt quæſt.* 2. dicam. videte Suar. *d. c. 1. l. 3. de habitu relig.*

(:)(:)

QVÆRES I.

An Religio ſit virtus moralis, vt eſt Iuſtitia, Pœnitentia, &c. an Theologica, vt eſt Fides, Spes, Charitas.

10 Reſpondeo eſſe virtutem moralem. Eſt D.Thom. *infra cit.* & omnium Theol. *in* 3. *diſt*. 9. Ratio eſt, tum quia ex communi ſenſu Eccleſiæ tres tantum dicuntur virtutes Theologales. tum quia illa dicitur virtus Theologica, quæ non ſolum habet pro obiecto formali, ſeu ratione, ſub qua, ipſum Deũ; ſed etiam habet pro obiecto, vt quod, ſcilicet proximum, & immediate ipſum Deum. ex D. Thom. *p*. 2. *q*. 62. *ar*. 1. 2. & 4. & 2. 2. *q*. 81. *ar*. 4. Sed Religio non eſt huiuſmodi, nam non habet pro obiecto vt quod Deum, nec immediate nos illi vnit, ſed medio cultu exhibito, vt infra dicemus *diſp*. 2. ergo.

Confirmatur, quia hæc ſicuti, & ceteræ virtutes morales reſpicit medium conſtituendo æqualitatem, quam cum non poſſit attingere, ſeruat quantum poteſt proportionem. ex D.Th. *d.q*. 81. *ar*. 5. *ad* 3. Durand. 3. *d*. 9. *q*. 1. *ad* 1.

11 Hinc patet Religionẽ diſtinctam eſſe à Fide, Spe, & Charitate. a fide quidem nõ ſolum quoad habitum, quem ponit in intellectu, cum Religio ſit in voluntate; ſed etiam prout pia voluntas mouet intellectum ad credendum; nam non reſpicit in actu credendi honorem, vt Religio, ſed veritatem infallibilem. Vbi nota quod quamuis habitus piæ affectionis, quo immediatè nõ tenditur ad Deum, ſed ad credendum Deo, & ſic mediante illo actu humano plus habeat rationem virtutis moralis: tamen abſolutè fides eſt virtus Theologica, quia eſt proprie virtus intellectualis, ac facit vnum moraliter cum habitu piæ affectionis, & luminis intellectualis, cum nulla ſit virtus, quæ in ſua eſſentia non habeat puram naturam virtutis moralis, vel Theologicæ, quidquid dicat Durandus *in* 4. *d*. 14. *quæſt*. 2.

12 Differt à ſpe; quia ſpes immediatè reſpicit Deum in ſe, quem ſperamus vt mercedem; nam quamuis non ſperemus illum, niſi ſperando vnionem; tamen vtrumque ſperamus vt bonum poſſeſſum, cum non poſſit eſſe bonum actuale nobis, niſi vnitum. At Religio reſpicit Deum vt terminum cultus, & honoris, & medio cultu reſpicit diuinam excellentiam. ita Suarez *d. l*. 3. *c*. 2.

Aſſignatur quomodo. Religio differat à Charitate.

13 Differt deniq; à Charitate non ſolum quia hæc amat Deum propter ſe ipſum: Sed etiam prout vult illi honorem; nam hoc ipſum Charitas nõ attendit quatenus debitum ob ſuam excellentiam, quod facit Religio; ſed quatenus eſt aliquod bonũ ipſi Deo, quem propter ſe diligit. quia ſicuti amicitia humana eſt benefactiua, & tamen non impedit, quominus fiat proximo aliquod bonum ex iuſtitia diſtincta ab ipſa: Sic neque Charitas, quæ eſt quædam cum Deo amicitia *ex* 2. 2. *q*. 23. impedit quominus Religio, quæ eſt quædam iuſtitia in ordine ad Deũ, ſit ab ipſa diſtincta: quamuis non improbabile ſit illũ actum, quo volumus Deo bonum, non eſſe propriè Theologicum, quia virtus non dicitur Theologica ex adæquata materia, circa quam verſari poteſt; ſed ex primario obiecto, quod proximè, & per ſe attingit.

14 Vbi nota quod licet homo dicatur per actus fidei, vel ſcientiæ habere Deo reuerentiam, ſcilicet concipiendo bonam exiſtimationem de illo iuxta Palud. 3. *d*. 9. *q*. 1. *ar*. 3. Henric. *quodlib*. 10. *q*. 6. vel concipiendo timorem, qui eſt actus virtutis ſpei iuxta D.Tho. 2. 2. *q*. 81. *a*. 2. *ad* 1.

Digitized by Google

ad. 1. tamen quatenus accedendo ad Deum ſigna aliqua talis æſtimationis, vel timoris exhibet, mouetur à virtute Religionis, & ſic hæc reuerētia eſt proprius actus eius ab alijs virtutibus diſtinctus. Vnde D. Tho. *l.c.* ait ad Religionem pertinere facere aliqua propter diuinam reuerentiam, quæ non ſignificat olum actum internum, ſed vt procedit ab affectu accedendi ad Deum modo conſentaneo bonæ æſtimationi, quā de illo habemus.

S. Auguſtinus exponitur, & cur Religio Sanctitas appelletur.

15 NEque D. Auguſt. in Enchir *c.* 2. *&* 3. dum ait Deū coli à nobis fide, ſpe, & charitate, intellexit Religionem non eſſe virtutem ab his diſtinctam, ſed iuxta veriorem interpretationem Diui Thom. *in* 3. *d.* 9. *q.* 1. *a.* 1. *quæſtiunc.* 3. tantum voluit à Religione imperari actus harum virtutum; cum enim poſſint eſſe materia voti, planum eſt poſſe à Religione imperari ex Caiet. 2. 2. *q.* 81. *a.* 2. Greg. de Valent. *t.* 3. *diſ.* 6. *q.* 1, *puncto* 2. quia actus Theologicarum virtutum aptiſſimi ſunt vt offerātur ex affectu colendi Deum, & vt teſtimonia eius excellētiæ, qui eſt actus proprius Religionis, quæ meritò etiam appellatur Sanctitas à D. Th. 2. 2. *q.* 81. *a.* 8. quatenus mētem purificat imperando actum aliarum virtutum, vt firmius Deo coniungatur. Theologicos quidem vt ſupremum cultum, morales vero regulariter vt diſpoſitiones ad illum. Et quamuis Sanctitas aliquando accipiatur pro gratia ſanctificāte ex Tridentino *ſeſſ.* 5. *c.* 1. *& ſeſſ.* 2. D. Baſilio *lib. de Spiritu Sancto*, aliquando pro iuſtitia Chriſtiana, ex Auguſtino *lib. de Salutaribus documentis c.* 9. atque adeo etiam charitas, quæ ex eodem Auguſtino *lib. de natura, & gratia, c.* 42. eſt perfectiſſima iuſtitia vt merito Sanctitas appelletur: non tamen ſunt idē cum Religione, ſed diſtinctæ; nam illa vox applicatur diuerſis virtutibus, quatenus aliquo modo genericè cōueniunt, dum ad Deum ordinant opera virtutum. quomodo autem à cæteris virtutibus moralibus diſtinguatur dicemus *diſ.* 3. Hæc ex Suarez *lib.* 3. *de habitu relig. c.* 2. *&* 3.

QVÆRES II.

Quinam ſint actus, ad quos Religio inclinat.

16 DIco primo actus Religionis aliqui ſunt interni, aliqui externi. Interni ſunt, qui à voluntate immediatè fiunt, nempe eius volitiones, quibus (poſito quod intellectus cognouit debitum creaturæ ad colendum Deum, quæ cognitio vt ſic eſt infructuoſa) voluntas vult illum cultum. Et ſi ſit efficax mouet ceteras potentias ad exhibendum actus tali cultui proportionatos. Ratio eſt quia cum hæc virtus inter ceteras morales, quæ ſunt ad alterum, ſit præcipua ob excellentiam perſonæ, cui honor debetur, non poteſt niſi per rationem proponi, & per voluntatem intendi. Vide Suarium *lib.* 2. *de act. relig. tract.* 1.

17 Vnde hi actus non poſſunt propriè venire nomine cultus; quia ſunt affectus colendi Deum, & immediatè fiunt à potentia, niſi quando ſit reflexio vnius actus in alium, vt ſi quis ex affectu colendi Deum habeat voluntatem communicandi, & cum non poſſit, eumdem actum ad eius cultum offerat.

18 Dico ſecundo licet non implicet dari actus Religionis naturales tantum, quibus ſolo lumine naturali ducta voluntas velit debitum cultum Deo ſuo creatori præſtare (qui actus quamuis ſit nobilis non excedit lumen rectæ rationis, & ſic poterit ſicuti naturales actus ceterarū virtutum ſine gratia elici in ſua ratione, quidquid ſit vtrum poſſit iterari

rari

rari abſque ſpeciali gratia) tamen voluntas colendi Deum fideli cultu eſt actus ſupernaturalis, & per ſe infuſus; nam per eum colimus Deum, vt eſt principium finis ſupernaturalis: per eum eligitur materia ad diuinum cultum ſupernaturalis, vt ſunt actus fidei &c. ſacrificium, & ſacramenta. & tandem eſt actus cõformis rectæ rationi eleuatæ per gratiam ex D. Tho. *1.2.q.63.a.3. & 4.* & ibi ſcribentes.

19 Vbi nota actum illum, quo voluntas vult vitare actionem cedentem in contumeliam Dei v.g. blaſphœmiam, eſſe proprium virtutis Religionis; nam cum hic actus non ſit ex iuſtitia commutatiua, vt probat Suarius de virtute Pœnitentiæ *to.4.* & cum ſit ad alterum, nempe ad Deum, qui habet excellentius ius ad ſuum honorem, quam quilibet homo, nec poſſit aliquid ei reddi ad æqualitatem, non poteſt eſſe niſi actus virtutis ſuperioris iuſtitia commutatiua inter homines, & ſic meritò ſub actu Religionis comprehenditur.

Quomodo actus externi pertineant ad Religionem, & qui ſint.

20 DIco tertio actus externi Religionis ſunt ceteri actus aliarum potentiarum diſtinctarum à voluntate, vt cum aliquid Deo exhibemus ad honorandum, v.g. genuflectimus, proſtramur, &c. oblationes ipſi, vel miniſtris eius offerimus, promittimus aliquid, & ſoluimus. qui licet interni eſſe poſſint regulariter externè fiunt. Vide D. Thomam *dict. q. 81. a. 3. ad 2. & q. 89. initio.*

21 Dicuntur autem hi actus externi eſſe à virtute Religionis, vel quia immediatè ab ipſa imperantur per voluntatem volentem cultum illum, qui à Doctoribus cum S. Th. *dict.q.81.ar.1.ad 1.* vbi Caiet. appellantur eliciti à Religione, vel quia voluntas colendi Deum applicat aliam potentiam media alia virtute, ac medio actu illius, vt cum Religio imperat opera miſericordiæ, vel temperantiæ ad Deum colendum. Et hi vocantur imperati iuxta expoſitionem S. Thomæ in illa verba Iacobi I. *Religio munda, & immaculata hæc eſt viſitare pupillos, &c.* quamuis reuera magis ad mẽtem Apoſtoli intelligi poſſit de Religione Chriſtiana ex Abbate Iſaia *orat.21. de Pentecoſ. tom.2. Bibl.*

Explicatur quomodo actus ad Religionem pertinentes differant inter ſe.

22 DIco quarto non ſolum actus proprie imperati poſſunt eſſe inter ſe ſpecie diſtincti, cum poſſint eſſe proprij aliarum virtutum; ſed etiam actus ceteri externi, vt iurare, ſacrificare. &c. & actus interni voluntatis poſſunt ſpecie differre. De actibus externis prout ab ipſa Religione fiunt probatur, quia promittere aliquid Deo v.g. & implere promiſſum, iurare, & vota obſeruare habent bonitatem ſpecie diuerſam ob rationem diuerſam debiti, quam includunt: ergo voluntates interiores, quæ circa tales actus verſantur, ſunt ſpecie differentes. Cõſequentia probatur quia actus voluntatis non ſolum quoad entitatem, ſed etiam quoad eſſe virtutis deſumitur per ordinem ad honeſtatem, quam reſpicit; nam vt hic ſuppono, per ipſam differentiã, per quam conſtituitur in ſua entitate, conſtituitur in eſſe virtutis: ergo ſi honeſtas, quæ ab vno actu reſpicitur, eſt diuerſa ſpecie ab honeſtate, quam alius reſpicit, vt in antecedente probauimus, ſequitur quod ipſi actus ſpecie differant.

23 Iam probemus concluſionem de actibus voluntatis internis: quia poſſunt hi actus eſſe per ſe ordinati, vt vnus ex alio per ſe oriatur: ergo poſſunt eſſe diſtincti, vt in materia de habitibus probat Suarius *diſp.*

Digitized by Google

diſp.44. Metaphiſ.ſec.11. Antecedens probatur,quia Religio habet affectum ad cultum Dei per modum ſimplicis amoris, & poteſt etiam odio habere defectum in cultu: at amor, & odium ſpecie differunt, & ex eodem principio oriuntur.

Quinam actus Religionis ſint eiuſdem ſpeciei.

24 CОntra vero actus,qui in modo tendendi ſunt eiuſdem rationis, vt actus Amoris,vel Intẽtionis, nõ differunt ſpecie,etiã ſi verſentur circa actus externos diuerſos. Probatur,quia genuflexio v. g. & vocalis confeſſio diuinę excellentię ſunt phyſicè diſtinctæ;at in ratione cultus habent eamdem ſpecie honeſtatem, cum honor reſultãs ex talibus actionibus ſit idem ; ergo actus religionis, *qui circa* ipſas verſantur, non ſunt diuerſi ſpecie.Conſequentia hæc patet ex probatione præcedentis partis; ſuppono enim actus voluntatis honeſtos tendere ad honeſtatem, vt talis eſt.

25 Quamuis Thomiſtæ (vt Nominales taceam,volẽtes eſſe diuerſos, cum actus exteriores ſunt phyſicè diuerſi)putent communiter omnes actus Religionis formaliter eſſe eiuſdem ſpeciei ; quia cum Religio ſit vna virtus ; vnus ergo eſt habitus: ergo actus generantes habitum ſunt eiuſdem ſpeciei ; At facile negari poteſt conſequentia , etiam antecedente admiſſo, quia cum ſit virtus infuſa , de hac enim, vt dixi, agimus,non acquiritur per actus,& eſt veluti potentia, quæ facilius admittit actus ſpecie differẽtes,vt docet Suar. *li.3. de habitu Religionis c.8. n.9.* Hæc Suar. *toto li.2. de Religione.*

DISPVTATIO II.

De obiecto virtutis Religionis.

1 VT ea, quæ in diſp. hac dicturi ſumus facilius percipiantur, & clarius explicentur, ſupponendum eſt triplex in vniuerſum conſiderari poſſe obiectum. Primum eſt formale , quod dicitur ratio formalis obiectiua ,& ratio,ſub qua,de quo Suarius *cap. 6. & c. 9. hic lib. 1.* per quod vna virtus ab alia diſtinguitur. Secundum eſt materiale, ſeu obiectum quod , & eſt omne illud , circa quod virtus immediatè verſatur, ſoletque appellari materia proxima virtutis , vt liquet ex Suar. *c.7.n.1.lib.1.de vir.Rel.*&alibi.

2 Tertium denique eſt obiectum, cui, eſtque omne illud, quod reſpicitur quidem à virtute , at non immediatè; ſed media aliqua actione, quamuis ſit cum illa coniunctum. Ita Caiet. *in 2.2.q.81.a.3,&. 5.* Suarius *c.3. hic n.7.* Valentia *diſp.6. q.1. pun.1.§.ſequitur ſecũdo,* & alij communiter , quod dicitur etiam à S. Tho. *2.2.q.81.a.1.* Finis, intellige intrinſecum , & proximum, qui non eſt extra rationem obiecti.

3 Explico omnia hoc exemplo: Iuſtitia legalis , quæ ſcilicet reſpicit debitum rigoroſum habet ponere æqualitatem debitam inter homines , obiectum quod , eſt illud ius, ſeu bonum debitum communitati. Obiectum formale eſt illa honeſtas, quæ in conſtituenda æqualitate per talem ſolutionem inuenitur, quam iuſtitia intendit , vt tradit Suarius *de hab.relig.c.2.n.7.* Turrianus *diſp.1. dub.1.n 4.* Vaſq. *1.2. d.73.c.7.t.1.* & alij. Deniq; obiectum cui, eſt, communitas illa humana , cui ius ſuum tribuit , vt docet Suar. *c.9.nu.5.ibid.* hæ igitur rationes obiecti inueſtigandæ ſunt in Religione.

QVÆRES I.

Quodnam ſit obiectum, quod, virtutis Religionis.

4 REſpondeo obiectum quod,ſeu materiale proximum, circa quod Religio immediatè verſatur, ſunt omnes actiones humanæ, ſiue in.

interne, ſiue externæ honeſtę iuxta dicta *diſp. præc. q. vlt.* quæ poſſunt in Dei honorem, & gloriam referri, ſiue de cetero aliunde habeant aliam honeſtatem, vt actus aliarum virtutum, ſiue primam habeant à religione ipſa, vt velle vouere caſtitatem ſolum ob diuinum cultum, genuflexio, & cæteri actus externi, qui tamen vel ex ſe, vel ex vſu communi habeant quamdam aptitudinem ad talem cultum, ad quas reducuntur omnes illę res Sacræ, quibus vtimur, vt inſtrumentis ad Deum colendum. Ita Suar. *lib. 1. de vir. relig. c. 7. & c. 8.* Ratio eſt, quia Religio intendit Dei honorem, & gloriam ſimul; ſed prædicta omnia requirſitur ad honorem, & gloriam Deo exhibendam: ergo.

5 Maior clara eſt, minor probatur, quia gloria conſiſtit in bona æſtimatione ex Auguſtino *lib. 83. q. qu. 31.* honor vero, quamuis à Doctoribus cum fama confundatur, proprie tamen conſiſtit in ſignificatione, ſeu teſtificatione virtutis alterius ex Ariſtotele 1. *Ethic. c. 4. & 5.* quibuſcumq: ſignis exhibeatur, ad differentiam laudis, quæ propriè dicitur quando ea ſignificatio fit verbis; ſed ad bonam æſtimationē, & ſignificationem diuinæ excellētiæ requiruntur tam actus interni, quam externi; tum ad hoc vt alij noſtram opinionem bonā de Deo cognoſcant, & ad eam excitentur: tum ad illam æſtimationem magis actuandam per actus, & res illas externas: tum denique propter ipſam gloriam Dei, quæ per ſe eſt appetibilis, & ab illo exigitur, vt ait Paulus 1. *Corinth.* 10. poſtulans vt omnia ad gloriam Dei fiant: ergo.

6 Siue de cetero honor ordinetur ad bonā eſtimationē, & ſit effectus ipſi' in genere cauſæ finalis, quia nimirū actus honoris ad hoc ordinari videtur, vt debita exiſtimatio diuinæ excellentiæ generetur in nobis, aut in alijs. vt accidit ſæpius, ſiuè non ordinetur: Sed bona æſtimatio exerceatur immediatè ex affectu religionis, & Deo, qui intima cognoſcit, offeratur ſine ſigno externo. vel honor fiat tantum ad illum honorandum, quem æſtimamus, vt bene Suar. *l. c. c. 7. n. 7. iuncto n. 6. fine.*

QVÆRES II.

Quodnam ſit obiectum formale Religionis.

7 Reſpondeo eſſe rationem cultus debiti ob diuinam excellentiam conſideratam ſub ratione primi principij nō ſolum quatenus habet virtutem agendi infinitam; ſed etiam quatenus dicit actualem operationem ad extra, eſtque omnium creator, ac dominus. Ita Suar. *l. 1. cap. 6. & 9. de vir. relig. & lib. 3. de habitu c. 4. & 6.* Hæc concluſio explicat in prima parte id, quod primo, & per ſe Religio intendit; eſt enim præſtare cultum Deo debitum, vt tradit S. Thomas *in. q. 81. hic*, vbi Caietanus, Sot', Aragonius, & alij paſſim. Ratio eſt; quia Religio vtpote pars potentialis iuſtitiæ, ſeu iuſtitia ſecundum quid, vt dicemus, reddit debitum, & cum homo nil poſſit Deo tribuere ex liberalitate; eſt enim ſecundum omnia ſub dominio Dei; ſequitur quod ſi cultum tribuat, vt debitum tribuit.

8 Tantum aduerte hoc debitum non tam eſſe quo ad exercitium actus, nempe vt illum cultum, ſeu honorem præſtet, quando vrget obligatio, ſed quoad ſpecificationem, quod tunc eſt, quando perſona, cui fit actus ille cultus iure ſuo, & ratione ſuæ excellentiæ poſtulat talem actum; & licet is non ſemper ſit neceſſarius, vt exhibeatur; neceſſe tamen eſt non operari contra talem actum debitum, & ſic oratio etiam ſpōtanea, & votum eſt actus Religionis; quia licet ſint ſponte quoad eorum exercitium; tamen quoad ſpecificationem ſunt neceſſarij. Suar. *c. 9. n. 8. d. lib. 1.*

Vnde

9 Vnde hoc debitum non eſt morale tantum, nempe ex honeſtate virtutis, vt communiter dici ſolet, ſed legale; non quia ex lege cōſtituatur, ſed quia hoc maxime leges Reipublicæ attendunt, fundatumq; eſt in iure, quod habet is cui redditur, vt ſentit S.Thom. *2.2.q.80.* Caietanus *2.2.q.58.ar.4.* Sotus, & alij Doctores aſſerentes eſſe maius, quam debitum iuſtitiæ ad homines. Ita Suar. *l.c.n.6.*

Probatur ſecunda pars poſitæ aſſertionis.

10 SEcunda pars noſtræ concluſionis explicat formale fundamentum ex parte Dei, mouens voluntatem ad tale debitum præſtandum; cum enim in Deo ſint varia attributa, & perfectiones, quæ ſecundum noſtros conceptus ſunt diſtincta; debemus aſſignare aliquam perfectionē, ob quam moueatur voluntas ad Deum colendum, quam diximus eſſe rationem primi principij, &c. quod ſic probatur. Religio eſt vna virtus: ergo debet fundari in aliqua ratione diuina aliquo modo vna, vt patet ex paritate aliarum virtutum, & ſupponunt omnes cum S.Thoma *hq.81. ar.3. 4. &c.* Sed talis ratio neceſſariò debet eſſe diuina excellentia, ſeu diuerſa attributa concurrentia ad rationem primi principij, etiam actu ſe communicantis, & benefacientis: ergo.

11 Subſumptum probatur: quia licèt actualis operatio nō ſit perfectio Dei, tamen eſt vinculum coniungens homines cum Deo, vt inde oriatur obligatio colendi ipſum, cum per omnes actus Religionis homo proteſtetur diuinam excellentiam, & ſeruitutem ſuam, & ſic dominium Dei, quod habetur per aliquam operationem ad extra, & ablata hac extrinſeca actione, & prouidentia, non apprehēderetur Deus vt ſummè excellens, vt intelligendus eſt Lactantius *lib. de ira Dei ca. 8.* ibi *quis honos haberi poteſt nil curanti, & ingrato? an aliqua ratione obſtricti eſſe poſſumus ei, qui nil habeat commune nobiſcum?* intellige, vt dixi, ſecundum apprehēſionem hominū, nam eſt propter ſe dignus ſummo honore, etiam ſi nil nobis conferret. Ita Suar. *l.1.c.6.*

QVÆRES III.

An Deus ſit obiectum Religionis, & quale.

12 REſpondeo Deum eſſe adæquatum obiectum, cui, Religionis. Ita Suar. *lib. 1. de virt. Relig. c. 3. 4. & 5.* & videtur ſupponere Valentia *diſp.6. q.1. pun.1. §. ſequitur 2.* Caiet. *2.2.q.81. ar.3.* Probatur: quia Religio tendit ad colendum Deum medijs actibus: ergo Deus eſt obiectum cui, Religionis. Tam antecedens, quam conſequens patent ex dictis.

13 Quod autem Deus ſit adequatum obiectum, cui, probatur, quia ad hoc tria requiruntur. Primum, vt ſemper ſit obiectum, cui, & nunquam quod. Secundo, vt is tantum, & non alius ſit obiectum cui. Tertio, vt ita ſit obiectum cui, Religionis, vt nullius alterius virtutis ſit tale, quæ ſanè habentur in Deo; nam licet petamus Deum ex virtute Religionis (in quo caſu eſſe poſſet ratio dubitandi) tamen ipſa non attingit Deum immeditè per ſuum actum, qui eſt velle petere, cum debeat eſſe actus voluntatis, ex dictis, ſed media petitione, & ſic Deus ſemper eſt obiectum cui, Religionis.

14 Quod autem nō ſit eo modo nulli alij virtuti, probatur; nam licet obedientia, & pia affectio reſpiciant Deū vt obiectum cui, tamen diuerſo modo ſe habent, ac Religio; hæ enim reſpiciunt Deum ſolum vt extrinſecè informantem ſuam materiam dando illi fundamentum honeſtatis v. g. Obedientia reſpicit illam bonitatem, quod creatura ſubiecta eſſe debet ſuo Superiori, at non tendit in Deum, vt illi aliquid proprie tribuat, vt facit Religio, quæ tendit in Deum, vt illi tribuat cultum, & in ipſum Deum totam ſuam materiam refert, quod pre-

Digitized by Google

ter Suarium *d.l.* 1. c. 5. videtur explicare S. Thomas 2. 2. *q.* 104. *art.* 2. *ad.* 4. *& ad* 3.

15 Similiter, quãuis Religio per actus ſecundarios Deum colat in ſuis Sanctis glorioſis, vt ſi eos concipiat, vt Dei templa, & in imaginibus; non tamen ſequitur, quod Sancti illi ſint obiectũ cui; nam adorantur, non propter ſe, ſed propter aliquem ordinem; & cõiunctionem cum Deo, & ſic illa adoratio ſaltem implicitè ad Deum refertur, & pertinet ad Religionem, vt tradunt D. Thomas 3. *p. q.* 25. *a.* 3. vbi Caietanus, Alenſis *q.* 3. *mem.* 3. *a.* 2. Valdens. *c.* 154. *t.* 3. Suar. ibi, & hic *l.* 3. *c.* 5.

Explicatur, quo caſu virtus, qua Sanctos adoramus, à Religione diſtinguatur.

16 DIxi numero præcedenti, quod ſi Sancti conſiderentur, vt templa Dei, eorum cultus pertinet ad virtutem Religionis, vt innuerem longè aliter eſſe dicendum, cum Sancti adorantur ob propriam excellentiam, quam habent à Deo participatam; quare ne iterum de hac re agamus.

17 Dico in hoc caſu à Religione non attendi talem cultum, ſed ab alia virtute, quæ à Doctoribus appellatur Dulia, per quam ſcilicet perſona creata adoratur, eſtq; eſſentialiter à Religione diſtincta. Ratio eſt: quia de ratione Religionis eſt, vt ſiuè adoret Deum, ſiuè aliquid creatum, ratio colendi ſit excellentia increata ipſius Dei, ſiue intrinſecè habita, vt eſt in ipſo Deo; ſiue extrinſecè, vt eſt in rebus conſecratis immediatè Deo: Sed, quando colimus Sanctos ob eorum excellentiam ratiò colendi non fundatur immediatè in ipſa Dei excellentia: ergo.

18 Confirmatur, quia Sanctorum adoratio non eſt propriè, & formaliter reſpectiua; vt eſt adoratio imaginum; cum Sancti, quamuis ſint Dei participatio, habeant tamen ſuam excellentiam, in qua fundatur proximè ille honor, cum excellentia gratiæ creatæ ſit valde intrinſeca ſubiecto, ipſumq; dignificet. Eſt cõmunis ſententia D. Th. 2. 2. *q.* 87. *a.* 4. *q.* 103. *a.* 3. Bonauent. *in* 3. *d.* 9. vbi Albert. Durãd. Riccar. Gabr. & alij, quos ſequitur Suar. *lib.* 3 de habitu relig. *c.* 5. contra Marſilium 3. *q.* 8. *ar.* 1. *ad* 1.

Soluitur præcipuum argumentum contra dictam ſententiam à virtute Charitatis, qua Deum, & proximum colimus, deſumptum.

19 ARgumenta, quæ contra fieri ſolent, iam ex dictis ſolui queunt, ſolum ſupereſt, vt oſtendamus, cur eadem charitate poſſimus amare Deum per ſe, & hominem propter Deum; & non poſſimus eadem Religione Deum honorare per ſe, Sanctos verò propter Deum; nam etiam Sancti poſſunt amari propter ſuam virtutem creatam, & tamen amantur eodem amore charitatis, quo amatur Deus: ſic, licèt poſſint coli propter propriam excellentiã, poterit eadem Religio vtrumque cultum reſpicere, Dei ſcilicet, & Sanctorum.

20 Hanc difficultatem expediunt alij negando antecedens; putant enim diuerſam eſſe virtutem, qua proximum propter ſe amamus, à charitate, qua in Deum tendimus. Sed quoniam contraria ſententia eſt communis, & vera D. Thom. 2. 2. *q.* 25. *a.* 1. *ad* 2. Alens. *q.* 30. *m.* 1. *a.* 1. *§.* 2. *ad argum.* Bonau. *in* 3. *d.* 9. *a.* 2. *q.* 4. *ad* 2. Riccar. *ar.* 3. *q.* 1. *ad* 1. Argent. ibi *q.* 1. *a.* 1. Scoti, Gabriel. Durandi in 3. *d.* 27. *&* 28. Cõcedo vltrò eadem charitate nos Deũ, & proximum diligere, vt ex Ioan. 4. apertè habetur ibi; Si *diligamus inuicem, charitas Dei in nobis perfecta eſt.* ex Auguſt. *epiſt.* 29. & vnanimi Doctorũ conſenſu. Immo ex ſupra citatis Doctoribus amamus ex charitate non ſolum Deum amore amicitiæ (quæ eſt beneuolentia cum redamatione ex Ariſt. 9. *Eth. c.* 5.) ſed etiam ipſum proximum, atq; adeò ſatis probabile eſt nõ eſſe inter homines amicitiam per ſe infuſam ſupernaturalem præter charitatem; quia ſuperfluum

Digitized by Google

fluum eſt ponere alium habitum(poſito, quod Charitas ad id nos impellat.) & ſi daretur deberet eſſe virtus Theologalis,cum immediatè feratur in Deum, vt in obiectum, quod diligitur, & finem vltimum ſupernaturalem proximi, & ſic quatuor eſſent virtutes Theologales contra communem ſenſum omniũ Doctorum.

21 Quod autem Charitate,qua Deum diligimus,& proximum etiam,amare poſſimus amore amicitiæ; probatur ex eo; quia Deus eodem amore, quo ſe ipſum amat, diligit etiam nos amore amicitiæ, quamuis nos amet vt res ſuas, & vt media ad ſuam gloriam, vt docent communiter Theologi cum S.Thom. 1. *par. q.20. ar.2.* ergo poſſumus eadẽ charitate amare Deum amore amicitiæ, & proximum eodem amore, licet illum in Deo amemus.Quibus poſitis ex Suario *loc. cit.*

Aſſignatur diſparitas inter Charitatem, & Religionem.

22 CHaritas reſpicit perſonas amatas, quatenus aliquo modo cõiunguntur, ſeu ipſam vnionem amicitiæ,in qua formaliter non conſideratur peculiaris modus differentiæ in obiectis, ſed abſolutè talis bonitas,& communicatio,quam habent homines inter ſe, & Deum, cum quo per gratiam vniuntur, & vnitate Spiritus, quam gratia cauſat. At Religio formaliter reſpicit debitum ratione excellentiæ, & ſic ex ſua propria ratione reſpicit excellẽtiam ſecundum modum peculiarem, quem habet in tali perſona,quod voluit D. Thomas 2.2.*q.*25.*ar.*1.*ad* 2.dum dixit amorem reſpicere bonum in communi,honorem verò propriam excellentiam honorati.

23 Deinde Religio reſpicit diuerſitatem, quæ eſt inter Deum, & creaturas; atque adeo non poteſt eadem virtus Deũ colere, & creaturas;etiam ſi hæ participent aliquo pacto diuinam excellentiam ratione Sanctitatis. Plura videte apud Suar. *lib.* 3. *de hab.reli*. *c.* 5. & 1. *t. tertiæ partis diſp.* 52.*ſect.*3.

DISPVTATIO III.

Explicatur nobilitas, & differentia Religionis ab alijs virtutibus moralibus.

1 SVppono hic primò, Religionem eſſe vnam virtutem, ſiue de cetero ſit vnus ſimplex habitus, & idem ac latria, vt putat probabile Suar. *l.*3.*de hab.reli*. *c.*8.*n.*9.& docent Caiet. Valent. Aragon.& alij, quos citat Suar. *l.c.n.*5.ſiue ſit vna virtus genere, quæ tres habitus contineat, nẽpe fidelitatis ad Deum, gratitudinis, & latriæ.

2 Suppono ſecundò,Religionem eſſe virtutem inferiorem virtutibus Theologicis, quia hæ propinquius, & perfectius attingunt Deum, quam Religio, vt cõſtat ex dictis; immò licet habitus piæ affectionis, qui comitatur fidem, non vniat nos Deo immediatè; tamen eſt perfectior Religione, quia eſt neceſſarius ad virtutem Theologicam,eſtque eius veluti moralis forma.

3 Suppono tertiò, Religionem eſſe nobiliorem omnibus virtutibus verſantibus circa paſſiones,vt ſunt fortitudo, temperantia, & ceteræ illis cõnexæ (non loquor hic de Prudentia, quę eſt virtus intellectualis) ex Suar. *infra citan.*& ſolum.

QVÆRES I.

An Religio differat à Iuſtitia propriè dicta, quæ ſcilicet reddat alteri debitũ.

4 REſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt; quia ad Iuſtitiam propriè dictã, ſeu formalem (quæ comprehendit ſub ſe iuſtitiam legalem, illam ſcilicet,quæ reddit debitum rigoroſum communitati,diſtributiuam,& commutatiuam,quæ ſunt inter perſonas particulares. ex D. Tho.2.2.*q.*61.*q.*8. *q.*58.59 & alibi)requiruntur ex communi

Digitized by Google

muni ſententia tria: vt ſit ad alterum omnino diſtinctum, vt reddat omnino æquale, vt verum, & perfectum reddat debitum: Sed Religio, dum Deo cultum debitum reddit, non reſpicit alterum moraliter, nam homo eſt creatura Dei, neq; poteſt reddere æquale, vt patet ex Dei infinitate, & vniuerſali dominio circa res omnes exhibitas: ergo.

5 Confirmatur, quia licet ad iuſtitiam non requiratur, vt reddatur æquale quoad effectum: tamen debet ab intrinſeco inclinare ad effectum proportionatũ, nempe ad æqualitatem quantum eſt ex ſe, quod Religio præſtare non poteſt, cum, quò magis conatur reddere, eò magis debitum creſcat.

6 Dico ſecundo Religio poteſt dici vere Iuſtitia ad Deum, tum ob rationem debiti; quia debitum, quod Religio reſpicit eſt maius eo, quo ceteræ virtutes ad alterum reſpiciunt: tum quia licet homo non poſſit ponere æqualitatem, quam Deus meretur, tamen poteſt ponere quantum Deus exigit. Et quamuis homo ſit ſub dominio Dei, negari tamen non poteſt eſſe quamdam relationem hominis ad Deum, vt ad alterum; quæ duæ conditiones ſufficiunt ne dicatur Religio Iuſtitia ſolum metaphorice, præſertim cum D. Thomas 1.2. *q.*60. *ar.* 3. doceat ex ratione debiti diſtinguendas eſſe Iuſtitias. Ita Suar. *l.*3. de *habitu relig. c.*4.

QVÆRES II.

An Religio diſtinguatur ab Obedientia.

7 Reſpondeo affirmatiuè: Ratio eſt, quia munus Obedientiæ formaliter eſt obedire: munus autem Religionis eſt colere: quæ ratio eſt diuerſa formaliter; nam cultus reſpicit reuerentiam perſonæ, quam colit reddendo illi ſuum ius: at obedientia formaliter tantum reſpicit honeſtatem, quæ eſt in obſeruantia præcepti. Ita S. Thom. 2.2.*q.*104.*a.*2. vbi Caiet. Valentia, & alij apud Suar. *lib.*3. *de habitu relig. c.*6. Atq; hinc fit, vt poſſit facile dici Obedientiam, quatenus inclinat ad Deo obediendum, & hominibus, eſſe eamdem; quia ſcilicet tantum attendit honeſtatem, quæ eſt in obſeruatione præcepti vt ſic: vt bene Suarius notat.

QVÆRES III.

An Religio differat à Pœnitentia.

8 Reſpondeo probabilius eſſe Religionem eſſe virtutem à Pœnitentia differentem. Ratio eſt, quia debitum, quod reſpicit Pœnitentia eſt ſtrictius, ac rigoroſius; nam per eam ſeruatur illæſum ius diuinum in tota latitudine dominij, & iuriſditionis eius, tum quatenus declinat ab omni iniuria Dei, tum quatenus recompẽſat per actus poſitiuos factam iniuriam. Per Religionem verò redditur debitum ratione excellentiæ diuinæ. Adde per Religionem poſſe hominem aliquid ſoluere Deo, quod habeat aliquam æqualitatem, vt ſupra diximus: at per Pœnitentiam non poteſt vllo modo ad æqualitatem recompenſare iniuriam factam, nec antequam illam inferat haber, niſi vt non ponat ſummam in ęqualitatem, etiam cum Dei gratia. Ita Suar. *l. cit. cap.*7.

9 Contra Caietanum 3. *p. q.* 85. *a.*2. putantem probabiliter Religionem, ac Pœnitentiam eſſe eamdem virtutem; nam affectus Pœnitentiæ ab ipſa Religione elicitur, quod probat, quia actus Pœnitentiæ, cum ſupponat peccatum, non poteſt primario conuenire alicui virtuti per ſe primo: ergo Pœnitentia non eſt diſtincta ab alijs virtutibus: ergo cum Religione coincidit. Vnde patet Pœnitentiam eſſe præſtantiorem Religione, quia attendit ſtrictius, & rigoroſius debitum, quam Religio, quæ, dum numeratur inter virtutes proximo loco poſitas poſt Theologales, intelligi debet de Religione in communi, quatenus om-

Digitized by Google

omnem iuſtitiam ad Deum amplectitur, & ſic comprehendit Pœnitentiam; nam communiter virtutes quæ iuſtitiam ad Deum ſeruant, ſolent diſtingui ſub nomine Pœnitentiæ, & Religionis; vt notat Suar. *num. vlt. d. cap. 7.*

Colligitur perfectio Religionis ſupra aliquas virtutes morales.

10 FAcilè ex dictis inferri poteſt primo, Religionem excedere in perfectione iuſtitiam legalem. Ratio eſt; quia ſicuti hęc ex S. Thoma 2.2. *q.* 58. *a.*2. eſt excellentior alijs virtutibus ad alterum ex eo; quia bonum commune, quod reſpicit præeminet bono particulari, quod ceteræ virtutes reſpiciunt. Sic Religio eſt nobilior iuſtitia legali: quia obiectum Religionis, cui eſt Deus, & quod eſt eius cultus. Iuſtitiæ vero legalis eſt Reſpublica, & bonum debitum ipſi.

11 Neque refert, quod Religio ſit pars potẽtialis Iuſtitię, nimirum quod deficiat à perfecta ratione iuſtitiæ, vt ſupra dictum eſt à *nu.*4. nam cum habeat excellentius obiectum, & nobiliorem rationem debiti reſpiciat, eſt nobilior, licet ſecundum rigorem nõ ſit iuſtitia; ſtat enim vtrumque ex D. Th. *d. q.* 58. 2.2. *ar.*6. Et quamuis iuſtitia legalis habeat curam Religionis, vt pax in Republica conſeruetur, & leges ferat, quæ ad Religionem ſpectent, id eſt per accidens non ex vi ipſius virtutis; ſed ex intentione legiſlatoris, eſtque tunc Deus finis extrinſecus & vltimus quamuis Caiet. *d. a.*6. contendat iuſtitiam legalem præferendam Religioni. Sed eius argumenta ex dictis manent ſoluta.

12 Secundo infertur Religionem eſſe perfectiorem Miſericordia, cum hæc non ita proximè vniat nos Deo, ſicut Religio; vnde S. Thomas *q.*30. 2.2. *a.* 12. ait Miſericordiam eſſe potiſſimam inter omnes virtutes, quæ ad proximum pertinent: at Religio pertinet ad Deum: Nec verba Matth. 9. *& 12. ex Oſea 6. miſericordiam volo, & non ſacrificium*, oppoſitum probant: Sed iuxtà communem expoſitionem ſignificant Deum nolle Sacrificium externum ſine interno, cum per miſericordiam omnia opera Charitatis ex amore Dei facta intelligantur, vt docet Maldonat. *Matth.* 9 vide etiàm Bellarm. *tom.* 1. *lib.* 3. *de cultu Sanct. cap.* 6.

13 Tertio patet Religionem eſſe præſtantiorem Obedientia; nam *hæc* attendit diuinum præceptum, *illa* vero ipſum colit, qui præcipit. vt docet Caiet. 2.2. *q.* 104. *a.* 3. Vnde cum 1. *Regum* dicitur: melior eſt Obedientia, quam victimæ. intelligitur de Sacrificio interno, quod fit per immolationem propriæ voluntatis, & Greg. 2 *li. Moral. c.* 12. quod præferendum eſt externo. Videte de his Suar. *d. l.*3. *c. vltimo.* nam ſatis nobis fuit breuiter hæc attigiſſe ad doctrinæ complementum, vt ad morales quæſtiones properemus.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

LIBER SECVNDVS

DE

DIVINO CVLTV PER OBLATIONES, PRIMITIAS, AC DECIMAS PRÆSTITO.

TRactatus hic valde vtilis eſt ad cognoſcendum quo modo Deus actibus præſertim externis coli debeat: neq; ſolum in eo, quæ ad conſcientiæ forum, ſed etiam, quæ in exteriori, & iudiciali neceſſaria ſunt, præſertim quoad decimas, qua poterimus diſtinctione, & claritate complectemur.

DISPVTATIO I.

Quid ſit oblatio, & quo iure præcepta.

ANTEQVAM ad naturam oblationis explicandam veniamus, tria ſupponenda ſunt. Primum eſt.

Deum poſſe, & debere a nobis adorari actibus internis, & ſpiritualibus.

1 CVm enim homo duplici natura cõſtet corporali, & ſpirituali, quarum Deus auctor eſt ſequitur, quod illum adorare poſſimus, & debeamus: Non ſolum actibus externis, & corporis, quod eſt de fide, ex Damaſc. *li. 4. de fide c. 13* & alijs, quibus ſcilicet homo manifeſtet ſuam mentem ex affectu ſubmittendi ſe Deo in recognitionem ſupremi eius dominij, quæ eſt adoratio ex Suar. hic *tr. 2. l. 1. c. 1. n. 8. & 11.* Sed etiam actibus mere internis intellectus, & voluntatis. Intellectus, vt cum ex affectu colendi Deum applicatur, & recognoſcit diuinam excellentiam, eamq; recognitionem illi offert in cultum, ſeu adorationem, aut cum mentaliter loquitur per cõceptus vocum ad placitum ſignificantium, vt accidit ſæpe cum oramus, vel gratias Deo agimus. Voluntatis verò, vt cum admiratur, & ſuſpenſa quieſcit in cõſpectu Dei poſt cõſiderationem diuinæ magnitudinis, qui actus (cum ſit genus quoddam reuerentialis timoris, quo aliquis veluti formidet ad Deum accedere, aut maieſtatem talem contemplari) cõtinet ſanè adorationem, & cultum diuinum ex illo Iſaiæ. 6. vbi Chryſoſt. *homil. 1.* ait. *Duabus alis velabant faciem ſimul excludẽtia radium e throno procedentem eo, quod ferre non poſſent immenſam ipſius gloriam, ſimul autem ſuam religionem, & reuerentiam ſignificantia, quam habent erga* Dominum. Vide Suar. 1. *tom. 3. par. q. 15. ar. 8. & diſp. 20. ſect. 2. q. 7. & de relig. trac. 2. l. 1. c. 1.* vbi hæc habet.

2 Atq; vterque modus adorandi non tantum in hominibus, ſed etiam in Angelis, & animabus ſeparatis locum habet. Et quidem de interna adoratione manifeſtũ eſt ex Sacra Scriptura, quæ cum ſæpiſſime ait: Deum ab Angelis adorari, de vera adoratione intelligenda eſt, vt ex communi ſententia Theolog. *in 3. d. 9.* ex S. Auguſt. *orat. 3. de imagin.* & alijs patet. De externa verò (quæ videlicet etiam corpore fit, nam purè corporalis, ſine interno affectu non eſt adoratio) planum eſt poſſe fieri in corporibus aſſũptis iuxta illud Pauli ad Hebreos: *Et adorent eum omnes Angeli eius*. Vel cum animæ Purgatorij illam detentionem in igne in recognitionem ſupremi dominij Deo offerunt; quia ſicuti

Digitized by Google

cum paſſio Martyrum per modum cultus potuit Deo offerri; quamuis non effectiuè à voluntate ipſorum procederet, ſed à miniſtris: ſic illa detentio poteſt in cultum Deo offerri, quamuis non ſit ex imperio ipſarum animarum. ita Suarius *d. l. 1. c. 1. n. 10. ad 12.*

Quo iure teneatur homo Deum adoratione externa adorare.

3 SVpponendum ſecundò eſt, hominem teneri iure diuino naturali (intellige, quod gratiæ connaturale ſit, oriaturq; intrinſecè ex fidei lumine) ad Deum adorandum adoratione externa, quod explicatur in primo Decalogi præcepto: *Non habebis Deos alienos coram me.* quod licet ſit datum negatiuum: tamen virtute includit affirmationem de colẽdo vero Deo, vt notauit D. Thomas *1. 2. q. 100. a. 4.* idque etiam innuitur in tertio præcepto; *Memento vt diem Sabbati Sanctifices.* quod quamuis ceremoniale ſit in quãtum determinat diem Sabbati; eſt tamen morale, quatenus præcipit, vt diuino cultui vacetur; eſt enim in primo præcepto remotum ſit impedimentum colendi verum Deum, ad quod naturaliter inclinatur, per prohibitionem non colendi alios Deos, ſatis fuit tempus in tertio præcepto aſſignare. Sic Suarius *d. c. 1. n. 12. ad finem.*

Non eſſe modum determinatum lege naturali adorandi Deum actu aliquo externo.

4 SVpponendum tertiò, quod ſicuti non tenetur homo ex lege naturali diuina, aut humana colere Deum actu purè interno, ſed ſufficit ſi addat etiam aliquam actionem externam, (nam actus Fidei, Spei, & Charitatis erga Deum, & Pœnitentiæ, vbi opus eſt: quos homo tenetur elicere non debent neceſſario ſub ratione cultus exhiberi, licet fieri taliter poſſint) ita, neque ex vi legis naturalis eſt determinatus modus particularis adorandi Deum cultu externo, ſed tantum eſt datum præceptum, vt aliquando hæc adoratio fiat, & modo decenti, & non ſuperſtitioſo. nam tanta eſt varietas ſignorum, quibus Deus adorari ſolet, vt euidenter appareat non eſſe factam determinationem ex lege naturali, quæ eadem eſt apud omnes; atq; adeo in adoratione priuata, quã ſcilicet vnuſquiſque offert tanquam priuatus cultor in ſua perſona; poſſumus vel ſignis indifferentibus, ſolum ordinatis ex intẽtione adorantis quãdo occultè fit: in publica verò, quæ ſcilicet fit nomine omnium, vel in priuata corã alijs facta, debemus habere rationem adſtãtium, vt vtamur ijs ſignis, quæ ſolent vt plurimum ad diuinum cultum adhiberi, vt genua flectendo, manus eleuando, pectus tundendo, vel ijs, quæ ex communi impoſitione per leges publicas iam ſunt præſcripta ad Deum colendum, vt habet Suarius *d. l. 1. c. 2.* inter quæ præcipua ſunt habita ſacrificium, oblatio, & oratio, circa quæ, omiſſis ijs, quæ habet Suar. 1. *&* 3. *tom. 3. part. citat.* ad quæſitum.

Quid ſit oblatio.

5 REſpondeo oblatio eſt actio exterior, per quã aliquid ex noſtris ſenſibilibus bonis Deo offerimus in recognitionem ſupremi eius dominij, aut cultum religioſum. quę ſi fiat immediatè ipſi Deo, etiam ſi cedat poſtea in vſum hominum, erit propria, & rigoroſa oblatio, de qua agimus ad diſtinctionem eius, quã immediatè donatur aliquid eius miniſtris, licet propter ipſum Deum, vt ſunt decimæ, vel donationes factæ Eccleſiæ ex voto, &c. quæ largè dicitur oblatio ex S. Thoma 2. 2. *q.* 85. *a.* 3. *ad* 3. Suar. *hic c.* 3. *&* 5. quem ſequitur Trullen. *in decal. lib.* 3. *c.* 3. *dub.* 13. *nu.* 1.

6 Vſus autem huiuſmodi oblationis non ſolum in lege veteri erãt licitus; & Sanctus, quod eſt de fide, cum Exod. 23. *leuit.* 23. *Deuter.* 28. & alijs

Sa-

rari abſque ſpeciali gratia) tamen voluntas colendi Deum fideli cultu eſt actus ſupernaturalis, & per ſe infuſus; nam per eum colimus Deum, vt eſt principium finis ſupernaturalis: per eum eligitur materia ad diuinum cultum ſupernaturalis, vt ſunt actus fidei &c. ſacrificium, & ſacramenta. & tandem eſt actus cõformis rectæ rationi eleuatæ per gratiam ex D. Tho. *1.2.q.63.a.3.* & *4.* & ibi ſcribentes.

19 Vbi nota actum illum, quo voluntas vult vitare actionem cedentem in contumeliam Dei v.g. blaſphœmiam, eſſe proprium virtutis Religionis; nam cum hic actus non ſit ex iuſtitia commutatiua, vt probat Suarius de virtute Pœnitentiæ *to.4.* & cum ſit ad alterum, nempe ad Deum, qui habet excellentius ius ad ſuum honorem, quam quilibet homo, nec poſſit aliquid ei reddi ad æqualitatem, non poteſt eſſe niſi actus virtutis ſuperioris iuſtitia commutatiua inter homines, & ſic meritò ſub actu Religionis comprehenditur.

Quomodo actus externi pertineant ad Religionem, & qui ſint.

20 DIco tertio actus externi Religionis ſunt ceteri actus aliarum potentiarum diſtinctarum à voluntate, vt cum aliquid Deo exhibemus ad honorandum, v.g. genuflectimus, proſtramur, &c. oblationes ipſi, vel miniſtris eius offerimus, promittimus aliquid, & ſoluimus. qui licet interni eſſe poſſint regulariter externè fiunt. Vide D. Thomam *dict. q. 81. a. 3. ad 2.* & *q. 89. initio.*

21 Dicuntur autem hi actus externi eſſe à virtute Religionis, vel quia immediatè ab ipſa imperantur per voluntatem volentem cultum illum, qui à Doctoribus cum S. Th. *dict. q.81.ar.1.ad 1.* vbi Caiet. appellantur eliciti à Religione, vel quia voluntas colendi Deum applicat aliam potentiam media alia virtute, ac medio actu illius, vt cum Religio imperat opera miſericordiæ, vel temperantiæ ad Deum colendum. Et hi vocantur imperati iuxta expoſitionem S. Thomæ in illa verba Iacobi I. *Religio munda, & immaculata hæc eſt viſitare pupillos, &c.* quamuis reuera magis ad mẽtem Apoſtoli intelligi poſſit de Religione Chriſtiana ex Abbate Iſaia *orat.21 de Pentecoſ. tom.2. Bibl.*

Explicatur quomodo actus ad Religionem pertinentes differant inter ſe.

22 DIco quarto non ſolum actus proprie imperati poſſunt eſſe inter ſe ſpecie diſtincti, cum poſſint eſſe proprij aliarum virtutum; ſed etiam actus ceteri externi, vt iurare, ſacrificare &c. & actus interni voluntatis poſſunt ſpecie differre. De actibus externis prout ab ipſa Religione fiunt probatur, quia promittere aliquid Deo v.g. & implere promiſſum, iurare, & vota obſeruare habent bonitatem ſpecie diuerſam ob rationem diuerſam debiti, quam includunt: ergo voluntates interiores, quæ circa tales actus verſantur, ſunt ſpecie differentes. Cõſequentia probatur quia actus voluntatis non ſolum quoad entitatem, ſed etiam quoad eſſe virtutis deſumitur per ordinem ad honeſtatem, quam reſpicit; nam vt hic ſuppono, per ipſam differentiã, per quam conſtituitur in ſua entitate, conſtituitur in eſſe virtutis: ergo ſi honeſtas, quæ ab vno actu reſpicitur, eſt diuerſa ſpecie ab honeſtate, quam alius reſpicit, vt in antecedente probauimus, ſequitur quod ipſi actus ſpecie differant.

23 Iam probemus concluſionem de actibus voluntatis internis: quia poſſunt hi actus eſſe per ſe ordinati, vt vnus ex alio per ſe oriatur: ergo poſſunt eſſe diſtincti, vt in materia de habitibus probat Suarius *diſp.*

Digitized by Google

*diſp.44. Metaphiſ. ſec.*11. Antecedens probatur, quia Religio habet affectum ad cultum Dei per modum ſimplicis amoris, & poteſt etiam odio habere defectum in cultu: at amor, & odium ſpecie differunt, & ex eodem principio oriuntur.

Quinam actus Religionis ſint eiuſdem ſpeciei.

24 Contra vero actus, qui in modo tendendi ſunt eiuſdem rationis, vt actus Amoris, vel Intẽtionis, nõ differunt ſpecie, etiã ſi verſentur circa actus externos diuerſos. Probatur, quia genuflexio v. g. & vocalis confeſſio diuinę excellentię ſunt phyſicè diſtinctæ; at in ratione cultus habent eamdem ſpecie honeſtatem, cum honor reſultãs ex talibus actionibus ſit idem; ergo actus religionis, qui circa ipſas verſantur, non ſunt diuerſi ſpecie. Conſequentia hæc patet ex probatione præcedentis partis; ſuppono enim actus voluntatis honeſtos tendere ad honeſtatem, vt talis eſt.

25 Quamuis Thomiſtæ (vt Nominales taceam, volẽtes eſſe diuerſos, cum actus exteriores ſunt phyſicè diuerſi) putent communiter omnes actus Religionis formaliter eſſe eiuſdem ſpeciei; quia cum Religio ſit vna virtus; vnus ergo eſt habitus: ergo actus generantes habitum ſunt eiuſdem ſpeciei; At facile negari poteſt conſequentia, etiam antecedente admiſſo, quia cum ſit virtus infuſa, de hac enim, vt dixi, agimus, non acquiritur per actus, & eſt veluti potentia, quæ facilius admittit actus ſpecie differẽtes, vt docet Suar. *li.3. de habitu Religionis c.8. n.9.* Hæc Suar. *toto li.2. de Religione.*

DISPVTATIO II.

De obiecto virtutis Religionis.

1 Vt ea, quæ in diſp. hac dicturi ſumus facilius percipiantur, & clarius explicentur, ſupponendum eſt triplex in vniuerſum conſiderari poſſe obiectum: Primum eſt formale, quod dicitur ratio formalis obiectiua, & ratio, ſub qua, de quo Suarius *cap. 6. & c. 9. hic lib.* 1. per quod vna virtus ab alia diſtinguitur. Secundum eſt materiale, ſeu obiectum quod, & eſt omne illud, circa quod virtus immediatè verſatur, ſoletque appellari materia proxima virtutis, vt liquet ex Suar. *c.7. n.1. lib.1. de vir. Rel.* & alibi.

2 Tertium denique eſt obiectum, cui, eſtque omne illud, quod reſpicitur quidem à virtute, at non immediatè; ſed media aliqua actione, quamuis ſit cum illa coniunctum. Ita Caiet. *in 2.2.q.81.a.3, &.* 5. Suarius *c.3. hic n.7.* Valentia *diſp. 6. q.1. pun.1. §. ſequitur ſecũdo,* & alij cõmuniter, quod dicitur etiam à S. Tho. *2.2.q.81.a.1.* Finis, intellige intrinſecum, & proximum, qui non eſt extra rationem obiecti.

3 Explico omnia hoc exemplo: Iuſtitia legalis, quæ ſcilicet reſpicit debitum rigoroſum habet ponere æqualitatem debitam inter homines, obiectum quod, eſt illud ius, ſeu bonum debitum communitati. Obiectum formale eſt illa honeſtas, quæ in conſtituenda æqualitate per talem ſolutionem inuenitur, quam iuſtitia intendit, vt tradit Suarius *de hab. relig. c.2. n.7.* Turrianus *diſp.1. dub.1. n.4.* Vaſq. 1.2. *d.73. c.7. t.1.* & alij. Deniq; obiectum cui, eſt, communitas illa humana, cui ius ſuum tribuit, vt docet Suar. *c.9. nu.5. ibid.* hæ igitur rationes obiecti inueſtigandæ ſunt in Religione.

QVÆRES I.

Quodnam ſit obiectum, quod, virtutis Religionis.

4 Reſpondeo obiectum quod, ſeu materiale proximum, circa quod Religio immediatè verſatur, ſunt omnes actiones humanæ, ſiue in

interne, ſiue externæ honeſtę iuxta dicta *diſp. præc. q. vlt.* quæ poſſunt in Dei honorem, & gloriam referri, ſiue de cetero aliunde habeant aliam honeſtatem, vt actus aliarum virtutum, ſiue primam habeant à religione ipſa, vt velle vouere caſtitatem ſolum ob diuinum cultum, genuflexio, & cæteri actus externi, qui tamen vel ex ſe, vel ex vſu communi habeant quamdam aptitudinem ad talem cultum, ad quas reducuntur omnes illę res Sacræ, quibus vtimur, vt inſtrumentis ad Deum colendum. Ita Suar. *lib. 1. de vir. relig. c. 7. & c. 8.* Ratio eſt, quia Religio intendit Dei honorem, & gloriam ſimul; ſed prædicta omnia requirũtur ad honorem, & gloriam Deo exhibendam: ergo.

5 Maior clara eſt, minor probatur, quia gloria conſiſtit in bona æſtimatione ex Auguſtino *lib. 83. q. qu.* 31. honor vero, quamuis à Doctoribus cum fama confundatur, proprie tamen conſiſtit in ſignificatione, ſeu teſtificatione virtutis alterius ex Ariſtotele 1. *Ethic. c. 4. & 5.* quibuſcumq: ſignis exhibeatur, ad differentiam laudis, quæ propriè dicitur quando ea ſignificatio fit verbis; ſed ad bonam æſtimationẽ, & ſignificationem diuinæ excellẽtiæ requiruntur tam actus interni, quam externi; tum ad hoc vt alij noſtram opinionem bonã de Deo cognoſcant, & ad eam excitentur: tum ad illam æſtimationem magis actuandam per actus, & res illas externas: tum denique propter ipſam gloriam Dei, quæ per ſe eſt appetibilis, & ab illo exigitur, vt ait Paulus 1. *Corinth.* 10. poſtulans vt omnia ad gloriam Dei fiant. ergo.

6 Siue de cetero honor ordinetur ad bonã ęſtimationẽ, & ſit effectus ipſi', in genere cauſæ finalis, quia nimirũ actus honoris ad hoc ordinari videtur, vt debita exiſtimatio diuinæ excellentiæ generetur in nobis, aut in alijs. vt accidit ſæpius, ſiuè non ordinetur: Sed bona æſtimatio exerceatur immediatè ex affectu religionis, & Deo, qui intima cognoſcit, offeratur ſine ſigno externo. vel honor fiat tantum ad illum honorandum, quem æſtimamus, vt bene Suar. *l. c. c. 7. n. 7. iuncto n. 6. fine.*

QVÆRES II.

Quodnam ſit obiectum formale Religionis.

7 Reſpondeo eſſe rationem cultus debiti ob diuinam excellentiam conſideratam ſub ratione primi principij nõ ſolum quatenus habet virtutem agendi infinitam; ſed etiam quatenus dicit actualem operationem ad extra, eſtque omnium creator, ac dominus. Ita Suar. *l. 1. cap. 6. & 9. de vir. relig. & lib. 3. de habitu c. 4. & 6.* Hæc concluſio explicat in prima parte id, quod primo, & per ſe Religio intendit; eſt enim præſtare cultum Deo debitum, vt tradit S. Thomas *in. q.* 81. *hic*, vbi Caietanus, Sot', Aragonius, & alij paſſim. Ratio eſt; quia Religio vtpote pars potentialis iuſtitiæ, ſeu iuſtitia ſecundum quid, vt dicemus, reddit debitum, & cum homo nil poſſit Deo tribuere ex liberalitate; eſt enim ſecundum omnia ſub dominio Dei; ſequitur quod ſi cultum tribuat, vt debitum tribuit.

8 Tantum aduerte hoc debitum non tam eſſe quo ad exercitium actus, nempe vt illum cultum, ſeu honorem præſtet, quando vrget obligatio, ſed quoad ſpecificationem, quod tunc eſt, quando perſona, cui fit actus ille cultus iure ſuo, & ratione ſuæ excellentiæ poſtulat talem actum; & licet is non ſemper ſit neceſſarius, vt exhibeatur; neceſſe tamen eſt non operari contra talem actum debitum, & ſic oratio etiam ſpõtanea, & votum eſt actus Religionis; quia licet ſint ſponte quoad eorum exercitium; tamen quoad ſpecificationem ſunt neceſſarij. Suar. *c. 9. n. 8. d. lib. 1.*

Vnde

Digitized by Google

Vnde hoc debitum non eſt morale ntum, nempe ex honeſtate virtutis, communiter dici ſolet, ſed legale; on quia ex lege cōſtituatur, ſed quia oc maxime leges Reipublicæ attenunt, fundatumq; eſt in iure, quod haet is, cui redditur, vt ſentit S. Thom. .2.q.80. Caietanus 2.2.q.58.ar.4. Sous, & alij Doctores aſſerentes eſſe naitus, quam debitum iuſtitiæ ad homines. Ita Suar. *l.c.n.6.*

Probatur ſecunda pars poſitæ aſſertionis.

SEcunda pars noſtræ concluſionis explicat formale fundamentum ex parte Dei, mouens voluntatem ad tale debitum præſtandum; cum enim in Deo ſint varia attributa, & perfectiones, quæ ſecundum noſtros conceptus ſunt diſtincta; debemus aſſignare aliquam perfectionē, ob quam moueatur voluntas ad Deum colendum, quam diximus eſſe rationem primi principij, &c. quod ſic probatur. Religio eſt vna virtus: ergo debet fundari in aliqua ratione diuina aliquo modo vna, vt patet ex paritate aliarum virtutum, & ſupponunt omneſcum S. Thoma *d.q.81.ar.3.4.&c.* Sed talis ratio neceſſariò debet eſſe diuina excellentia, ſeu diuerſa attributa concurrentia ad rationem primi principij, etiam actu ſe communicantis, & benefacientis: ergo.

11 Subſumptum probatur: quia licèt actualis operatio nō ſit perfectio Dei; tamen eſt vinculum coniungens homines cum Deo, vt inde oriatur obligatio colendi ipſum, cum per omnes actus Religionis homo proteſtetur diuinam excellentiam, & ſeruitutem ſuam, & ſic dominium Dei, quod habetur per aliquam operationem ad extra, & ablata hac extrinſeca actione, & prouidentia, non apprehēderetur Deus vt ſummè excellens, vt intelligendus eſt Lactantius *lib. de ira Dei ca. 8.* ibi *quis honos haberi poteſt nil curanti, & ingrato? an aliqua ratione obſtricti eſſe poſſumus ei, qui nil habeat commune nobiſcum?* intellige, vt dixi, ſecundum apprehēſionem hominū, nam eſt propter ſe dignus ſummo honore, etiam ſi nil nobis conferret. Ita Suar. *l.1.c.6.*

QVÆRES III.

An Deus ſit obiectum Religionis, & quale.

12 REſpondeo Deum eſſe adæquatum obiectum, cui, Religionis. Ita Suar. *lib. 1. de virt. Relig. c.3.4. & 5.* & videtur ſupponere Valentia *diſp.6. q.1. pun.1.§. ſequitur 2.* Caiet. *2.2.q.81. ar.3.* Probatur: quia Religio tendit ad colendum Deum medijs actibus: ergo Deus eſt obiectum cui, Religionis. Tam antecedens, quam conſequens patent ex dictis.

13 Quod autem Deus ſit adequatum obiectum, cui, probatur, quia ad hoc tria requiruntur. Primum, vt ſemper ſit obiectum, cui, & nunquam quod. Secundo, vt is tantum, & non alius ſit obiectum cui. Tertio, vt ita ſit obiectum cui, Religionis, vt nullius alterius virtutis ſit tale, quæ ſanè habentur in Deo; nam licet petamus Deum ex virtute Religionis (in quo ratio eſſe poſſet ratio dubitandi) tamen ipſa non attingit Deum immediatè per ſuum actum, qui eſt velle petere, cum debeat eſſe actus voluntatis, ex dictis, ſed media petitione, & ſic Deus ſemper eſt obiectum cui, Religionis.

14 Quod autem nō ſit eo modo nulli alij virtuti, probatur; nam licet obedientia, & pia affectio reſpiciant Deū vt obiectum cui, tamen diuerſo modo ſe habent, ac Religio; hæ enim reſpiciunt Deum ſolum vt extrinſecè informantem ſuam materiam dando illi fundamentum honeſtatis v. g. Obedientia reſpicit illam bonitatem, quod creatura ſubiecta eſſe debet ſuo Superiori, at non tendit in Deum, vt illi aliquid proprie tribuat, vt facit Religio, quæ tendit in Deum, vt illi tribuat cultum, & in ipſum Deum totam ſuam materiam refert, quod pre-

Digitized by Google

ter Suarium *d.l.* 1. *c.* 5. videtur explicare S. Thomas 2. 2. *q.* 104. *ar.* 2. *ad.* 4. *& ad* 3.

15 Similiter, quãuis Religio per actus ſecundarios Deum colat in ſuis Sanctis glorioſis, vt ſi eos concipiat, vt Dei templa, & in imaginibus; non tamen ſequitur, quod Sancti illi ſint obiectũ cui; nam adorantur, non propter ſe, ſed propter aliquem ordinem; & cõiunctionem cum Deo, & ſic illa adoratio ſaltem implicitè ad Deum refertur, & pertinet ad Religionem, vt tradunt D. Thomas 3. *p. q.* 25. *a.* 3. vbi Caietanus Alenſis *q.* 3. *mem.* 3. *a.* 2. Valdens. *c.* 154. *ſ.* 3. Suar. ibi, & hic *l.* 3. *c.* 5.

Explicatur, quo caſu virtus, qua Sanctos adoramus, à Religione diſtinguatur.

16 DIxi numero præcedenti, quod ſi Sancti conſiderentur, vt templa Dei, eorum cultus pertinet ad virtutem Religionis, vt innuerem longè aliter eſſe dicendum, cum Sancti adorantur ob propriam excellentiam, quam habent à Deo participatam; quare ne iterum de hac re agamus.

17 Dico in hoc caſu à Religione non attendi talem cultum; ſed ab alia virtute, quæ à Doctoribus appellatur Dulia, per quam ſcilicet perſona creata adoratur, eſtq; eſſentialiter à Religione diſtincta. Ratio eſt: quia de ratione Religionis eſt, vt ſiuè adoret Deum, ſiuè aliquid creatum, ratio colendi ſit excellentia increata ipſius Dei, ſiue intrinſecè habita, vt eſt in ipſo Deo; ſiue extrinſecè, vt eſt in rebus conſecratis immediatè Deo: Sed, quando colimus Sanctos ob eorum excellentiam ratio colendi non fundatur immediatè in ipſa Dei excellentia: ergo.

18 Confirmatur, quia Sanctorum adoratio non eſt propriè, & formaliter reſpectiua, vt eſt adoratio imaginum; cum Sancti, quamuis ſint Dei participatio, habeant tamen ſuam excellentiam, in qua fundatur proximè ille honor, cum excellentia gratiæ creatæ ſit valde intrinſeca ſubiecto, ipſumq; dignificet. Eſt cõmunis ſententia D. Th. 2. 2. *q.* 87. *a.* 4. *q.* 103. *a.* 3. Bonauent. *in* 3. *d.* 9. vbi Albert. Durãd. Riccar. Gabr. & alij, quos ſequitur Suár. *lib.* 3 de habitu relig. *c.* 5. contra Marſilium 3. *q.* 8. *ar.* 1. *ad* 1.

Soluitur præcipuum argumentum contra dictam ſententiam à virtute Charitatis, qua Deum, & proximum colimus, deſumptum.

19 ARgumenta, quæ contra fieri ſolent, iam ex dictis ſolui queunt, ſolum ſupereſt, vt oſtendamus, cur eadem charitate poſſimus amare Deum per ſe, & hominem propter Deum; & non poſſimus eadem Religione Deum honorare per ſe, Sanctos verò propter Deum; nam etiam Sancti poſſunt amari propter ſuam virtutem creatam; & tamen amantur eodem amore charitatis, quo amatur Deus: ſic, licèt poſſint coli propter propriam excellentiã, poterit eadem Religio vtrumque cultum reſpicere, Dei ſcilicet, & Sanctorum.

20 Hanc difficultatem expediunt alij negando antecedens; putant enim diuerſam eſſe virtutem, qua proximum propter ſe amamus, à charitate, qua in Deum tendimus. Sed quoniam contraria ſententia eſt communis, & vera D. Thom. 2. 2. *q.* 25. *a.* 1. *ad* 2. Alens. *q.* 30. *m.* 1. *a.* 1. *§.* 2. *ad argum.* Bonau. *in* 3. *d.* 9. *a.* 2. *q.* 4. *ad* 2. Riccar. *ar.* 3. *q.* 1. *ad* 1. Argent. ibi *q.* 1. *a.* 1. Scoti, Gabriel. Durandi in 3. *d.* 27. *&* 28. Cõcedo vltrò eadem charitate nos Deũ, & proximum diligere, vt ex Ioan. 4. apertè habetur ibi; *Si diligamus inuicem, charitas Dei in nobis perfecta eſt.* ex Auguſt. *epiſt.* 29. & vnanimi Doctorũ conſenſu. Immo ex ſupra citatis Doctoribus amamus ex charitate non ſolum Deum amore amicitiæ (quæ eſt beneuolentia cum redamatione ex Ariſt. 9. *Eth. c.* 5.) ſed etiam ipſum proximum, atq; adeò ſatis probabile eſt nõ eſſe inter homines amicitiam per ſe infuſam ſupernaturalem præter charitatem; quia ſuper-

fluum

Digitized by Google

ſluum eſt ponere alium habitum (poſito, quod Charitas ad id nos impellat) & ſi daretur deberet eſſe virtus Theologalis, cum immediatè feratur in Deum, vt in obiectum, quod diligitur; & finem vltimum ſupernaturalem proximi; & ſic quatuor eſſent virtutes Theologales contra communem ſenſum omniū Doctorum.

21 Quod autem Charitate, qua Deum diligimus, & proximum etiam, amare poſſimus amore amicitiæ; probatur ex eo; quia Deus eodem amore, quo ſe ipſum amat, diligit etiam nos amore amicitiæ, quamuis nos amet vt res ſuas, & vt media ad ſuam gloriam, vt docent communiter Theologi cum S. Thom. *1. par. q.20. ar.2.* ergo poſſumus eadē charitate amare Deum amore amicitiæ, & proximum eodem amore, licet illum in Deo amemus. Quibus poſitis ex Suario *loc. cit.*

Aſſignatur diſparitas inter Charitatem, & Religionem.

22 CHaritas reſpicit perſonas amatas, quatenus aliquo modo cōiunguntur, ſeu ipſam vnionem amicitiæ, in qua formaliter non conſideratur peculiaris modus differentiæ in obiectis, ſed abſolutè talis bonitas, & communicatio, quam habent homines inter ſe, & Deum, cum quo per gratiam vniuntur, & vnitate Spiritus, quam gratia cauſat. At Religio formaliter reſpicit debitum ratione excellentiæ, & ſic ex ſua propria ratione reſpicit excellētiam ſecundum modum peculiarem, quem habet in tali perſona, quod voluit D. Thomas 2.2.*q.25.ar.1.ad* 2. dum dixit amorem reſpicere bonum in communi, honorem verò propriam excellentiam honorati.

23 Deinde Religio reſpicit diuerſitatem, quæ eſt inter Deum, & creaturas; atque adeo non poteſt eadem virtus Deū colere, & creaturas; etiam ſi hæ participent aliquo pacto diuinam excellentiam ratione Sanctitatis. Plura videte apud Suar. *lib. 3. de hab. relig. c. 5. & 1. t. tertiæ partis diſp. 52. ſect. 3.*

DISPVTATIO III.

Explicatur nobilitas, & differentia Religionis ab alijs virtutibus moralibus.

1 SVppono hic primò, Religionem eſſe vnam virtutem, ſiue de cetero ſit vnus ſimplex habitus, & idem ac latria, vt putat probabile Suar. *l.3. de hab. reli. c.8. n.9.* & docent Caiet. Valent. Aragon. & alij, quos citat Suar. *l. c. n. 5.* ſiuè ſit vna virtus genere, quæ tres habitus contineat, nēpe fidelitatis ad Deum, gratitudinis, & latriæ.

2 Suppono ſecundò, Religionem eſſe virtutem inferiorem virtutibus Theologicis, quia hæ propinquius, & perfectius attingunt Deum, quam Religio, vt cōſtat ex dictis; immò licet habitus piæ affectionis, qui comitatur fidem, non vniat nos Deo immediatè; tamen eſt perfectior Religione, quia eſt neceſſarius ad virtutem Theologicam, eſtque eius veluti moralis forma.

3 Suppono tertiò, Religionem eſſe nobiliorem omnibus virtutibus verſantibus circa paſſiones, vt ſunt fortitudo, temperantia, & ceteræ illis cōnexæ (non loquor hic de Prudentia, quę eſt virtus intellectualis) ex Suar. *infra citan.* & ſolum.

QVÆRES I.

An Religio differat à Iuſtitia propriè dicta, quæ ſcilicet reddat alteri debitū.

4 REſpondeo affirmatiuè. Ratio eſt; quia ad Iuſtitiam propriè dictā, ſeu formalem (quæ comprehendit ſub ſe iuſtitiam legalem, illam ſcilicet, quæ reddit debitum rigoroſum communitati, diſtributiuam, & commutatiuam, quæ ſunt inter perſonas particulares. ex D. Tho. 2.2. *q.61. q.8. q.58.59* & alibi) requiruntur ex communi

Digitized by Google

muni ſententia tria: vt ſit ad alterum omnino diſtinctum, vt reddat omnino æquale, vt verum, & perfectum reddat debitum: Sed Religio, dum Deo cultum debitum reddit, non reſpicit alterum moraliter, nam homo eſt creatura Dei, neq; poteſt reddere æquale, vt patet ex Dei infinitate, & vniuerſali dominio circa res omnes exhibitas: ergo.

5 Confirmatur, quia licet ad iuſtitiam non requiratur, vt reddatur æquale quoad effectum: tamen debet ab intrinſeco inclinare ad effectum proportionatū, nempe ad æqualitatem quantum eſt ex ſe, quod Religio præſtare non poteſt, cum, quò magis conatur reddere, eò magis debitum creſcat.

6 Dico ſecundo Religio poteſt dici vere Iuſtitia ad Deum, tum ob rationem debiti; quia debitum, quod Religio reſpicit eſt maius eo, quo ceteræ virtutes ad alterum reſpiciunt: tum quia licet homo non poſſit ponere æqualitatem, quam Deus meretur, tamen poteſt ponere quantum Deus exigit. Et quamuis homo ſit ſub dominio Dei, negari tamen non poteſt eſſe quamdam relationem hominis ad Deum, vt ad alterum; quæ duæ conditiones ſufficiunt ne dicatur Religio Iuſtitia ſolum metaphorice, præſertim cum D. Thomas 1.2. *q.60. ar.3.* doceat ex ratione debiti diſtinguendas eſſe Iuſtitias. Ita Suar. *l.*3. de *habitu relig. c.4.*

QVÆRES II.

An Religio diſtinguatur ab Obedientia.

7 Reſpondeo affirmatiuè: Ratio eſt, quia munus Obedientiæ formaliter eſt obedire: munus autem Religionis eſt colere: quæ ratio eſt diuerſa formaliter; nam cultus reſpicit reuerentiam perſonæ, quam colit reddendo illi ſuum ius: at obedientia formaliter tantum reſpicit honeſtatem, quæ eſt in obſeruantia præcepti. Ita S. Thom. 2.2.*q.*104.*a.*2. vbi Caiet. Valentia, & alij apud Suar. *lib.3. de habitu relig. c.6.* Atq; hinc fit, vt poſſit facile dici Obedientiam, quatenus inclinat ad Deo obediendum, & hominibus, eſſe eamdem; quia ſcilicet tantum attendit honeſtatem, quæ eſt in obſeruatione præcepti vt ſic: vt bene Suarius notat.

QVÆRES III.

An Religio differat à Pœnitentia.

8 Reſpondeo probabilius eſſe Religionem eſſe virtutem à Pœnitentia differentem. Ratio eſt, quia debitum, quod reſpicit Pœnitentia eſt ſtrictius, ac rigoroſius; nam per eam ſeruatur illæſum ius diuinum in tota latitudine dominij, & iuriſditionis eius, tum quatenus declinat ab omni iniuria Dei, tum quatenus recompēſat per actus poſitiuos factam iniuriam. Per Religionem verò redditur debitum ratione excellentiæ diuinæ. Adde per Religionem poſſe hominem aliquid ſoluere Deo, quod habeat aliquam æqualitatem, vt ſupra diximus: at per Pœnitentiam non poteſt vllo modo ad æqualitatem recompenſare iniuriam factam. nec antequam illam inferat habet, niſi vt non ponat ſummam in ęqualitatem, etiam ćum Dei gratia. Ita Suar. *l. cit. cap.7.*

9 Contra Caietanum 3. *p. q. 85. a.2.* putantem probabiliter Religionem, ac Pœnitentiam eſſe eamdem virtutem; nam affectus Pœnitentiæ ab ipſa Religione elicitur, quod probat, quia actus Pœnitentiæ, cum ſupponat peccatum, non poteſt primario conuenire alicui virtuti per ſe primo: ergo Pœnitentia non eſt diſtincta ab alijs virtutibus: ergo cum Religione coincidit. Vnde patet Pœnitentiam eſſe præſtantiorem Religione, quia attendit ſtrictius, & rigoroſius debitum, quam Religio, quæ, dum numeratur inter virtutes proximo loco poſitas poſt Theologales, intelligi debet de Religione in communi, quatenus om-

Digitized by Google

omnem iuſtitiam ad Deum amplectitur, & ſic comprehendit Pœnitentiam; nam communiter virtutes quę iuſtitiam ad Deum ſeruant, ſolent diſtingui ſub nomine Pœnitentiæ, & Religionis; vt notat Suar. *num. vlt. d. cap. 7.*

Colligitur perfectio Religionis ſupra aliquas virtutes morales.

10 Facilè ex dictis inferri poteſt primo, Religionem excedere in perfectione iuſtitiam legalem. Ratio eſt, quia ſicuti hęc ex S.Thoma 2.2.*q.*58. *a.*2. eſt excellentior alijs virtutibus ad alterum ex eo; quia bonum commune, quod reſpicit, præeminet bono particulari, quod cęteræ virtutes reſpiciunt. Sic Religio eſt nobilior iuſtitia legali: quia obiectum Religionis, cui eſt Deus, & quod eſt eius cultus. Iuſtitiæ vero legalis eſt Reſpublica, & bonum debitum ipſi.

11 Neque refert, quod Religio ſit pars potẽtialis Iuſtitię, nimirum quod deficiat à perfecta ratione iuſtitiæ, vt ſupra dictum eſt à *nu.*4. nam cum habeat excellentius obiectum, & nobiliorem rationem debiti reſpiciat, eſt nobilior, licet ſecundum rigorem nõ ſit iuſtitia; ſtat enim vtrumque ex D. Th. *d.q.*58. 2.2. *ar.*6. Et quamuis iuſtitia legalis habeat curam Religionis, vt pax in Republica conſeruetur, & leges ferat, quæ ad Religionem ſpectent, id eſt per accidens non ex vi ipſius virtutis; ſed ex intentione legiſlatoris, eſtque tunc Deus finis extrinſecus & vltimus quamuis Caiet. *d.a.*6. contendat iuſtitiam legalem præferendam Religioni. Sed eius argumenta ex dictis manent ſoluta.

12 Secundo infertur Religionem eſſe perfectiorem Miſericordia, cum hæc non ita proximè vniat nos Deo, ſicut Religio; vnde S.Thomas *q.*30. 2.2. *a.*12. ait Miſericordiam eſſe potiſſimam inter omnes virtutes, quæ ad proximum pertinent: at Religio pertinet ad Deum. Nec verba Matth. 9. & 12. ex *Oſea 6. miſericordiam volo, & non ſacrificium*, oppoſitum probant: Sed iuxtà communem expoſitionem ſignificant Deum nolle Sacrificium externum ſine interno, cum per miſericordiam omnia opera Charitatis ex amore Dei facta intelligantur, vt docet Maldonat. *Matth.* 9. vide etiam Bellarm. *tom. 1. lib. 3. de cultu Sanct. cap. 6.*

13 Tertio patet Religionem eſſe præſtantiorem Obedientia; nam hæc attendit diuinum præceptum, illa vero ipſum colit, qui præcipit. vt docet Caiet. 2.2.*q.*104.*a.*3. Vnde cum 1. *Regum* dicitur: melior eſt Obedientia, quam victimæ. intelligitur de Sacrificio interno, quod fit per immolationem propriæ voluntatis, & Greg. *35. Moral. c.* 12. quod præferendum eſt externo. Videte de his Suar. *d.l.*3. *c. vltimo.* nam ſatis nobis fuit breuiter hæc attigiſſe ad doctrinæ complementum, vt ad morales quæſtiones properemus.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS

DE

DIVINO CVLTV PER OBLATIONES, PRIMITIAS, AC DECIMAS PRÆSTITO.

TRactatus hic valde vtilis eſt ad cognoſcendum quo modo Deus actibus præſertim externis coli debeat: neq; ſolum in eo, quæ ad conſcientiæ forum, ſed etiam, quæ in exteriori, & iudiciali neceſſaria ſunt, præſertim quoad decimas, qua poterimus diſtinctione, & claritate complectemur.

DISPVTATIO I.

Quid ſit oblatio, & quo iure præcepta.

ANTEQVAM ad naturam oblationis explicandam veniamus, tria ſupponenda ſunt. Primum eſt.

Deum poſſe, & debere a nobis adorari actibus internis, & ſpiritualibus.

1 CVm enim homo duplici natura cōſtet corporali, & ſpirituali, quarum Deus auctor eſt ſequitur, quod illum adorare poſſimus, & debeamus: Non ſolum actibus externis, & corporis, quod eſt de fide, ex Damaſc. *li. 4. de fide c. 13* & alijs, quibus ſcilicet homo manifeſtet ſuam mentem ex affectu ſubmittendi ſe Deo in recognitionem ſupremi eius dominij, quæ eſt adoratio ex Suar. hic *tr. 3. l. 1. c. 1. n. 8. & 11.* Sed etiam actibus mere internis intellectus, & voluntatis. Intellectus, vt cum ex affectu colendi Deum applicatur, & recognoſcit diuinam excellentiam, eamq; recognitionem illi offert in cultum, ſeu adorationem, aut cum mentaliter loquitur per cōceptus vocum ad placitum ſignificantium, vt accidit ſæpe cum oramus, vel gratias Deo agimus. Voluntatis verò, vt cum admiratur, & ſuſpenſa quieſcit in cōſpectu Dei poſt cōſiderationem diuinæ magnitudinis, qui actus (cum ſit genus quoddam reuerentialis timoris, quo aliquis veluti formidet ad Deum accedere, aut maieſtatem talem contemplari) cōtinet ſanè adorationem,
1 & cultum diuinum ex illo Iſaiæ. 6. vbi Chryſoſt. *homil. 1.* ait. *Duabus alis velabant faciem ſimul excludētia radium e throno procedentem eo, quod ferre non poſſent immenſam ipſius gloriam, ſimul autem ſuam religionem, & reuerentiam ſignificantia, quam habent erga Dominum.* Vide Suar. *1. tom. 3. par. q. 15. ar. 8. & diſp. 20. ſect. 2. q. 7. & de relig. trac. 2. l. 1. c. 1.* vbi hæc habet.

2 Atq; vterque modus adorandi non tantum in hominibus, ſed etiam in Angelis, & animabus ſeparatis locum habet. Et quidem de interna adoratione manifeſtū eſt ex Sacra Scriptura, quæ cum ſæpiſſime ait: Deum ab Angelis adorari, de vera adoratione intelligenda eſt, vt ex communi ſententia Theolog. *in 3. d. 9.* ex S. Auguſt. *orat. 3. de imagin.* & alijs patet. De externa verò (quæ videlicet etiam corpore fit, nam purè corporalis, ſine interno affectu non eſt adoratio) planum eſt poſſe fieri in corporibus aſſūptis iuxta illud Pauli ad Hebreos: *Et odorent eum omnes Angeli eius.* Vel cum animæ Purgatorij illam detentionem in igne in recognitionem ſupremi dominij Deo offerunt; quia ſicuti

Digitized by Google

cum passio Martyrum per modum cultus potuit Deo offerri; quamuis non effectiuè à voluntate ipſorum procederet, ſed à miniſtris: ſic illa detentio poteſt in cultum Deo offerri, quamuis non ſit ex imperio ipſarum animarum. ita Suarius *d. l. 1. c. 1. à n. 10. ad 12.*

Quo iure teneatur homo Deum adoratione externa adorare.

3 SVpponendum ſecundò eſt, hominem teneri iure diuino naturali (intellige, quod gratiæ connaturale ſit, oriaturq; intrinſecè ex fidei lumine) ad Deum adorandum adoratione externa, quod explicatur in primo Decalogi præcepto; *Non habebis Deos alienos coram me.* quod licet ſit datum negatiuum: tamen virtute includit affirmationem de colẽdo vero Deo, vt notauit D. Thomas *1. 2. q. 100. a. 4.* idque etiam innuitur in tertio præcepto; *Memento vt diem Sabbati Sanctifices.* quod quamuis ceremoniale ſit in quãtum determinat diem Sabbati; eſt tamen morale, quatenus præcipit, vt diuino cultui vacetur; cũ enim in primo præcepto remotum ſit impedimentum colendi verum Deum, ad quod naturaliter inclinatur, per prohibitionem non colendi alios Deos, ſatis fuit tempus in tertio præcepto aſſignare. Sic Suarius *d. c. 1. à n. 12. ad finem.*

Non eſſe modum determinatum lege naturali adorandi Deum actu aliquo externo.

4 SVpponendum tertiò, quod ſicuti non tenetur homo ex lege naturali diuina, aut humana colere Deum actu purè interno, ſed ſufficit ſi addat etiam aliquam actionem externam, (nam actus Fidei, Spei, & Charitatis ergà Deum, & Pœnitentiæ, vbi opus eſt; quos homo tenetur elicere non debent neceſſariò ſub ratione cultus exhiberi, licet fieri taliter poſſint) ita, neque ex vi legis naturalis eſt determinatus modus particularis adorandi Deum cultu externo, ſed tantum eſt datum præceptum, vt aliquando hæc adoratio fiat, & modo decenti, & non ſuperſtitioſo. nam tanta eſt varietas ſignorum, quibus Deus adorari ſolet, vt euidenter appareat non eſſe factam determinationem ex lege naturali, quæ eadem eſt apud omnes; atq; adeo in adoratione priuata, quã ſcilicet vnuſquiſque offert tanquam priuatus cultor in ſua perſona; poſſumus vel ſignis indifferentibus, ſolum ordinatis ex intẽtione adorantis quãdo occultè fit: in publica verò, quæ ſcilicet fit nomine omnium, vel in priuata corã alijs facta, debemus habere rationem adſtantium, vt vtamur ijs ſignis, quæ ſolent vt plurimum ad diuinum cultum adhiberi, vt genua flectendo, manus eleuando, pectus tundendo, vel ijs, quæ ex communi impoſitione per leges publicas iam ſunt præſcripta ad Deum colendum, vt habet Suarius *d. l. 1. c. 2.* inter quæ præcipua ſunt habita ſacrificium, oblatio, & oratio, circa quæ, omiſſis ijs, quæ habet Suar. 1. *& 3. tom. 3. part. citat.* ad quæſitum.

Quid ſit oblatio.

5 REſpondeo oblatio eſt actio exterior, per quã aliquid ex noſtris ſenſibilibus bonis Deo offerimus in recognitionem ſupremi eius dominij, aut cultum religioſum. quæ ſi fiat immediatè ipſi Deo, etiam ſi cedat poſteà in vſum hominum, erit propria, & rigoroſa oblatio, de qua agimus ad diſtinctionem eius, quã immediatè donatur aliquid eius miniſtris, licet propter ipſum Deum, vt ſunt decimæ, vel donationes factæ Eccleſiæ ex voto, &c. quæ largè dicitur oblatio ex S. Thoma *2. 2. q. 85. a. 3. ad 3.* Suar. *hic c. 3. & 5.* quem ſequitur Trullen. *in decal. lib. 3. c. 3. dub. 13. nu. 1.*

6 VSus autem huiuſmodi oblationis non ſolum in lege veteri erat licitus; & Sanctus, quod eſt de fide, cum Exod. 23. *leuit.* 23. *Deuter.* 28. & alijs

Sa-

Digitized by Google

Sacræ Scripturæ locis: vbi,id,vel approbatur,vel præcipitur apertè colligatur: Sed etiam in lege gratiæ;valde enim antiquiſſimus eſt vſus offerendi panem,& vinum in Miſſa vltra Sacram oblationem, oleum, ceram, pro luminaribus,thymiama, & alia, vt videri poteſt apud Guillel.Durant. *lib.4. ration.offic.c.53.* Pamelium *l. de oper.& eleemoſina Cyprian.n.5.* Auguſtin. *ſerm.215.de tempore.* Ambroſium *ſerm.33. in fer.2. poſt.1. Dom.quadrag.* Conc.Emeritan.*c.14.* dicens ſolitam eſſe offerri pecuniam.

7 Et quamuis materia oblationis conſtitutiuæ Sacrificij Miſſæ nō poſſit eſſe, niſi panis, & vinum aqua mixtum:tamen poteſt eſſe alia oblatio in Miſſa aliarum rerum, non vt Sacrificium Miſſæ conſtituant, ſed vt cum eo offerantur. neque C. *non oportet de conſ. diſt.2.* & alia iura ibi, aliud intendunt, dum dicunt,non oportere aliud offerri: intellige tanquam materiam Sacrificij, nec ex eo, quod cerimoniæ legales ceſſarint,debent ceſſare oblationes, quæ etiam morales ſunt, vt eſt ratio templi, Sacerdotij, &c.Sic Suarius. *c.3.d.l.1.* Vide Couarru.*l.1.var.cap.17.nu.1.§.hinc non.* Durand. *4.d.1.q.9.* Driedum *de libert.Chriſtiana p.81.* D.Antonin.*par.1.tit.14.ca.5.§.9.* & ex Recent.Azor. *t.1.l.7.c.27.q.9.*.Fagund.*in 5.præc. Eccleſ.l.4.c.1.nu.6.& 14.* Caſtropal. *t.2. trac.10.diſ.vni.pun.17.num.1.* Iam videamus.

Quo iure hæ oblationes ſint inductæ.

8 OBlationum vſus non eſt,neque de iure naturæ, neq;Eccleſiaſtico,ſed tantum eſt conſentaneum naturæ,& hominum inclinationi. Vnde dici poteſt de iure naturæ,quoad honeſtatē,& congruitatem ad diuinum cultum.Quod non ſit de iure naturæ. probatur: nam nulla eſt deformitas,ſi homines eſſent contenti adoratione Dei per alia ſigna externa, præter oblationes. Quod vero nec iure Eccleſiaſtico ſit præceptum de oblationibus,probatur; quia nullibi hoc præceptum reperitur, ſed potius Concil. Cabilon. ſub Carolo Magno *cap.6.* dicuntur oblationes voluntariæ,eſtque communis Doctorum ſententia. Denique,quod ſit iuri naturę valde conforme patet;tum ex vſu antiquiſſimo earum, vt dictum eſt; tum quia naturale eſt homini,vt ſua offerat Deo, à quo illa accepit; atque iuxta hanc diſtinctionem intellige D. Thomam dicentem *2.2. q.86. a.4.* oblationem eſſe de iure naturæ. Vide Suar.*d.c.3.& cap.4.& cit.Recentiores.*

QVÆRES I.

An dentur aliqui caſus, in quibus obligemur offerre oblationes.

9 REſpondeo,ſi loquamur de oblationibus largè ſumptis pro omni dono Eccleſiæ, vel Clericis (dato, quod non ſint decimæ, vel primitiæ) poteſt dari obligatio ex triplici capite. Primò ex conſuetudine offerendi res aliquas per lapſum annorum decem; cum ſit iuri conformis,& fauorabilis,ex Panormit. *C. ad audientiam de ſimon.* nam, quamuis fideles ſpontè offerant Deo has oblationes;tamen per diuturnum vſum, & iuxta materiæ exigentiam non interruptum, acquiritur ius Eccleſiæ, vel Clericis in oblationes; neque ad hoc requiritur, vt offerentes habeant hanc voluntatem conferendi tale ius; ſed ſufficit, ac neceſſarium eſt iuris adminiculū, quod præſtari videtur *in d.c.ad audiētiam.* Ita tradunt S.Thomas *2.2. q.86. a.1.* vbi Caiet. Aragon. & alij Panormit.Hoſtienſis,& alij *d. c. audientiam.* Couarr.*l.1.var.c.17.nu.3.* dicens eſſe receptam ſententiam nemine refragante. Guttier.*c.21.q.can.n.140.* multis allegatis, vnde non poteſt talis obligatio per Laicos tolli;fieret enim contra libertatem Eccleſiæ. ex Bart. *l.Priuileg.Co.de Sacr. Eccleſ.* Hæc Suarius *tract.2.l.1. cap. 5.* cui addo Barb. *l.3.de iur.Eccl.c.23.n.10.* Fagun. *in 5. præ.Eccl.ca.1.l.4.* Trullench. *d.l.3.c.3. dub.*

*dub.*13.*nu.*4. Quamuis Caſtropalaus hic *pun.* 17.putet, non eſſe improbabile, non poſſe per conſuetudinem obligari ad oblationes: ſed Suarij ſententia eſt communior.

10 Secundò, quando, vel ex donatione, vel per legatum; aut aliquod Eccleſiæ datur; quod ex iuſtitia, vel ex religione debetur, vt patet.

11 Tertiò, quando miniſtri Eccleſiæ aliunde non habent commodam ſuſtentationem, nec decimæ, aut primitiæ ſufficientes dantur; quia tunc, cum dignus ſit operarius mercede ſua, debent fideles Eccleſiæ miniſtros alere.

12 Niſi fortè Parochiani ſint valde Pauperes; tunc enim; vel Epiſcopus prouidere tenetur ex ſuis bonis: vel ſi non poſſit Summum Pontificem cõſulat: aut niſi iam Parochiani decimas tradidiſſent; quia ſicuti nemo iuſtè cogitur, vt ſoluat duplicatam mercedem pro eadem opera: ſic nec illi tenentur decimas, & oblationes offerre pro ſuſtẽtanda Eccleſia, eiuſq; miniſtris; atq. ita docent Panormit. & alij ſcribentes *rubrica de Parochijs.* Henricus *cap. quamuis de decimis* Soncin. *tract. de oblat. libello* 3.*q.*4. Roman. *Conſ.*344. Turrecrem. *C. omnis Chriſtianus de Conſecr. diſ.*1. *à* 10. Sylu. *v. decima q.* 2. Greg. Lopez *lege* 9.*t.*19.*p.*1. Sotus *l.*9. *de Iuſt. q.*3.*a.*3. Gutier. *q. Can.* 27. *à n.*139. Couarr. *lib.*1. *var. c.*17. *n.*3. & alij cum Suario *cap.* 5. ponente ex pleriſq; ex his Doctoribus dictas limitationes, quem etiã ſequitur Barboſa *l.*3. *de iur. Eccl. c.*23. *n.*10. alios citans: quare, quamuis non ſoluentes oblationes caſu quo debitæ eſsẽt iuxta dicta: nullas incurrant cenſuras ipſo facto: tamen debet negari petentibus Sacramentum; ſi crimen eſt certum, & publicum, vt dicitur in mat. Sacramentorum. Sic Suarius *lo. cita. num.* 23. ſequitur Trullench. *l.*3. *c.*3. *dub.*13. *n.*3. alios citans.

Quid poſſit circa hoc conſuetudo.

13 DEnique hic nota poſſe etiam conſuetudine induci, vt Clerici tribuant aliquid v. g. candelam Laicis: quia per eam non ſequitur, vt Eccleſia præſtet Laicis tributum, & ſi magnum eſſet grauamen poſſet Iudicio Prælati moderari. Ita Feder. Senens *Conſ.*155. Greg. Lopez *lib.* 15. *tit.* 17. *par.*1. Menochius, quem citat Gutier. *lib.*2. *q. Can. cap.*21. Suar. *c.*7. *n.*20. *d. tra.*1. *l.*1. quem ſequitur Aloyſ. Riccius *in praxi p.*4. *reſ.*263. *num.* 5. & 6. Barboſa *de iure Eccl. lib.*3. *c.*23. *num.*6. vbi *n.*8. addit has oblationes pertinere ad rectores Eccleſiarum nõ ad Cõmendatarios ordinum militarium, citatq; Hier. Roder. *in Comp. q. reg. reſ.* 15. *nu.*18. Addo ex Riccio *deciſ.* 740. quod etiam ſtante ea conſuetudine; nõ poterunt Laici denegare decimas Parocho ob id, quod candelam v. g. nõ dederit: Immò notat Barboſa *n.*7. quem laudat Trullen. *d. dub.*13. *nu.*10. fine. Parochum nõ debere ad domos Laicorum candelas benedictas die Purificationis B. V. mittere: ſed eas in Eccleſia diſtribuere. cæterum puto, quod ſi mittat nullum peccatum cõmittet: iam enim id vſus timoratorum etiam obtinuit, vt aliquæ in Eccleſia diſtribuantur: aliæ mittantur ad benemeritas perſonas. & ſic poteſt intelligi prohibitio Sacr. Congr. in vna Foglin. ann. 1681. quam refert Barboſa ad ſuum dictum confirmandum.

Colligitur differentia inter oblationes, & ſacrificium.

14 SAcrificium enim eſt oblatio cum aliqua cõſecratione, vel mutatione rei oblatæ, ita vt tam conſecratio, quam mutatio fiat in peculiarem Dei venerationem, vt colligitur, ex S. Thom. 2.2. *q.*85. Suar. late probante *in. t.*3. *par.*3. *diſ.*73. *ſec.*5.

15 Quamuis non ſit de iure naturæ, vt dictum eſt etiam de oblatione: *nu.*8. tamen ſemper habitum eſt vt actio magis Sacra, & publica quam ſimplex oblatio, atque adeò fere ſemper fuerunt in omni republica præcepta ſpecialia ad ſacrificãdum licet varia.

C Sed

Digitized by Google

Sed cuiq. reipublicæ determinata: ita vt Sacrificium ſemper videatur fuiſſe in præcepto, & excōmuni omnium ſenſu, veluti de iure gentium, vt bene Suar. *l.1.tr.1.c.3.* & probat. *d. diſp. 73. l. citato.*

16 At nunc in lege Euangelica de fide eſt, eſſe præceptum cultum Dei per verū ſacrificium iure diuino à Chriſto tradito Matt. 6. *hoc facite in meam commemorationem*. ex Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. 1.* quod per ſe primo datum eſt Eccleſiæ, relinquendo ipſius Paſtoribus, vt determinent modum, tempus, & frequentiam. de qua re vide Suar. *d. lo.* tertiæ partis, vbi alia pulcra, quæ non ſunt huius loci. Sic Suar. *d. cap. 3. a n. 9.*

DISPVTATIO II.

Explicatur, quibus perſonis, à quibus, & de quibus rebus fieri debeant oblationes.

1 IN hac diſputatione, vt ex dictis patet, loquimur de oblatione religioſa: facta ſcilicet ob honorem, & cultum diuinum: vnde etiam clarum eſt Deum verum eſſe illum cui principaliter offertur oblatio; ſiuè immediatè ipſi, ſiuè eius intuitu creaturis. Et in hoc ſecūdo caſu Deus dicitur à Scholaſticis vt quo, ideſt ratio propter quam res donatur. in primò dicitur, vt quod; nempe ille, cui immediatè donatur, vt notat Suar. *l. 1. de diu. cul. cap. 7.* neque circa Deum eſt alia difficultas, ſolum.

Circa perſonas, quibus fieri debeat oblatio.

2 DIcendum eſt oblationes debere fieri ſolis perſonis eccleſiaſticis, ipſiq. ius habent ad res oblatas, puta, quæ ad nutrimentum, vel ad ornatum altaris &c. donantur. Ita Damaſus Papa *c. vlt. 10. q. 1. cap. 1. & capite. perueniet. 16. q. 7.* quamuis res oblatæ ſi ſacræ non ſint, poſſint in Laicorum vſum conuerti aliquo iuſto titulo ex Diuo Thoma *2. 2. quæſt. 86. art. 2.*

3 Nomine autem perſonæ eccleſiaſticæ, non intelligimus Monachos, vel Religioſos; (qui vt tales ſunt, tantum habent capacitatem ad oblationes ſponte factas recipiendas.) Sed tantum Clericos Miniſtros altaris, & Parochos ex Suar. *c. 7. n. 19.* hic. ſequitur Cordonus *l. 4. q. 4. c. 1. n. 21.* Fagūd. *in 5. præc. Eccl. l. 4. c. 2. nu. 2.* Trullench. *l. 3. in decal. c. 3. dub. 13. n. 10.* qui aduertit, non poſſe conſuetudine induci, vt Laici, etiam in oratorijs oblationes accipiant, *ex cap. vlt. cit.* & tradit Leo *in theſ. fori eccleſ. p. 2. c. 13. n. 24.* quæ vera ſunt loquēdo de acceptione, quaſi ex proprio iure; quia ſunt iuris ſpiritualis in capaces; vt dicemus de decimis *diſ. 10. n. 8.* Verū ad has perſonas minutius diſcutiēdas ex alijs Doctoribus Suario addendo.

QVÆRES.

Oblationes, quæ fiunt Eccleſiæ, vel Cappellæ, aut imagini depictæ, &c. Cuinam ex Clericis competant.

4 DIco primò non ſolum oblationes factæ Cappellæ conſtitutæ in Eccleſia, ipſi Rectori Eccleſiæ, & nō Cappellano debētur: Sed etiam factæ Cappellis, vel Oratorijs ſitis in aliqua Parochia, debentur Parocho, & non Cappellano, aut beneficiato illi Cappellæ, vel Oratorij. ita Felin C. *dilectus, nu. 1. de offic. ordin.* Sonc. *de oblat. libelli 18. q. fin.* Genuen. *in praxi epi. p. 4. reſ. 296. n. 2.* Hizen Carat. *in opuſ. de iurib. paroch. t. 3. c. 9.* Inoil. Mulier. *de oblat. dub. 4. nu. 29.* Ripa *de oblat. Eccleſ. reſ. 1. a num. 2.* Pedam. *deciſ. q. 9. num. 2.* Rot. *deciſ. 256. p. 1. recent. & 308. p. 2. & in Hiſpalēſ. Primitiarū 13. Maij. 1622.*

5 Intellige hæc, & dicenda quando non conſtat de voluntate offerentium; tunc enim ad eum vſum debent oblationes applicari, ad quem à fidelibus præſtantur, vt ad ornatum altaris, vel ad fabricam, &c. & notant etiam Barboſa. *c. 23. num. 30. de iur. Eccleſiæ lib. 3. add. Capel. Toloſ.* de-

Digitized by Google

deciſ. 433. Mareſcot. *varia. reſ. lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 6. *&* 7. Aloy. Riccius *deciſ. curi. Neap. par.* 4. *d.* 170. *num.* 7. Rota in Brachar. *oblationum.* 17. *Decembris* 1612.

6 Dico ſecundò, oblationes factæ imaginibus Sanctorum ſiuè eæ ſint in Eccleſia Parochiali: ſiue extra; dummodo intra eius confinium, ſiuè ſint in aliqua domo parieti depictæ, niſi aliud conſtet, debentur Parocho, non illis, aut Epiſcopo: *ex ca. paſtoralis de his quæ fiunt a prælat.* & notant ibi ſcribent. & cit. DD.

7 Immò oblationes factæ in Eccleſia Cathedrali ſpectant ad Archypreſbiterum illius, non ad Epiſcopum. quia ille habet immediatam curã animarum & Sacramentorum adminiſtrationem. ita Sacra Congr. Card. in vna Cauen. docetq. Aloy. Ricc. *reſ.* 296. *nu.* 6. Rot. in Beneu. Spolij. 2. *decembris* 1585. Rellet. *diſ.* 9. *cler. p.* 1. *tit. de bonis cler. §.* 3. *n.* 49. Carat. *l. cit.* vbi ait: oblationes factas in Miſſa pertinere ad Eccleſiam: niſi fiant in Miſſa ſponſorum; tunc enim cenſentur datæ intuitu celebrantis. atq; hæc vbi nulla eſſet conſuetudo in contrarium: nam in his oblationibus ſtandum eſt conſuetudini iuſta omnes DD. cum *Rota in Luccen. Sarzanenſ. oblationum* 8. *ferbruar.* 1627. videre Barboſam. *l. cit.* Verum oblationes, quæ fiunt imaginibus in regularium Eccleſijs exiſtentibus, ad ipſos ſpectant, & etiam ſi ſint in pariete Monaſterij; vel Horti Bordonus *reſol.* 7. *num.* 106. Lezana. *v. oblationu.* 3. Idem etiam dicunt de oblationibus factis cappellæ ſitæ in Eccleſia regularium, in qua eſt Confraternitas; tunc nimirum eas pertinere ad Regulares; non autẽ ad Confratres; quia illi ſunt Eccleſiæ Rectores. Immò oblationes factæ in Miſſa Epiſcopo celebranti in Eccleſia regularium, ad eos ſpectant. *ex priuil.* Bonifac. 8. apud Rodriquez *in bulla* 9. eiuſdem Pontificis: eſto ſi celebrent in alia Eccleſia extra eorum iuriſditionem ad ipſos pertineat, vt videre eſt in Eraſmo Cochier. *de iuriſd.* 9. *Ordina. in exemptos: p.* 4. *q.* 18. Denique oblationes, quæ ſolent fieri cantanti primam Miſſam ipſi competunt; quia cenſentur datæ eius intuitu, & conſuetudo ſic eſt. tantum aduerte, quod licet nouus celebrans poſſit ſe ad populum vertere, & expectare offerentes, at non decet Eccleſiam circuire *ex decl. Sacr. Congret.* apud Riccium. 1. *par. prax. deciſ.* 749. qui tamen circuiret ſecluſo ſcandalo, tantum venialiter peccaret.

Circa perſonas, a quibus oblationes recipi poſſunt.

8 Dico primò. Oblationes non poſſunt recipi ab excommunicatis, intellige vitandis, quia datio hæc, & acceptatio eſt quædam communicatio ſuo modo ſpiritualis. quæ cum excommunicatis prohibetur, & in hoc ſenſu intelligitur Canon. Concilij Illibertini. *capit.* 28. ibi *Epiſcopum placuit ab eo, qui non communicat. munera accipere non debere.* id eſt ab eo qui eſt excommunicatus, nam non poteſt commodè intelligi de ſumptione Euchariſtiæ, cum forte nunquam fuerit conſuetudo ex præcepto communicandi in Miſſa, etiam ſolemni, vt Suar. tradit *hic c.* 6. *num.* 2. ſequitur Cordonus *lib.* 6. *q.* 4. *ca.* 1. *num.* 21.

9 Dico ſecundò, poſſunt à quolibet peccatore, etiam publico recipi oblationes; quando delictum non afficit res oblatas. v. g. quia iniuſtè detinentur ab offerente, vel alijs debentur ex aliqua priori obligatione, ratio eſt: quia quamuis perſona. ſit vitioſa; tamen illa oblatio eſt actus religionis: nec qui accipit cooperatur niſi in aliquod bonum. ita ex Diuo Thoma. 2. 2. *quaſt.* 86. *artic.* 3. in Gloſſa. *cap. oblationes. d.* 9. Suar. *ca.* 6. *num.* 8. *hic.*

10 Quod intellige primò, niſi ex illa acceptione ſcandalum ſequatur, vt putauit San. Thomas. *loc. cit.* de oblatione publicæ meretricis. eo tamen ceſſante poteſt: cum nullum ſit

Digitized by Google

ius id ſtatuens de publica meretrice: quia *auth. lenonibus in princip. collat.* 3. quæ ſolet afferri, non habet auctoritatem pœnas eccleſiaſticas imponẽdi. ita etiam cum Suario. Moneta *c.* 14. *n.* 39. *de decimis* Valentia. 2. 2. *t.* 3. *diſ.* 6. *q.* 5. *p.* 3. *quæſito* 3. Molfeſius *tr.* 6. *n.* 30. *c.* 4. Bonacina *de pra. ſolui decim. diſ. vlt. p.* 3. *q.* 1. *ſub n.* 2. contra Reginal. *lib.* 19. *n.* 85. Azor. *cap.* 25. *q.* 3. & alios.

11 Secundò niſi de aliquibus peccatoribus id ſpecialiter iure ſit cautum: vt notat Gloſſ. *d. c. oblationes.* quamuis textus prohibentes recipi oblationes à quibuſdam peccatoribus vt C. *de viro.* 12. *q.* 2. *& c. eos, quos de conſecr.* c. *latorem.* 33. *q.* 2. Ca. miror. 17. *q.* 4. *& d. c. oblationes*, non debeant extendi ad alios caſus ſimiles etiam grauiores; cum ſint pœnales ex Gloſſ. & Turrec. *d. c. oblationes.* Cum alijs, & vt plurimũ debent tantum intelligi de oblationibus, quæ fiunt ad Altare, & in Eccleſia non de alijs. ita Gloſſ. *c. eos, quos de conſ. d.* 4. *& c. de viro q.* 12. *q.* 2. vbi Turrec. Hugo, & alij, quos ſequitur Suarius *d. cap.* 6.

12 Quæ ſanè oblationes ſupradictæ, non debent recipi ad Altare ab his peccatoribus, quos d. textus numerant etiam ſi debitæ ſint: ſed poſſunt priuatim tradi, vel exigi: Cum hoc non ſit prohibitum bene verum eſt, quod ſi obligatio offerendi decimas ſit tantum ex conſuetudine; non poteſt exigi, vt detur extra actionem illam ſacram; quia conſuetudo obligat ad dandum tali loco, & tempore, & non extra. Sic Suar. *c.* 6. *hic nu.* 13. quem fere in omnibus ſequitur Barboſa, *lib.* 3. *de iur. Eccleſ. cap.* 23. *à n.* 13. Trullench. *l.* 3. *in decalog. c.* 3. *dub.* 13. *n.* 11. Caſtrop. *hic p.* 18.

Petes.

An deſideretur Iudicis ſententia ad hoc, vt oblationes accipi non poſſint a prædictis perſonis.

13 Reſpondeo, ſi prohibitio facta eſt, ipſi delinquenti immediatè, vt *fit d. c.* 1. *de viro.* tunc requiritur, vt ſit ſententia Iudicis, & ea non poſita non tenetur peccator ab oblatione ſe abſtinere, aut ſaltem requiritur, vt lex verbis ſatis expreſſis id dicat. quod in ſupra allegatis iuribus non reperitur; non enim id exprimunt. quando vero Canones immediatè prohibent ne Clerici à peccatoribus v. g. vſurarijs, oblationes accipiant: tunc ſufficit ſi factum v. g. vſura ſit notorium, & publicum: quia in priori caſu lex eſt pœnalis; & ſic requirit ſententiam: in poſteriori eſt directiua, & ſic tantum requiritur vt delictum ſit notorium, notoreitate facti; ad hoc, vt publice denegetur acceptatio oblationis. ita Gloſſa *d. c. eos quos de conſ. d.* 4. Turrec. Hugo. Archid. *c. de viro* 12. *q.* 2. vide Suar. *cap.* 6. *& cit. recentiores*,

Circa res, de quibus faciendæ ſunt oblationes.

14 Reſpondeo cum hac diſtinctione, ſi oblatio eſt ſpontanea; tunc ſufficit; ſi res non ſit de bonis alienis, aut alteri prius obligatis maiori obligatione, vt ſi ex ijs Pater neceſſariò eſſet alendus; & quamuis Deo optimum offerre deberemus; tamen regulariter non eſt graue peccatum offerre rem deterioris conditionis v. g. triticum vile, &c.

15 At ſi oblatio eſt ex debito; debet res eſſe talis vt, tum quo ad quantitatem; tum quo ad qualitatem correſpondeat debito, quod ſi præcepta ſit res tantum generaliter, v. g. oleum. tunc non eſt dandum deterius; ſed quale putatur iudicio prudentum attentis circumſtantijs ſine dolo, aut fraude. Hæc Suarius *cap.* 7. *a n.* 21. & alij ſupponunt. Tantum addo controuerſiam circa oblationes, tantum eſſe à Iudicæ Eccleſiaſtico decidendam. Sic Fuſcus *de viſit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 7.

(:)(:)(:)

DIS-

DISPVTATIO III.

De primitijs ſoluendis.

1 PRimitiæ, de quibus agimus ſunt primi fructus frugum terræ, ſic dicti, quod primi naſcantur, vt patet, *ex cap*, 18, N*um*. ibi V*niuerſa frugum initia*, de his.

QVÆRES I.

An ſit de iure naturæ offerre D*eo primitias à Sacrificio diſtinctas.*

2 REſpondeo affirmatiuè, intelligẽdo pro Iure naturali; moralem quamdam congruentiam valde conſentaneam rationi, vt ſupra de oblationibus dictum eſt. Ratio eſt: quia licet poſſint ſimul cum Sacrificio offerri Deo, immediatè exercendo aliquam operationem ſacram circa ipſa, vel comburendo, vel ſuſpendendo, donec conſumentur in Dei honorem. quod eſt Sacrificium. tamen ratio naturalis inclinat ad Deum colendum vario modo; & ſic diuerſis oblationibus. videre Suarium, *infra citandum.*

QVÆRES II.

An nunc extet præceptum offerendi primitias.

3 QVæſtio hec ſupponit in lege veteri fuiſſe præceptũ de primitijs offerendis, vt videre eſt ex D. Auguſtino *lib. queſt.* N*um. q.* 32. D. Thom. 1. 2. *q.* 102. *ar.* 3. *ad* 1. Abulenſi, & alijs expoſitoribus Sacræ Scripturæ qui varias numerãt oblationes primitiarum nempe, primogenitorum animalium, & hominum. primitias ex fructibus arborum, aut frugum ante collectionem aliorum. & ex fructibus iam collectis ex agro. quod ſane preceptum fuit cœremoniale, & vt ſic ceſſauit in lege euangelica: nihilominus.

4 Dicendum eſt in Eccleſia Chriſti fuiſſe præceptum ſoluendi primitias, vt colligitur ex San. Hierony. *ca.* 1. *de decimis* & *er. in primitijs c. reuertimini.* 16. *q.* 1. & alijs iuribus, eſtq; commune doctorum placitum. verum hodie indifferenter debentur primitiæ cum decimis, non per modum oblationis Deo factæ aliquo ritu in Eccleſia, vel Altari: ſed per modum tributi ad ſuſtentandos Eccleſiæ miniſtros. & ſic poteſt cõſuetudine vſus primitiarum minui, variari, & omnino tolli: quia contra legem humanam poteſt præualere conſuetudo. eſt cõmunis Doctorum; videre Suar, hic *cap.* 8. *tr.* 2. *l.* 1. quem ſequitur in omnibus Fagund. *in* 5. *præc.* E*cleſ. l.* 4. *cap.* 1. *num.* 5. Solum his addo, quod vbi vſus primitiarum vigeret eæ ſoluendæ ſunt Parochiæ, in qua prædia exiſtunt. ſic Vega. 1. *par. res. caſuum conſ.* Rodr. *ſum. cap.* 87. *concl.* 4. *nu.* 5. & alij. atq; de his ad complementũ Suarij doctrinę ſatis. Nunc ad ea quæ in praxi neceſſaria ſunt accedamus.

DISPVTATIO IV.

Quid ſint decimæ, & quo iure inductæ.

1 AD primum quæſitum: Reſpondeo Decimæ, vt ex nomine ipſo patet, ſunt decima pars fructuum, data Eccleſiæ miniſtris ad eorum ſuſtentationem, quæ merito dicitur decima quotæ, id eſt determinatio tantæ partis, & non pluris, nec minoris; ad differentiam congruæ ſuſtentationis clericorum, quæ proprie dicitur decima, & poteſt appellari decima ſuſtentationis. ita Suar. *cap.* 9. *lib.* 1. *de diu cultu. num.* 3. & 10. & *ſeq.* eſtq; communis defin tio, vt videre eſt apud Caſtropal. *tract.* 10. *diſ. vnica punt.* 1. *num.* 1.

2 Quoniam autem fructus ſeu lucra, vel proueniunt ab actionibus mere perſonalibus, quales ſunt actiones corporales, vt etiam eſt venatio. piſcatio *ex Inn. c. non eſt. de decimis* doctrinales, vt docere Theologiam; &c.

Digitized by Google

&c. artificiales, vt fabricare, &c. vel ex ipſis rebus, quas poſſidemus, vt ex agris, animalibus, &c. hinc eſt, quod duo in vniuerſum dantur genera decimarum, reales, ſeu prædiales, deductæ ſcilicèt à fructibus prouenientibus ex rebus; & perſonales, quæ ex actionibus perſonalibus deducuntur. ita Suarius. *num. 4. l. c. ex Gloſſ. ca. ad apoſtolicæ de decimis*. quem ſequitur Barboſa *l. 3. de iur. Eccleſ. c. 26. num. 9.* Solent alij præſertim recẽtiores mixtas aſſignare, quæ ſcilicet ab animalibus, quæ poſſidemus proueniunt. qua etiam voce in hac ſignificatione infra vtemur aliquando: iam ad quæſtionem.

Quo iure decimæ ſint inductæ.

3 DIco primò, obligatio impoſita Chriſtianis ſoluẽdi decimas, tã prædiales, quam perſonales eſt tantum de iure Eccleſiaſtico. Et quidem, quod ſit Iure Eccleſiaſtico: patet ex toto titulo de decimis. *& Clem. cupientes de pœnis*, ex Trid. *ſeſſ. 25. ca. 13. de refor.* vbi datur præceptum de ſoluendis integrè decimis. quod autem tantũ ſit de iure Eccleſiaſtico: probatur; quia non eſt de iure naturæ, etiam conſiderando ius naturæ connaturale rationi illuſtratæ per fidem; cum ratio naturalis non dictet dandam eſſe decimam partem ad ſuſtentationem Sacerdotum, &c. cur enim non vndecimam, vel nonam? neq; eſt de iure diuino poſitiuo, cum hoc non ſit in Euangelio; nam Chriſtus Dominus Matt. 23. & Lucæ *c.* 11. ſolum laudat phariſæos, eo quod decimas ſoluebant iuxta præceptum antiquæ legis, non autem præceptum imponit. ita S. Thomas 2. 2. *q.* 87. *art. 1. & quod lib. 2. ar.* 8. Alenſis 4. 3. *p. quæſt.* 51. *mem.* 1. 2. *&* 3. D. Ant. 2. *p. t.* 4. *c.* 3. *§.* 5. *Sotus lib.* 9. *de iuſt. quæſt.* 4. *ar.* 1. Adrian. *quodl.* 5. & alij Theologi, quos ſequitur Suar. *lib. 1. de diu. cultu ca.* 10. *& ca.* 9. & ex Recentior. Fagundez. *de 5. Eccl. præc. lib. 1. ca. 1. num.* 3. Valent. 2. 2. *diſ* 6. *q.* 5. *p.* 1. Leſſ. *lib. 2. ca. 39. dub. 1. num.* 6. Caſtropalaus. *diſ. vnica hic pun. 1. num.* 4. Vaſquez *in opuſ. de beneſ.* Moneta *ca. 1. de decimis* Reginald. *l.* 19. *num.* 84. Cum Nauarr. Couarr. Gutier. & alijs Canoniſtis. apud Barboſam. *lib. 3. de iur. Eccleſ. c. 26. n. 7.*

An, & quale fuerit præceptum de decimis in lege veteri.

4 DIco ſecundò, in lege veteri fuit præceptum iudiciale de ſoluẽdis decimis prædialibus. non autem de perſonalibus. de præcepto certum eſt id fuiſſe datum Exod. 22. & 23. & leui. 27. &c. vbi cum ſolum agatur de decimis prædialibus, & mixtis: nõ eſt dicendum fuiſſe præceptum de decimis perſonalibus, vt tradit communis opinio cum Soto. *lib. 9. q. 4. ar. 2, de iuſt.* Couarr. *lib. 5. var. ca. 17. num. 3.* Gutier. *lib. 2. ca. 9. t. 21. a num. 8.* Tyndaro *de decimis q. 2. num.* 36. Rebuff. in tract. de decimis. *q. 1. num. 9.* Hoſt. *ſum. de decimis* Caſtropalao *loc. cita. num. 3. hic* cum Diuo Thoma 2. 2. *q.* 87. *a* 2. *ad* 1.

5 Iam hoc præceptum fuiſſe iudiciale probatur: quia non fuit pure morale, aut cæremoniale; ergo iudiciale: conſequentia patet: nam in lege veteri hæc tantũ tria fuerunt præcepta: antecedens probatur: quia præcepta moralia ſunt de iure naturæ, quale nõ eſt hoc de decimis, vt diximus, præcepta verò cęremonialia dicũtur, quę pertinebant ad religionem, circa cœremoniam religioſam: & hæc ita ceſſarunt, vt renouari non poſſint per legem humanam. Sed præceptum ſoluendi decimas, licet aliquo modo ordinetur ad cultum diuinum; tamen actus talis ſolutionis immediatè pertinet ad iuſtitiam, vnde dicendum magis eſt præceptum Iudiciale. quod ita dicebatur, quando erat datum, ad ſeruandum debitum ordinem, & æqualitatem inter partes illius populi, ex D. Thoma 1. 2. *q.* 104. & hic, præceptum hoc poteſt reduci ad ordinem debitum inter principes, & ſubditos, quem ponit S. Thom. *l. c. ar.* 4. & dum 3. *p. q.* 65. *a* 1. *ad* 7. ponit

deci-

Digitized by Google

decimas inter Sacramēta: accipit Sacramentum pro quocumque ſigno Sacro. ita D. Thom. *2. 2. q. 87. a. 1.* Aragon. Sotus. Valent. & alij, quos ſequitur Suar. *l. 1. cit. c. 9. a n. 6.*

Quinam habeant poteſtatem conſtituendi decimas.

6 DE fide eſt, poteſtatē conſtituendi decimas pertinere ad poteſtatem ſpiritualem, quæ reſidet primo, & per ſe in Summo Pontifice; & reſpectu diœceſū in ſingulis Epiſcopis, niſi id ſit prohibitum, vel limitatum iuxta, dicenda. vnde eſt poteſtas ſupernaturalis data à Chriſto immediatè, & ſic ſaltem radicaliter hæc poteſtas trahit originem à Iure diuino Euangelico, & in hoc ſenſu poteſt dici præceptum ſoluēdi decimas tam perſonales, quam prædiales eſſe de iure diuino: vel quia fuerunt prædiales decimæ impoſitæ ad ſimilitudinem legis veteris, quo ſenſu intellige Canones dicentes eſſe de iure diuino: hoc eſt, quod fuit aliquando: nunc autem ab Eccleſia poſitum ad illius ſimilitudinem.

7 Communis tamen Canoniſtarum ſententia teſte Tyndaro hic *q. 2. n. 36.* fuit eſſe de iure diuino præceptum decimarū; quamuis aliqui putarint, tale præceptum de iure diuino eſſe ſolum de prędialibus, quos vide apud Suar. *c. 10. n. 2.* Caſtropalaum, & alios ſupra citatos; ex dictis tamen eorum ſententia refellitur. ſolum vltro concedimus, quod decima ſuſtētationis, ſeu obligatio alendi miniſtros Eccleſiæ ſit de iure naturæ, explicato etiā, & confirmato à Chriſto Domino, & ab Apoſtolis. non autem de decima quotæ, de qua agimus in hoc tractatu, hæc Suar. *c. 10. l. 1. tr. 2. tom. 1.*

QVÆRES I.

Cur Eccleſia poſuit decimas perſonales.

8 REſpondeo merito id factum eſſe: quia ſicuti omnes vtuntur miniſtris Eccleſiæ miniſtrantibus ſpiritualia: ita omnes debent illos ſuſtētare, & quoniam non omnes poſſidēt prædia, &c. debuit taxari decima perſonalis. quod in lege veteri factum nō fuit: tum quia præter Leuitas, quibus decima dabatur, omnes prædia habebant, & ſi qui erāt pauperes iam in ipſo vſu Sacrificiorum, & oblationum cōtribuebant ſuſtentationi Leuitarum. Contra verò miniſtris Eccleſiæ, ex Sacrificio, vel ex adminiſtratione Sacramentorum, pro vt tale eſt, hoc non cōpetit, præſertim: cum his prohibita ſit negotiatio ad hoc vt diuino cultui magis intendant, non autem leuitis. ſic Suar. *c. 11. d. l. 1. n. 17.* ex Diuo Thoma *2. 2. q. 87. ar. 2.* ad 1. quem ſequitur Leſſ. *l. 2. ca. 39. dub. 2.* Caſtrop. *p. 1. n. 5.* & alij paſſim.

Cur aſſignauit decimam partem, & non minorem.

9 MErito etiam decima pars eſt aſſignata; tum quia populus maiora habet beneficia populo Iſraelitico, & ſicuti Patres antiqui *Gen. 14.* & *28.* ex quodam quaſi diuino inſtinctu decimas in Dei obſequiū obtulerunt, & infideles ipſi ſuis dijs, vt conſtat ex Baron. *t. 5. anno Chriſti 57. num. 74.* Plinio *lib. 19. capit. 14.* ita iure optimo Eccleſia decimam taxauit. Tum quia hæc pars non eſt valde onerosa: ſed ſatis conueniens iuxta antiquam cōſtitutionem decimarum, quæ erat, vt earum diſtributio fieret Epiſcopo, Clero, fabricæ, Eccleſiæ, & pauperibus ex Gelaſio Papa, *in ep. 1. ca. 21.* & *c. quattuor 12. q. 1.* & loquendo de pręcepto pro vt nunc eſt, dantur decimæ ad onera ſuſtentanda ſui officij, inter quæ ſunt ſumptus Eccleſiæ; pauperum, peregrinorum ſuſtentatio. ex Caet. *q. 87. 2. 2.* præſertim cum iam in Eccleſia multi voluntariam paupertatem profiteantur, ac etiam multi nullum habeant Patrimonium: & Eccleſia cum ſuo capite debeat aliquādo ipſis, & principibus ſæcularibus ſubuenire, vt illā defendāt, & adiuuēt

vnde

Digitized by Google

vnde, quamuis miniſtri in Eccleſia reſpectu Populi Chriſtiani ſint pauciores, quam Leuitæ; ſeruatur proportio; quia hi alia etiam habebãt à populis ob peregrinos, & alios. Sic Suar. *d.l.* 1. *tr.* 1. *c.* 11.

An Paſtores Eccleſiæ habeant dominium decimarum.

10 NEq; ex eo, quod ex decimis ſint à paſtoribus Eccleſiæ pauperes alendi: ſequitur, quod *ipſi* non habeant verum dominium decimarum integrarum; alias eſſent inferioris cõditionis, ac Leuitę, & qui decimas nõ daret non peccaret contra iuſtitiam, aut ſaltem ſi non daret eam partem, quæ deberet diſtribui pauperibus; vel ſi ipſe pauperibus immediatè tribueret, nõ dando Parocho, quæ ſunt falſa; poteſt tamen Eccleſia cumulum decimarum diuidere applicando partem fabricæ Eccleſiæ; & partem pauperibus; ita vt hæ partes in dominium clericorum non tranſeant. Sic Suar. *d.c.* 11. *n.* 15. *&* 16.

An debeantur Parochis diuitibus.

11 ET multo minus ſequitur non deberi Sacerdotibus alias diuitibus, nam per accidens eſt, quod miniſter ſit diues, vel pauper; ipſi enim decima debetur ratione miniſterij, quod exhibet nõ ratione paupertatis præciſe. quod ſi nõ miniſtrarent non poſſent licite percipere ſiue pauperes eſſent, ſiuè diuites. quod voluit Hier. & Proſper. relat. C. *Clericos, & C. Paſtores* 1. *q.* 2. ita Suar. *l. citan.* quem ſequitur Filiuccius *tr.* 27. *p.* 2. *c.* 9. *nu.* 209. & alij commmuniter.

12 Quidquid dixerint Eraſmus, *in Adnot. ad nouum teſt.* dicens eſſe Tyrannidem hãc impoſitionem, & quidam dicti Fraticelli, putãtes tantum dandas eſſe illis, qui Apoſtolicam paupertatem profitentur. apud Turrec. *ſum. de Eccleſ. lib.* 4. *p.* 2. *c.* 37. nam ex dictis, & ex antiqua decimarum inſtitutione, vt videre eſt apud Clem. Rom. *lib.* 2. *cõſt. Apoſt. c.* 25. Chriſ. *Hom.* 4. *ad Epheſ.* Hieron. *ep.* 2. *ad Nepotianum* Aug. *li.* 50. *Hom.* 48. & alios. eorum refellitur error. vide Suar. *cap.* 11. *d. lib.* 1. *tract.* 2.

DISPVTATIO V.

Explicatur quo modo obligatio ſoluendi decimas poſſit tolli.

QVÆRES I.

An conſuetudo legitime præſcripta poſſit obligationem decimæ tollere, vel minuere.

1 REſpõdeo affirmatiuè nõ ſolũ loquẽdo de decima parte fructuũ; ſed abſolute de quacunq; portione aſſignata ad ſuſtẽtationem Parochorum, ſiuè ea ſit decima perſonalis, ſiuè realis: dummodo illis alia via de ſuſtentatione prouiſum ſit, præter id, quod habẽt ex proprio Patrimonio, aut induſtria: vt iam dicitur eſſe in Italia, & olim fuerat apud Græcos. ratio eſt; quia aſſignatio decimæ, vel alterius partis eſt de iure humano: ſuſtentatio verò ſufficiens eſt de iure naturali, vel diuino, vt ſupra dictum eſt: *d. præ. nu.* 2. *&* 6. ergo conſuetudo poteſt tollere, vel minuere aſſignationem decimæ: non autem ſuſtentationem. cõſequentia eſt clara; cum cõſuetudo habeat vim abrogandi leges humanas; neq; Laicus eſt incapax iuris non ſoluendi: ſicut eſt incapax iuris accipiẽdi decimas, quod eſt ſpirituale. & quamuis nemo poſſit ab obligatione ſoluendi tributum Regi præſcriptione liberari. *l. Comperimus C. de preſcrip.* 30. *annor.* tamen noluit ius Canonicum circa decimas illam non admittere: ita Gloſſ. *ca. quia cognouimus* 10. *q.* 3. Abulenſ. *quæſ* 185 *in c.* 32. Matth. Minchaca *lib.* 2. *contr. Illuſtr. c.* 89. *nu.* 8. Couar. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 8. Gutier. *lib.* 2. *q. can. c.* 20. *n.* 35. Suar. *lib.* 1. *de diu. cultu ca.* 12. *nu.* 8. quem ſequitur Fagundez *lib.* 3. *ca.* 1. *in* 5. *Eccl. præc. a num.* 24. Caſtrop. *diſ. vni. hic p.* 4. *nu.* 3.

Digitized by Google

*nu.*3.Bonac.*diſ.vlt.q.*5.*p.*5.*nu.*4. & alij communiter, vt ait Barboſa *lib.* 3. *de iur. Eccl. c.*26.*n.*48. Addo conſuetudinem eſſe ſeruandam, quæ eſt in Parochia, & non in Epiſcopatu, quando prædia non ſunt in aliquo loco, vbi circa decimas eſt aliqua conſuetudo; quia tunc ea eſt ſeruanda, vel ſi ibi eſt dubia conſuetudo; aut nulla; attendi debet ea, quæ eſt in loco viciniori. Ita Barboſa *l. cit.* §.3.*num.*72. Aloyſ. Ricc. *praxi aurea reſol.* 11.*nu.*2. Trullench. *l.*3.*c.*3.*in decal. dub.* 11.*nu.*11.

Notanda tamen hic ſunt tria.

2 PRimum eſt, non ſolum communitatem poſſe eximi ab obligatione ſoluendi decimas vi conſuetudinis: ſed etiam priuatas perſonas; licet propriè in hoc caſu dicatur præſcriptio, vt cum Suar. *cap.*13. tradunt multi ex cit. Doct. præſertim Recentiores.

3 Secundum eſt, poſſe conſuetudine variari circumſtantias ſoluēdi decimas v.g. quod hic, & non alibi, ex hac menſura, &c. ſoluantur.

4 Tertium eſt, per dictam conſuetudinem non poſſe impediri, quin Papa poſſit, ea non obſtante, exigere decimam: is enim habet poteſtatem diuinitus decimas imperandi; & ſic nō obſtante conſuetudine, poteſt imponere decimarum ſolutionem; & Laici peccarent nolentes ſoluere; aut habētes animū non ſoluēdi; quę poteſtas, cum non ſit in inferioribus Prælatis, non poſſunt illi decimas, obſtante conſuetudine, exigere; nec Laici negantes, aut habentes animum non ſoluendi peccant: niſi conſtaret, quod Eccleſia ſit facta indigens, vel ſucceſſores Parochi nollent cedere iuri ſuo: ſicuti fecerunt prædeceſſores; ex qua ceſſione, vel aliqua conuentione potuit introduci illa conſuetudo. ita D. Tho. *q.*87.*ar.*1.*& quodl.*2.*ar.*8. intelligit Suar. *ca.*12.*cit.* eſt communis ſententia, & preter eos, quos citat Gutierez *c.*21.*n.*51. poſt Suar. tradunt Leſſ. *l.*2.*c.*39.*dub.*5.*n.*25. Caſtropalaus *pun.* 4.*num.*7. & alij infra citandi *num.*7.

5 Sunt in hac queſtione tres ſentētię.

Prima eſt Innoc. & Io: Andr. *C. in aliquibus, de decimis*, abſolutè negantium poſſe conſuedine obligationem decimarum ſolui.

Secunda aſſerit poſſe circa perſonales, non autem prædiales. Ita Turrec. *C. reuertimi* 16.*q.*1.*a.*7. & alij apud Couar. *ſupra*; negant autem ex eo; quia putant eſſe de iure diuino obligationem decimarum. quod ſupra falſum eſſe diximus.

Tertia denique Didaci Perez. *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *ordinis*, putat, quod etiam ſi ſit de iure diuino, adhuc poteſt tolli per conſuetudinem approbatam à Papa: ſed non videtur poſſe conſiſtere hæc ſentētia; niſi dicat Pontificem cedere iuri Eccleſiarum, & ſic ſubſtrahit materiam iuris diuini; non autem directè illud mutat.

QVÆRES II.

Quanam requirantur ad hoc, vt conſuetudo, ſeu præſcriptio ſit legitima.

6 ANte deciſionē quæſiti ſciendum eſt, quod, quamuis hoc nomen cōſuetudo vſurpetur pro pręſcriptione, & contra; tamen propriè non ſunt idem; nam omnis cōſuetudo eſt pręſcriptio; ſed nō omnis præſcriptio eſt conſuetudo; differētia autem hæc eſt: quia præſcriptio nō conſtituit legem; aut aliquid illi æquiualens; ſed tātum reſpicit dominium, ac poteſtatem vtendi rebus, mutando ex vno domino in alium; & ſic dicitur eſſe, quid facti: at conſuetudo conſtituit legem, illamq; abrogat; & ſic dicitur, quid iuris, vt etiam poſt Suarium *loc. citat.* docet Bonacina *hic q.v.pun.*5.*n.*4. hoc poſito ad quæſitum.

7 Reſpondeo ad dictam conſuetudinem requiritur tantum ſpatium 40. annorum; quamuis nullus eſſet titulus (poſitis tamen alijs conditionibus ad conſuetudinem generaliter requiſitis, de quibus dixi *lib.* 7. *diſ.*4. *de matrim.*): neque requiritur Pontificis

approbatio, aut ſciētia: ratio eſt: quia ad inducendam conſuetudinem contra Eccleſiam, & contra ius cōmune, vt eſt hæc de non ſoluendis decimis: tantum temporis requiritur ex *c. vltimo. de conſuetud.* cum Gloſſ. *v. legitimè præſcripta*; & in hac materia de decimis hoc ſpatium communiter requiritur. Quod autem nō requiratur ſpecialis approbatio Pōtificis, probatur; quia id nullo iure cauetur; ſed ſufficit ius commune diſponens attendendā eſſe cōſuetudinem in ſolutione decimarū: & ſic, dum capite *in aliquibus §. ille.* dicitur: deberi decimas cōſuetudine approbata: intelligitur de conſuetudine legitimo tēpore præſcripta, cui non ſit contradictum. ita Couar. *l. 1. var. c. 17. nu. 78. &* 10. Gutierez *l. 2. q. c. 20. n. 65. & 67.* Molin. *tr. 2. de ius. diſ.* 75. Leſſius *l. 2. c. 39. dub. 5. nu. 29.* & alij apud ipſos cum Suar. *hic c. 12. n. 10. & c. 13. nu. 1.* quem ſequitur Bonac. hic *q. 5. p. 5 n. 6.* Moneta *de decimis c. 5. nu.* 103. Caſtrop. *pun. 4. n. 6.* Fagund. *lib. 3. c. 1 in 3. præc. Eccl.* qui de conſenſu Papæ non meminerunt. & Suar. citant. Barboſa *l. 3. de iur. Eccl. c. 1.* Trullench. *l. 3. c. 3. in decal. n. 7.* Reginal. *l. 19. n. 97.* Diana, quē ſequitur, & cit. Trullēch. *lib. 3. in decal. c. 3. dub. 11. num. 7.*

8 Neque noſter auctor ſibi eſt contrarius; dum *c. 13. n. 9.* fine ait: requiri, *quod ſciente, & tolerante Pontifice ad eum ſtatum peruenerit.* nam hic loquitur de conſuetudine non præſcripta, quandò ſcilicet quadraginta anni adhuc non ſunt elapſi. per quam putat poſſe legem induci, & abrogari, poſita tamen Principis approbatione, vt ex ijs, quæ habet de legibus *lib. 7. ca. 8. n. 16.* & *cap. 13. n. 11.* & 6. & *c. 15. nu.* 8. facile cognoſci poterit. Iā videamus.

Quid de præſcriptione.

9 AD præſcriptionem verò decimarum, qua perſona particularis eximitur ab earum ſolutione non ratione communitatis id ius præſcribentis in ſuos ciues: requiritur tempus immemorabile, quo, quis decimas nō ſoluerit: vel tempus longum cum titulo; quia eā requiruntur in præſcriptionibus alijs contra Eccleſiam ex *c. 1. de præſcip. in 6.* cum enim in præſcriptione requiratur bona fides, ea non præſumitur, quando præſcriptionis initium ſcitur. & ideò debet titulus oſtendi. quandò verò neſcitur initium; tunc præſumitur bona fides, & ſupponitur titulus. in conſuetudine autem, non requiritur bona fides initiò, vt conſtat ex cōmuni Doctorum ſententia. Quandò autem ſit tempus immemorabile &c. videte Doctores citandos (pertinet enim ad aliam materiam.) Hæc Suar. *d. cap.* 13. Molin. *diſ. 71. s. 1. de iuſt.* Couar. *l. 1. var. c. 17. n. 8. &* 10. ex Recent. Bonac. *pun. 5. q. 5. ſub. n. 6. v. dico ſecundo,* decis. Rotæ 303. apud Farinac. *num. 3.* Leſſ. *c. 39. dub. 5. num. 26. lib. 2. de ius.* Caſtrop. *hic pun. 5. n. 2.* Reginal. *l. 19. ſec. 3. q. 4. n. 97. & alij.*

QVÆRES. III.

An per amicabilem compoſitionem, ſeu quamdam tranſactionem, poſſit, quis ab obligatione decimarum liberari.

10 RESpondeo non poſſe ſine auctoritate Papæ; quando hæc cōpoſitio fit ad lōgum tēpus, vel in perpetuum, inter Eccleſiā, & Laicos debentes decimas: habetur in Conc. Later. ſub Alex. III. *p. 4. c. 1.* & poſt Suar. *lib. 1. de diuino cultu c. 38. n. 7.* docēt Fagund. *l. 3. ca. 2.* Bonac. *d. pu. 5. n. 3.* Caſtr. *pun. 6. n. 4.* Barb. *de off. & poteſt* Epiſ. *alleg.* 121. *par. 3. n.* 13. & alij apud ipſos. At ſi cōpoſitio fieret de ſolis circumſtātijs, vt, quod ſoluantur hoc loco, tēpore, hac menſura, &c. ſufficit auctoritas Epiſcopi, quādo fieret in perpetuum, vel ad longum tempus, & ſine ea, ſi tantum fiat durante vita. ex Gloſſ. *ca. ex multiplici. de decimis* & *c. ſtatuimus de tranſac.* ita Suarius *d. l. 1. cap. 12. nu.* 15. quem ſequitur Trullench. *l. 3. cap. 3. dub. 11 num. 12. fine.*

Quid

Digitized by Google

Quid ſi fiat compoſitio de non ſoluenda integrè decima.

11 IMmò Caſtropalaus *l.c.nu.*5. putat ſufficere Epiſcopi auctoritatem in conuentione facta inter Laicos, & Clericos de non ſoluenda integrè decima: ſed vigeſima v.g. aitq; *ita videtur affirmare* Suarius *loc.c.* quod ni fallor non eſt verum. is enim ſolum loquitur de circumſtantijs, & dum dicit, *hac menſura, hoc modo potius, quam illo.* intelligit planè de menſuræ varietate, quæ eſt in regionibus: immò, & in Ciuitatibus diuerſis, diuerſa: quod patet ex ratione, quam affert, ibi: *ratio eſt; quia Iura nil ſtatuunt in particulari de his circumſtantijs;* ſed Iura ſtatuunt ſoluendam eſſe decimam integrè, vt patet ex toto titulo de decimis: ergo Suar. nō intelligit poſſe fieri cōuentionē de nō ſoluēda integrè decima Epiſcopi auctoritate; cū hæc per ipsū nō ſit circūſtantia, de qua iura nō diſpoſuerūt: ſed ſubſtātia, vt ſic dicā, de qua iura diſpoſuerunt. præſertim; quia de ſoluenda decima nō integrè loquutus fuerat. *n.*5. *iuncto n.*6. *& n.*10. & in hoc ſenſu illum ſequitur Trullench. *l.cit.* Neq; ex eo, quod citet Gloſſam, & ea *c. ſtatuimus* id afferat, licet nō abſolutè, vt loquitur Caſtropalaus; Sed cum limitatione, quando eſt vtilitas Eccleſiæ: poteſt videri in hoc illi aſſentiri; ſolum enim eius auctoritate vtitur, quatenus ait requiri auctoritatem Epiſcopi, ſi fiant in perpetuum; ſecus verò ad vitam; vt etiam ex alijs Iurib' citatis ab ipſo colligitur apertè. in hoc igitur caſu, quandò fit conuentio inter Laicos, & Clericos de non ſoluenda integrè decima, ea non valebit; niſi ſit Papæ approbatio; vt Rota *in Mediolan. decimarū.* 10. *April.* 1600. *corā* R.D. Couino, & *in* Taurinēſi *decimarū* 27. *Iunij.* 1607. *coram eodem.* Moneta *c.*5. *de decim. à n.* 125. quos ſequitur, & refert Barb. *lo. cit.* Azor. *lib.*7. *c.*37. *q.*5. *ver. deinde* Fagūd. *li.*3. *c.*2. *n.*9. Rebuff. *tr. de decimis q.*13. *n.*26. *& alij.*

12 Immò, ſi compoſitio fiat inter Eccleſiam, & Clericos, nō valet ſinè Superioris auctoritate, & debita ſolemnitate; cum ſit alienatio quædam rei perpetuæ, nempè Iuris percipiēdi decimas in futurum. ita Suar. *lib.*1. *cit. c.*38. *n.*7. quod ſi vlterius.

Petes.

Cuius nam Superioris auctoritas requiratur in compoſitione inter Clericos.

13 ID ſanè, vt vidimus Suar. noſter nō expreſſit, & forte Papæ auctoritatem requiret, cū dicat eſſe quamdam alienationem rerū Eccleſiæ; quæ debitis ſolemnitatibus (inter quas Pontificis autoritas requiritur) fieri debet. At cōmuniter docent Doctores citandi, ſufficere Epiſcopi auctoritatem; immò, & Vicarij Generalis; aut alterius habentis iuriſditionem, quaſi Epiſcopalem: cum propriè alienatio non ſit: debet tamen præcedere cognitio cauſæ facta ab Epiſcopo, vel alio Superiore. vt cum Rebuffo *hic q.*13. *à n.*16. probat Fagūd. *l.c.n.*3. Barb. *d.alleg.*121. ita de auctoritate Epiſcopi pręter cit. DD. Azor. *l.c.* Caſtr. *n.*4. *d. pun.*5. Ruin. *cōſ.*142. *verb. clarū eſt n.*13. *vol.*5. Gloſſ. *c.*2. *de trāſac.* vbi DD. Moneta hìc *c.*5. *à n.*119. appellaturq; cōmunis apud Canoniſt. à Fagūd. *n.*2. *l.c.*

14 Quod ſi cōpoſitio fiat ad vitā curati cū Eccleſia; nulla requiritur licētia: & ſi fiat abſolute, ſine licentia, valet pro vita curati: vt tradit Panor. *c. veniens de trāſ.* & *c. cū homines* aitq; Fagun. *l.c. n.*18. rem eſſe certā, & definitā in iure.

15 Vbi nota, quod ea, quæ diximus requiri in cōpoſitione, (quę eſt quędam gratuita remiſſio in iure certo) habēt locum in tranſactione (quæ eſt pactio non gratuita in lite dubia, & incerta ex Suario *l.*4. *de Simonia c.*51. *num.*1. & alijs) ſeruari debent; quando, cum alijs rebus datis pro decima, fiat cōpenſatio: etiam ſi detur aliquid temporale Eccleſiæ pro redimendo onere ſoluēdi decimas. vt putat Moneta *c.*5. *n.*130. contra Rebuff. ſupra.

Nec Parochus tranſigens poteſt à contractu recedere; niſi fuerit grauiter læſa Eccleſia; quod tunc eſt; quando vix remanet vnde ipſe Parochus ſu-

Digitized by Google

ſuſtentetur.vt iudicatum eſt in Senatu Pariſienſi *anno* 1550. *die* 10. *Maij.* videte Henric. Boitium *c. ex literis de transact.* & ſupra citatos Doctores. Placet hic notare cum Fagundez *l.c. num.*21. Beneficiatum volentem accipere beneficium poſſe iuramento confirmare tranſactionem factā cum Laico à Prædeceſſore, quando aliter Laicus reſiſteret; & nihilominus poſtea agere nomine Eccleſiæ ad reſciſſionem.Iam ad Suarium redeo.

Quid iuris ſit in compoſitione, ſeu tranſactione pro decimis præteritis.

16 INdubitatum eſt apud omnes;poſſe Parochos &c. quibus decimæ competebant facere cōpoſitionem; ſeu tranſactionem abſque Superioris auctoritate; de decimis non ſolutis: patet ex Gloſſ.*c.vt ſuper.de rebus Eccl. non alien.* quia ſolum agitur de debito temporali: immò etiam poſſunt Parochi eas remittere, & donare.ita Suar.*cap.*38.*num.*6.*l.*1. *de diuino cultu,* quem omnes ſupra cit. Doctores ſequuntur alijs relatis.

QVÆRES. IV.

An obligatio ſoluendi decimas diſpenſatione ceſſare poſſit.

17 SVppono hic cum Suar.*c.*15.*n.*11. & alijs cōmuniter: nullum Prælatum Papę inferiorem poſſe diſpenſare in decimarum ſolutione, aliter quam iure communi, vel conſuetudine præſcriptum eſt: niſi in aliquibus caſibus particularibus, ipſis ad bonam decimarum ſolutionem conceſſis, vt plurimum tanquam legatis Sedis Apoſtolicæ. vt in Concil. Trid. *ſeſſ.*7.*ca.*5.6.7.*&* 8.*de Refor. & ſeſſ.*21. *c.*3.4.5.*&* 7.*& ſeſſ.*22.*cap.*9.*ſeſſ.*23.*c.*18. *ſeſſ.*24.*cap.*13.*&* 15.*ſeſs.*2.*&* 5. *cap.*9. hoc poſito.

18 Dico primò; quamuis ſimpliciter loquendo non poſſit Pontifex legem decimarum; etiā pro vt eſt eccleſiaſtica,tollere: Cum ad prouidentiam Spiritus Sancti pertineat gubernare Papam, vt non erret cum notabili, & communi detrimento Eccleſiæ: quale eſſet in omnimoda abrogatione decimarum: tamen poteſtate abſoluta: nempe conſiderando iuriſditionem Pontificis ſecundum ſe, & nō pro vt ſubſtat directioni Spiritus Sancti; perquam ad id,quod licitum eſt dirigitur, poteſt, & ſi faciat, valet talis abrogatio; & Laici non tenerentur ad ſoluendam decimam: Sed tantum ſuſtentationem Parochis: nam impoſitio decimarum eſt de iure Eccleſiaſtico,vt diximus,quod à voluntate Pontificis, vt talis eſt pendet. ita Suar.*c.*14.*n.*9 *&* 10.ſequitur Caſtrop. *pun.*3.*hic n.*2.& alij ſupponunt.

19 Dico ſecundò,poteſt Pontifex iuſta cauſa licite eximere aliquos à ſolutione decimarum non ſolum cedendo ſuo Iuri; ſed diſpenſando in lege communi, vel ſaltem per applicationem decimarum ad ſuſtentationem priuilegiatorum: qui non ſolum poſſunt eſſe perſonæ eccleſiaſticæ; ſed etiam Laicæ, quibus poteſt licitè applicari aliqua pars decimarum ad ſuſtentationem, vt omnes tradunt. patet ex praxi Pontificum hæc priuilegia cōcedentium Religioſis; vt diſ.7. dicemus:& quamuis in iure vix reperias tale priuilegium Laicis conceſſum: ratio tamen de his etiā probat; quia pręceptum ſoluendi decimas eſt eccleſiaſticum,in quo poteſt Papa licite, ex iuſta cauſa diſpenſare. vt ego cum Sanchez probaui *l.*8.*de mat. diſ.* 18. ita Suar. *cap.*14.*a n.*11. & ſequuntur *citandi RR.*

Quid dicendum,vbi non eſt cauſa.

20 AT ſi nulla ſit cauſa reſpiciēs pietatem, (quod reſpectu eccleſiaſticorum non poteſt accidere; cum ipſa ſubuentio perſonarum eccleſiaſticarum ſit cauſa pia) putant Anton. & Panor.*in cap. a nobis de decimis* nullam eſſe diſpenſationem;ſed rectè cōmuniter DD. putant eſſe validam;

quia

Digitized by Google

quia eſt diſpenſatio in iure poſitiuo, nec Eccleſiæ fit iniuria; cum non habeat ius in decimis ſo'uendis,& non dum applicatis; tenetur tamen priuilegiatus ſoluere decimã neceſſariam ad ſuſtentationem Eccleſiæ; quando aliter non poſſet ſuſtentari. At largitio, ſeu applicatio decimarum, quæ iam Eccleſiæ ſoluuntur, facta Laicis eſt inualida, (nam ſi fiat perſonis eccleſiaſticis valet, licet aliqua ſit culpa) ſi nulla eſt cauſa, nec Laici,eã obtinentes,ſunt tuti in cõſcientia; quando ipſis conſtat verè non fuiſſe cauſam (quod non debent præſumere.) ratio eſt, quia Papa non eſt Dominus decimarum; ergo contra iuſtitiam ſine cauſa eas porrigit ad vſus humanos; cum ſolum habeat poteſtatem diſpenſandi bona Eccleſiæ in ædificationem. hæc Suar. *cap.14.& 15.& ſq. ad nu.6.* ſequitur Bonac. *hic pu.5.n.1.& 2.* vbi ſe remittit ad Suarium, Caſtrop. *l.c.* Molfeſius ſumm. *tract.6.c.14.n.47.* Regin. *l.19.nu.96.* Trullench. *l.3.c.3. dub.11.num.2.* & alij paſſim; licet rem non ita diſtinctè explicent. Tantum noto, quod, dum DD. aſſerũt Papam diſpenſantem ſine cauſa peccare venialiter, quando non eſt graue ſcandalum, loquuntur de diſpenſatione, nõ autem de largitione Decimarum, quam Suarius optimè dicit eſſe contra iuſtitiam, & ſic poſita ſufficienti materia erit peccatum mortale; ſi fiat Laicis.

Quis teneatur Parochum ſuſtentare, quando is non poteſt ali ob decimas alijs conceſſas à Papa.

21 DEniq; hic nota, quod ſi decimæ, ſeu fructus beneficij dantur, ſiuè perſonæ Eccleſiæ;ſiuè Laico,& per hoc Beneficiatus, ſeu miniſter Eccleſiæ priuatur debita ſuſtentatione nulla eſt talis applicatio: & tenetur is, cui tales fructus applicati ſunt, Beneficiatum ſuſtentare, quando is recepit beneficium ignorans non eſſe cõgruam ſuſtentationem. nec poteſt beneficio priuari, vel cogi, vt non miniſtret; & ſi is, cui decimæ applicatæ ſunt, non det ſuſtentationem, tenetur Papa; quia eſt prima radix, vnde prouenerit illa iniuſtitia: quod ſi,neq; Pontifex id præſtet: verius eſt non teneri Populum ad præbendam ſuſtentationem Beneficiato, ſiuè is ſit Vicarius, ſiuè proprius Paſtor, & Vicarius percipiat fructus: quia ſatis eſt, quod populus dederit decimas Eccleſię; neque eſt grauandus ob Papæ iniuſtitiam. Ita Suarius *l. c. à num. 7.* Quamuis alij putent in hoc caſu teneri Populum, & Caſtropalaus hic *c. 10. num. 4.* putet non teneri ſeruire Beneficiatum, ſi ſciens, beneficium nil reddens, acceptauit. Sed eius ſententia mihi probabilis non eſt: quia Eccleſia intẽdit obligare ad inſeruiẽdum gratis; quando Beneficiarius cõtentus eſt in hoc,& beneficium ſic recepit, vt ſupponimus; nec Leſſius *lib. 2.c.34. dub.31. nu. 169.* citatus ab ipſo hoc probat; ſed caſum diuerſum, vt legenti patet. nempe non teneri Beneficiarium recitare horas, ſaltem integras, quando non habet emolumẽtũ, vel tenue. de quo dicemus tract.3.

DISPVTATIO VI.

Explicantur perſonæ, quæ ad decimas tenentur.

1 IN hac re illud eſt ſupponendum, neminem non baptizatum teneri per ſe ad ſoluendas decimas perſonales, aut prædiales, ſiuè ſit Iudæus, ſiuè Infidelis, ſiuè Cathecumenus; tum quia hi non recipiunt Sacramenta de manu Sacerdotum: quæ eſt ratio obligationis decimarum. ex *ca. tranſmiſſa de decimis.* quia præcepta Eccleſiaſtica ſolos baptizatos obligant, qui ſunt fideles in foro Eccleſiæ, vt eſt intelligendum *d. cap. ex tranſmiſſa.* niſi Cathecumenus ſit filius Chriſtianorum; tunc enim ex hoc ſubditur Eccleſiæ poſita eius voluntate, vt ait Suarez mox citandus.

Cui addo, Idem dicendum, ſi tantum

Digitized by Google

tum patrẽ, vel matrem baptizatam habeat: cũ ex vna parte poſſit ſequi, quem velit ex parentibus: *ex Conc. Tolet.4.c.58.* & ex alia parte; iam per fidem ſuſceptam fidelem parentem ſequutus ſit: ceſſetq; ratio patriæ poteſtatis fauore fidei, vt docet Gloſſ. *c. fori. de coniug.infid.*

2 Quod ſi *c. de terris. de decimis.* dicatur Iudæos teneri ad decimas; id intelligendum eſt non per ſe ex vi iuris decimarum: ſed ex eo, quia illa prædia, quæ poſſident habebant onus reale, obnoxiaq; erant obligationi decimarum. ex Gloſſ. in *d.c.de terris.* Et quamuis Eccleſia ab infidelibus aliquod tributum poſſet exigere ob expenſas in delegandis Fidei prædicatoribus: tamen, nec id ſolet imponere, etiam infidelibus ſibi temporaliter ſubditis; nec expedit, & multo minus debet exigi decima ab his, poſtquam baptizantur ob prædia, quæ olim poſſidebant, & nunquam fuerunt ſub dominio Eccleſiæ; nam eſſet onus intolerabile, quidquid dicat Oldradus *conſ.* 91. & Abbas *d.c.de terris.num.*6. Hæc Suar. *c.16. ad nu.*13. quem ſequuntur Fagundez *l.2. c.1, de decimis* Caſtrop. *hic pun.*11.*n.*2. Bonacina *pun.*3.*num.*5. alios referens. Barboſa *l.*3. *de iur. Eccl. c.*26 *§.*3.*n.*4.*fine.iunct.n.*5. Trullench. *l.*3.*c.*3.*dub.*10.*num.*1.

QVÆRES. I.

An omnes Baptizati, quamuis Hæretici, teneantur ad decimas; & quid de Pauperibus.

3 RESpondeo affirmatiuè: nam regula generalis eſt omnes baptizatos ad illas obligari, ex hoc ipſo, quod de manu Sacerdotis, cui ſubiecti ſunt Sacramenta tenentur recipere; ex Diuo Thoma 2.2.*q.*87.*a.*1.*&* 4. & alijs Theologis, & Canoniſt. quales etiam ſunt Hæretici, qui tenentur hæreſim deponere, & ſpiritualia à Sacerdotibus (qui, quantum eſt ex ſe, ſunt parati ad ea præſtanda) recipere.

4 Quod ſi hi ſint valdè pauperes, ita, vt non haberent congruam ſuſtentationem perſonæ, & familiæ; etiam ſi tantum eſſent in graui neceſſitate quamuis pium ſit tunc Eccleſiæ manifeſtare neceſſitatem, & ab ea obtinere licentiam: tamen etiam probabile eſt, quod non tenentur ad decimas. nam ipſa inopia excuſat pro tũc, nec Eccleſia vult obligare cum tanto rigore: tenentur tamen decimas ſoluere, quando ad pinguiorem fortunam veniunt. contra verò ſi ratione extremæ neceſſitatis decimas non ſoluunt poſtea reſtituere, non tenentur, etiam ſi diuites fiant. ita Suarius. *d.c.*16.*a n.*16. dicens fuiſſe placitum antiqui Canoniſtæ, quem ſequitur Filiuccius *tract.*27.*p.*2.*c.*10.*q.*3.*n.*167. Riccius *prax.aurea reſ.*115.*num.*1. Caſtropalaus *hic pun.*11.*nu.*3. Vbi etiam videtur innuere in graui neceſſitate extingui debitum decimarum; & per cõſequens nõ deberi decimas, quamuis diuites fiant: quod non eſt improbabile; cum omnia tunc ſint communia, & debitum hoc proueniat tãtum iure eccleſiaſtico.

QVÆRES II.

An omnes Clerici, etiam in dignitate conſtituti debeant decimas.

5 RESpondeo Clerici in dignitate conſtituti, vt Papa, Epiſcopi, & Parochi nõ tenentur ad decimas, ratione perſonæ: ſed tantum ratione rerum titulo temporali poſſeſſarum, vnde benè dicitur: eos nõ ſoluere decimas, vt Clerici ſunt: quia nimirum non ſoluunt illas ex bonis eccleſiaſticis, ſeu titulo ſpirituali habitis; ſed laicalibus v. g. ex donatione, vel patrimonio proprio. quo pacto exponitur text' *c.*2.*de decimis.* Prima pars, quod non teneantur ad decimas ratione perſonæ, de Pontifice clara eſt, quia ipſe nõ habet ſuperiorem, cui eas ſoluat; & cũ lex hæc decimarũ ſit eccleſiaſtica, nec reſpiciat honeſtatem cõmunem Principi, & ſubditis, ſed ſubditos tantum; neq; is obligatur, quo ad vim directiuam.

De-

Digitized by Google

De alijs verò Prelatis probatur: quia hi verè non habent proprium Paſtorem, cui decimas ſoluant ob id, quod, ex quadam ſubiectione Sacramenta, & ſpiritualia ab eo recipiant: niſi Papam; & Epiſcopum reſpectiuè; at nullum ius eſt diſponens, vt illis decima ſoluatur, vt cõſtat; & quãuis Papa eas poſſet petere: Epiſcopi tamen nõ poſſunt à Parochis ſibi ſubditis ex *c. nulli Epiſcoporum* 16. *q.* 1.

6 Secunda verò pars aſſertionis, nimirum ſupradictos omnes teneri ad ſoluendas decimas ex prædijs acquiſitis titulo tẽporali, probatur: quia illa prædia habent adnexum hoc onus reale ſoluendi decimas, vt patebit infra: ergo tranſeunt ad poſſeſſorem cum eodem onere; neq; Papa poteſt in hoc ſecum ipſe diſpenſare (niſi ex rationabili cauſa.) vt non ſoluat decimas ex prædijs, ſic habitis, ex proprio Patrimonio, &c; quæ ratio militat à fortiori in cæteris Papa inferioribus. ita Suar. *c.* 17. *à n.* 8. *ad* 21. ſequitur Caſtropalaus *pun.* 11. *nu.* 3. hic. Fagundez *l.* 2. *c.* 2. hic. alios referens. Paul. Layma. *Theol. morali. lib.* 4 *tract.* 6. *c.* 3. Reginal. *in praxi lib.* 19. *n.* 88. Genuen. *prac. Eccl. q.* 628. quos refert, & ſequitur; quo ad hoc Barboſa *lib.* 3. *de iur. Eccl, c.* 26. *§.* 3. *à num.* 7. vbi *n.* 10. ex Aloy. Riccio *in praxi rerum fori Eccl. deciſ.* 605. *reſ.* 426. ait Clericum teneri ad decimas ex prædijs habitis titulo Patrimonij ad ordines ſuſcipiendos, quod etiam docet Trullench. *lib.* 3, *c.* 3. *dub.* 10. *num* 2. quæ omnia ſunt intelligenda de Clericis ſæcularibus non habentibus aliquod ſpeciale priuilegium. vt infra dicam.

QVÆRES III.

An cæteri Clerici, & Religioſi teneãtur ad decimam.

7 RESpondeo affirmatiuè, de iure communi, ſecluſo aliquo priuilegio, de quo infra, idq; etiam intellige de omnibus perſonis eccleſiaſticis quomodocũq; tales ſint. probatur, ex *c.* 2. *de decimis.* vbi dicitur Clericos, qui ab alijs Clericis recipiunt Sacramenta, eſſe obnoxios decimis, & *C. de cętero. de decimis.* & Sanè non ſolum ratione rei poſſeſſę; ſed ratione laboris impenſi in eorum commoditatem; & ſic tenentur debito perſonali: ita D. 11
Thomas *q.* 87. *ar.* 4. Abbas *d. c.* 2. Card. *conſ.* 90. Couar. *l.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 8. Gutier. *c.* 21. Rebuff. *q.* 5. hic. Valentia *pun.* 5. *t.* 3. *diſ.* 6. 95. Vaſq. *opuſ. de beneſ. c.* 1. *dub.* 8. *n.* 37. Et poſt Suarium *d. cap.* 17. *à nu.* 21. Bonacina *pun.* 3. Reginal. *l.* 19. *n.* 88. Caſtropalaus. Fagundez, & alij *locit.*

8 Vbi nota 1. deberi decimas dictas; ſiuè Clerici coniugati ſint, ſiuè non, ſiuè in Sacris, ſiuè in minoribus. quidquid dicat Gloſſ. *l. c.* 2. & Anton. ibi.

9 Nota 2. probabilius eſſe Clericos non teneri iam ad ſoluendas decimas ex lucris acquiſitis titulo ſpirituali: quia v.g. Miſſam celebrant, &c. nec 21
de habitis ex poſſeſſionibus, vel redditibus Eccleſiaſticis; etiam ſi de illis poſſint teſtari: nam eo ipſo, quod titulo miniſterij accipiunt redditus eccleſiaſticos, cenſentur illos liberos ab omni onere accipere. ex acquiſitis verò ex lucro temporali de iure tenentur; niſi vbi ſit conſuetudo eas non ſoluendi. hæc Suar. *num.* 23. *&* 24. ſequitur Villalobos. 2. *o. tract.* 33. *diff.* 4. Fagundez ſupra, Caſtropalaus *nu.* 4. Vbi tamen minus rectè ait, Suarium docere: non teneri Clericos ad decimas ex titulo temporali acquiſitis; quia non eſt in vſu. nam Suarius ait, *vbi non ſit conſuetudo in contrarium, teneri.*

10 Contra Emm. *Sa. v. decimæ, num.* 2. Sylu. *v. decima, num.* 13. *q.* 7. Alens. 3. *p. q.* 51. *mem.* 7. *ar.* 2. putantes: Clericos Eccleſiæ ſeruientes, cui decimæ debentur; non teneri ſoluere decimas, de bonis patrimonialibus, quod ſanè caret fundamento, vt ait Suarez. *num.* 22.

(:)(:)

QVÆ-

QVÆRES. IV.

An Eccleſia debeat decimas ex prædijs in confinio alterius Eccleſiæ ſitis.

11 RESpōdeo, valdè probabile eſt de vſu, & conſuetudine non debere, niſi Eccleſia; in qua ſunt prædia, magnam pateretur penuriam; quod iudicio Prælati Superioris iudicandum eſt. Docet Sanctus Thom. 2.2. *q.*87.*a.*1.*ad.* 1. vbi Gaet. Sotus Arag. & cum Suar. *d.c.*17.*num.*31. Fagund. *l.*2.*c.*2.*nu.*4.Trullench.*d. dub.*10.*nu.*2. Barb. *l.*3.*c.*26.§.3.*n.*10.Caſtr.*p.*11.*n.*7. Vbi contrarium aſſerit de prædijs obuenientibus titulo temporali Parocho v.g. S. Antonij, ſitis in cōfinio Parochię S. Hippoliti. eſtq. iuſta Doctrinam Suarij huc vſq; traditam ob rationes jam dictas.

12 Quamuis Abbas *c.*2.*de decimis n.*6. Gutier. *c.*21.*nu.*54.Couarr.*lib.*1.*var. c.*17.*num.*8.Rebuffus. *q.*5.*n.*20.putent teneri Eccleſiam ſoluere decimam illi Eccleſię, in cuius cōfinio ſunt prędia; quod etiam Gloſſ. *cap. quæſti.* 16. *q.*1.tradit; modo dicta Eccleſia non colat agros ſuis ſumptibus, & famulis; tunc enim non tenetur. eſtque probabile.

DISPVTATIO VII.

De his, qui ex priuilegio à ſolutione decimarum ſunt exempti.

SVpponimus hic, poſſe per ſolum Papam concedi priuilegiū exemptionis decimarum; nō ſolum, quod non ſoluant quotam v.g. decimam; ſed etiam abſolutè, vt nil tribuant. nam de iure naturali, & diuino non eſt, vt hæc, vel illa familia ſoluat: ſed ſolum, vt habeant miniſtri ab Eccleſia ſuſtentationem, poteſtq; hoc fieri, ſine perſonarum acceptione; ex iuſta cauſa cum ex priuilegio hoc, alij non grauentur ad plus ſoluendum: ſic Suarius *tr.*2.*l.*1.*cap.*18.*num.*1.*&* 2. & omnes ſupponunt.

QVÆRES I.

Quinam ſint exempti in iure à ſoluendis decimis.

1 REſpondeo, loquendo de decimis perſonalibus prouenictibus, ſcilicet, ex labore, & induſtria perſonæ: omnes Religioſi, ac Clerici regulares paupertatem in communi profitentes, & leproſi communiter viuentes, quando ſunt in tanto numero, vt propriam Eccleſiam cum cæmeterio, & præsbitero poſſint habere, ab his ſunt exempti. ita ex *c. decimas* 16. *q.*1. quod eſt Paſchalis Papæ. notant communiter Doctores citandi, & *ex c.*2. *de Eccl. ædif.* tunc autem leproſi dicentur eſſe in tanto numero, &c. quando ſunt decem, vel vt notat Gloſſa ſunt pauciores; ſed vellent Eccleſiā dotare. & melius meo iudicio Epiſcopi arbitrio, cuius auctoritate conſtituitur locus ipſis, & ab vniuerſitate dotatur.

2 Loquendo verò de prædialibus decimis, licet antiquitus omnes prædicti eſſent exempti: hodie tamen Religioſi, & regulares Clerici ſunt exempti à ſolutione decimarum prędialium, in eo tantum caſu: quando prædia ſunt propria ipſorum, & proprijs manibus, vel ſumptibus excolunt: ita tamen, vt de prædijs, poſt Concil. Lateranenſe ab ipſis acquiſitis, de quibus antea decimæ debebantur Eccleſiæ; ſoluant omnino decimas; etiam ſi ea proprio labore, &c. excolant. (niſi peculiare habeant priuilegium de quo infra.) ita ex *cap. nuper. de decimis* Rebuff. *de deci. q.*5.*à n.*5. *& q.*14.*n.*30.*&* 42. Gutier. *c.*21.*n.*136. *in quæſt. reg.* Hæc Suarius *cap.*18.*tr.*1. *l.*1. quem communiter ſequuntur Recentiores. Portell. *dubijs reg. verb. decima.* Villalobos. 2. *par. tract.* 33. *diffic.* 4. Barboſa *l.* 3. *iur. Eccleſ. cap.*26. §. 3. *à num.* 13. & alij.

Exa-

Examinatur, an Hoſpitalia teneantur ad decimas.

3 PVtat Fagund. recentior poſt Suarez *l.2.c.3.nu.12.* hodiè Hoſpitalia, ac cetera pia loca pauperum in communi viuentium non teneri ad prædiales decimas eorum prædiorũ, quæ proprijs manibus excolunt, vel expenſis; etiam ſi ſint conducta: mouetur ex eo; quia *d. c. nuper.* tantum loquitur de Monaſterijs, & regularibus; dum antiquo priuilegio derogat; ergo non debet extendi ad alia loca pia pauperum. cum hoc caput ſit odioſum: nam derogat Iuri communi.

4 Sed, quamuis probabiliſſimum putem, leproſos, iuxta dicta *num. 2.* non teneri ad decimas *de hortis, & nutrimentis animalium ſuorum.* pro vt dicitur *d. cap. 2. de eccleſ. edific.* cum *d. capite nuper.* nullum ſit verbum ad eos pertinens; diſplicet tamen, quatenus ait: non teneri ad decimas ex prædijs conductis: cum enim expreſsè *d. capit. 2.* dicatur *animalium ſuorum.* non eſt ad prædia conducta extendenda exceptio; & multo minùs placet; quatenus ait: Hoſpitalia, & cœtera loca pia non teneri iam, ad dictas decimas prædiales: cum id nullo iure ſit ſtabilitum. atque adeo teneri Hoſpitalia, & loca pia ad has decimas tradunt Leſſius *lib. 2. cap. 39. dub. 5.* Bonacina hic *pun. 3. num. 6.* vbi citat Reginald. *num. 88. & 93. lib. 19.* Vaſquez *in opus. de benefic. num. 37. dub. 8.* Valentiam *3. t. diſ. 6. pun. 5.* quàm ſententiam etiam apertè videtur amplecti Barboſa *lib. 3. de iur. Eccleſiæ cap. 27. num. 48. §. 3.* citans Monetam, Rotam *in. Conchen. 23. Iun. 1614.*

5 Et apertè colligo ex noſtro Suario *cap. 17.* hic vbi regulam generalem aſſignat, *omnes tenentur, niſi qui priuilegio &c. ſunt exempti.* & nunc, dum *cap. 18.* vult numerare eos, qui ſunt exempti; de Hoſpitalibus, ac pijs locis non facit mentionem; vt ex eo retulimus. de priuilegijs verò, quæ ſingulæ Religiones habent, ipſæ videant, & ex regulis, quas ſubijciemus quouſque ſe extendant, vel non; facilè cognoſcent, vt ait Suarius *loc. citato.* videte de his priuilegijs Tamburinum *loc. citan.* Nouarium. *in lucer. regular. v. decimæ,* Peyrinum. *circa conſtitut. Pontific.* Lezanam *tom. 5. in mare magno diuerſarum Religionum, n. & v. decima.* vbi plura affert priuilegia; per quæ multæ Religiones à ſolutione decimarum, & aliorum onerum, ſunt exemptæ; vbi *in mari magno Minor. num. 71.* optimè aduertit: hoc priuilegium non ceſſare ex eo, quia Religioſi laxè viuant.

6 Id tamen addendum puto huic Suarij doctrinæ, quod in priuilegijs conceſſis Religioſis; aut etiam Monialibus debet fieri expreſſa derogatio *d. cap. Nuper.* nam cum ſit ex Concilio; cenſetur continere derogationem ad futuras conceſſiones: ſic Marches *de commiſ. par. 2. pagina 596. nu. 1.* Rota *deciſ. 122. par. 1. diuerſa.* & in Oriolens. *decimarum 21. Maij. 1586.* inter deciſiones Caualer. 229. *num. 3.* & coram Cardinale Pamphilio *in Viterbienſi decimarum 25. Iun. 1618.* vide Ferentil. in adnotatione ad Buratt. *deciſ. 704. num. 13.* Tamburinum *de* iur. Abb. *tom. 1. diſ. 15. queſt. 18. num. 38.*

7 Noto ſecundò, per communicationem Priuilegiorum, non cenſeri communicatum priuilegium exemptionis decimarum; niſi expreſsè di-
8 catur *de his decimis*. Sic Rota Valentin. *decimarum 28. Nouembris 1603.* & *Cordub. decim. 13. Maij 1613.* & *in Conchen. decim. 12. Maii 1623.* Cremon. *ſingul. 108.* Puteus *deciſ. 65. l. 3.* quamuis de ea doctrina, non ſinè magno fundamento, dubitet Lezana; tum quia hoc priuilegium de exemptione decimarum, paſſim concedi ſolet à Pontificibus Religioſis, & iuſtiſſimas ob cauſſas; tum, quia

Pontifices, quando volunt aliquod priuilegium non poſſe alijs Religioſis communicari, qui gaudent priuilegio cōmunicationis id exprimunt; vt fecit Greg. XIV. in Bulla *Eccleſiæ Catholicæ* conceſſa Societati Ieſu. & ſic videntur ceſſare rationes, ob quas Rotæ d. motæ ſunt; ſed earum auctoritas apud me multum valet.

Præterire tamen non poſſum, Societatis Ieſu priuilegia cōceſſa à Paulo III. in Bulla *licet debitum Paſtoralis Officii*, à Pio IV. in Bulla *dilecti filii ſalutem.* à Greg. XIII. in Bulla *Paſtoralis Officii* quibus cū derogatione *Cap. Nuper*; & regulæ de nō tollendo iure quæſito eximitur in ſuis domibus, Collegijs, Tirocinijs &c. à ſolutione quarumcumque decimarum etiam Papalium, & hæc priuilegia fuerunt per varias Rotæ deciſiones Canonizata teſte Rota Romana apud Paulum Rubeum *tom. 3. deciſ.* 44. *num.* 5. *& deciſ.* 103. *num.* 2. *& tom.* 4. *deciſ. lata* 29. *Maii an.* 1636. *nu.* 5. & Lezana *in mare Magnō Præd. num.* 8. ait fuiſſe Canonizata præcipuè in vna decimarum Ciuitatis Caſtelli coram Ghiſilerio ann. 1629. vbi talia priuilegia extenduntur non obſtante poſſeſſione, quam habebant Rectores Parochialium Eccleſiarum dictæ Ciuitatis; aliæ etiam extant deciſiones apud d. Paulum Rubeum. Mihi placet afferre deciſionem, quam habes per extenſum apud Eruditiſſimum Dianam *par.* 6. *ſine ea eſt Romana coram R. P. D. Merlino in cauſa Corduben. ſi decimar. de lucena, per luna 7. Februarii* 1639. quæ ſic habet. *Per ſententiam rotalem coram Reuerendiſſ.* D. *meo* Decano *præmiſſis multis deciſionibus fuit pronunciatum R. P. Prouincialem Prou. Beticæ, & Patres Societatis Ieſu ex indultis, & priuilegiis Apoſtolicis exemptos eſſe, & immunes à ſolutione decimarum ſuper bonis per dictos Patres Societ. poſſeſſis, nec eis obſtare moderationes Fel. Recor. Leon. XI. & SS. D. Noſtri, &c.* intellige Vrbani VIII. tum regnantis. Idem etiam ſtatutum eſt per tres ſententias conformes Marcelli Bubuli, Serafini Oliuarij, & Laurentij Blanchetti Auditorum Cameræ: pronunciarunt enim Societatē, & illius Collegia, præſentia, & futura, illorumque perſonas, fructus, redditus, quorumcumque bonorum Eccleſiaſticorum, ſæcularium, & regularium; aliaſque res, & bona, acquiſita, & acquirenda, eſſe exempta à ſolutione decimarum; etiam ſpiritualium per Epiſcopum, Decanum, & Capitulum Cartaginenſem. Et in noſtro Siciliæ Regno toties eſt deciſum pro Societate, vt Anno 1602. in curia Archiep. Panor. quod Collegium Drepanenſe non teneretur ſoluere decimam Epiſcopo Mazarienſi pro Tinnaria dicta Scopelli, & 18. *Iun.* 1608. eadem ſententia fuit per R. Monarchiam confirmata. & 30. *Aug.* 1639. fuit deciſum à Panor. Curia Archiapiſcopali Metropolitana. quanta autem ratione, & quibus ex cauſis Pontifices adeò inſignes hæc priuilegia conceſſere Societati Ieſu, ponit d. Rota Rom. *deciſ.* 103. & ipſi Pontifices eas aſſignant, & quiuis poteſt facile colligere ſi legat nunquā ſatis laudatum Danielē de Bartolis in Hiſt. Soc. Ieſu.

QVÆRES II.

An habentes priuilegium, non ſoluendi decimas de prædijs, eximantur tam à decima prædiorum antea cultorum; quam etiam nouallium; terrarum ſcilicet primo cultarum, poſt priuilegium.

8 RESpondeo affirmatiuè. prima pars, quod non teneantur ad decimas de prædijs antea Parochiæ ſubiectis, virtute talis priuilegij patet ex *Cap. Nuper. de decimis.* vbi Innocentius III. volens priores conceſſiones moderare ſtatuit, vt Religioſi, qui habebant priuilegium non ſoluēdi decimas, ſoluerent decimā de prædijs ex inde acquirendis, ſi eā prædia ſubiecta erāt alicui Eccleſiæ: ergo ex vi pri-

priuilegij cōcedentis exēptionē à decimis de prædijs: veniūt prædia culta,& ex quib' antea decima ſoluebatur iure cōmuni: ſecus autē ſi aliquo priuilegio, vel iure particulari debebantur: tunc enim,non cenſetur Pōtifex velle illis derogare, niſi exprimat, quod factum eſt in conceſſione exemptionis decimarum Societ. Ieſu facta à Pio IV. nām,vt ſupra diximus, ponit clauſulam derogantē regulę de non tollendo iure quæſito; & ſic expreſsè deciditur in fauorem Societatis, in Rota Romana, *deciſ.* 44. apud Paul. Rub. *t.* 3. *& dec.* 103. Rota Romana *in cauſa Gerund. decimarum*, 5. *Iulii* 1621. coram Maranedo, & *deciſ.* 193. quæ deciſiones multis adductis,non includunt Societatē,ex vi ſuorum priuilegiorum ob ampliſſima verba, quæ apponunt Pontifices, & dicūt nō teneri ad decimas debitas antea ex aliquo prædio, iure ſpeciali.

9 Secunda pars, quod eximātur etiā à ſolutione decimarum ex terris, tūc primò cultis, probatur: quia noualia ſunt etiam prædia vnde non eſt, cur Priuilegium de nō ſoluendis decimis de prædijs non intelligatur de noualibus; ſiuè dicatur *de proprijs prædijs*, ſiuè *ex proprijs laboribus propriorum prædiorum*: cum in vtroq; caſu verificetur de noualibus,quod ſint prædia. ita Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 14. Gutier. *cap.* 21. *hic num.* 129. Abb. *c. dudum de priuilegiis*. Azor. *lib.* 7. *q.* 6. *t.* 1. eſtq; iam communis in praxi. quo ad primam partē vide Suar. *ca.* 19. quem ſequitur Caſtropalaus hic.

Contra Oldradum *con.* 268. Felin. *cap. cauſam de reſcrip.* & alios apud citatos DD. putantes non includere prædia iam culta; contra Rebuffum *quæſt.* 14 *num.* 29. Gutierr. *l. cit. num.* 130. & alios putantes non extendi ad noualia, niſi dicatur ex proprijs laboribus propriorum prædiorum.

10 Neque obſtat hoc priuilegium etiam cōceſſum religioſis, eſſe odioſum; ſicuti, & cœtera huiuſmodi in iure contenta; cum deroget iuri communi, & afferat ſecum præiudicium tertij: nam ſemper, ita explicandum eſt, vt verba ſaluentur in ſua proprietate. ex *Decio Conſ.* 113. *num. vlt.* Bal. *con.* 271. *vol.* 1. & alijs communiter.

11 Vnde infertur tale priuilegium extendendum eſſe ad prędia, deinde acquirenda: præſertim, cum dicit *de propriis laboribus, &c.* cum ſit propoſitio indefinita negatiua, nempè non ſoluendi decimas, & ſic vniuerſalis, & non limitanda. ex Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 13. *nu.* 7. colligitur ex *cap. quia circa* 22. *de priuilegiis*, ita Azor. *lib.* 7. *quæſt.* 6. Suar. *num.* 7. ſequitur Caſtropalaus hic *pun.* 12. *num.* 6. & in terminis, quòd Societas Ieſu ſit exempta à decimis ex prædijs denuo cultis, vel de nouo acquiſitis, docent DD. in Rotæ deciſionibus. *quæſt. præc. à n.* 7. fine, citatis, & per tres ſententias ſupra dictas ab Auditoribus Cameræ Apoſtolicæ latas. & alibi.

QVÆRES III.

An virtute talis priuilegii eximantur ab onere ſoluendi decimas ex prædiis, quorum non habent proprium dominium.

12 RESpondeo negatiuè, atque adeo, ſiuè in priuilegio dicatur, ne ſoluant decimas, *ex prædiis ſuis*, *ſeu propriis*; ſiuè *ex prædijs, quæ habent*; ſiuè, ſicuti vſitatum eſt in iure, *de laboribus, & nutrimentis ſuis propriis*, ſiuè, *laborum ſuorum, quos propriis manibus, vel ſumptibus colunt*, quocumque, inquam, ex his modis dicatur, debent ſoluere decimas, qui habent tale priuilegium, quando prædia ſunt conducta. immò probabilius eſt, & tutius; etiam ſi ad emphytheuſim ſint accepta; ratio eſt; quia per dicta verba intelligitur exemptio de prædijs, de quibus habetur verum Dominium: cum ſint ſtrictè interpretanda: conductor autem, & emphytheuta, non eſt propriè dominus. ex *leg.* 1. *ff. ſi ager emphy. pet.* vbi Gloſſ. vltima; cumq; dicitur *laborum ſuorum*, ſub intellige prædiorum;

nam labores non coluntur; ſed prædia, & labores, tunc propriè ſunt ſui, cum ſunt propriorũ agrorũ. ita Suar. dicens, id eſſe certum de prędijs conductis, ex *cap. dilecti. de decimis. à nu.* 8. *d. c.* 19. cui etiam aſſentitur Caſtrop. *n.* 9. Trullench. *d. dub.* 10. *n.* 4. *remiſſiue.* Verum, ſaluo Suarij iudicio, puto non eſſe improbabile, nõ deberi decimas, ex prædijs, ad emphytheuſim acceptis, quia emphytheuta habet aliqualẽ dominiũ, intantũ, vt cẽſeatur res data ad emphytheuſim moraliter alienari, & requiratur licentia Sacræ Cõgregationis in rebus Eccleſiaſticis; quod etiam, vt probabile docet Lezana *v. decima num.* 11.

De prædijs autẽ, quæ Religioſi cõducerent, vt poſſent propria prædia colere, v. g. ſi campum ad paſcendos greges conducant, ſtandum eſt conſuetudini, an ſoluere debeãt decimas.

Quid dicendum de colonis priuilegium habentium.

13 LOquor hic de colonis, ſeu conductoribus agri, non de mercenarijs, qui ſeruiunt, vt notat Suar. infra *cap.* 36. *num.* 13. pro aliqua parte fructuum, de quibus.

Dicendum eſt cum diſtinctione hac: ſi priuilegium ſit reale, nempè, per quod agri, ita eximuntur, vt ex his decima, non debeatur quomodocumq; colantur: tunc non tenentur ad decimas ſoluendas Eccleſiæ; ſed debent illas Religioſis, ſeu dominis habentibus priuilegium dare, vel alio modo cum penſione compẽſare, &c.

14 Formulæ autem huiuſmodi ſolent eſſe: *eximimus tales* v. g. Religioſos, & *eorum prædia*, vel *eximimus, ne ſoluant à prædijs decimas; ſiuè per ſe, ſiuè per alios colant*; vel deniq; *eximimus à debito decimarum ſuorum prædiorum*; de quo vltimo exemplo Gloſſ. *in clem.* 2. *de decimis v. excolendas* putat eſſe perſonale: ſed re vera eſt reale; quia idem eſt dicere *eximimus prædia Religionis*, ac eximimus Religioſos à decimis prædialibus; cùm fauor Religioſis intendatur: ſed illa forma. ex *d.* Gloſſa, & Panor. *c. ex parte. de decimis*, eſt priuilegium reale: ergo etiam, & in hac forma dicẽdũ; atq; ita etiam cum Suario *d. c.* 19. tradũt DD. citan. & fuit deciſum in fauorẽ Societ. Ieſu habentis tale priuilegium, vt Coloni prędiorum eiuſdem Soci. ad decimas non tenerentur. à Rot. Rom. *die* 10. *Decemb.* 1578. coram Bubalo, & refert in Theſauro fori Eccleſiaſ. *c.* 27. *a nu.* 73. & Enriq. *l.* 7. *c.* 27. *nu.* 7. *lit. b.* dicit, Salmaticæ, Baezæ, Murtiæ ſemper pronunciatum eſſe in fauorem Societatis, & Colonorum, & etiam Romæ, vbi hæc cauſa ſæpius fuit exagitata.

15 Idemq; eſt dicendum, quando religio habẽs tale priuilegium, prædium commutaret cum alio, vel venderet, & ex pecunia alium prædiũ emeret: tunc enim non tenetur ſoluere decimas virtute dictorum Priuilegiorum ex hoc prædio ſecundo, quia ſuccedit loco illiũs exempti à decimis: contra verò, ſi omninò prædium illud alienet vendendo, &c. tunc ex illo debentur decimæ, & Societas Ieſu habet priuilegum à Paulo III. vt non teneatur ad decimam *de ijs, quæ ſibi pro huiuſmodi rebus, Domibus, Collegijs, prædiis, locis, & hortis emendis per quaſcumq; perſonas pro tempore legari, aut relinqui contigerit &c.*

16 Quod ſi Priuilegium ſit perſonale conceſſum, ſcilicet cum onere perſonali colendi agros per ſe, ſeu proprijs ſumptibus. vt de facto ſunt omnes cõceſſiones in corpore iuris. tunc tenentur coloni ad ſoluendas decimas prædiorum à ſe conductorum. vt tenet communis opinio DD. *in d. clem.* 2. cum Suar. *d. cap.* 19. *a num.* 13. & Caſtropalaus *l. citat. num. vlt.* Tamburinus de iure Abbatum. *to.* 1. *diſ.* 15. *quæſt.* 28. ſub *num.* 5. Rota *deciſ.* 23. *par.* 2. *diuerſ.* Seraphin. *deciſ.* 827. *num.* 2. Placentina *decim.* 17. Decembris 1584.

(:)(:)

DIS-

DISPVTATIO VIII.

Explicatur quot modis Priuilegium *non ſoluendi decimas amittatur.*

TRibus modis Priuilegium prædictum amittitur.

1 Primò propter enormem læſionem eius, ad quem decimæ pertinebant; & tunc ſi læſio eſt euidens ipſi Priuilegiato, ipſo facto amittit in conſciẽtia priuilegium; pro foro verò externo, non eſt cogendus antè Iudicis cõpetentis ſententiam; (quem ſolum Papam eſſe putat Rota *in Pampilon. decim. 6. Aprilis* 1615.) ſed Caſtro. *l. citan.* putat eſſe quemlibet, apud quem cauſa decimarum ſolet tractari, & ita apertè videtur ſentire Suarius. Si verò non clarè conſtat debet recurrere ad Papam, qui poteſt Priuilegiũ illud moderare, &c. & partes melius facient inter ſe componendo: quam habere occaſionem litium, videte Gloſſ. *cap. reſcripta* 25. *q.* 2. Panormit. *c. ſuggeſtum de decimis* Couarr. *var. c.* *l.* 1. *var. nu.* 14. & poſt Suarium loco citando Rota *d. Pampilon.* Menoch. *conſ.* 156. *nu.* 9. *vol.* 2. Barboſa *lib.* 3. *iur. Eccleſ. cap.* 27. § 3. *num* 44. Trullench. *l.* 3. *in decal. c.* 3. *dub.* 10. *num.* 4. Caſtrop. *p.* 13. *num.* 1.

2 Secundò amittitur per expreſſam renunciationem, vel per tacitam, nempè per contrarium vſum: quia ſcilicet priuilegiatus non eſt per aliquod tempus ſufficiẽs ad præſcriptionem contra priuatam perſonam, eo priuilegio vſus: ſed ſoluit decimas; vbi nota, quod religio habens tale priuilegium, non poteſt expreſsè illud renunciare; nec tacitè, niſi ſit elapſum ſpatium 40. annorum cum cæteris requiſitis ad præſcriptionem. vide poſt Suarium, Hieron. Roder. *reſ.* 50. Campen. 99. *re.* & Caſtrop. *n.* 5. *l. cit.* vbi *num.* 3. benè dixit, quod aliqua domus priuata. v. g. Collegium Panormitanum, non poteſt renũciare Priuilegio cõceſſo Societati. ſicut nec Clericus poteſt Priuilegio conceſſo Clericali ſtatui renunciare; ſic etiam Tamburinus de iur. Abb. *t.* 1. *diſ.* 15. *q.* 18. *num.* 37. allegans varias Rotæ deciſ.

3 Deniq; amittitur priuilegium partium conuentione; etiam ſi habens tale priuilegium ſit religio, & hęc cõuentio poteſt fieri quando Religioni eſt vtilis, abſque Papæ confirmatione: beneuerum eſt, quòd, ſi fiat inter partes: & poſtea vna obtineat priuilegium, non ſoluendi decimas, contra pactum tale priuilegium eſt ſubreptitium, & nullum, niſi facta fuerit mentio prioris conuentionis ex *c. ex multiplici, de decimis* Hæc Suar. *cap.* 20. *l.* 1. *tract.* 2.

DISPVTATIO IX.

De locis quibus de iure decimæ debentur.

1 CVm decimæ debeantur ratione miniſterij ſpiritualis exhibiti (vt ſupra diximus) Eccleſiæ, de quibus hic eſt quæſtio, sũt, vel Parochiales, vel Baptiſmales. Parochiales ſunt illæ, in quibus fideles habitantes intra certum ambitum loci his Eccleſijs deſignatum, qui dicitur Parochia, tenentur Sacramenta recipere miniſtrante ea ex officio Sacerdote, ſeu Parocho, cui illius Eccleſiæ, ac Parochianorum cura eſt commiſſa.

2 Porrò ſolent communiter in eandem Eccleſia Parochiani recipere omnia Sacramenta, & tunc illa Eccleſia dicitur Parochialis, & Baptiſmalis, ad differentiam earum, in quibus Parochiani, non recipiunt Baptiſmum, ſed cætera Sacramenta &c. & hæ dicuntur Eccleſiæ Parochiales tantum. quod ſi Eccleſia baptiſmalis, quæ etiã habet ſuam Parochiã (aliàs eſſet mera Cappella adiutrix Parochiarum) recognoſcatur ab alijs Eccleſijs Parochialibus aliquo modo, vt Superior, appellatur Matrix, quâ appellatione ſimpliciter, venit Cathedralis. videte Suarium *lib.* 1. *de capit.* 21. & 24. *num.* 1. & 2. Rebuff.

tract.

tract. de decimis. quæſt. 6. *num.* 6. *&* 7. Panormitan. *cap. ex parte de reſcr. n.* 1. hoc poſito.

QVÆRES I.

Titius habens domicilium in Parochia S. Antonij Panormi v. g. ſua verò prædia ſita in alia Parochia, ſeu diœceſi v. g. Montis Regalis; cuinam Eccleſiæ debeat decimas.

3 RESpondeo teneri ſoluere Parochiæ, ſeu Diœceſi Montis Regalis, vbi ſunt prædia: ratio eſt, quia poſt factam diuiſionem Diœceſum, & Parochiarum, iam Eccleſia habet ius ad illa prædia, ſibi aſſignata: & ſicuti hæc ſunt immutabilia; ita etiam, & ius Eccleſiæ; neq; per hoc fit Eccleſiæ domicilij iniuria: nam habet aliundè ſua prædia, meritoq; id in iure *cap. cum contingat. de decim. cap. vlt. de reſt. ſpol. in* 6. & alibi cautum eſt, ne ob variam mutationem domiciliorum confuſio oriretur: ſi etiam decimæ mutarentur ab vna Eccleſia in aliam: eſt cõmunis Sententia D. Tho. *q.* 87 *ar.* 3. *ad* 2. vbi omnes Theol. cum Canoniſtis *in rubric. de Parochijs* Rebuff. *d. q.* 6. Suar. *c.* 21. *à nu.* 4. ſequitur Caſtropalaus hic *pun.* 8. *nu.* 6. Fagund. *l.* 3. *c.* 4. *n.* 1. *in præc. Eccl.* Barboſa *c.* 26. *lib.* 3. *de iur. eccl.* §. 2. *n.* 31. *& ſeq.* Trullench. *l.* 3. *c.* 3. *d.* 5. Ex qua Suar. & aliorum doctrina infert Barboſa *num.* 43. ſpoliatũ per Parochum à perceptione decimarum ex prædijs ſitis intra Parochiam illius, non eſſe prius reſtituendum, niſi oſtendat titulum: probatque ex *ca. decimas, de reſt. ſpol. in* 6. Moneta *cap.* 5. *num.* 82. hic. Mencha. *Illuſtr. cap.* 86. *&* 89. *num.* 4. Rebuff. *de decimis q.* 13. *num.* 83.

Quid ſi Eccleſia ſit Parochialis tantum, & non Baptiſmalis.

4 IDem dicas; quamuis Eccleſia, in cuius territorio ſunt prædia, eſſet Parochialis tantum, huic enim integrę decimæ ex his prædijs debẽtur, & de noualibus: & non Baptiſmali; quãuis ea eſſet Cathedralis, vel alterius dignitatis; etiã ſi conſtet Eccleſiam Baptiſmalem eſſe antiquiorẽ (ſi enim Parochialis antiquior eſt, nullum eſt dubium. ex Rebuff. *nu.* 17. & in dubio præſumitur antiquior,) & ex ea fuiſſe prædia diſtracta, & data nouæ Eccleſiæ Parochiali: quia quando res transfertur ad alium publica auctoritate, & ex rationabili cauſa omnis vtilitas transferri debet: ergo cum noua Eccleſia Parochialis erigatur ex iuſta cauſa, & modo legitimo iuxta *c. ad audientiam, de eccl. ædific.* & Cõc. Trid. *ſeſſ.* 21. quod ſemper debet præſumi in dubio. ex Rebuff. *q.* 6. *num.* 15. debent prædia aſſignata transferri cum vtilitate, vt ex illis decima percipiatur.

5 Nec *cap. Eccleſiæ, & quicumq.* 16. *q.* 1. cõtradicunt; dum ſtatuunt Eccleſias antiquas, non priuari ſuis decimis propter ædificationem nouæ: nam intelliguntur; quando noua Eccleſia; non erigitur, vt Parochia: vel quando conſtat Eccleſiam Baptiſmalem per compoſitionem decimas obtinuiſſe, vel ſi Parochia eſt adnexa Baptiſmali, vel ex conſuetudine decennali decimas percepit. ex Rebuff. *num.* 12. & Abbat. *cap. cum contingat. num.* 8. *de decim.* Suar. *cap.* 24. *tract.* 2. *l.* 1. ſequitur Rota *in Placent. decim.* 10. *Maij.* 1628. Barboſa *l.* 3. *iur. Eccl.* §. 2. *c.* 26. *nu.* 20. *&* 36. Trullench. *l.* 3. *c.* 3. *dub.* 7. *in decal.*

QVÆRES II.

Quomodo ſint diuidendæ decimæ mixtæ, nempè ex fructibus pecorum, &c.

6 RESpondeo diuidẽdas eſſe pro rata temporis, quo in territorio Eccleſiarum paſcuntur, quando tempus eſt notabile: v. g. ſi oues paſcuntur hyeme in Diœceſi Montis Regalis, & æſtate in Panormitana, diuidendæ erunt decimæ in duas partes; ſi verò quatuor menſes in vna, quatuor in alia, & quatuor in tertia, diuidendæ ſunt, in tres partes, & ſic de alijs. eſt

Digitized by Google

eſt communis ſententia DD. in *c. ad Apoſtolicæ de decimis.* cum Rebuff. *d. q.* 6. *à n.* 25. Suar. *c.* 21. *n.* 8. Azor. *lib.* 7. *c.* 25. *q.* 15. Fagundez. *d.* 5. *præ. eccl. l.* 1. *c.* 5. *nu.* 6. & 7. Caſtrop. hic *pun.* 8. *nu.* 7. Matth. de Afflic. *in conſtit. Neapoli. lib.* 1. *Rubri. de decimis. ver. Paſcua* §. *item quis vnquã.* Barboſa *de iur. Eccl. lib.* 3. *c.* 26. *à n.* 37. §. 2. Suar. de Pace *in practica. t.* 2. *p.* 1. *c.* 5. *à n.* 8.

7 Et Idem dicas, quando oues in prædijs vnius Parochiæ accubant: & in prædijs alterius paſcuntur, diuidẽdæ enim ſunt decimæ ſecũdum probabilem opinionem Gloſſ. *d. cap. ad Apoſtolicæ.* vbi Henri. Roic. Rebuff. *l. c.* Suar. hic *nu.* 10. Filiucc. *tr.* 27. *p.* 2. *c.* 9. *q.* 1. *nu.* 187. Caſtropal. hic *pun.* 8. *nu.* 8. licet S. Thom. Alenſ. Sotus, & alij putent deberi Eccleſiæ prædiali.

8 Aduerte, quod ſicuti non eſt habenda ratio de paſcuis, quæ in itinere oues, aut armenta ſumunt; ſic cum proportione arbitrio prudentum eſt facienda diuiſio decimarum, quando oues v. g. paſcuntur per vnum menſem in prædijs vnius Parochiæ, per alium in alterius; vt aduertit Suarius *nu.* 9. & ſeq. quamuis non ſit mihi improbabile, quod docet Nauarrus, *conſ.* 1. *de decimis, nu.* 10. ſemper dandam eſſe vnam partem, ſaltem quartam Eccleſię Parochiali, vbi Dominus habet Domicilium, & Suarius hanc ſententiam veram putat; cum ſuam veriorem dicat. & tenet Trullench. *l.* 3. *cap.* 3. *dub.* 5. *n.* 4. fine. qui *n.* 5. benè infert ex apibus decimas deberi Parochiæ, vbi ſunt aluearia; nõ ſolum, quia ibi ordinariè paſcunt, vt ipſe dicit; ſed quia apes ſunt feræ, quarum cibus eſt cõmunis §. *Apum. inſt. de rerum diui.*

QVÆRES III.

An prædictæ regulæ poſſint priuilegio, aut conſuetudine immutari.

9 RESpondeo affirmatiuè, quare ex conſuetudine, aut priuilegio fieri poteſt, vt decimæ ſoluantur, nõ ſolum Eccleſię non Parochiali ſitæ in eadem Parochia; ſed etiam alteri Eccleſiæ alterius territorij; quod rarò, & ex magna cauſa fieri debet. ex Gloſſ. *c. cum non ſint. de decimis.* ſic Suarius. *cap.* 23. *ad nu.* 8.

10 Verum duo ſunt notanda. primum eſt ad hanc conſuetudinem requiri ſpatium 40. annorum ſecundum probabiliorem opinionem: ratio eſt, quia hæc conſuetudo potius eſt contra ius facti, & ſic quædam præſcriptio; ad quã inducẽdam requiruntur 40. anni. ex Gloſſ. & alijs *c. fin. de cõſuet.* quando eſt contra Eccleſiam, vt eſt in caſu noſtro. ita cum Suario *cap.* 22. *n.* 6. & 7. Caſtropal. *pun.* 8. *nu.* 10. Qui benè addit, in præſcribendis decimis miſtis ſufficere decem annos, vt putauit Abbas. *cap. cum ſint homines. in fine. de decimis.* volẽs abſolutè ſufficere decennium ad præſcribẽdum Ius decimarum contra aliam Eccleſiam, quæ ſententia vera eſt. iuxta Suarium *nu.* 8. & Caſtropalaum *l. c.* quando eſſet dubium, num prædium ſit huius Eccleſiæ v. g. Sancti Antonij, an alterius, ſcilicet Sancti Nicolai in quo caſu, etiam videntur loqui Couarr. *c.* 17. *nu.* 8. §. 4. *l.* 1. *var.* & Gutier. *cap.* 21. *hic num.* 53.

11 Secũdum eſt, Priuilegium hoc abſolutè conceſſum non extendi ad noualia; ſiuè concedatur Clericis, ſiuè Laicis: quia, cum ſit odioſum, debet intelligi ſtrictè, & quantum vis verborum patitur: nec eſt cur pro Clericis ſit extendendum ad noualia, & non pro Laicis, vt cõmuniter docent. Teſte Couarr. *d. c.* 17. qui tamen tenet noſtram concluſionem cum Gutier. *num.* 120. *l. c.* alios referente, Suar. *cap.* 23. *n.* 6. quem ſequitur Caſtrop. *nu.* 12. *l. c.* Barboſa *lib.* 3. *de iur. Eccl. cap.* 26. §. 2. *nu.* 15. & à fortiori Hieron. Roder. *in compen. qq. reg. reſ.* 50. *n.* 6. quod etiam intellige de pręſcriptione, vt latè probat cum cit. Doctor. Rebuff. *q.* 14. *a nu.* 9. quia cum Eccleſia non poſſederit illas terras incultas: non potuit præſcriptionem acquirere; ſic etiam Suarius *d. c.* 22. *n.* 9. & ſeq.

12 Vnde contrarium erit dicendum nem-

nempe extendi ad noualia conſuetudinē percipiendi decimas, ſeu ſoluendi alteri Parochiæ, quando ea aliquo modo fuerunt ab Eccleſia poſſeſſa, vt ſi ex herba, vel lignis decima percipiebatur, tunc ſi colantur ab his etiam decima percipietur. ex *c. commiſſum de decimis*, ibi *ſicuti de paſcuis, olim decima poſſidebantur; ita nec de eiſdem ad frugum fertilitatem translatis decimas volumus, abſque diminutione perſolui*. quod etiam ſeruari debet quādo ager vnius indiuiſibiliter poſſidetur: licet enim non colatur in omnibus partibus, tamen ſi poſtea nouæ partes coluntur debentur decimæ illi Eccleſiæ, cui ex cultura dabātur prius, ex Rebuff. & Gutier. citatis. quæ etiam poſt Suar. *c.22.n.10.* docet Barboſa *l.c.n.58.* Filiucc. *tract.27.c.9. q.2.n.189.* & ſeq. Fagun. *l.3.c.1.nu.13.* Ibio, & alij.

DISPVTATIO X.

De perſonis, quibus iure communi competunt decimæ, quibuſue conſuetudine, vel priuilegio pertinere poſſint.

QVÆRES I.

An omnes Clerici iure communi habeāt ius percipiendi decimas, ex hoc quod Clerici ſint.

1 REſpondeo negatiuè; nam Clericatus ſolùm dat capacitatem ad hoc, vt poſſit Clericis conferri ius ad recipiendas decimas, quod Laici non habent, vt mox dicemus, cùm ex vi clericatus non obligetur Clericus ad adminiſtrandum populo ſpiritualia, & ſi qui ſunt, qui ex aliquo pacto miniſtrant, debetur illis ſuſtentatio ex pacto; nec ex eo, quod officium recitant debentur illis decimæ, cùm ad id obligentur ex Religione, non ex iuſtitia: vnde, nec Religioſis, nec perſonis eccleſiaſticis ex vi ſtatus cōpetit ius decimarum, vt ſupra innuimus, & omnes Theologi docent cum Diuo Thoma 2. 2. *q. 8. a.3. ad.3.* Abul. *c.23. Matt. q.89.* Alenſ. *3. p. q. 51. mem. 6. ad 2.* & Iuriſperiti *in c. pen. de decimis.* ſic Suar. *l.1. tract.2. c.29. n.6.* ſequitur Barboſa *l.1. de iur. Eccl. cap.26. §.2. nu.1. & 2.* Trullench. *l.3. c.3. dub.8. n.1. in decal.* & alij paſſim.

Explicantur perſonæ, quibus prædictum ius competat.

2 COmpetit ergo hoc ius tantum aliquibus, & vt Papam omittamus, qui habet plenam poteſtatem adminiſtrandi decimas, & partem ex iuſta cauſa de omnibus Parochijs petendi, tamen id nō facit, vt dictum eſt, & ſic non comprehenditur ſub Clero Parochiali, cui decimæ iure cōmuni, & ordinario debentur.

3 Primò competit Epiſcopis, quia ipſi habent primariò curam animarum ex officio: non ſolum ratione Cathedralis Eccleſiæ, cuius Epiſcopus eſt caput poſt factam diuiſionem Diœceſum, quam recenſet Baronius *tom. 1. an. Chriſti 39. à nu.9. ann.44. à nu.10.* ſed etiam ratione Parochiarum, quarum ſuo modo eſt etiam membrum, & caput: quia poſtquam Diœceſes in Parochias fuerunt diuiſæ, ipſemet Epiſcopus pertinet ad vnamquamque Parochiam conſtitutam in ſua Diœceſi, cum ſit principalis populi illius gubernator, & aliquo modo proximus, & ſic ex ſingulis Parochijs quarta decimarum iure communi debetur. Quod, cum non accidat Archiepiſcopis, Patriarchis, &c. reſpectu ſuffraganeorum, cum valde remotè attingant regimen illorum: inde eſt, vt non competat illis portio decimarum.

4 Denique competit Epiſcopis iure communi decima ex prædijs, quæ nullius ſunt Parochiæ, aut Eccleſiæ pertinens immediatè ad ipſorū perſonas, & menſas. ita deducitur ex *cap. videntes 12. q.1. & cap.1. 16. q.7. c. conquerente. de off. ordinarij. cap. dudum de decimis. cap. cum contingat eod. tit.* vbi Doctores. Hæc Suarius *cap. 28.* hic, quem

quem ſequitur Rota *in Nouar. deci- marum.5. decembris.*1629. Franc. Leo *in Theſ. fori Eccleſ.p.2. cap.14.num.*33. Filiucc. *tract.27.cap.9.quæſt.*10. & 11. Id autem eſt notandum nouiſſimè ex Barboſa *l.3. de iur.Eccl. ca.20.num.*18. Epiſcopos non habere fundatam intentionem in hac quarta contra Parochianos: ſed contra Parochos.

5 Secundò competit ius percipiendi decimas Parochis, capitulis Cathedralium, & eorum Canonicis, dignitatibus, &c. & omnibus beneficium Eccleſiaſticum, etiam non curatum, habentibus, Eccleſijs collegiatis: quādò ex decimis eccleſiaſticis fructus, vel aliam partem accipiunt, & ob decimarū perceptionem tenētur choro, vel altari inſeruire. probatur ex *c. ex parte* 2.*de decimis.* & *c.*1. 16.*q.*7. ratio eſt, quia illis propriè debentur decimæ, qui habent ius ſpeciale, in quo fundatur tale debitum.ex D.Thoma, & Doctoribus communiter. ſed omnes prædicti habent ius ſpeciale ad percipiendos fructus; cum omnia beneficia, etiam non curata in ſpirituali iure fundata ſint,& illud principaliter includant: ergo. præſertim, cum omnia miniſteria prædictarum perſonarum ſint ſpiritualia, & ex officio exhibita,ac conferentia ad ſalutem animarum.hæc Suar. *l.*1.*c.*28.& 29.quem omnes ferè ſequuntur.

6 Quid verò dicendum, ſi ij beneficiati &c. diuites ſint.vide ſupra. *diſ.* 5. *n.*19.& *diſ.*4.*nu.*10. dicimus enim deberi:quāuis diuites, & mali ſint: nam, cū ſint decimæ debitæ ex iuſtitia ob laborem,& miniſteriū: eo ipſo, quod miniſtrant, debent recipere ſtipendium *c. cum tua nobis.de decimis,* vide Abulēs.*c.*23.*Matt.q.*124.& 175.Alenſ. 3.*p.q.*51.*mem.*6.*a.*3.Rebuff.*q.*7.*de decimis.*Hæc Suar.*d.l.*1.*c.*28. vide etiam poſt Suarium Barboſam *cap.*26.*lib.*3. *de iur.Eccl.§.*2.*à n.*7. vbi affert multas Cardinalium declarationes,additq; & optimè Parochos, non teneri probare decimas ſibi competere: ſed contrarium aſſerenti, id onus incumbere ex Mareſcot. *var.reſ.lib.*1.*c.*12.*nu.*14. Rota *deciſ.*135.*p.*1.& *deciſ.* 193.*nu.*5. *p.*2. *recens.* at nō ex hoc habet manutentionem: quia hæc ex ſola iuris aſſiſtentia non datur. ex Ferentill. *in adnot.ad deciſ.*219.Ruratti *lit.A.*dicente. ſic hodiè Rotam tenere.

QVÆRES II.

An cæteri, ſiuè ſint Laici, ſiuè eccleſiaſtici poſſint præſcribere ius percipiendi decimas.

7 SVppono hìc poſſe Laicis ex aliqua iuſta cauſa decimas ſolui, vel nomine Clericorum, non ſolum,vt illorū miniſtris,& œconomis; ſed etiam, vt dominium illarum in ſe transferant, vt locatione; quæ non debet triennium excedere, ex Paulo 2. in Extrauag. *Ambitioſè de rebus eccl.non alien.* nec poteſt ad vitam concedi,ſine Papæ auctoritate; niſi fortè concederētur decimæ Laico per modum temporalis ſtipendij; vt quia docet grammaticam, vel muſicam in Eccleſiæ obſequium; tunc enim Eccleſia non locat decimas; ſed conducit operas alterius,vel gratuita donatione,quæ per ſolum Pōtificem ex iuſta, & graui cauſa concedi poteſt; vt iam Pontifices cum Regibus Hiſpaniæ,& Galliæ ſæpius fecerunt, teſte Conarr. *l.*1.*prac.c.*35.aut alio iuſto contractu, qui nempè iure Canonico non prohibeatur *cap. nullo de reb. eccl. non alien.*hoc poſito.

8 Dicò primò,Laicos non poſſe præſcribere ius accipiendi decimas,quaſi proprio dominio, & intrinſeco iure illas poſſideant;nec per Pontificis cōceſſionem. ratio eſt, quia præſcriptio ſupponit capacitatem tituli, & iuſtæ poſſeſſionis: ſed Laici nō poſſunt habere hanc capacitatem: cū incapaces ſint iure diuino miniſterij ſpiritualis, quod eſſe fundamentū iuris percipiēdi decimas,ſupra dixim'. vide D. Th. 2.2.*q.*87.*a.*3. vbi alios Theol.Gloſſ. *in cap.cauſam de præſcript.* Rebuff. *q.* 10. Couarr. *l.*1. *var. cap.* 17. *à num.*6. Suar. *cap.*25. *tract.*2.*l.*1. cuius hæc ſunt, quem ſequitur Barboſa *lib.*3.

 de

Digitized by Google

*de iur.Eccl. c.*26.§.2.*nu*.49. citans Camill.Borell.Caſtropal.hic *pun*. 9. *a n*. 4.Filiuc. *tract*.27. *c*.9.*q*.5.& ſeq.Trullench.*l*.3.*c*.3.*dub*.8. *n*.14. Pacius Iord. *lib*.10.*tit*.13.*n*.48.

9 Immò, nec quilibet Eccleſiaſticus, non habens titulum beneficij,aut Parochiæ poteſt hoc ius pręſcribere,niſi ſimul præſcribat ipſam Eccleſiam, cui decima debetur, & eius onera.ratio eſt, quia licèt ex priuilegio poſſit id Clericis, & alijs eccleſiaſticis concedi:tamen non poteſt præſcribi;quia ad præſcriptionem requiritur bona fides, & vt iuſtè petantur decimæ: ſed niſi eccleſiaſticus ſimul Eccleſiã præſcribat, & onera, non poteſt habere hanc bonam fidem in decimis percipiendis, nam hæ intrinſecè habent, vt ſint ſtipendium miniſterij ſpiritualis: ergo. ita Hoſtiens.*ſum.tit*. 1.*de decim*. §. *An præſcribi poſſint*.Abulenſ.*in c*.23.*Matth*.*q*.188. Ant.2.*p*.*c*.4. *tit*. 3. §.3. Suar. *c*.30.*à num*.7.ſequitur Reginal. *lib*. 19. *q*. 3. *num*. 94. *& ſeq*. Trullench.*d.l.dub*.9.*nu*.2. Fagundez. *in* 5.*præ*.*Eccl*.*l*.3.*c*.1.*nu*.15.& alij contra Rebuff. *q*. 13.*de decim*.*num*.63. & Gutier.*c*.21. *n*.6. putantes Religioſos poſſe præſcriptione acquirere ius ad decimas; etiam ſi Parochiam non præſcribant. addit Barboſa *l. c. nu*.48. eſſe communem, recenſetq; Rotam *in Florent*. *Parochialis* 22. *Maij* 1630. latèq; probat.

Quid faciat conſuetudo percipiendi decimas.

10 Dico ſecundò, conſuetudinem percipiendi decimas ſufficere, tam Laicis,quam Clericis ad probandum fuſſe ſufficiens priuilegium; in Laicis quidem, quo ad præſumendam facultatem capiendi temporalem illam commoditatem de licentia Eccleſiæ. in eccleſiaſticis verò, etiam ad probandum ius accipiendi decimas, cum ipſi ſint hoc iure capaces. ratio eſt,quia tunc non eſt pręſcriptio iuris, ſed priuilegij: quo poſito potuit bona fide inchoari conſuetudo, & in eius virtute lapſu temporis videtur fuiſſe inchoata; ſicuti licèt iuriſditio ad cõfeſſiones audiendas conſuetudine comparari nõ poſſit; tamen poteſt ea probari eam facultatem fuiſſe, iam conceſſam. ita Felinus *cap. cauſam num*. 3. *de præſcript*. vbi Cardin. Bald. & Imola *cap. cum Apoſtolica de his, quæ fiunt à Præl.* Dominicus *cap*. 2. §. *ſanè*. *de decimis.in* 6. Couarr. *cap*. 17. *num*. 5. §. *ſed ſi dubitetur*; Ripa *in cap*.2. *de feudis* Aymon. *de antiqu. tempor*. 4. *par. capit. abſolutis num*. 57. loquentes de Laicis.

11 Qui omnes aduertunt, vt notat Couarr.requiri immemorialem conſuetudinem cum opinione, & fama alicuius legitimæ conceſſionis, quod etiam requiritur in Eccleſiaſticis, nẽpè, lapſus immemorabilis temporis tantum, cum non poſſit oſtendi titulus per ipſum priuilegium, de quo eſt dubium. *ex cap*. 1.*de decimis. in* 6. Hæc Suar. *d. cap*.27. *&* 30. *lib*.1. *tract*. 2. quem ſequitur Barboſa *l. cit. num*. 53. vbi allegat Menochium *præ*. 86.*lib*. 6. Rota *deciſ*. 215. *par*. 2. *& in Pampil. decim*. 8. *Martij*.1643.inter deciſion. Caualerij *deciſ*. 258. *num*.3. falsò tamen dicit Suarium *cap*. 27. *num*. 4. ab hac doctrina recedere, cùm ipſe id expreſsè doceat ibi *cap*. 27. vt eum legenti facilè apparebit.

QVÆRES III.

An decimæ conceſſæ Laicis in feudum, poſſint ab ipſis ad alios tranſferri.

12 SVpponit quæſtio propoſita, poſſe non ſolum Eccleſiaſticis; ſed etiam Laicis dari decimas in feudum. & quidem, ſi loquamur de conceſſione ad tempus, poteſt eam Epiſcopus facere ex aliqua graui cauſa,cum nullibi id ſit prohibitum. & communiter docent Doctores infra citand. *ex cap. cum Apoſtolicam. de ijs, quæ fiunt à Prælatis*. Si verò loquamur

do

Digitized by Google

de conceſſione in perpetuum, & ad poſteros transferẽda, hodie ſolus Papa poteſt taliter decimas concedere, non ſolum Laicis; ſed etiam Clericis. quia extat iam prohibitio facta Epiſcopis, cuius verba referuntur *de Con. feud. rubrica. Epiſcopum, vel Abbatem*, vbi quamuis abſolutè prohibeatur Epiſcopis, & ceteris Prælatis conceſſio fructuum decimarum in feudum; tamen ex communi Doctorum ſenſu de perpetua intelligitur; quia lex rigorem continens eſt reſtringenda, explicaturq; *in d.c.cum Apoſtolica*, vbi in fine de perpetuo feudo loquitur; cumq; hæc prohibitio fiat ſimpliciter, tam de cõceſſione facta Clericis, quam Laicis debet accipi, niſi aliunde conſtet de limitatione.

13 Quarè conceſſiones de feudis perpetuis factę ab Epiſcopis ante Concil. Lateran. ſub Alexãdro III. *anno* 1179. hodiè licitè à Laicis poſſidentur; ſiuè prohibitio hæc ab ipſo Alex. ſit facta, vt cõmuniter docent Doctores, ſiuè ab Vrbano II. *in Conc. Turon. anno* 1096. cuius verba referuntur *d. rubr. Epiſcopum, vel Abbatem &c.* vt eruditè oſtẽdit Suar. hic *c. 26. à n.* 1. *ad* 5. cum Rebuffo *q.* 10. *à n.* 11. & alijs, nam illa declaratio facta *in vſibus feud. d. rubr. Epiſ. vel Abb.* vel præſcriptione, vel ex Conc. Later. declaratione, iam ad tẽpus ipſius Concilij extenditur; ita, vt conceſſiones infra illud factæ ab Epiſcopis ſint irritæ; factæ verò vltra illud, validæ. videte Gloſſ. *ra. quamuis. de decimis* Couarr. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *nu.* 5. Bald. *l. ſi vſus fructus. ff. de iur. dot.* Panorm. *ca. ad hæc. de decimis.* Card. *d.c. cum Apoſtol. col.* 4. Suar. *d.l. cap.* 26. hæc omnia docentem. & poſt ipſum Caſtrop. *pun.* 9. Leſſ. *lib.* 2. *c.* 39. *dub.* 4. *nu.* 20. Rota *in ferrarien. decimarum.* 16. *Iunij* 1615. coram D. Pirouano, apud Farinac. *deciſ.* 420. *p.* 1. *recent.* Menoch. *de præſ. lib.* 6. *præſ.* 86. *n.* 2. Monet. *de decim. ca.* 5. *q.* 3. Fagund. *in præc.* 5. *Eccl. c.* 1. *n.* 32. *& c.* 4. *num.* 2. *lib.* 3. His poſitis ad caſum deueniendo, quæro.

An Laici poſſint decimas ſibi conceſſas transferre.

14 Dico primò. Laicus, qui ante Lat. Conc. decimas obtinuit in feudum ab Epiſcopo; vel poſt Concilium Papæ diſpenſatione, poteſt in alios Laicos eas trãſferre auctoritate ſolius Epiſcopi: ratio eſt, quia cum ſupponatur feudum eſſe legitimè conſtitutum, retinet ſemper eamdem qualitatem, nempè vt ſit perpetuum, & ad poſteros transferatur. ita Gloſ. *cap. prohibemus. de decim.* vbi Card. Io. Andr. *cap.* 1. *de præſcript. in* 6. Felin. cum alijs *cap. quæ in Eccleſiarum. de conſt. n.* 69. Couarr. *l.* 1. *var. c.* 17. *nu.* 5. *§. Præter hæc.* cum Suar. *d. c.* 26. *nu.* 7. quem ſequuntur Caſtrop. *d. puncto* 9. *ſub n.* 6. Barb. *de off. & poteſt. Epiſcopi. all.* 121. *p.* 3. citans ibi Meno. *illuſtri. cap.* 89. *num.* 2. Gutier. *lib.* 1. *pract. qq. cap.* 15. *num.* 6. Guilhelm. *de præſcript. p.* 3. *cap.* 8. *à num.* 9. Ceual. *communi. contra communes, quæſt.* 367. Cabel. *deciſ.* 63. *num.* 8. qui dicunt hanc eſſe omninò in praxi recipiendam, & de facto in Hiſpania, iam eſſe receptam.

15 Quod verum eſt, quamuis ad alios Laicos debeat transferri, non ſolum, cum v. g. iam linea ſit in vltimo poſſeſſore iuxta cit. Doctores, ſed etiam quandò iam linea eſt extincta; quia, ſcilicet vltim⁹ poſſeſſor mortuus eſt ſinè ſucceſſoribus, tunc enim ſi iam Epiſcopus, non incorporauit ſibi feudum vacans; poterit alteri dare validè, & licitè, ſi adſit cauſa. ratio eſt, quia illa bona, ſeu decimæ; non dum incorporatæ per nouam acceptionem ab Epiſcopo factam, non cenſentur eſſe de menſa Epiſcopi, vel Eccleſiæ, cùm, vacante feudo, non redeat ipſo facto dominium vtile ad Epiſcopum. *ex cap.* 2. *de feudis*, & notant ibi Panormit. & alij *in cap. vt ſuper de rebus Eccl. non alien.* Vnde poteſt Epiſcopus, qui iurauit non infeudare bona Eccleſiæ, feudum prius datũ, & morte vaſſalli vacans, iterum

in feudum alteri donare, ita docent abſolutè Cardin. *cap. 2. de feud.* Imola ibi, Caſtrenſ. & Aluaret. appellāt magis communem, prout eos citat Menoch. *loco infra cit.* & in praxi, ita ſeruari docet Gilchen. *d. c. 8. à n.* 10. Burſat. *conſ.* 127. contra Menoc. *de praeſcr. l. 6. p. 86. à nu.* 3. & multos alios apud Fachin. *contr. lib. 7. c. 72.* Barb. *l. c. nu.* 12. Suario hic *c. 26. cit. à n.* 8. cōſentit Caſtropalaus hic *pun. 9. n. 6.*

Quid ſi iniuſtè poſſederit.

16 Dico ſecundò, Laicus iniuſtè detinēs Decimas antè Concilium Lateranenſe; quamuis non poſſit in alium Laicum eas transferre; poterit tamen de cōſenſu Epiſcopi ad quēlibet locum pium eas applicare: ſi verò decimas vſurpauit poſt Lateranēſe Concilium, debet omninò eas reſtituere illi Eccleſiæ, ad quam pertinebant. Prior pars probatur, ex *cap. cum Apoſtolica de ijs, quæ fiunt à Prælatis.* vbi Pontifex ait ſufficere cōſenſum Epiſcopi ad transferendas Decimas in quemlibet locum pium: & loquitur ibi de Decimis detentis à Laicis iniuſtè, vt ex ipſo verbo *detinere* patet, & ex Hieronymo in eo cap. vbi ait, *ſi fuerit malè detenta*, idq; à Pontificibus videtur conceſſum ad maiora incommoda vitanda; præſertim cum de Decimis ante Concilium Lateranenſe conceſſis vix conſtare poterat, vtrum iniuſtè fuerint conceſſę. nec eſt inconueniens, vt vniuerſalis Eccleſia, quæ eſt principalis creditor, contenta ſit, vt Decima vni Eccleſiæ debita ſoluatur alteri: de conſenſu tamen Epiſcopi, vt dictum eſt, quia omninò eſt prohibitum, vt Laici ſua auctoritate de decimis diſponant 16. *q.* 7. ſic Suar. *à num.* 10. & cit. DD. & bene Caſtropalaus *l. cit.* & Trullench. *l. 3. c. 3. dub. 8. num.* 14. cum alijs, explicant ſufficere tantum Epiſcopi cōſenſum, abſque capitulo, & tractatu; quia non eſt alienatio; ſed reuocatio decimæ detentæ à Laico.

17 Immò iuſta veram intelligentiam *cap. cum, & plantare de priuileg.* nec decimæ iuſtè poſſeſsæ poterunt in aliam Eccleſiam ab ea, cui debentur, à Laicis transferri ſinè Epiſcopi conſenſu, contra verò nō requiritur Epiſcopi conſenſus, ſi eidem Eccleſiæ reſtituant.

18 Poſterior pars de decimis vſurpatis à Laicis poſt Concilium Lateranenſe probatur; quia nullibi eſt hoc conceſſum, & contrarium colligitur ex *cap. 2. §. ſanè de decimis. in feſto propter quod, & d. c. cum Apoſtolica & c. prohibemus de decimis.* multò minus poterunt ad Laicos transferri; etiam ex conſenſu Epiſcopi. ſic Suar. *l. citato.*

Barboſæ ſententia perpenditur, & alia ex eo adducitur.

19 Qvamuis Barboſa *d. all.* 121. *n. 6. p. 3. de off. & pot. Epiſ.* non benè referat Suarij ſententiam, dum ait, *contrarium tamen aſſerit Suarius d. c. 26. n. 10. eſſe reſoluendū in illis decimis. quas Laici ſinè iuſto titulo detinebant; quia iſtas neceſſariò tenentur reſtituere Eccleſiæ, ad quam de iure pertinent, cui Epiſcopus conſenſu ſuo præiudicium facere non poteſt.* nam in eo numero Suar. loquitur ex ſententia aliorum; ſuam tamen doctrinam, quam in ſecunda concluſione poſuimus, tradit *n.* 13. quam ſequitur reuera ipſe Barboſa *nu.* 7. & ſolùm diſcrepare videtur, quod putet conceſſionem decimarū ab Epiſcopo factam antè Conc. Lateranen. non dare iuſtum titulum Laicis.

20 Deniq; hìc notandum primò, quod aduertit Barb. *nu.* 5. in dubio, ſcilicet, an decimæ poſſeſſæ à Laicis fuerint antè Conc. Later. nec ne; præſumendum eſſe conceſſas poſt Concilium. citat *Rotam in Taurin. decimarum* 12. *Ianuarij* 1607. *ver. non obſtaret*, per Beroi. *conſ.* 21. *n.* 14.

21 Notandum ſecundò, Laicos ſpoliatos iure decimandi, agentes interdicto, vndè vi, non eſſe reſtituendos: cum ipſi nō poſſint probare ius percipiendi

Digitized by Google

piendi decimas. ex *cap. cauſam. q. de præſer.* ſunt enim, vt diximus ſupra cum Suar. talis iuris incapaces. At ſi ſint ſpoliati ipſa decimarum perceptione ab alio Laico ſunt reſtituendi, ſaltem ob illam naturalem poſſeſſionem. ex *cap. in literis de reſt. ſpol.* ita Menoch. *Illuſ. c.89.n.5.* plures citans; contra verò ſi à Parocho, in cuius Parochia prædia cōtinentur, tunc enim antè reſtitutionem debent probare conceſſionem aliquam iuſtam ex dictis. Hæc idem Barboſa *de Iure Eccl. lib.3. c.26.§.2. n.47.*

DISPVTATIO XI.

De rebus, aut bonis, ex quibus decima deducendæ ſunt.

QVÆRES. I.

Ex quibus prouentibus, ſeu lucris decimæ perſonales, & quomodo ſoluendæ.

1 RESpondeo de Iure ſoluendas eſſe ex omnibus omninò lucris, quouis modo iuſtè acquiſitis, ex laboribus, & perſonalibus actionibus, vt ex militia, Doctoratu, piſcatione, venatione, venditione, artificio, hiſtrionatu, meretricio, ſtipendio dato ad hominem occidendum, vel in bello iuſto pugnandum. ratio eſt; quia iura indiſtinctè dicūt deberi decimas perſonales ex laboribus noſtris, vel ex acquiſitis propria manu, opere, ſeu induſtria; vnde, cum iura non diſtinguant, nec nos diſtinguere debemus ſinè alio iure, vel ratione. ita communiter Doctores, tam Theologi, quàm Canoniſtæ, quos infra citabimus cum Suar. hic *cap.31. & 32. l.1. tract.2.* ſequitur ex recentioribus Caſtrop. *pun. 6.nu.4.* Fagundez *l.1.cap.2.num.10.in quintum præc. Eccl.* Barb. *lib.3. de iur. Eccl.cap.26.§.1. num.17. & ſequ.* & alij communiter.

2 Hinc infertur primò, ex lagatis relictis, hæreditate, ſiuè ab inteſtato, ſiuè ex teſtamento relicta, vel ex alijs ſimili modo comparatis, vt eleemoſyna, donatione, &c. non deberi decimam: quia bona, quæ nobis donantur modis prædictis: non ſunt nec fruges, nec fructus rerum immobilium. aut animalium, ex quibus prædiales decimæ debentur: nec ſunt propria induſtria, labore, aut manu noſtra acquiſita, ex quibus perſonales decimæ debentur. ergo.

Nec iura aliqua, vt *cap. non eſt, de decimis,* ibi; *de omnibus bonis.* debent tam amplè interpretari, alias, etiam de rebus immobilibus teſtamento relictis decima deberetur, & de habitis per eleemoſynam, quod omnes negant; ergo debent intelligi iuxta ſubiectam materiam, *de omnibus prouētibus*; & lucris iuxta *cap. tua nobis eod. tit.* at legata, vel donata propriè non ſunt prouentus nec lucra: ſiuè ea ex teſtamento, ſiuè ab inteſtato prouenient; ſiuè donatione; & largitione; quia, nec ſunt redditus, nec lucrum comparatum propria induſtria, & actione; vt emptione, venditione, & alia negotiatione, &c. ita Suarius *d.l. 1.tract.2.cap.31. à n.5. ad 10.* ſequitur Caſtropal. hic *punt.6.n.3.* dicens, eam pro certo eſſe tenendam. Trull. *l.3.c. 3.dub.2.nu.2.in decal.* Filiucc. *tract.27. c.10.q.2.* Bonacina *diſ.vlt.q.5.p.3.n.2.* Moneta *de decimis cap.4.n.37.* eam latè defendit Valentia *t.3.diſ.6.q.5.p.3.* & alij.

At non deſunt graues Doctores, vt Silues. *v. decima,* Hoſt. & alij, qui putent deberi decimam ex his bonis; licèt excipiant, quando filius, vel alij ſuccedunt ab inteſtato, & hanc putat Fagundez *in 5.præ.eccl.l.1.c.2.num.9.* in rigore iuris probabiliorē. ſed, quod ex Suario diximus eſt meo iudicio amplectendum.

Tantum aduerto Fagundez. *l. cit. n.7.* Suarium adducere quaſi is *nu.7.* dicat eum hac ſecunda opinione deberi, ſcilicet, decimā de his ſic acquiſitis, quando ſunt mobilia. quod verum non eſt, vt vidimus: ſed oppoſitū eo *nu.7.* probat, & *nu.10.* poſtquam optimè aduertit deberi decimam; quandò

quandò bona illa prius decimata non erant; ex eo, quia fructus non erant percepti; vel non erat decima ſoluta antè mortem teſtatoris, vel antè donationem. Cōcludit totum caput 31. in hec verba *ſi decimæ iam erant ſolutæ, nec ex eis debetur decima prędialis, nec perſonalis propter omnia dicta: vnde illi, iam non habent rationem fructuum, vel prouentuum; ſed perindè ſe habent, ac res aliæ mobiles, & vſu conſumptibiles pretio comparatæ, à teſtamento, vel donatione; de quibus nullas decimas debet, qui dono, vel hæreditario iure illas recepit vt dictum eſt.*

3 Infertur ſecundò, ceſſante ſcandalo, poſſe à meretrice, vel vſurario publico de rebus non obnoxijs reſtitutioni, & quarum dominium compararunt, decimas has exigi. & poſt peractam pœnitētiam poſſunt dari decimæ, ac recipi omnium priorum lucrorum tempore peccati publici: quamuis peccatores ipſi non teneantur illas præteritas iam, & non exactas ſoluere, quia videtur Eccleſia illas remiſiſſe.

4 Infertur tertiò, deberi decimam ex præda rerum mobilium, quandò bellum eſt iuſtum, & etiam de rebus immobilibus, quoad æſtimationem, ſi eæ dantur pro mercede alicuius laboris. contra verò ſi à Rege capiantur, vt ciuitas, &c. quia hæ capiuntur in compenſationem earum rerum, quæ debentur.

5 Infertur denique decimas has debere computari, deductis expenſis, quas facit quis ad ſuam perſonam ſuſtentandam, & familiam, quæ cum ipſo miniſterio, aut negotiatione neceſſariò ſunt connexæ, vt optimè diſtinguit Suar. *c. 33. n. 6.* cuius ſunt dictæ illationes. Quamuis Fagundez, Caſtropal. & alij abſolutè dicant deberi deductis expenſis familiæ, &c. eſtq; ſatis probabile. plus addit Barboſa *l. 3. iur. Eccl. c. 26. §. 1. n. 37.* ex Moneta *c. 6. nu. 33. de decimis,* etiam ſi expenſæ ſint voluntariæ, dummodo nō ſint factæ in fraudem, ſunt deducendæ; cum hæc omnia faciant ad lucrum acquirendum. vide Rebuff. *quæſt. 11.*

Sed quoniam, vt ait Sotus *lib. 9. de iuſt. q. 4. art. 2.* Caſtrop. *num. vltimo* nullibi ferè decimæ perſonales ſoluūtur: ſed ſtandum eſt cōſuetudini; quia, vt ait Suarius *nu. 4.* hæ decimæ perſonales ferè ſunt ſublatæ: non eſt in hac re amplius immorandum.

6 Tantum noto cum eodem Suar. *c. 37. n. 3. & 4.* ſolutionem, ac computationem lucrorum, ex quibus decimæ perſonales, vbi eſt conſuetudo, ſunt ſoluendæ, fieri in fine cuiuslibet anni, qui computari debet iuxta conſuetudinem, vel ex quo negotium eſt ceptum. addit Caſtropal. *l. c. n. 6.* cum Sà *v. decimà nu. 1.* etiam vſque ad finem vitæ alicubi ſolui, & non antea, ita vt nō debeatur decima, ſi lucrū ex negotiatione, militia, &c. acquiſitum intra annū, vel in vita fuerit amiſſum.

QVÆRES II.

Ex quibus bonis decimæ prædiales ſunt deducendæ.

7 Reſpondeo, decimæ reales, nempè, prædiales, & mixtæ debentur ex fructibus, ſeu redditibus temporalibus rerum omnium, tàm mobilium, quam immobilium: vt ex grano, vino, oleo, ex leguminibus, & hortorum herbis, etiam minutis, herba ſiuè locetur ad paſcua animalium, ſiuè vendatur in faſciculos, ſiuè etiam ex ea propria animalia paſcantur: ex lignis nemorum, ex lapidibus, qui ex lapicidinis fodiuntur, de metallis ex terra effoſſis; de domibus, clybano, molēdino locatis; de fœtibus ouium, vel armentorum, bouum, lacte, caſeo, lana, butyro, &c. de equorum, ac iumentorum fœtibus, & de alijs animalibus domeſticis, vt ex gallinis, de apibus, quo ad mel, & ceram; non tamen de partu ancillarum, fœtibus apum, nouiſque aluearibus, cum hæ potius, vt ferę computentur *inſt. de rerum diu. §. Apes.* denique ex Piſcarijs, vel auibus, aut animalibus incluſis ad hoc,

Digitized by Google

hoc, vt locentur piſcatoribus, vel venatoribus; ex quibus debetur decima, quandò capiuntur, & interficiuntur, vndè per capita recenſentur, & non per geniturам, aut fœtus. hęc omnia deſumuntur ex varijs iuribus toto titulo de decimis, concordantq; omnes tam Theologi, quàm Canoniſtæ.

8 Quamuis S. Thomas 2. 2. q. 87. ſignificet non teneri fideles ad has minutas decimas olerum, quem tamen Sotus *lib.9.de iuſt.q.4.ar.2.ad* 3. exponit de his, quæ ex priuatis hortis non ad lucrum colliguntur, ſiuè etiam ex domeſticis viuarijs, ſeu ſtagnis deducuntur. Hæc Suar. *cap*.34. quem ſequitur Caſtropal. *pun*.7.

Vbi *nu*.1. circa medium minus rectè ait Suarium *d.cap*.34. *num*.7. circa finem indicare non deberi decimas ex minutis oleribus. nam Suarius expreſſiſſimè ait deberi, & ſolum addit exceptionem communem ex Soto, niſi aliud ex immemorabili conſuetudine fuerit obſeruatum, vel ſi eſſet titulus ex lapſu 40. annorum; eamq; exceptionem extendit ad omnia ſupra dicta. & veriſſima eſt.

Sequitur etiam Barboſa *de Iur*.*Eccleſ.lib*.3.*cap*.26.§.1. vbi *à num*.6. addit ſoluendas eſſe ex folijs mororũ cum Seraph. *deciſ*. 827. ex Saccaro cum Ferret. *conſ*.195. *nu*.2. R*ota Mediol.in decimar*. 8 F*ebruarij*, 1610. apud Faran. *par*.1.*deciſ*.223. Fagundez *lib*. 1. *c*.4.*in* 5.*præc*.Eccl. Filiucc. *tract*.27.*p*.2. *c*. 10. *num*. 227. Trullench.*l*.3.*c*.3.*dub*. 2.*n*.4. Bonacina *hic par*.2.*n*. 1. Riccius *in collect*. *deciſ*. *cap*. 142. vbi explicat decimã debitã ex vineis, non eſſe ſoluendam in vuis, ſed in vino. at in hoc ſtandum eſt conſuetudini.

Explicatur quomodo ex poſita doctrina non multiplicetur decimarum. ſolutio.

9 CIrca quam concluſionem nota, nos nõ cõfundere decimas perſonales, cũ decimis prædialibus: nam ſi lucrum comparetur ex ſola hominis actione eſt perſonalis, vt ex fodiendo terram: ſi verò prouenit, non ſolum ratione perſonæ; ſed etiam ratione rei acceptæ, quæ ſi antea erat ſub alicuius dominio, vel tamquam pars, vel fructus, vel nutrimentum ſui prædij, &c. debetur ex ea decima realis, ſeu prædialis, vt ſi venator feram accipiat ſub nulliꝰ dominio exiſtentem, tantum decimam perſonalem debet. ſic Suar. *d.tract*. 2. *l*.1. *cap*. 34. *à num*.5.

10 Si verò venatur animal exiſtens in territorio, ac dominio alicuius, qui locet v. g. locum venationis, iam ex parte rei creſcit lucrum, & ex eo danda eſt decima prædialis; non tamen ex eadem re duplex datur decima: quia totus valor decimæ datæ non excedit valorem vnius integræ decimæ iuxta valorem rei, de qua decima veluti per partes ſoluitur: nam venator v. g. debet computare expenſas factas in capienda fera, & etiam pretium datum pro facultate venandi; & ex ea parte decreſcit decima. Dominus debet cõputare lucrum, quod ex locatione ſibi prouenit, & ex illo decimam dare: vndè non ſoluitur niſi decima pars valoris rei captæ in decima data à venatore, & à Domino pro eadem re. quod etiam poſt Suar. hic *c*.34.*à n*.6. aduertit ipſum laudans Caſtrop. *nu*.3.*pun*.7. Barboſa *n*.11.*li*.3.*de iur*.*Eccl*.*c*.26. vbi ait, deducendas eſſe expenſas retium, &c. & *nu*.45. citans Rotam *in Cordub. re decimar*.19.N*ouemb*.1607.*&* 27.M*artij*,*&* 10. *Maij*. 1613. Honcala *de decimis p*. 2. *propoſ*.6.

11 Similiter, ſi decimæ ſoluantur ex lucro acquiſito ab animalibus ob eorum fructum, ea eſt prædialis, ſi verò ex negotiatione, quia ſcilicet animalia emuntur, vt carius vendantur, decima perſonalis eſt ſoluenda, illiuſq; leges obſeruandæ, vndè non eſt habenda ratio de loco, vbi paſcant, &c. nam ſolum materialiter ibi ſunt in hoc caſu: ſic etiam Suar. *nu*.6.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES III.

Quomodo prædiales decimæ ſint deducendæ.

12 RESpődeo computandas eſſe, ſeu deducendas ex omnibus fructibus abſque eo, quod deducantur expenſæ, vel alia tributa, aut penſiones, quæ ex illis fructibus Dominus ſoluit. eſt aperta deciſio Iuris Canonici *c. tua nobis.* & *cap. non eſt.* & *cap. Paſtoralis,* & alibi de decimis. eſtq; ab omnibus recepta, vt videre eſt apud Tiraquell. *de vtroq; retract. t.* 1. §. 15. *Gloſ.* 1. *nu.* 10. & *de prim. q.* 74. *nu.* 9. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 215. *n.* 2.

13 Cuius deciſionis ratio non aliundè peti commodè poteſt, quam ex Iure Canonico, ita ſtatuente: potuit enim Ius Canonicum ob gratitudinem debitam Deo, cuius operatio magis, & immediatius cernitur in fructib' naturæ, & in ijs, in quibus minus operatur humana induſtria, quam in cæteris hominum negotiationibus; decernere, vt fructus computarentur, non vt ſolet in multis Ius Ciuile, nempè deductis expenſis *in l. fructus ff. ſol. matr. l. fundus. ff. dam. Erciſc.* ſed illis nõ deductis ad eum modum, quo conſiderantur fructus ſecundũ ſe, vt oriuntur à terra, quomodo ſolent regulariter accipi in contractibus, & alijs caſibus, in quibus diſponitur de aliqua parte fructuum, non vt lucrum, & commodum vſufructuarij; & tunc etiam de Iure Ciuili cõputantur fructus, non deductis expenſis ex *leg. ſi pendentes. ff. de vſufr.* vide Bart. *d. l. fructus.* Panor. *Cap. Paſtoralis. de decimis.* eum referentem cum Hoſtienſi.

14 Hinc ſequitur poſſe conſuetudine immemorabilis temporis, vel cum titulo ſpatio 40. annorum præſcripta aliter fieri, ac ſubinde ſolui decimas prædiales deductis expenſis; nam hic modus licet ob iuſtam cauſam, tantũ Iure Eccleſiaſtico eſt introductus, vt aduertit Aragon. 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 2. Contra Sot. *lib.* 9. *de Iuſt. q.* 4. *ar.* 2. *paulo ante ſol. arg.* ita Suarius *l.* 1. *tract.* 2. *cap.* 35. quem ſequuntur DD. ſtatim referendi.

15 Sequitur ſecundò, deducendam eſſe decimam prædialem ante deductionem tributorum, vel penſionum, nec per hoc vllam fieri iniuriam Regi, aut Penſionario, nam ſi quantitas determinata eſt ſoluenda, integrè poteſt ſolui ex nouẽ partibus fructuum remanentium tam tributum, quam penſio, & ex his Rex, aut Penſionarius non tenetur decimam ſoluere; ſi verò pars aliquota debeatur v. g. 4. &c. quæ eſt maior ex fructibus integris, tunc Penſionarius non tenetur ex illa parte ſoluere decimam, & ſic nil grauatur, quod etiam eſt in Rege, nam intelligitur habere tributũ ex fructibus decimatis, & ita ſemper intelligi debet contractus de omnibus fructibus, nempè deducta decima Eccleſiæ, hæc omnia Suar. *cap.* 35. quem ſequuntur Leſſius *l.* 2. *c.* 39. *dub.* 4. Fagundez *l.* 1. *c.* 4. *n.* 6. *in* 5. *præc. Eccl.* vbi Bonac. *diſp. vlt. q.* 5. *p.* 3. Caſtrop. *pun.* 8. Rot. *deciſ.* 469. *num.* 1. *&* 541. *p.* 1. *recen.* Cald. Pereira *de empt. cap.* 9. *num.* 7. Barboſa *de iur. Eccl. cap.* 26. *à num.* 30. addens *n.* 41. nec debita eſſe deducenda prætextu compenſationis, vel alio titulo; quia in decimis futuris non admittitur compenſatio ex Rebuff. *q. vlt. n.* 19. Cened. *ad decret. Collec.* 66. *nu.* 2. Trullench. *l.* 3. *cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 2. Villalobos. 2. *p. trac.* 33. *diff.* 2. *num.* 6. Qui benè addit, non eſſe improbandam conſuetudinem dandi in area eleemoſynam Religioſis ex cumulo tritici antè decimationem.

QVÆRES IV.

An Colonus debeat ſoluere decimas ex ſua parte integras.

16 REſpondeo cum diſtinctione, ſi loquamur de vero colono, qui ſuſcipit in ſe curã fundi, &c. pro parte lucri, tunc debet decimam ſoluere ex ſua parte integram: at ſi loquamur de mercenario, qui ſeruit pro certa mer-

Digitized by Google

mercede, tunc non tenetur ad decimam de illa penſione; niſi ad perſonalem, & Dominus antè deductionem mercedis debitæ colono, omnemque ſumptum &c. tenetur decimam detrahere.

Denique, ſi Dominus tradit colono prædium pro aliqua penſione, &c. transferens in illum onus decimandi, non debet Dominus ex illa parte decimas, cum iam colonus ipſe ſoluat, qui ex reſiduo lucri, quod remanet, deductis omnibus non debet decimam perſonalem ex vſu, cum potius ſe habeat, vt vſufructuarius reſpectu illius reſidui, vt bene contra Abul. *in c.23. Matth. q.*204. tradit Suar. *d.c.* 35. cuius doctrinam ſequitur Barboſa *d.c.*26.§.1. *num.* 39. alios referens. Leſſius. Caſtropal. ſupra, & alij communiter.

QVÆRES V.

Quando, & vbi decimæ prædiales ſint ſoluendæ.

17 DIco 1. tenetur Parochianus ſub mortali ſoluere decimas prædiales ſtatim moraliter collectis fructibus, ita vt ſi ter in anno fructus recipiat ab vno prædio, non debeat expectare finem anni, ſed ſtatim ſingulis vicibus dare decimam ex fructibus collectis. & idem dicendum de decimis miſtis, nempè ex fructibus animalium, paulò enim poſt natos fœtus, quãdo ſine matre viuere poſſunt, danda eſt decima ex fœtura, in quo, & in alijs huiuſmodi conſuetudo eſt ſeruanda, quando eſt immemorialis: non extante conſuetudine, vbi ius nõ diſponit, vtilitas Eccleſiæ, iuxta prudens arbitrium eſt ſpectanda. Ita Suar. *cap.*37. *num.* 5. & 6. iuncto *nu.*2. eſtque communis ſententia quatenus ait ſtatim deberi. Ita Rebuff. *q.* 12. Gloſſ. *cap. cum homines. de decim. verb. fructib.* Couarr. *l.*1. *var. cap.*17. *num.*8. & alij. & ex recentioribus ſequuntur Suar. Aloyſ. Ricc. *prax. aur. reſ.* 252. Paul. Laym. *lib.*4. *tr.*6. *c.*5. *n.*1. Barboſa *lib.*3. *de iure Eccl. c*, 26. §.2. *num.*21. vbi citat Lel. Zecch. *de Priuil. Eccl. priuil.* 12. *n.*11. Campanil. *in diuer. Iuris Can. rub.*12. *c.*13. *n.*160. Fagun. *præ.*5. *Eccl. l.*2. *c.*4. *n.*11. & alij paſſim.

18 Dico ſecundò, præciſa aliqua conſuetudine ſpatio, ſaltem decem annorum præſcripta, non tenentur fideles decimas deferre in horrea, vel loca Parochorũ, ſiuè hoc ſit faciendũ magnis ſumptibus, ſiuè paruis. ſed antequam fructus in propria horrea aſportent, debent Clericos monere, vt decimam capiant, quibus negligentibus, vel poſſunt fructus omnes indecimatos in propria horrea recõdere, vel decimam in area relinquere, ſi ita ſit conſuetudo; nam, cum hoc onus in Iure non ſit expreſſum, non eſt imponendum. ita Rot. *in antiqu. deciſ.* 25. Adrian. *quodlib.* 5. *ar.* 1. §. 2. Guid. Pap. *deciſ.*283. Gutier. *c.*21. *à nu.* 43. *lib.*2. *can.* (vbi tamen cum Couarr. putat teneri, ſi ſumptus ſint parui ad deferendum) Suar. *d. cap.*27. quem ſequuntur Barboſa *l. cit.* Bonacin. *p.* 4. hìc fine. Caſtropal. *pun.*8. *nu.*5. Regin. *l.*19. *n.*99. Fagund. *d. ca.*4. *nu.*12. & alij. vnde caſu quo Parochianus deberet decimas deferre in horrea Parochi, ſi ex fructibus deberet ſolui tributum, tenetur ipſe; quia (vt ſupra diximus *à n.*12.) debent ſolui decimæ integræ ante deductionem tributorum, &c. niſi forte tributum eſſet ſoluendum aliqua peculiari ratione pertinente indiuidualiter ad ipſum Parochum; v. g. quia ita fuit per Papã prouiſum, vt ipſe de ſuis bonis tributum ſolueret, nam de illis decimis, iam habet dominium, vel niſi ipſe cum vniuerſitate, vel Rege compoſitionem feciſſet, & contentus eſſet ſoluere tributũ, tunc enim Parochianus, ſi eſt alias perſona exempta non tenetur ſoluere tributũ, & dare integram decimam; ſed ex ea ſoluet tributũ nomine ipſi Parochi cũ ipſe nõ potuerit præiudicare debentẽ ſibi decimam, & facere, vt ſoluat tributũ ex ſua cõcordia cum Rege, vel vniuerſitate. ſaluo tamẽ &c. Ad hæc autem melius percipienda.

Digitized by Google

QVÆRES. VI.

An Eccleſia habeat verum dominium Decimæ non dum deducta, ita vt fideles non ſint domini decimæ, dum illam non ſoluunt, ſed iniuſti detentores rei alienæ.

19 RESpondeo, Eccleſia in decima ſibi debita antequam à cumulo cæterorum fructuum, &c. ſeparetur, habet aliquo modo dominium non plenum, & directum; ſed vtile, ſicuti habet vſufructuarius. quod non habeat perfectum dominium probatur, quia neque ex Iure diuino, neque Eccleſiaſtico eſt vllum verbum id ſignificans, & dum fructus debiti pro decima non ſunt ſeparati, remanet ſub dominio eius, cuius ſunt omnes fructus. Arg. *leg. 2. ff. de Poll.* non enim in re indiuiſa poteſt dominium alicuius partis determinatæ haberi ſine titulo dominij communis, quem Eccleſia non habet. ita Gloſſ. *c. tua nobis. ver. tributa. de decimis.* Rebuff. *hic. q. 3. n. 16.* Feder. Senenſ. *conſ. 74.* quos ſequitur Suar. *c. 36. n. 8. lib. 1. tr. 2.* cum Recen. mox citan.

20 Probatur ſecunda pars, quod ſc. Eccleſia habeat dominium vtile, & Ius aliquo modo in re in ipſa decima ante diuiſionem. ex *c. paſtoralis. de decimis.* vbi dicitur fructus, nō poſſe alienari, niſi cum onere decimarū; quod ſane onus eſt reale, ex *c. cum non ſit eod. tit.* neque hoc onus, vt probauimus, eſt plenum dominium, ergo tātum ex eo, quod Eccleſia illorum fructuum habeat dominium vtile; quale habet vſufructuarius in vſufructu legato *ex §. is vero. inſtit. de rer. diuiſ.* hæc Suar. *lo. cit.* quem ſequuntur Caſtropal. *pu. 2. num. 4.* Leſſ. *lib. 2 de. iuſ. cap. 39. dub. 3. num. 15.* Trullench. *dub. 2. l. 3. cap. 3. in decal. num. 5.* qui, & ſi putet contrariæ ſententiæ adherere; tamen reuera Suarium ſequitur dum cōcedit Eccleſiam habere ius decimarum, ante quam ſint collectæ. & citat Leſſ. qui id docet *l. c.*

Deducuntur varij caſus ad praxim conſequendi decimas, per vtiles.

21 INfertur primò, Eccleſiam habere actionem vtilem per reuendicationem pro ſua parte decimæ, & Dominum fructuum habere actionem ad omnes fructus, ſi ab alio iniuſtè occupentur; quamuis abſolutè ſufficiat Eccleſiæ ad ſuam decimam recuperandam actio perſonalis ex lege vel Canone. ſic Suar. infra.

22 Infertur ſecundò, Eccleſiam habere immediatam actionem primo cōtra furem, qui fructvs indecimatos ſurripuit à Domino, quando Dominus eſt negligens, aliàs debet petere à Domino, cui fur debet reſtituere omnes fructus, etiam cum decima.

Secundò contra emptorem, qui emit fructus indecimatos ſine onere illos decimandi, quo pacto non obſtante poteſt per cenſuras cogi ad decimam dandam, vel cum onere decimandi, & dandi decimam Eccleſiæ quo caſu emptor non acquirit dominiū partis debitæ pro decima; quamuis Eccleſia, ſi velit, poterit immediatè à ſuo Parochiano illam petere ex Gloſſ. *cap. in aliquibus. de decimis. v. compellantur,* & Panorm. ibi.

Tertiò habet immediatam actionem contra emptorem bona fide, qui emit fructus indecimatos, ab eoque poteſt immediatè decimam poſtulare, & hic tenetur Eccleſiæ reſtituere, ſed habet actionem contra venditorem; nam cū hoc onus ſit reale, tranſit ad quemcumq; poſſeſſorē. Ita videtur ſētire S. Th. *2. 2. q. 87. a. 2. ad 4.* & tradit expreſsè Abulen. *c. 23. Matth. q. 158.* ad hæc autē omnia ſufficit, quod Eccleſia habeat dominiū vtile decimæ ſibi debitæ, eo modo, quo habet vſufructuarius; vt rectè colligit Suar. *c. 36.* ex *c. paſtoralis. de decimis.*

23 Infertur tertiò, poſſe Eccleſiā petere decimā ab eo, qui iniuſtè cōbuſſit ſegetes, vel piſcationē, aut lucrū impediuit, vndè decima nō potuit ſolui, & et ab eo, qui iuſtè cōbuſſit, ſed poterat

Digitized by Google

alia via iniuriam ſibi factam compenſare. v. g. milites in bello iuſto comburunt ſegetes, iuſtè quidem faciunt; at ſi ea combuſtio non erat medium neceſſarium ad victoriam, debet ex illis ſegetibus combuſtis Eccleſiæ decimam ſolitam dare, vt optimè Suarez *d.cap.36.num.16.*& ſeq.

24 Quamuis Panormit. & Ioa. Andr. *in cap. commiſſum.de decimis.* abſolutè putent iuſtè cumburentem non teneri decimam Eccleſiæ ſoluere, quos ſequitur Fagundez *lib.1. in 5.pr.Eccl. cap.6. num. 8.* & Leſſ. *lib. 2. cap. 39. dub.3.num.* 15. quem tamen aliter citat Caſtropal. *pu.* 2. hic *num.*9. nam ait illum putare non teneri iniuſtè comburentem, ad ſoluendam decimam Eccleſiæ.

Nam ibi Leſſius tantum dicit iuſtè comburentem non teneri; *quia vtitur iure ſuo*, & per conſequens aperte inſinuat, quod iniuſtè comburens teneatur. Ex qua ſententia ſequitur non teneri ad decimam ipſum dominum ſuas ſegetes comburentem, quando non dum ſunt collectæ; quia non tenetur ad decimam niſi ex fructibus perceptis, nec teneri ad reſtitutionem decimæ, qui impediuit iniuſtè alium ne piſcationem faceret, vnde decima debetur. ſic Molina *de ius. diſ.*49. Bonacina *pun.3.num.9 ver. ego verò*; & videtur inclinare Leſſius *l.2. c.5.dub. 7. num.*38.& eſt probabile. At Suarius oppoſitum tenet, vt vidimus, & de domino ſuas ſegetes comburente tenet *num.* 19. *d. cap.* 36. teneri ad reſtitutionẽ decimæ debitæ Eccleſiæ.

25 Infertur tandem ipſum Parochianum, dominum fundi, vel animalium, &c. ex quibus decima debetur, ſi tempore, quo iam fructus erãt percepti, & debebat eos dare Eccleſię pro decima, fuit in mora; quia ſc. non admonuit Parochum iuxta conſuetudinem, &c. teneri ad decimam, ſi fructus pereant. Contra verò non teneri, ſi negligentes fuerint in ſeminando eo, quod, vel noluerint ſeminare, vel adeo deſides, vt pauci fructus orti fuerint, aut non collegerint; quia licet Parochian' peccauerit cõtra Charitatem, tamen non contra Iuſtitiam, & ſic non eſt cogendus ad ſoluendam decimam integrã ex fructibus, quos potuiſſet percipere; ſicuti in primo caſu, in quo vere peccat contra Iuſtitiam.

26 Poterit tamen Eccleſia compellere Parochianum, vt diligentiam adhibeat, vel vt talibus colonis locet, aliter poterit ipſe aſſumere curam prædiorum. Ita Suar. *à nu.*19. quem in multis ſequitur Fagund. *l.c. num.9.* Caſtrop. *lo.c. n.*9. Filiucc. *trac.27.c.12 q.17.* Truilench. *l.3.c.3.dub.2.num.6.in decal. & ſeq.* Villalobos. *2.p. tract.* 33. *diff.*2. Bonac. hic *pun.3.nu.*10.

DISPVTATIO XII.

De modo procedendi, quem debet ſeruare Eccleſia in exigendis Decimis.

QVÆRES I.

An Epiſcopi poſſint, & teneantur cogere nolentes ſoluere Decimas debitas.

1 REſpõdeo affirmatiuè. quare Epiſcopus, vel alius Iudex competens poſt trinam admonitionem poterit excommunicare eos, qui nolũt decimam tradere: nec poſſunt abſolui, donec reſtituant, quando ſunt potentes ad ſoluendum. Ita ex *c. omnes.* 16.*q.*7. & ex Trid. *ſeſſ.*25.*c.* 12. cum enim non poſſint decimæ propria auctoritate à Parocho per vim accipi ex communi DD. ſententia; nec per negationem Sacramentorum ex Nauar. *conſ.2.de decimis* ante declarationem criminis; & ex altera parte ſemper poſſint Parochi eas petere, etiam ſi tempore collectionis fuerint negligentes in petendo ex Couarr. 1. *var. ca.*17. ſubditus nolens reddere, & debens, meritò eſt per Iudicem cogendus. Ita Rebuff. hic *q.* 9. Panor. cum alijs. *c. peruenit. de decimis.* Suar. *cap.*38. *à num.*2. quem ſequuntur Aloy. Ricc. *prax.par.4.reſo.*500. Fagũd. *l.3.c.6.n.*3.

Digitized by Google

in prac. Eccleſ. Rot. *de truſens. decim.* 11. *Maij* 1609. apud Marchetanum *de commis. part.* 1. *pag.* 675. quam citat,& ſequitur Barboſa *de Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 16. *§. vlt. num.* 15. Caſtropal. *pun.* 15. hic & alij.

2 Vbi nota, quod ſi agatur de Iure decimarum non ita facile debet cedere Eccleſia propter ſcandalum publicum. contra verò, ſi agatur de temporali decima, negata propter iniuſtitiam, tunc ob ſcandalum præſertim multorum poteſt Eccleſia non cogere, quia Paſtores omnino tenentur bona Eccleſiæ benè diſpenſare. at pro loco, & tempore bona Eccleſiæ debita, & ab alijs occupata recuperare ex Gaetan. *q.* 43. *a.* 8. 2. 2. & ſic poterit Prælatus per cõpoſitionem deſiſtere à coactione. vide *diſp.* 5. *q.* 3. *&* 4. *ſupra.* hæc Suar. *l. cit. à n.* 4. *&* 5. cui Caſtrop. *l. c.* aſſentitur. & alij videntur ſupponere. Addo huic Suarij doctrinæ, cogendos eſſe appellatione remota, vt tradit Triuis. Venet. *deciſ.* 29. *num.* 16. Soncin. *reg.* 40. *ver. fallit.* 22. Pet. Greg. *de appellat. l.* 2. *c.* 9. Salgado *de prot. reg. to.* 1 *p.* 3. *c.* 2. *à num.* 63. niſi fortè reus ſit perſona Eccleſiaſtica prætendens habere potiora Iura, vel priuilegia, vel ſi agatur intra duas Eccleſias de Iure decimandi, vel denique quando Collector decimarum modum excederet. Sigiſm. Scaccia *de Appellat. q.* 17. *lim.* 18. cum Salgado *l. c. n.* 77. Rota in Cordub *decim.* 2. *Decembr.* 1605.

QVÆRES II.

An Eccleſia poſſit exigere decimas non ſolutas ab his, qui prædia, ex quibus decimæ debebantur, emerunt, vel titulo donationis &c. poſſident.

3 RESpondeo in hac re affirmant, vt plurimum Doctores, putant enim prædia tranſire cum onere ſoluendi decimas ad quemcumq; poſſeſſorem. & ſicuti tributum tranſit in nouum poſſeſſorem, quo ad præterita tributa *l. Imperatores. ff. de publ. & vectig.* Ita decimæ, quæ *ex c. tua nobis de decimis.* ſunt tributa. vel ſaltem bona, ex quibus decimæ ſoluuntur Eccleſiæ, ſunt obligata generali hypotheca beneficio legis, ſicuti bona mariti ſunt hypothecata pro dote vxoris, quod maximè procedit ob fauorem Eccleſiæ, hanc ſententiam docuit Abb. Io. Andr. Hoſt. *Cap. cum homines de decimis. nu.* 6. Gloſſ. *d. c. tua nobis. ver. ſic & Dominus.* Caſſan. *in conſue. Burgun. rubr.* 4. *§.* 6. Tiraqu. *de retrac. lig. §.* 6. *gl.* 1. *nu.* 7. Valaſcus *de Iur. emphy. q.* 17. *n.* 18. Fran. *deciſ.* 107. *n.* 11. Cenedos *ad Decret. Coll.* 86. *n.* 3. & alij. quos citat, & ſequitur Barboſa *lib.* 3. *de iur. Eccleſ. c.* 26. *n.* 11. vbi tamen falſo citat Suar. hic *c.* 38. *num.* 8 nam ibi refert aliorum ſententiam, quam appellat probabilem *n.* 10. fine. ipſe verò, quod mox ſubdam, docet.

4 Cæterum, cum nullus ſit textus, vnde hæc obligatio pro præteritis decimis imponatur bonis debentium decimas, nec decimæ propriè ſint tributa ex Gloſſ. *d. c. tua nobis ver. trib.* Dicendum cenſeo Eccleſiam debere conuenire poſſidentem fructus indecimatos, non autem poſſidentem prædia pro decimis præteritis, neque prædia maiorẽ habent hypothecam pro decimis præteritis, quã pro alijs. & ſic iuxta generalem regulam iuſtitiæ videndum eſt, quando ex poſſeſſoribus bonorum poſſint decimæ recuperari. de quo videte Couarr. *lib.* 3. *var. c.* 3. *n.* 6. Nauar. *Man. c.* 17. *nu.* 265. Sot. *lib.* 6. *de iuſt. q.* 1. *ar.* 4. & Recentiores paſſim, præſertim Delugo ampliſſimè, & eruditiſſimè de materia iuſtitiæ differentem. Ità Suar. *d. c.* 38. *n.* 11. ex multis Canoniſtis relatis à Feder. Senen. *Conſ.* 81. Suarium ſequitur Caſtropal. *pun.* 15. Fagundez, *l.* 3. *cap.* 6. *n.* 2. *in* 5. *præ. Eccl.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES. III.

Titius debebat centum Eccleſiæ pro decima, illa non ſoluit, ſed applicauit ad emendum prædium. num Eccleſia ſit domina huius prædij, vel poſſit decimam prætendere, ex eo, quod fuerit emptum pecunia, quæ ſibi erat debita.

5 RESpondeo Titium in foro conſcientiæ, tantum obligari ad ſoluendum valorem decimæ non ſolutæ, nec facilè pro foro exteriori ad aliud condemnari poſſe. Ratio eſt, quia ex nullo Iure poteſt ſufficienter probari, quod res empta pecunia debita Eccleſię illi fructificet, vel quod in ea habeat dominium. & ſicuti vſurarius non tenetur ſoluere mutuatario lucrum acquiſitum pecunia vſuraria; ſed tantum pecuniam, quam mutuo dedit cum vſura, qui, ſi negotiaretur ex pecunia debita pro decima emendo, vel vendendo merces, non debet Eccleſiæ, niſi pecuniam debitam. Ita in caſu noſtro ſolum debetur pecunia debita pro decima, & decima pars fructuũ ex agro empto ob generalem rationem, quod ex fructibus decima debetur Eccleſiæ, iuxta ſuperius dicta. quod ex *Cap. Paſtoralis* colligi poteſt. vt benè, & eleganter Suarez *à num.* 12. quem ſequitur Fagundez *lib. 3. cit. cap. 4. à num.* 5. contra Panormit. *d. cap. Paſtoralis. de decimis.*

QVÆRES IV.

Ad quem Iudicem cauſa decimarum pertineat.

6 HAnc quæſtionem prætermiſſam voluit Suarez *c. 38. à num.* 16. tantum ait, quando agitur de Iure decimarum, vel de difficultatibus, aut dubijs circa ſolutionem pertinere ad Iudicem Eccleſiaſticum. nec eſſe admittendas vllas limitationes, niſi de aliquo priuilegio conſtet, ac propterea eſſe cauendos, Couarr. *cap.* 33. *in Prac. & lib. 1. var. cap. 17. num.* 8. Rebuff. *q. 10. de decimis.* & alios apud ipſos, cum inclinent plus quam oporteat in fauorem fori ſæcularis. Contra verò, quando non agitur de decimis, vt tales ſunt, ſed de fructibus iam ſolutis, qui poſtea ſint furto ſublati, vel in temporales vſus applicati, tunc earum cognitio poteſt apud Laicos tractari, quando conueniendus non eſt Clericus. Hæc ex Suario. *l. cit.* quem laudant, vt plurimum citand. DD. addẽdum tamen puto eius doctrinæ, hæc:

7 Dico primò, communis ferè doctorum ſententia eſt, vt quando quæſtio eſt Iuris decimarum. v. g. an ſit aliquis Priuilegiatus, &c. pertineat ad forum Eccleſiaſticum. quandò verò facti, vt an Petrus ſoluerit decimam, poſſit etiam tractari apud Laicos. Ita tenet Zerol. *Epiſ. par. 1. ver. decima §. 6.* Seraph. *deciſ.* 1047. *nu.* 3. Cabel. Luſit. *deciſ. 63. num. 4. par.* 2. Bern. Græue. *ad prac. cum Imper. l.* 1. *Conc.* 38. Monet. *cap. 8. hic.* Gomeſileo *dec.* 49. Ceuall. *in tr. de cogn. per viam viol. p.* 2. & alij quos refert Barboſ. *de Iure Eccl. lib. 3. cap. 26. §. 4. num.* 1. Fagund. *lib. 3. in 5. prac. Eccl. c. v. nu.* 1. Caſtrop. *pun. vlt.* Trullench. *l. 3. cap. 3. dub. 7. num. 11. & 12.* vbi addit, nec Iudicem ſæcularem ſimul cum Eccleſiaſtico poſſe de lite Iuris decimarum cognoſcere, quod etiam tradit Bonac. *pun. 6.* hic *nu.* 2. alios citans, & bene addens neq; per compromiſſum poſſe Laicum cum Iudice Eccleſiaſtico. *cap. contingit. de arbitris.*

8 Dico ſecundò, quando decimæ datæ ſunt Laicis in feudum earum, cognitio pertinet tantum ad Eccleſiaſticos, quia pendent à Iure ſpirituali. Ita Feder. Sen. *con. 245. num.* 1. Azor. *inſt. mor. par. 1. lib. 7. cap.* 39. Monet. *de decimis. cap. 8. q. 1. num.* 15. Fagun. *l. c. n.* 5. Rota *in rauuen. emp. yt.* 28. *Maij.* 1631. quam refert, & ſequitur Barboſa *l. c. num.* 3. contra Couarr. *prac. q. cap. 35. num. 2.* Guttier. *pr. quæ. lib. 1. quæſt.* 14. Caſtropal. *loc. citat. num.* 8. quando in perpetuum ſunt con-

conceſſæ, quem ſequitur Trullench. *l. cit.* cum Fran. Hieron. Leon. *deciſ.* 3.

9 Dico tertiò, etiam Iudex Eccleaſticus cognoſcit de poſſeſſione decimādi, nam poſſeſſio, quæ eſt temporalis trahitur à re ſpirituali. Ita Bero. *in rubr. de Iud. nu.* 71. Cauet. *conſ.* 258. *nu.* 8. Rolan. *conſ.* 72. *nu.* 35. Couarr. *pr. c.* 35. *n.* 1. Gutier. *can. c.* 14. *n.* 26. Rota *in d. Rauennat.* Duar. *ad Bull. Cœn. l.* 2. *ca.* 15. *q.* 19. *n.* 47. Barboſa *ſup. num.* 3. Caſtrop. *n.* 8. dicens id certiſſimè tenendum; quamuis aliqui oppoſitum ſentiant. benè verū eſt, quod ad effectum remiſſoriæ, cauſa decimarum, pertinet tantum ad forum ſæculare, vt in deciſ. Rot. *legion.* D*ecimarum* 4. D*ecem.br.* 1615. ſtatutum eſt, & alibi.

10 Dico quartò, ſi Laici conueniantur ab Eccleſia, vt ſoluant decimas, & ipſi ſe tuentur priuilegio, vel præſcriptione, tunc poſſunt ad tribunal ſeculare recurrere, vt eos defendat, quando Eccleſia prætendit eos non habere priuilegium, vel non eſſe legitimam præſcriptionem, quia tunc videtur eſſe quæſtio facti. Ita Caſtrop. *l. c. num.* 7. quamuis Couarr. & Gutierr. ſupra cum Carolo Graſſalino, *l.* 2. Regal. Fran. *in Iure* 7. quem refert Fagund. *ſup. num.* 9. (dicens *n.* 10. ſe non audere eam ſententiam condemnare) abſolutè putent poſſe.

11 Dico quintò, conductor decimarum, ſi conueniatur ob penſionem non ſolutam, non poteſt coram Eccleſiaſtico conueniri, niſi id in cōtractu fuerit expreſſum, quia illa cauſa non eſt, neque de facto, neque de Iure Eccleſiaſtica. Ita Couarr. & Caſtropal. ſupra contra Fagund. *l. c.* putantem eſſe fori mixti.

12 Quomodo autem procedatur in cauſis decimarum vide Piaſecium *prax. Epiſc. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 59. Rotam *deciſ.* 14. *num.* 2. *de decim. in nouis.* Maranta *de ordin. Iudic. par.* 4. *diſp.* 9. *num.* 179. & alios apud Barboſam *d. cap.* 26. *§. vltim.* aſſerentes ſummarie, & ſinè Iuris ſolemnitate poſſe procedi, etiam contra aduocatos, & alios impedientes ne decimæ ſoluantur.

Dicò ſextò, poſſe etiam regulares in cauſa decimarum ad Iudices conſeruatores recurrere, quādo nimirum eis aliquis moleſtiā inferret, ac vellet contra eorū priuilegia ex eorum prędijs, &c. decimas, & caperet propria auctoritate, quia infert manifeſtam iniuriam. cum agat contra priuilegia, per ea, quæ notat Peyr. *in conſt.* 5. *Greg.* 15. *§.* 6. *à num.* 35. Lezana *t.* 2. *cap.* 10. *à num.* 22. Tamburinus *de iur. Abb. t.* 3. *d.* 17. *q.* 2. *num.* 12. apud quos habes quomodo procedendum ſit à cōſeruatoribus Iudicibus, quæ omitto, quia huius materiæ propria non ſunt: ſed communia Iudici conſeruatori in omnibus cauſis regularium, ad quas ſe poſſunt extendere.

QVÆRES V.

Quæ ſint pœnæ impoſitæ contra non ſoluentes Decimas.

13 RESpondeo, præter excommunicationem infligendam contumacibus, de qua cum Suario dixi in in hac *diſp. num.* 1. aliæ aſſignantur à Doctoribus infra cit. quas addo Suarij dictis.

14 Prima eſt priuatio ſepulturæ, ex *cap. probibemus. de decimis.* ſecunda excommunicatio ipſo facto incurrēda Religioſis, qui dolo, & ſcienter dicunt aliqua verba ad retrahendos Parochianos, ne decimam ſoluant, ex *Clem. cupientes de pęnis.* Vnde non incurritur hæc excommunicatio, ſi Religioſus mandet alicui, vt illos ſuadeat. tertia, eſt ſuſpenſio ipſo facto ab officio prædicationis, niſi admoneant pœnitentes, vt ſoluant decimas, quando à Rectoribus Eccleſiæ de hoc fuerint requiſiti, & ſi ante admonitionem, concionem habebunt, excommunicationem incurrent. *d. Clem.*

15 Quarta eſt excommunicatio contra Religioſos, ſiuè moniales, ſiuè Equi-

Digitized by Google

equites militares, qui verè ſunt Religioſi, vt Sancti Ioannis Melitenſis, detinentes, & vſurpantes ſibi decimas, non pertinentes ad ipſos, vel prohibentes ſolui decimas ex animalibus ſuorum familiarium, vel ex alijs, quæ cum ſuis permiſcentur, nec intra menſem non deſiſtunt ab hac ſuaſione; nec intra duos menſes poſt admonitionem reſtituunt vſurpata. *in Clem.* 1. *de decimis*, vide Gambarup. *de Caſ. reſer. cap.* 11. *num.* 7. Rebuff. *quæſt. vltima. num.* 16. hìc. Iul. Lauor. *var. lucubr. tom.* 1. *tit.* 2. *num.* 48. Suarium *de Cenſ. diſ.* 23. *ſec.* 5. *num.* 37. & *diſp.* 31. *ſect.* 6. *num.* 9. Bonac. *quæſt.* 8. *pun. vlt. diſ.* 2. *de Cenſ. & pun.* 12. Filinccium *tract.* 14. *num.* 128. Barboſ. *cap.* 26. §. *vlt. lib.* 3. *de Iur. Eccleſ. à num.* 19. varios referentem: nam plenam harum pœnarum diſcuſſionem faciam *in tract. de cenſuris.*

15 Tantum noto, quod Religioſi vt dicebam debent requiri à Paſtoribus Eccleſiæ, vt admoneant pœnitentes de ſolutione decimarum, & Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. Regul. reſol.* 50. *nu.* 8. addit hanc requiſitionem à Parochis debere fieri Dominica prima, quarta, & vltima Quadrageſimæ, & in feſtis Aſcentionis Domini, Pentecoſtes, Natiuitatis S. Ioan. Bapt. Aſſumptionis, & Natiuit. B. Mariæ; quod ſi loquamur de prædicantibus eſt probabiliſſimum, nam textus ait, *vt quoties populo prædicabunt in prima Dominica, &c.* at loquens de Confeſſarijs non ita dicit. quamuis alij hanc limitationem abſolute non apponant, ad quos videtur inclinare Barboſa *de off. & poteſt. Parochi p.* 3. *c.* 28. §. 4. *n.* 22.

16 Vtrum autem Vicarius Generalis imponere poſſit interdictum perſonale contra renitentes ſoluere decimas, vide Aloyſ. Ricc. *p.* 4. *d.* 380. *in deciſ. Cur. Archiep. Neap.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS

DE OBSERVATIONE SABBATI, AC DIERVM FESTORVM.

QVoniam ad cultum Dei inter alias circumſtantias tempus requiritur, de quo diuinum in Decalogo, & humanum in Eccleſia extat præceptum. De hoc breuiter agemus, proponentes omnes feſtiuitates, quas Eccleſia celebrat, aſſignando antiquitatem, rationem inſtitutionis, & modum.

DISPVTATIO I.

An Præceptum de obſeruantia Sabbati impoſitum in tertio Decalogi Præcepto, Sabbata Sanctifices, *hodie ſine peccato poſſit obſeruari.*

1 RESPONDEO negatiuè. peccant enim nūc mortaliter, ac ſuſpecti ſunt de Iudaiſmo quicumq; Sabbatum obſeruant eo modo, quo Iudæi obſeruabant; nam Eccleſia abſolutè prohibet illam obſeruationem ex *cap.* 1. *& cap. peruenit. de conſecrat. diſ.* 3. nec in memoriam creationis voluit illum diem obſeruari cum feſtiuitate: ſed cum abſtinentia à carnibus, feſtuſq; dies poteſt die dominico haberi, vt dicemus, tum ob creationem, tum ob hominis reparationem, ratio eſt, quia lex vetus nō ſolum mortua eſt poſt Chriſtum, cum data ſit vſque ad eius aduentum ex D. Paul. *ad Galat.* 3. ſed etiam eſt mortifera, nec poteſt etiam quo ad alia feſta ſine peccato obſeruari, quia adueniente luce Euangelij, debuit vmbra ceſſare.

2 Neque *c. licet. de ferijs.* traditæ doctrinæ obſtat. ſolum enim ibi Alexander III. dicit tam in veteri teſtamento, quam in nouo fuiſſe approbatum morem deputandi ſeptimum diem ad quietem, intellige tamen in veteri fuiſſe Sabbatum, in nouo Dominicum diem; & quamuis Chriſtus Dominus, & aliqui Apoſtoli eo tempore quo lex vetus erat mortua, Sabbatum obſeruauerint, tamen non approbarunt illam pro tempore legis gratiæ, ſed vt cum honore ſepelirent. ſic etiam intellige illud *Actor.* 20. *&* 1. *Corinth.* 16. & illud *vna ſabbati* ideſt prima poſt Sabbatum iuxta communem Doctorum expoſitionem præſertim Hieron. *lib. con.* Vig. *cap.* 5. *& epiſt.* 150. *ad Hebidiam q.* 4. hæc Suar. *lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 13. quem ſequuntur Caſtropal. *tr.* 9. *de rel. diſ.* 2. *p.* 1. Fagundez *lib.* 1. *cap.* 1. *&* 2. *de* 5. *Eccleſiæ Præceptis.* Bonac. *diſ.* 5. *de* 3. *Decal. præc.* qui multos citant.

QVÆRES I.

Quomodo à Iudæis Sabbatum obſeruabatur, ſeu præceptum erat obſeruari.

3 REſpondeo Præceptum Sabbati fuiſſe partim morale, partim cæremoniale. morale quidem quatenus præcipiebat externum cultum Dei, ex quo imbibitum erat, vt aliquod tempus diuino cultui deſtinarent, nec aliud opus præcipiebatur tunc exequendum, ſed tantum ceſſatio ab omni opere, quæ ex intentione præcepti, & illud obſeruantium ſatis erat

Digitized by Google

erat religioſa. vnde materialiter eſt negatiuum, formaliter verò in ratione cultus, quatenus per ceſſationem ab omni opere externo ſanctificabatur tempus illud erat poſitiuum, & ſi ante legem Moyſis præceptum de obſeruatione Sabbati non obligabat, quamuis ex Abulenſ. *q.4.in Gen.2.* ex tunc Deus in ſua mente dedicauerit illum diem, poſueritque fundamentum illius diei ſanctificationis.

4 Fuit etiam præceptum illud cæremoniale, primò, quatenus rememorabantur beneficia creationis. *Exod. 20.* Secũdò quatenus ſingulis hebdomadis ſeptimus dies aſſignabatur, incipiendo à primo die creationis, qui per particularem Dei reuelationem ſciri potuit, Sabbatumque eſt vocatus, quod ſonat requiem. Tertiò quia per viginti quatuor horas integras debuit obſeruari per ceſſationẽ ab omni opere etiam neceſſario ex *Leuit.23.* quę circumſtantia fuit tantum de Iure diuino poſitiuo. Ita Suar. *d.c.à n.1.* quem præter ſupracitatos Doctores ſequitur Paulus Layman. *lib.4.trac.7. cap.1.* & alij paſſim.

DISPVTATIO II.

Explicantur dies feſti ab vniuerſa Eccleſia conſtituti, & obſeruati.

1 CErtiſſimum eſt apud Catholicos eſſe in Eccleſia poteſtatem ininſtituendi dies feſtos in honorem Dei, Chriſti Domini, ac Sanctorum, eamque reſidere in ſolo Papa, vel per ſe illos decernente, vel approbante tacitè, aut expreſsè conſuetudinem totius Eccleſiæ; ſimiliter apud Catholicos conſtat conuenienter impoſitam eſſe obſeruationem feſtorum tempore legis gratiæ; nam licet Chriſtus Dominus per ſe illam, non inſtituerit, tamen non prohibuit. Nec obſtat, quod cæremonialia præcepta legis veteris ſint abolita, cum enim cõtinuerint rationem quamdam moralem, & lumine naturæ conformem ſecundum illam poſſunt permanere, vt eſt in caſu noſtro de obſeruantia feſtorum (vt ſupradiximus,) quam Eccleſia *tit. de ferijs*, & *de conſec. diſ.3.* præcepit. neque D. Paulus huic doctrinæ aduerſatur ad *Galat.4.* vbi ait. *Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos, timeo vos ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis.* & ad Coloſſen. *2. nemo vos iudicet in cibo, & potu, aut in parte diei feſti, aut* Neomeniæ, *aut Sabbatorum.* non inquam contradicit feſtorum obſeruationi; ſed Gẽtiles iam complures repræhendit, quod obſeruantias Iudeorum vellent ſuſcipere, vt S. Tho. ex S. Auguſt. & alijs docet ibi. Videte Bellarm. *lib.3. de cultu Sanctor. c.10.* varios hæreticos in hac re impugnantem. Suarez *ca.2. & 3.* vbi hæc habentur fuſius. iam ſingulos dies explicemus.

De feſtis ad cultum Dei immediatè ſpectantibus.

2 VNus præcipuè dies eſt initio cuiuſcũq; Hebdomadæ ad Deum ipſum, vt Deus eſt, Trinus, & vnus, colendum propter ſe, & ſuam excellentiam ab exordio Eccleſiæ inſtitutus; vnde olim in eo Pręfatio de Trinitate cantabatur ex *microlog. de Eccl. obſeru. c.60.* (quamuis ad maiorem reuerentiam in quadam peculiari Dominica, dies Trinitatis obſeruetur,) diciturq; ſpeciali prærogatiua dies Dominicus à Chriſto Domino; qui reſurrectione ſua diem illam conſecrauit. vt patet ex Patrum antiquiſſima traditione. Euſeb. *lib.4. demonſ. Euang. c.18.* Clemen. Alexandr. *lib.7. conſ. c.31. & 37.* Iuſtin. *Apol.2. pro Chriſt.* Auguſt. *ſerm. 251. de tempore.* eſtque *Canon. 65. Apoſt.* prohibens ieiunium in illa die ob celebritatem ipſius.

3 Et quamuis hoc feſtum ſit ab Eccleſia inſtitutum, vt communis ferè Doctorum opinio docet, tamen ita eſt affixum huic diei, vt moraliter mutari non poſſit, ob peculiares rationes, ob quas mota fuit Eccleſia ad illud determinandum in Dei obſequium. præcipua eſt, quia Chriſtus

Digitized by Google

Domin' in illa die reſurrexit ex Aug. *ſer.* 154. & 251. *de temp.* Leon. Papa *Ep.* 81. *ad Dioſc.* & alijs, vel quia in eo die Spiritus Sanctus aduenit. Chriſtus natus eſt, & circumciſus, ſtella Magis apparuit, &c. ex Canon. 8. Trullano, Auguſt. ſupra, & alijs. ſimiliter conſtat eo die mundum fuiſſe creatum, & manna de Cœlo datum ex Auguſt. *d. ſer.* 251. Beda *lib. de off. Eccleſ. cap.* 1. & alijs. hæc Suar. *cap.* 4. quem omnes ferè recẽtiores ſequuntur. Caſtropal. *tom.* 2. *tract.* 9. *diſp.* 2. *pun.* 1. Bonacina *diſp.* 5. *de* 3. *Decal. Præc.* Fagundez latè *lib.* 1. *de* 5. *Eccl. Præc. à cap.* 2.

De feſtis ex præcepto in vniuerſa Eccleſia ſeruandis ad Chriſtum Dominum ante Paſſionem pertinentibus.

4 PRimum eſt feſtum Incarnationis, quod appellatur feſtum Diuinę, ſiue Dominicę Matris in Cõcil. Tolet. 10. *cap.* 1. & inter ſolemnitates B. Virginis meritò communiter annumeratur, tamen principaliter eſt feſtum Perſonæ Incarnatę; vt feſtũ Cõceptionis Virginis, licèt ad magnam D. Annæ gloriam fuerit, ſimpliciter dicitur feſtũ Virginis; Et quamuis nullum ſit pręceptum in iure expreſſum de eo feſto obſeruando, ſed ſolum generaliter fuerit compræhenſum, *in c. p.* 1. *de ferijs*, tamen certum eſt eſſe multò antiquius in obſeruatione, vt conſtat ex Epiſt. Leonis ad Epiſcopos Siciliæ *cap.* 2. Auguſt. *in ſerm.* 18. de Sanctis. Andr. Hieroſol. Petr. Chryſol. & alijs.

5 Solet autem hoc feſtum in Hiſpania obſeruari ex d. Conc. Tolet. 17. *Decemb.* Mediolani olim fiebat *Domin.* 4. *Aduen.* communiter tamen eodem die, quo peractũ eſt 25. *Martij* obſeruatur.

6 Secundũ eſt feſtũ Natiuitatis, quod ab Apoſtolis inſtitutum eſt ex perpetua, & immemorabili Eccleſiæ traditione habetur. *cap. vlt. de ferijs*; & quãuis die Dominico Chriſtus Dominus natus fuerit, tamen fuit conueniẽs, vt expleto anni circulo ſemper 25. Decembris celebraretur, & ſic nõ potuit ſemper cadere in die Dominico. Vnde cum Nicephor. *lib.* 17. *hiſt. cap.* 28. dicat Iuſtinum Imperatorem hoc feſtum inſtituiſſe, intelligendus eſt, ex tunc auxiſſe celebritatem, vt notat Bellarm. *lib.* 3. *de cultu Sanctorum. c.* 16.

7 Tertium eſt in *d. c.* feſtum Circumciſionis, quod ſine dubio antiquum eſt in ſolemnitate ex Beda Homil. *tom.* 7. Leon. *d. Ep. ca.* 2. & alijs, & vt aduertit Duran. *lib.* 6. *rat. off. c.* 15. hoc feſtum etiam Virgini eſt dicatum; ſolebãtque olim duas Miſſas cantare, vnam de Myſterio, alterã de Virgine.

8 Quartum eſt feſtum Epiphaniæ, quod, & in *d. c.* habetur, & ex Apoſt. tradit. ac valdè fuit ſolemne propter manifeſtationem Chriſti Magis factam, & propter declarationem diuinitatis Chriſti à patre factã. ex Clem. *lib.* 5. *cap.* 12. & 8. *c.* 33. *conſtit.*

9 Quintum eſt feſtum Præſentationis *in cap.* 1. *de Conſ. d.* 3. meritò inter Chriſti ſolemnitates poſitum, cum is ſit ratio primaria talis feſti. appellatur etiam feſtum Purificationis, & inter ſolemnitates B. Virginis, preſertim iuxta ordinem Romanum recẽſetur. eſt tamen valdè antiquum, tam in Græcia, quam Romæ, & fortaſsè ante Iuſtinum I. & Sergium Papam inſtitutum; ſed à Iuſtino Conſtantinopoli occaſione peſtis renouatum, & à Sergio Romæ ad tollenda Gentilium Lupercalia, vt notat Baron *à nu.* 701. *n.* 3. vide Azor. *to.* 2. *lib.* 1. *c.* 18.

10 Sextum eſt feſtum Transfigurationis, de quo variant Doctores, quãdo fuerit inſtitutum in Eccleſia Latina. Probabile eſt ante Calliſtum III. quoad officium incæpiſſe, quoad obobſeruationem ſub præcepto tempore Calliſti ob inſignem victoriam eodem die reportatam à Chriſtianis ad Belgradum, vt ait Platina in eius vita; verum tamen eſt, quod non vbique ex præcepto ſeruatur, ſed tantum in aliquibus partibus ex conſuetudine.

Digitized by Google

11 Solent aliqui ponere ſeptem dies Paſſionis, qui ante Reſurrectionem præcedũt; verum quamuis olim fuerint ex præcepto, hodie tamen non obſeruantur. neque dies Paraſceues, ſeu Veneris, aut Iouis Sancti, eſt in obſeruatione ſub præcepto videndi Miſſam, aut abſtinendi à ſeruilibus, nec pro toto die, nec pro parte vſque ad Miſſam v.g. fit enim hoc ab aliquibus ex pietate, & deuotione. nec *l. c. vlt. de fer. & l. omnes. Cod. de ferijs*, præcipitur obſeruatio talium dierum vndequaq; ſed ſolum à ſtrepitu iudiciorum, ſecundum quam conſiderationem à Iuriſtis ponuntur feriæ vindemiales, ſeu ruſticæ, aut temporales indultæ ob vindemias, vel meſſem, quibus etiam adde repentinas, quæ ſc. à Principe ob aliquam occaſionem v.g. ſuum natalem, vno vel alio die præcipiuntur, hæc omnia Suar. toto *c.* 5. Cuius doctrinam recentiores aut expreſſe ſequuntur, aut ſupponunt.

De feſtis ad Chriſtum Dominum poſt Paſſionem pertinentibus.

12 INter hæc præcipua feſtiuitas eſt Paſcha, quæ vox ab Hebræis deſumpta nunc vſu Eccleſiæ ſignificat ſolemnitatem illam, qua celebramus Chriſti Reſurrectionem, non iure diuino, vt aliqui putant, ſed tantum humano ex Apoſtolorum, & continuata Eccleſiæ tradirione; immò initio impoſitionis hnius feſti, tota hebdomada obſeruabatur. vt ait Clem. *lib.* 8, *conſtit.* c.33. hodie tamen ex generali conſuetudine dies Dominicus cum duobus ſequentibus obſeruatur, tamquam feſtus, cæteri vt feriati à Iudicijs, vt cum Suar. *c.* 6. iam notant omnes de hac feſtiuitate.

QVÆRES I.

An Paſcha die Dominico ab omnibus celebretur, & cur ita ſit.

13 REſpondeo affirmatiuè, idq; meritò factum eſſe ex totius Eccleſiæ conſpiratione, tam enim in Oriente, quam Occidente, & Romæ eodem tempore id ſtatuerũt Epiſcopi in diuerſis Prouincijs congregati, vt refert Euſebius *lib.* 5. *Hiſt. cap.* 22. & tandem Concil. Nicæn. ad hunc potiſſimum finem congregatum id ſtabiliuit, teſte Epiphan. *hæreſ.* 56. *&* 70. & Ambros. *Ep.* 83. & alijs. adeo, vt, qui ſẽtiret eſſe illicitum, celebrare feſtum Paſchatis ſẽper in die Dominico, vel non eſſe peccatum, nunc alio die Paſcha celebrare, ſit hæreticus, cum ſentiat contra infallibilẽ Eccleſiæ auctoritatem, vel ſi dicat nunc non extare hoc præceptũ, vel non obligare, quod eſt contra Concilia, & traditionem Eccleſię, eſſetq; pluſquam temerarius, qui doceret hunc ritum non eſſe magis conuenientem, quia id ſupponitur à Sanctis Patribus, & Decretis Eccleſiaſticis.

14 Ratio potiſſima, ob quam Eccleſia id ſtatuit, fuit, ne coincideret cum Iudæis in celebratione Paſchatis, & ſicuti fuit conueniens mutare Sabbatum in Dominicam ob gloriam Reſurrectionis, & ſpem noſtræ Reſurrectionis; ita multo magis fuit conueniens feſtum ipſum Reſurrectionis non celebrare extra Dominicam. vnde Auguſt. *Epiſt.* 119. *ad Ianuar. cap.* 14. iubet attendi triduum Sacratiſſimum Crucifixi, ſepulti, ſuſcitati; & *cap.* 15. addit *ex Euangelio; quia iam manifeſtum eſt, quo etiam die, Dominus Crucifixus ſit, & in ſepultura fuerit, & reſurrexerit*, adiuncta eſt etiam earum obſetuatio per Patrum Concilia, & orbi Chriſtiano perſuaſum eſt eo modo Paſcha celebrari oportere. Hæc Suarius *lib.* 2. *de diebus feſtis cap.* 6. *à num.* 15. & infra citan. DD.

QVÆRES II.

Quo potiſſimum die Dominico ſit celebrandum Paſcha.

15 REſpondeo in eo, qui eſt poſt Decimam quartã Lunam, ſeu poſt qua-

Digitized by Google

quatuordecim dies Lunæ primi mēſis anni Lunaris, qui eſt inter Martium,& Aprilem,qui ſemper erat circa æquinotium vernum, exiſtente Sole in Ariete ex communi ſententia, quam tradit Anatholius apud Euſebium *lib.7.bis.cap.26.vel 28.*benè verum eſt;quod apud Hebræos non omnis menſis, in quo cadit æquinoctium eſt primus, nec etiā nunc apud nos,vnde aduertendum eſt,adhoc, vt ſcias quo menſe poſſit Paſcha celebrari nec ne, quod ſi æquinotium cadit in 14.die menſis, vel in quacumq; alia die antecedente v. g. 13. vel 12. tunc menſis ille erit primus, in quo poteſt Paſcha celebrari; at ſi decima quarta dies menſis Lunaris antecedit æquinotium,tunc menſis ille vltimus eſt,& Paſcha in eo celebrari non poteſt. ita docet Clauius *in Apolog. noui Kalen.lib.*1.*c.*1.& alij ſupponentes eſſe diuinam inſtitutionem ex cōmuni Hebræorum, & Eccleſiæ traditione habitam;

16 Ratio aſſertionis eſt, quia Eccleſia non celebrat ſuum Paſcha,ante æquinotiū vernū ex *Præcepto Apoſt. Canon.* 8.quia tunc non eſt primus menſis;at Eccleſia obſeruat primum menſem ad celebrandum ſuum Paſcha, non vt Iudæi obſeruabant in recognitionem beneficij in Ægipto accepti, ſed in repræſentationem mortis, & Reſurrectionis Chriſti Domini,cum autem Chriſtus non mortuus fuerit, & reſurrexerit ante æquinoctium, non debet tunc Paſcha celebrari.

17 Neq; celebrat in ipſo Æquinoctio, quia nunquam celebrat in 14.Luna, ſed poſt illam ex Apoſtolica traditione, confirmata in Concilio Nicæno; ne in hoc;cum Iudæis coincidat;cum enim Chriſtus mortu' fuerit poſt 14. Lunam. ſi Chriſtiani ſuum Paſcha celebrarent, in 14. Luna, viderentur imitari ceremonias Hebræorū, quod vetitum eſt in *Can.69. Apoſtolorum.*

18 Deniq; neq; poteſt multum differri poſt 14.Lunam;nam aliàs nullum eſt certum tempus pro Paſchæ celebratione. tempus autem intra quod poteſt celebrari eſt hoc: ſi loquamur de diebus menſis primi lunaris non poteſt eſſe vltra ſeptem dies poſt 14. Lunam; quia cum debeat eſſe die dominico immediatione ſequenti poſt 14.Lunam,ea poteſt incidere die dominico, & ſic celebratur Paſcha poſt ſeptem dies.loquendo autē de menſibus ſolaribus,non poteſt Paſcha celebrari ante 22. Martij, nec poteſt eſſe poſt 25.Aprilis, quia cū æquinoctium vernum cadat 21. Martij moraliter loquendo,& iuxta Eccleſiam,(quæ in hac rē non procedit iuxta exactam aſtronomiam, cum ad ſuum myſterium non ſit neceſſarium) poteſt hic dies cadere Sabbato,& Paſcha erit 22. vel feria 6.& ſic Paſcha erit 23.Martij. ſimiliter poteſt 14. Luna primi menſis cadere in 18. April. qui dies poteſt eſſe Dominicus, & in eo non poteſt Paſcha celebrari vt diximus;ne cum Hebræis coincidamus, & ſic debet transferri ad Dominicam ſequentem nempe ad 25. Aprilis.remanet ergo, Paſcha celebrandum eſſe die Dominico immediate ſequenti poſt 14.Lunam, nec vltra differendum. ſola autem,& omnia nouilunia quæ incidūt ab 8. die Martij. vſq; ad 5. Aprilis incluſiuè eſſe Paſchalia,quę in vniuerſū ſunt 29. nempe 24. quæ ſuperſunt ex Martio & 5. Aprilis.videte Clauium *lib.*1.*cap.*1.*fol.mihi* 16.*in Apologia*, Calend. Rom.

19 In hac re duo ſunt aduertenda.Primum eſt.ab omnibus ſeruandum eſſe diem hunc in celebratione Paſchę per totum orbem,etiam ſi alijs Regionibus tardius, alijs citius ſurgat æquinoctium vernum, nam debet ſeruari Æquinotiū ab Eccleſia deſignatum, quod eſt iuxta Regionem Iudææ, vbi Chriſtus mortus eſt, & reſurrexit, & ad Summos Pontifices ſpectabit omnes amouere difficultates.

20 Secundum eſt. quod ſi 14. Luna incidat in die Sabbati debet Dominica ſequen. in 15. Luna celebrari Paſcha,etiam ſi ille dies ſit primus azimorum,& Iudæis ſolemnis, nam Eccleſia nō obſeruat, vt feſtiuam veſperam

ram

ram illã Lunæ 14. vt Iudæi faciebant, & ſic cum illis non videtur concordare. Hæc ex Suario *toto cap.6.* ſequitur Layman *tr.7.lib.4. cap.1.* vbi citat Bellarm.*lib.3.de Sanctis. c.12.*

21 Vbi *num.7.&* 8.circa finem,aduertit Ioannem Euangeliſtam,quem dicunt obſeruaſſe Paſcha in 14. Lunã, non potuiſſe illam conſuetudinem pro tota Eccleſia ſine Petri conſenſu tradere; idque tunc iudicaſſe expediens ob occurrẽtes aliquas rationes, quæ potuerunt variari, nec Irenæum, qui obſtitit Victori Papæ volenti excommunicare Aſianos ob id, quod Paſcha celebrabant in 14. Luna. obſtare noſtræ Doctrinæ, nam vel tunc non erat tam clara obligatio, vel putauit illo tẽpore eſſe diſſimulandum ob maiora incommoda vitanda.

De feſto Aſcentionis, & Pentecoſtes.

22 SEquitur poſt Paſcha feſtum Aſcẽſionis, eſtque ſatis antiquum; ex Clem.*lib.5. c.18.* poniturque in *c. vlt. de ferijs,& c.1.de conſ. d. 3.* debet celebrari in die Iouis in Hebdomada determinata,quia tunc 40.dies poſt Reſurrectionem complentur, & ſic neceſſario eſt mobile. rogationes, quæ præcedunt,non ſunt ſub præcepto feſtiuitatis obſeruandæ, vt iam omnes docent.

23 Decimum in ordine inter Chriſti feſtiuitates,prout etiam Clem. 8. ponit *lib.8.c.33. & d. c.vlt.* eſt Aduentus Spiritus Sãcti, quia ipſe Chriſtus Spiritum Sanctum promiſit, eoque die ſuum adimpleuit promiſſum, eſtque antiquiſſimum, vt ex Patrum concionibus conſtat, multique volunt à Paulo fuiſſe,etiam celebratum; non tamen eſt de Iure diuino, ſed habet maximum fundamẽtum in eo, quod Pentecoſtes apud Hebręos fuit de Iure diuino,& cũ fuerit figura huius feſti,& legis nouę promulgationis,iam ceſſauit, ſolumq; eſt Eccleſiaſticum, habens magnam immutabilitatis rationem, vt de Paſcha diximus, celebraturque per tres dies continuos à Dominica incidente in quinquageſima die poſt Paſcha.

24 Colitur etiam ab Eccleſia magna feſtiuitate feſtum Corporis Chriſti feria 5. poſt Octauã Pentec. inſtiturum ab Vrbano IV. poſt mille, & ducẽtos annos à Chriſto nato.& in Iure habetur *Clem.vn.de Relig.& vener.Sanctor.* approbatur à Concil. Trident. *ſeſſ. 13. cap. 5.*

25 Denique inter feſtiuitates Chriſti Domini meritò poteſt numerari Inuentio S.Crucis die 3. Maij, quam inuenit ex peculiari Dei inſtinto Helena Mater Conſtantini Imperatoris tempore Sylueſtri Papæ poſt fidem, & conuerſionem ipſius, cuius Inuentionis hiſtoriam habes in Euſeb. *in Cronic.ann.* 325. Paulin. E*p. 11. ad Seuerum ſupplicium.* Sozomen. *lib.2.c.1. & lib.2.* T*ripart. cap.18.* quod ſanè feſtum merito ab Eccleſia celebratur, arrepta hac occaſione, tum quia in ipſa Cruce ob Chriſtũ ibi mortuum eſt ſufficiens fundamẽtum obſeruantiæ, tum quia in illa Inuentione multa Dei beneficia illam reſeruantis intactam, & reuelantis initio pacis Eccleſiæ; & quamuis ſummiſtæ dicant hoc feſtũ eſt in Iure poſitum. C. *Crucis.diſ.3.* tamen non eſt adeo certum, cum illud Caput nõ ſit Euſebij Papæ. vbi dicit Gratianus,nam is mortuus eſt ante Victoriam Cõſtantini reportatam ex Maſſentio, vt docet Baronius poſtquam fuit Inuentio Crucis. Certiſſimũ tamẽ eſt, valdè antiquum eſſe,vt conſtat ex *Ord.Rom.*& Martyrologio Bedæ.

De feſtis B. Mariæ Virginis.

26 OMiſſis Annunciationis, ac Purificationis feſtis, de quibus ſupra. Prima B. Virginis feſtiuitas eſt Conceptio ipſius,quę ſane potuit piè ab Eccleſia ſub præcepto inſtitui. ſicuti de fide eſt Iure optimo aliquas inſtituiſſe feſtiuitates in honorem B. Virginis Matris. Verum; quamuis *Extr. Graue nimis* excommunicentur ij, qui dicunt non eſſe licitum Virginis

nis Conceptionem celebrare, tamen non eſt latum præceptum ab Eccleſia de obſeruatione huius feſti, ſed in aliquibus partibus, vt hìc Panormi, ex pietate, & deuotione, ſeu conſuetudine obſeruatur.

27 Secunda eſt Natiuitas eiuſdem, de cuius initio non conſtàt; quamuis ſit certiſſimũ in aliquibus partibus fuiſſe ante mille annos eius dies celebrata, nunc tamen ex conſuetudine, & Iure cõmuni. *c.1.de conſ. diſ.* 3. eſt obſeruanda ſub præcepto ab vniuerſa Eccleſia.

28 Tertia eſt feſtiuitas Aſſumptionis, quæ ſeruanda eſt ex præcepto Iure communi, & indubitata Eccleſiæ traditione, non tamen Iure diuino, vt putauit Ioannes Andreas *cap. licet. de ferijs*. licèt moraliter conſuetudo non poſſit præualere contra obligationem huius Præcepti, nam eſſet valde irrationabilis. ex Sylu. ver. Domin. *q.1.§.7.*

29 Ceteræ autem Virginis feſtiuitates, vt eius Præſentatio, Viſitatio, S. Marię Maioris, ſeu ad Niues non sũt ex præcepto pro tota Eccleſia ſeruandæ, ſed ſolum vbi extat conſuetudo. Videte Suar. hæc habentem. *cap.8.*

De feſtiuitatibus aliorum Sanctorum.

30 PRæter Dei, ac B. Virginis feſtiuitates, de fide eſt poſſe Eccleſiam alias in honorem Sanctorum, non ſolum cultu ciuili, qualis eſt in Natalitijs Principum, ſed cultu Religioſo inſtituere; fuitque proculdubio Apoſtolorum traditio aliquorum Sãctorum feſtas obſeruare, quas antiqui Chriſtiani ob nullam incommoditatem celebrare omittebant, teſte Euſebio *lib. 7. alias* 19. vt colligitur ex Tertull. *lib.1. de coron. mil. Cypr. Ep.*34. quod meritò ab Eccleſia factum eſſe oſtẽdit Auguſt. præſertim *lib. 20. c.21. de ciuit. Dei.* his verbis. *Populus Chriſtianus memorias Martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum conſocietur; atq; orationibus adiuuetur. ita tamen, vt nulli Martyrum, ſed ipſi Deo Martyrum; quamuis in memoriam Martyrum conſtituamus altaria.* de facto autem ſequentes inſtituit.

31 Prima eſt Feſtiuitas Sanctorum Angelorum ſub nomine Sancti Michaelis in menſe Septembri: nam illa, quæ eſt Maij in honorem eiuſdem S. Michaelis, ſiue antiquior ſit, ſiue non, non eſt ſub præcepto.

32 Secunda Natiuitatis S. Io. Baptiſtæ, quæ merito per vniuerſam Eccleſiam ex Apoſtolorum traditione celebratur, cum videatur habere fundamentum in verbis Archan. *multi in Natiuitate eius gaudebunt.*

33 Tertia eſt feſtiuitas duodecim Apoſtolorũ, quæ obſeruatur ex antiquiſſimo tẽpore ex Clem. *lib.8.c.33.* & Sancti Pauli, qui ſane fuit inter primos in munere Prædicationis. Aduerte tamen ſub præcepto eſſe feſtiuitates principales, non alias acceſſorias, vt de Petro, & Paulo mors, non Conuerſio, aut Cathedra Antiochena &c. Eccleſia enim non ſolet de alijs Sanctis duas feſtas ſub præcepto obſeruare, niſi de B. Virgine. vbi aduerte feſtum S. Bartholomæi extra Romam celebrari die 24. Auguſti, Romæ verò die 25. forte quia tunc corpus illuc eſt delatum.

34 Quarta eſt feſtiuitas S. Stephani valde antiqua, vt ex Cõcionibus Aug. Fulg. Greg. Nazian. apparet.

Quinta eſt Feſtiuitas SS. Innocen. quamuis Gaetanus putet non eſſe ſub præcepto in vniuerſa Eccleſia; ſed non videtur probabile cum de his celebretur Octaua, at numquam Eccleſia celebrat cum Octaua feſtum Sancti, cuius principalis feſtiuitas non ſit de præcepto.

Sexta eſt S. Laurentij, quod feſtum fuit celebre ſtatim poſt ipſius martyrium, & hæc feſta habentur in *d.c.1. & vlt.* toties repetito.

Septima denique eſt feſtum Sanctorum omnium, quod non fuit ante Bonifac. IV. Nam ab eo initium ſumpſit, cum Pantheon, Templum ſc. apud Ethnicos omnibus dijs dicatũ; in

Digitized by Google

in honorem Virginis Mariæ, & Martyrum conſecrauit.

Præter has feſtiuitates nullorum Sanctorum, aut Sanctarum, feſta ſub præcepto celebrantur per totam Eccleſiam; nam quod aliqua reperiãtur in dictis Iuribus, vt de Sancto Syluestro, & alijs Eccleſiæ Doctoribus non eſt inditium eſſe ſub præcepto, ſed quod celebratur officiũ, ex illis enim teſtibus, niſi conſuetudo Eccleſiæ addatur, non infertur præceptum. quare ſunt omnes feſtiuitates ſub præcepto obſeruandæ 81. ex dictis.

35 Nota primò, cum eodem Suario Commemorationem Defunctorum non eſſe ſub præcepto.

36 Secundo omnes has feſtiuitates eſſe æquales veluti extenſiuè, durant enim ſpatio vnius diei, qui complectitur 24. horas, nec in vno die obligatur quis virtute præcepti ad plures actiones, quam in alio. intenſiuè verò ſunt inæquales, quia quo dignior eſt ſolemnitas, eo maior eſt obligatio ſeruandi illã (non quia ſit peccatum maius, & in cõfeſſione neceſſario aperiendum, quando non generat grauiſſimum ſcandalum eius diei tranſgreſſio) maiorque ſolemnitas inſignis honoris, & lætitiæ addenda; & quod difficilius relaxetur obſeruatio talis diei.

37 Sunt autẽ maiores feſtiuitates. Natiuitas Domini, Epiphania, Paſcha, Aſcenſio, Pentecoſtes, Aſſumptio B. Virg. & Corpus Christi. vnde in his non ſine graui neceſſitate diſpenſandum eſt; & idem dicito ſi alicuius inſignis Patroni alicubi celebretur feſtum. vt Panormi de S. Roſalia. ita Suar. à *d. c. 8 ad* 11. tantum addo eius doctrinæ quod poſt Bullam Vrbani VIII. editã an. 1642. *pro obſeruatione feſtorum*, hæ ſunt feſtiuitates de præcepto ſeruandæ pro tota Eccleſia. dies Dominici, Natiuitas Domini, Circũciſio, Epiphania, cum Reſurrec. cum duabus ſeq. ferijs, Aſcenſio, Pẽtecoſtes, cum duab. ſeq. diebus, Corpus Chriſti, SS. Trinitatis. Inuentio S. Crucis nẽpè Maij mẽſe, Purificatio, Aſſũptio, Annunciatio, Natiuitas B. V. Dedicatio S. Michaelis menſe Septembri, Nat. S. Io. Baptiſtæ, SS. Apoſtolorum, S. Syluestri Papę, & Cõf. S. Ioſeph. S. Annæ. Omniũ Sanctorũ. S. Franc. S. Stheph. S. Laurẽtij Mart. & dies vnius ex principalioribus patronis Regni, vel Prouinciæ vt eſt Conceptio B. V. pro hoc Regno Siciliæ vel principalioris in quacumq; Ciuitate vt S. Agatæ Panormi. Oppido, vel Pago. & ſic duo feſta ſeruantur Panormi nempe Conceptio Virg. ratione totius Regni, & S. Agatæ ratione Ciuitatis.

DISPVTATIO III.

De his, qui poſſunt dies feſtos inſtituere pro aliqua Regione, vel Diæceſi.

1 CVm iam ſupra dictum ſit ad Papam pertinere dies feſtos pro tota Eccleſia inſtituere, nunc reſtat vidẽdum de quibuſdam feſtiuitatibus, quas in vna Prouincia obſeruari videmus ex præcepto, & non in alia, nõ defectu poteſtatis, ſed defectu materiæ, in quam cadit præceptum, vt ſi in iure præcipiatur obſeruatio patroni, dedicationis Eccleſiæ, &c. tunc vbi eſt natalis Patroni debet obſeruari ſub precepto, & non alibi. Verum hodie tale feſtum non reperitur. nam quod *in cap. 1. de conſecr. diſp.* 3. dicitur de obſeruantia Dedicationis Templi, non eſt generalis lex, cum illud Caput non ſit alicuius Papæ, vel Generalis Concilij, & ſic niſi aliqua conſuetudo accedat, vel lex Papæ non obligat pro tota Eccleſia, vt cum Suarez hic *c.* 11. *& c.* 9. *n.* 20, aduertit Caſtrop. *tr.* 9. *diſp.* 2. *pu.* 1. *nu.* 6. & ſupponit Layman *lib.* 4. *tr.* 7 *c.* 1. *ver. Porro.*

QVÆRES I.

An poſſit Epiſcopus ſine conſenſu Cleri, & Populi dies feſtos inſtituere pro ſua Diæceſi.

2 REſpondeo poſſe de Iure cõmuni niſi à Papa prohibeatur, & illud

Digitized by Google

illud præceptum erit obſeruandum, ſicuti alia feſta ab vniuerſa Eccleſia, niſi aliud exprimatur ab Epiſcopo. v. g. ſi dicat pro medio die ſit feſtum. ſolum enim eſt differentia, quod non omnes tenētur obſeruare, ſed tantùm ij, qui in illa Diœceſi, ſeu loco commorantur iuxta dicenda diſput. ſeq. ita Suar. & Doctores citandi.

3 Verum ad hoc vt inſtituat feſtum, duo debent concurrere. Primum eſt vt Sanctus, de quo feſtum inſtituitur, ſit Canonizatus, vel Beatificatus à Papa, nam Epiſcopus non poteſt in venerationē alicuius hominis, etiam cum fama Sanctitatis mortui, diem feſtum dedicare, niſi prius illum venerandum propoſuerit tota Eccleſia ex Alex. 3. *in c. 1. de Relig. & Venerat.* nec inſtitutione feſti addit maiorem certitudinem; ſicuti ſi inſtitueret feſtum de aliquo myſterio ad Deum pertinente, nullam adderet fidei probationem, ſed ſolum obligationem cultus ſuppoſita Fide, & veritate talis Myſterij.

Secundum quod requiritur eſt conſenſus Cleri, & Populi, ad quod ſufficit, ſi multi ex Populo conſentiant, licet plures contradicant ex Abbate *in c. 1. de his, quæ fiunt à Prælatis.* cum Suar. *c. 11. à n. 4.* quem ſequuntur Fagundez *l. 1. c. 3. n. 10. & ſequ. in 5. præc.* Caſtropal. *diſ. 2. p. 1. n. 5.* Auguſt. Barb. *3. p. de Poteſt. Epiſc. alleg. 105. n. 36.*

4 Verum de conſuetudine, Epiſcopi cum cōſenſu aliquorum de Clero, videlicet de Capitulo, ſolent præcepta hæc feſtorum imponere, populo non vocato, & hic cenſetur cōſentire, cum non cōtradicat, vt aduertunt cit. Doc. cum Suario *num. 9.* quem ſequitur Layman. infra cit.

5 At ad feſta à ſe poſita abroganda non indiget Epiſcopus conſenſu alterius; ſicuti nec poſito ſemel præcepto de conſenſu Populi, & Cleri poteſt Populus contradicere. ita Sayr. *Claui reg. l. 7. c. 3. n. 16.* Suar. *l. cit.* quem ſequitur Fagund. *d. l. 1. c. 6. nu. 4.* Barboſ. *d. alleg. 105. num. 37.* Layman. *tract. 7. cap. 1. lib. 4.*

6 Adde his, quæ ex Suario diximus, poſſe Epiſcopum in Synodo ſtatuere feſta ſine populi conſenſu, vel extra Synodum pro vna, vel altera vice. ita Barb. *l. cit.* Fagun. *c. 3. num. 8. & 11.* Caſtrop. *ſub nu. 6.* Gauantus *in Enchir. Epiſ. p. 2. alleg. 105. nu. 39.* Et regulares teneri ad feſta ab Epiſcopo impoſita; nō autem ad ea, quæ Populus vouit, & Epiſcopus approbauit, niſi ex præſcripta cōſuetudine iam obſeruarentur. ſic Layman ſuprà. Pellizar. *trac. 5. c. 4. à n. 9.* Benè etiam addit regulares non teneri ad dies feſtos, non pro tota Diœceſi impoſitos ab Epiſcopo; quia Conc. Trid. ait teneri ad feſtos ſeruandos, *quos in Diœceſi ſua ſeruandos idem Epiſcopus præceperit.* ergo cū materia ſit odioſa, debet ſtrictè intelligi, licet aliunde poſſint obligari ad ſeruanda feſta pro aliqua Ciuitate indicta, nempè ad ſcandalum vitādum; nec in feſtis ab eo inſtitutis pro ſolis regularibus; quia Epiſcopus non poteſt feſta inſtituere à ſolis regularibus ſeruanda: licèt poſſit eos eximere ab obligatione feſtorum pro tota Diœceſi à ſe inſtitutorum, quod autem addit Aldan. *in comp. can. reſolut. lib. 1. t. 31. n. 10.* dicens ſic fuiſſe deciſum ſub die 21. *Iulij* 1629. non poſſe Epiſcopum Religioſos cogere, quoad octauam; ſicuti, nec per obſeruantiam feſtorū mutari regulariū ritus; quoad Miſſas, & cætera Officia diuina celebranda; niſi quod conciones, in quibus feſtorum Euangelijs vti debent, valde placet, & ſequitur etiam Laur. de Peyrin. in conſt. *ord. Minim. t. 1. cōſt. 28. Leonis* 10. *n. 2.* Piaſec. *praxi Epiſ. p. 2. c. 3. nu. 47. ver. dies feſtus,* & alij: ſed diſplicet Sellius *in ſelec. canon. c. 2. n. 11.* quem ſequitur Barboſa *in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 12. n. 9.* dicens poſſe regulares per Epiſcopum cōpelli cenſuris ad obſeruationē feſtorum. nam ſi ſint Mendicantes, qui habent priuilegium ne poſſint excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, vt conſtat *ex comp. priuil. v. exemptio n. 9. 23. & 24.* & in Soc. Ieſu in Bulla Pauli III. *an.* 1549. non poſſunt niſi in caſibus, in quibus

ex-

Digitized by Google

expreſſe cõceditur Epiſcopis, vt procedant contra exemptos cenſuris: at hic caſus de obſeruatione feſtorum nullibi reperitur expreſſus. vide quæ dixi in ſimili. multis adductis ex Sanchez. *lib. 7. de matrim. diſ.* 33. Deniq; noto per Bullam *Vrb. VIII.* latam *an.* 1642. non tolli facultatem hanc Epiſcopis feſta inſtituendi: *nam Papa ait, Eoſdem ordinarios in Domino monemus, vt ad eccleſiaſticam vbiq. ſeruandam æqualitatem ab indictione ſub præcepto nouorum feſtorum ſtudeant abſtinere,* & cum *moneo* importet cõſilium ex Ćened. *ad decret. collet.* 34. *num.* 2. & alijs per Barb. *dic.* 211. non peccabunt aliter facientes niſi tantum venialiter; ſi abſq; cauſa conſilium hoc non exequantur.

QVÆRES II.

An Poteſtas Laica, vt Princeps ſæcularis poſſit feſtos dies inſtituere ſine Epiſcopi conſenſu.

7 Reſpondeo non poſſe. immò, nec de cõſuetudine Laicorum tantum, id poterit introduci. ratio eſt, quia Laici in ſpiritualibus nullam habent præcipiendi auctoritatem *c. cum Laicis de reb. eccl. non alien.* nec conſuetudo non approbata ſaltem tacitè ab Epiſcopo volente etiam approbare obligationem, poteſt eſſe legitima: ſed obſeruatio feſtorum eſt quid ſpirituale ordinatum ad animæ bonum immediatè: ergo. ita Panor. *c. 2. de ferijs n.* 2. Syluest. *ver. Dominica nu.* 2. & alij communiter cum Suar. *c.* 12. *à n.* 2. quem ſequitur Fagund. *l.* 1. *c.* 5. *nu.* 2. & 3. *de præc. Eccl.* Bonac. *diſp.* 5. *de* 3. *præc. decal. q. vnic. p.* 1. *n.* 5. Caſtrop. *d. dis.* 2. *p.* 2. *n.* 9. Lezana *v. feſti dies n.* 7. Aduerto vnum circa hanc Suarij doctrinam, nempè ſi Laici, vt ciues ſunt introducerent conſuetudinem circa obſeruationem feſtorum, ea etiam Clericos obligabit; quia illa conſuetudo cum ſit Ciuitatis adſtringit omnes Ciues. ita Caſtrop. *tom.* 1. *trac.* 3. *diſ.* 3. *pun.* 3. *num.* 6. vbi citat Suar. *l.* 7. *de leg. cap.* 16. *nu.* 12. contra Palud. & alios à Suario relatos. quos videtur ſequi Pellizar. *tra.* 5. *c.* 4. *a n.* 14. vbi ait feſta inducta ex conſuetudine non obligare Regulares, quod mihi durum videtur ſi pro tota Diœceſi ſint inducta; nam eſt ac ſi lex ipſa ſtatueret.

8 Immò quamuis Princeps poſſit aliquando præcipere ſubditis, vt à laboribus mechanicis publicè ſe abſtineant, ad honorem ciuilem, vel communem lætitiam oſtendendam; & etiam ponere pœnam non obſeruantibus feſtum ab Eccleſia, & Epiſcopo impoſitum; tamen non poteſt feſtum ſub pœna cõſtituere, & iuſtè pœnam exigere: quia cum non poſſit legem ferre inſtant in hac materia; neq; poterit pœnam exigere, nec ſubditi peccabunt grauiter tranſgrediendo illud præceptum; nec contra Religionem, ſed tantum contra obedientiam, vel iuſtitiam legalem. ita cũ Suar. Fagun. & Caſtrop. citati *nu.* 7. Trull. *l.* 3. *cap.* 1. *dub.* 2. *n.* 3. Filiucc. *tr.* 27. *c.* 6. *q.* 7. & alij.

9 Contra Anton. Sylu. Say. Em. Sà apud Caſtrop. putãtes poſſe Laicum Principem obligare ad culpam, & ad pœnam, vt ab operibus ſe abſtineant: non autem, vt Miſſam audiant. ſed hi poſſunt intelligi de culpa contra obedientiam, vel legalem iuſtitiam, & de pœna vt dicebam, impoſita ob talem tranſgreſſionẽ, quæ etiã poteſt poni, & exigi à Laico magiſtratu, vt poteſt in alijs etiã rebus, quæ præcipit, & ſic etiã intellige Lezan. *ver. feſti dies n.* 7.

DISPVTATIO IV.

De obligatione, quam habent Peregrini ad dies feſtos ſeruandos.

QVÆRES I.

An Peregrini obligentur ad ſeruanda feſta Patriæ.

Titius eſt Diœceſis Montis Regalis vbi ſeruatur ſub præc. die 25. *Aprilis.* Feſtum S. Marci, quo die ipſe eſt Panormi. vbi tale feſtum non

ſeruatur; quærimus ergo: an ipſe debeat eo die abſtinere ab operibus ſeruilibus, & Miſſam audire, ac ſi eſſet Monte Regali, & quod de præcepto Miſſæ dicimus, idem de ieiunio, & alijs poſitiuis præceptis dicito.

1 Reſpondeo nō teneri. ratio eſt, quia ſtatutum directè, ac per ſe reſpicit territorium, & pacem illius: ergo non cadit in perſonas ſubditas, niſi vt ibi exiſtentes. & ſicuti excommunicatio lata cōtra fures, v.g. in vna Diœceſinō ligat ſubditū, qui furetur extra illā, ex *c. a nobis 1. de ſen: excōm.* vbi Abb. *n.* 11. & alij cōmuniter. ita in caſu noſtro.

2 Similiter ſicuti certum eſt non teneri ſeruare Ieiunium Vigiliæ Sanctę Roſaliæ in dictum Panormi, Panormitanum Peregrinum Meſſanæ, ita nec tenetur ſacrum audire, dum ibi peregrinatur eo die, quo eſt feſtum S. Roſaliæ Panormi. Eſt communis Doctorum ſententia, & præter DD. quos citaui *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 18. ex Sanch. eſt Bonacinæ *diſ.* 1. *de leg. q.* 1. *pu.* 6. *num.* 59. Salas *diſp.* 14. *de leg. ſec.* 5. *num.* 60. Leſſ. *lib.* 4. *de iuſt. c.* 2. *dub.* 8. Caſtrop. *de leg. diſ.* 1. *pu.* 24. *§.* 5. *num.* 1. Pontij *li.* 5. *cap.* 8. *num.* 5. *de matrim.* & aliorum ſequentium in hoc noſtrum Suar. *c.* 13. *lib.* 2. *de diebus feſtis.*

3 Quod etiam verum eſt, quamuis incolæ die feſto, vel eius vigilia exeāt extra ſuam Diœceſim, ſeu Parochiam ad hoc, vt in alia laborent, in qua non eſt feſtum, vt ſupra cit. Doctores tradunt cum Suar. *n.* 24.

4 Idem etiam dicas, ſi præceptum ſit de Iure cōmuni, ſed ibi, vbi quis eſt, non ſeruatur ex conſuetudine, & ſic tranſeuntes per Caſtellam veſcuntur licitè extremitatibus animalium die Sabbati. ita Suar. *c.* 14. *num. vlt.*

QVÆRES II.

An teneantur Peregrini *ad obſeruanda feſta loci, in quo ſunt, quando ea non ſunt de* Iure *communi, & ea non obſeruantur in ſua* Patria.

5 DIco. Peregrinus, qui habitaturus eſt tali loco diuturno tēpore, quo ſufficiat ad acquirendum, quaſi domicilium, tenetur ad feſta loci, vbi eſt. ad acquirendum autem domicilium ſatis eſt accedere cum animo habitandi ibi ad aliquod negotium finiendum, quod moraliter requirit notabilem durationem, vel habitandi aliquo diuturno tempore indeterminato, aut determinato, etiam ſi nō ſit maior pars anni; ſed tanta, quanta prudenter æſtimetur habitator, ad hoc, vt ſeruetur vniformitas cum toto Populo. Probatur quia magnum eſſet abſurdum, quod iſte non teneatur feſta ſuæ Patriæ, nec loci vbi eſt, pro tanto tempore ſeruare, cum tamen ſufficiat ad recipienda Sacramenta, & Indulgentias, vt notat Nauarr. *tract. de* Iubileo. *not.* 32. *ver.* Incolæ. Ita multi, quos retuli cum Sancio *l.* 3. *diſp.* 18. *de matrim.* & præter illos, poſt Suar hìc *cap.* 14. *à num.* 4. tradunt Bonacina *diſput.* 1. *de leg. quæſt.* 1. *p.* 6. *num.* 43. Baſil. Pont. *lib.* 5. *de matrim. cap.* 7. *§.* 1. *num.* 4. Caſtropal. *l. c. §.* 3. *num.* 2. Leſſius *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 47. Fagund. *l.* 1. *cap.* 8. *de* Pr. Eccleſ. *num.* 1. quamuis iſti Doctores præter Suar. loquantur de habitatione pro maiori anni parte, in terminis Layman. *cap.* 12. *l.* 1. *trac.* 4. Pellizarius *trac. v. c.* 4. *num.* 60.

Quid ſi aliquo accedat, reuerſurus ad propria.

6 DIco ſecundò, Peregrinus accedēs in aliquem locum per modū termini v. g. Panormitanus Montem Regalem, vt ibi ſiſtat, & aliquot diebus recreetur, reuerſurus Panormum tenetur per ſe ex vi legis, & Iuriſditionis ad ſeruanda feſta, & ſtatuta illius loci v. g. Montis Regalis, non ſolum ratione conſuetudinis, vt aliqui putāt, aut vitandi ſcandali; Ratio eſt, quia licet vitatio ſcādali ſit occaſio, vel indicium obligationis, non eſt tamen propria ratio obligationis, & cōſuetudo, ſi habet vim legis obligantis in illo territorio, debet eſſe à Iu-

Digitized by Google

Iuriſditione communitatis illius territorij, vel Epiſcopi tacitè, vel expreſsè approbãtis illam, & ſic poteſt obligare etiam ex vi Iuriſditionis, cùm poteſtas, quæ dat vim conſuetudini, poſſit legem ferre; ergo veluti Iure gentium, & ex conſenſu omnium fidelium, & Pontificum introductum eſt in Eccleſia, vt Epiſcopi poſſint obligare habitantes per aliquot tempus, ſicuti in multis caſibus, etiam Princeps ſæcularis poteſt obligare habitantes pro breui tempore v.g. ne deferant arma, ne extrahant merces &c. vt notant Doctores *in l. 1. Cod. de Iuris. om. Iud.*

7 Cõfirm. quia aliàs ſequeretur, quod ſi feſtum eodem die celebretur in ſua patria, Peregrinus neque teneretur: nam non tenetur ex vi legis Patriæ, vt in prima concl. *q. 1.* diximus; neque ex vi legis, aut conſuetudinis loci, vbi eſt: ergo abſolutè nõ teneretur, quod eſt abſurdum ſecundum DD. communiter, (quamuis Ioannes Sancius Recentior. *in Select. diſp. 54. num. 31.* id concedat.) ita Suar. *c. 14. à n. 8.* quem ſequuntur Salas *diſp. 16. de leg. ſec. 4. cou. 4.* Vaſq. *3. to. in 3. p. diſ. 184. c. 3. n. 28.* Baſil. Pont. *lib. 5. c. 7. §. 1. n. 6.* Caſtrop. *diſ. 1. tr. 3. de leg. n. 11.* Fagund. *lib. 1. c. 8. à nu. 14. in 5. Eccleſ. præc.* eſt aſſignata ratio *nu. 6.* non placuerit Lopez de Texeda *l. 1. tract. 2. contro. 18. num. 28.* vbi minus modeſtè ait Suarij aſſignatam diſtinctionem à recta ratione diſcordare; ſed nullam affert rationem niſi verba, & quidem à Religioſo Doctore aliena, ad quæ reſpondere noſtrum non eſt. nec eius placitum volentis indifferenter teneri peregrinos ſeruare leges, & cõſuetudines loci, vbi quomodocumque ſunt, admittitur à Doctoribus communiter, vt videre eſt apud Pellizarium *cap. 4. tr. 5. num. 60.* qui vult non teneri etiam ſi in patria leges illæ ſeruarentur. ſicuti ſeruantur in loco Peregrinationis. vide quæ dixi circa hanc materiam contra Pontium *l. 3. de matr. diſ. 18.*

Quid dicendum, quando ſolum eſt in tranſitu.

8 DIco tertio, Peregrinus, qui ſolum eſt in tranſitu, vt tantum pernoctet, vel quieteat, aut refectionem ſumat, tenetur ſeruare feſta loci, in quo reperitur quo ad negatiuam obſeruantiam, v. g. non laborandi; non autem quo ad poſitiuam audiendi ſc. Miſsã, niſi ſit illo loco toto illo tempore, quod conceditur ad audiendam Miſſam v. g. vſq; ad meridiem. Ratio prioris partis eſt, quia obſeruantia de abſtinendo ab opere ſeruili, obligat ſemper, & pro ſemper intra illum diem; quamuis rarò poſſit eſſe trãſgreſſio mortalis propter breuitatem temporis. poſterioris autem partis eſt, quia illo eſt per modum tranſitus, & ſic non obligatur nec ratione domicilij, nec ratione ſcandali; & quidem prior pars eſt iam communis Doctorum, quos habes ad ſatietatem *in lib. 3. de matrimon. diſp. 18.* Poſteriorem vero docent cum Suarez à *num. 21. d. c. 14.* Caſtrop. *l. c. n. 12.* Salas *n. 50.* Pontius *n. 14.* de qua tamen dixi cum Sanchez *d. l. 3. de matr. d. 18.*

9 Ex his infertur primò, Peregrinum teneri ad feſta &c. quæ obſeruantur in loco, vbi eſt etiã in tranſitu, quando ſunt de Iure communi; ſed in ſua Patria non obſeruantur ex aliqua conſuetudine: & ſic Mediolanenſis ſi fortè ſit extra Mediolanum, tenetur abſtinere ſe à carnibus, & ieiunare primis quatuor ferijs quadrageſimæ; licet in ſua Patria non obligetur; eſt communis etiam inter Recentiores.

10 Infertur ſecundò, tranſeuntem per locum, vbi eſt dies feſtus, non teneri Miſſam audire, etiam ſi ibi celebretur tunc. quia non eſt ibi, ſed tranſit.

11 Infertur tertiò, nec teneri; quamuis quieſcat tempore opportuno ad Miſſam audiendam, ſi eo tempore indiget ad ſua negotia facienda. Cõ-

Digitized by Google

tra verò, ſi moretur toto tẽpore matutino diſceſſurus poſt prandiũ; Idem dic, ſi ſummo mane diſcedat, ſed vſq; ad meridiem non erit extra territorium, vbi feſtum celebratur.

12 Infertur tandem poſſe Epiſcopum punire transgreſſores talis præcepti, vt de facto faciunt, & iuſtè. hæc Suar. *d.c.14. à nu.21.* cum alijs *loco cit.* alia, quæ inquiri poſſunt, & cõtrarias opiniones videte apud me ipſum *in tr. de matrim. diſ. 18. l.3.* vbi Pontio ſatisfacimus.

DISPVTATIO V.

De his, ad quæ obligat Præceptum obſeruandi Dies feſtos.

QVÆRES I.

An, & quo modo obliget Præceptum audiendi Miſſam.

1 Certum eſt extare Preceptũ iam ab antiquo, & fortè ab Apoſtolorum tempore non diuinum, ſed Eccleſiaſticum audiẽdi integrè Miſſam diebus feſtis, ita vt peccet mortaliter, qui illam, aut notabilem partem ſine ſufficienti cauſa omittit; etiamſi non ex contemptu, ſeu non ſepius, ſed ſemel, aut bis omittit. Eſt concluſio certa, & communis; & quidem de ſubſtantia Præcepti conſtat ex *Conc. Agath. in cap. Miſſas. de conſ. d. 1.* quod quamuis ſit prouinciale, tamen ex cõſuetudine acceptatum fuit vniuerſaliter, obligatque omnes ſæculares, & Religioſos, vt cum Suarez probat Fagund. *l.2.c.1. in pr. Eccl. n.2.* & pro omnibus diebus feſtis: nàm quamuis Præceptum ſit de die Dominico, ad omnes dies feſtos extẽditur ex interpretatione *Conc. Trid. c.35.*

2 De antiquitate patet ex *Can. 10. Apoſt.* ex *Clem. l.5. Conſt. c. vlt. & lib. 7. c.31.* quod autem omittens etiam ſemel peccet; probatur quia cũ præceptum hoc pertineat ad Virtutem Religionis ex ſuo genere eſt grauiſſimum; & ſacrificium Miſſæ eſt materia grauis, niſi excuſet paruitas materiæ, quæ omittitur, aut iuſta cauſa, vt de omnibus poſitiuis præceptis dicitur.

3 Nec ad hoc requiritur conſuetudo, vt aliqui putabant nempe Angelus *v. feriæ.* Roſella *v. Miſſa.* Aſtenſis *lib. 4. tit. 16. c.1. q.1.* Riccar. *quodl. 1. q.19.* & alij. nã ſi vna vice omittere ſacrum non eſt p. m. neque etiam erit m. ſi multis vicibus omittatur, quia ex cõſuetudine committendi peccata venialia non fit p. m. neque ex ea inducitur contemptus, nam aliàs mentiri ex conſuetudine eſſet mentiri ex contemptu, & ſic eſſet m. quod omnes negant. Ita Suarez cum multis, quos ibi citat. *cap. 15. à nu. 1. ad 7.* quem omnes Recentiores ſequuntur. Quæ autem ſit materia grauis, & cauſa ſufficiens ad Miſſam omittendam, aliaque huiuſmodi videte apud Recentiores paſſim. & Suar. *in 3. par. t.3. diſ. vlt.* nam quę diximus ad noſtrum inſtitutum ſatis ſunt.

QVÆRES II.

Pro quo tempore obliget hoc Præceptum.

4 Reſpõdeo ſolum obligare pro illa hora, poſtquam non poteſt amplius Miſſa inueniri, quia tunc eſt vltimus termin' obligationis, etiamſi Miſſa dicatur poſt meridiem, vel ſtatim poſt mediam noctem, nec alia futura ſit; nam præceptum audiendi Miſſam abſolute obligat, vt die feſto Miſſa audiatur, & conſequenter virtute cõceditur, vt poſſit differri, quãdiu alia Miſſa poteſt videri, & ſtatim obligat, quando alia non eſt futura, vnde tenetur quis anticiparè horam. ita Suar. *d.c.15. n.8.* dicẽs eſſe omniũ. Sed hæc intelligo loquẽdo ex vi precepti: nam probabile eſt non teneri aliquem virum delicatum media nocte ſurgere ad Miſſam audiendam, ſed excuſabitur, ac ſi non eſſet Miſſa in eo loco, cum præcepta Eccleſiæ non obligent cum tanto rigore; ſicuti com-

communiter excuſatur ab auditione Miſſæ, quæ diceretur loco diſtanti duobus milliaribus præſertim tēpore æſtatis, aut hiemis, vel ſi ſint fœminæ hone tæ cōditionis, & pedites ire deberent. vnde nimis rigoroſe loquitur Pacius Iordani *tract.* 1. *l.* 11. *n.* 82. dum ponens excuſationem ab audiēda Miſſa ratione diſtantiæ dicit ſi diſtet per ſex millia paſſuum hoc eſt ſex milliaria.

5 Vnde non poteſt incola v. g. Montis Regalis mane diſcedere die feſto non audita Miſſa, ob id, quod Panormum eſt perventurus, vbi nō eſt dies feſtus, ſed tenetur anticipare, & videre Sacrum. quia hæc videtur eſſe cōſuetudo populorum niſi forte expectandum eſſet vſq; ad meridiem pro Miſſa; nam videtur graue onus non poſſe exire ad ſua negotia. hæc eſt Suarij ſententia ſane pia, & probabilis. ſed vide quæ dixi *lib.* 3. *de Matrim. diſp.* 18. Tantum aduerte perperam dixiſſe Texedam *lib.* 1. *tr.* 2. *contr.* 18. *ſ.* 2. *iuncto* 13. Suarium docuiſſe oppoſitum eius quod docet hic *cap.* 15. *n.* 10. licet falſo ipſe dicat *cap.* 13. *nu.* 6. nam Suar. *cap.* 13. *n.* 5. qui eſt vltimus proponēs hanc difficultatem ex Natarr. ait *de hoc dicemus commodius infra cap.* 15. *fine*; vbi traditam à nobis doctrinam aſſerit, & contrariā ex Sāncio dicit eſſe ingenioſe excogitatam: neq; alibi de hoc caſu loquutus eſt vt cū aliquo fūdamēto potuerit Lopez. de Texeda aſſerere quod Suar. *re melius cōſiderata paulo poſt nobiscū fatetur*.

QVÆRES. III.

An in die feſto teneamur alias ſacras actiones præſtare ex præcepto.

6 RESpondeo nō obligari ad alium actum ſiue internum, ſiue externum preter Miſſæ auditionem. eſt communis Doctorum. & cum Suar. tradunt Caſtrop. *diſp.* 2. *de obſeru. feſt. pu.* 4. *n.* 1. Bonac. *di.* 5. *de* 3. *Decal. prac. q.* - *n.* dicentes eſſe communem, & certam.

Inferuntur aliqua notatu digna.

7 VNde patet primo, quod ex vi præcepti Sanctificandi dies feſtos, non obligantur fideles ad communionem Paſchatis, ita vt ſi Miſſam audiant, quamuis nō ſe communicent, non peccent contra præceptū obſeruandi dies feſtos.

8 Secundo nec tenentur ad alias orationes fundendas in Miſſa, vel domi, (etiam quando non poſſunt ad Miſſam accedere ob occupationes, infirmitatem &c.) ſed tantum aſſiſtere debent, & attendere ad ea, quæ à Sacerdote fiunt. quod ſi aliqui Canones videntur docere eſſe obligationem de oratione fundēda, ſunt intelligendi de conſilio.

9 Tertio neque tenentur ad audiendam Concionem, vnde falsò dicunt aliqui potius in die feſto eſſe Miſſam omittendam, quam concionem, nam auditio concionis eſt tantum de Cōſilio, vt patet ex Tridentino *ſeſſ.* 24. *de reform. ibi. vbi commode fieri poteſt.* & licet præcipiat Epiſcopis, & Prælatis, vt ſaltem in omnibus diebus Dominicis, & feſtis ſolēnioribus concionem habeant populo ſiue per ſe, ſiue per alios, ſed non eſt cum tanto rigore, vt ipſi ſemper teneātur, & quamuis ipſi peccarēnt, non habendo concionem, non peccabunt Populi non adeundo, dum habent concionem; & *cap. Sacerdote, de Conſ. diſ.* 1. dū dicit, *Excommunicetur qui egreſſus de auditorio fuerit, dum concio habetur*: intelligi poteſt de egrediente cum contēptu, & ſcandalo. Hæc Auguſt. *lib.* 5. *Homil. hom.* 26. dum ait nō eſſe minus Verbum Dei, quā Corpus Chriſti, nec minus reum eſſe Verbum Dei negligenter audire, quam Chriſti Corpus indigne tractare. vt Gratianus *c. Interrogo* 1. *q.* 1. deducit, loquitur de concione; ſed de Verbo Dei ratione veritatis æternæ, & neceſſariæ ad ſalutē, vt ait Bellarm. *lib.* 2. *de Euch. c.* 24. *circa fin.* & quamuis ſit neceſſarium interdum corpore audire Verbum, tamen nec oportet fieri

Digitized by Google

fieri die feſto, neque pertinet ad eum colendum.

10 Quarto neque ex vi huius precepti tenentur fideles oblationes offerre, niſi prout ſupra diximus *in lib.* 1. *de eſſ. religionis.*

11 Quinto neq; tenentur, vt putauit *Scot.* 3. *d.* 27. *a.* 1. ad amorem Dei ſuper omnia, aut ad actum contritionis, vt putauit Angelus *ver. feriæ. n.* 43. nam præceptum Eccleſiæ eſt de cultu mere externo vt fuit Sabbati obſeruatio ex Caetano 2. 2. *q.* 122. *a.* 4. & homo etiam in peccato poteſt Deo vacare aſſiſtendo Miſſæ, & illo modo orando, neque ex eo quod in die Sabbati dicebatur *Leuitic.* 16. & 23. *Affligetis animas veſtras.* Id in præcepto Eccleſiæ eſt obſeruandũ; iam enim feſtum illud omnino ceſſauit, atque adeo ſolum præcepto ſanctificandi feſtos ab Eccleſia impoſito tantùm ad Miſſæ auditionem tenemur, loquendo de actionibus poſitiuis, & quamuis totum reliquum tempus quis cõſumeret fabulando &c. non peccaret contra hoc præceptum. Hęc Suarez *c.* 16. qui videndus eſt in 3. *p. tom.* 3. *diſp. vlt.* quem ſequitur Bonacina *diſp.* 5. *de* 3. *præc. Decal. q. vn. p.* 2. Fagundez, & Caſtropal. ſupra cum omnibus Recentioribus.

DISPVTATIO VI.

De actionibus prohibitis necne in die feſto.

1 SVpponẽdum eſt Præceptum hoc abſtinendi aliquo modo ab operibus corporalib⁹ eſſe valde antiquũ, & multo ante quædam Concilia Prouincialia, & Iura, quę circumferuntur vt ſexta Synodus *cap.* 8. *Conc. Aurel.* 3. *cap.* 27. *Conc. Antiſ. c.* 16. *c.* 1. *de ferijs c. conqueſtus &c. licet eod. tit.* nã Auguſt. expreſſe habet. *ſer.* 251. à Sanctis Patribus conſtitutum, & mandatum eſſe Chriſtianis, vt in ſolemnitatibus Sanctorum, & maxime Dominicis otium haberent, & pro Sanctis Patribus exponit Apoſtolos, & viros Apoſtolicos: meminit etiam Hieronym. *ep.* 22. *ad Euſtoch. c.* 15.

2 Secundo valde diuerſum eſt hoc præceptum, prout datur, & obſeruatur à Chriſtianis, ac illud quod à Iudæis in Sabbato obſeruabatur, in hoc enim facile diſpenſatur cum ſit humanum, in illo minime, erat enim diuinũ. rurſus diuerſo modo à Chriſtianis obſeruatur, ac à Iudæis: illi enim eo die ſoliti erant abſtinere à cibo, & potu, ab vxoribus, à balneis, & omni occaſione gaudij, & delectationis. vt notat Abul. *num.* 29. quæ in alijs feſtiuitatibus non ſeruabant; at Chriſtiani hæc facientes vituperatione eſſent digni, atque adeo D. Greg. *epiſt. l.* 2. *epiſt.* 3. docet contra fidem eſſe otium Sabbati ad literam cuſtodire, etiam ad modum otiandi, damnatq; dicentes non licere corpus lauare de Dominico, nec ſolum poſſunt illa opera exerceri in die feſto, quæ præueniri nõ poſſunt, ſed etiam alia, quæ poſſunt præueniri. Hæc Suar. *cap.* 1. *l.* 2. *tract.* 2. quem omnes ſequuntur.

Explicatur quid ſit opus ſeruile, & liberale, & an detur opus neq; liberale, neque ſeruile.

3 TErtio opera Corporalia externa ſunt duplicis generis, nempe ſeruilia, & liberalia, hæc ſunt omnia illa, quibus immediatè animus excolitur, vt legere, loqui, docere, & ſimilia. Seruilia ſunt ex D. Tho. *in* 3. *d.* 37. *ar.* 5. *q.* 2. *ad* 2. ad quorum exercitium ſeruos deputatos habemus, & per mechanicas artes dirigi poſſunt, quibus vnus homo poſſit alium iuuare in aliquo opere corporali. Vbi aduerte non ideo dici, quod opera ſeruilia ſint, quibus vnus homo alteri ſeruit, quaſi vero non ſint talia, ſi fiant in commodum proprium; ſed quia ſeruitus eſt ad alterum proprie; nec ideo dicitur habere ſeruos deputatos quia nomine ſeruorum intelligantur mãcipia; ſed abſolutè intelligitur quilibet famulat⁹ corporalis vt bene Suar. *cap.* 20. *l.* 2. *tract.* 2. cuius doctrinam ſe-

Digitized by Google

ſequitur, ac ſupponit Caſtropal. Fagundez cum alijs Recentioribus infra citandis. Exempla operum ſeruilium ſunt omnes artes mechanicæ, vt ars ſutoris, ſartoris, ferrarij, fabri lignarij, aurificum, barbitonſorum texentium telas, vel ſerica &c. huiuſmodi, nam actiones, quę veniunt in controuerſiam infra examinabimus.

4 Vnde patet probabilius eſſe non dari quædam opera, nec ſeruilia, nec liberalia, quæ ſi inducant rationem ſeruilem ſunt die feſto prohibita, ſi vero rationem liberalem, ſunt permiſſa, vt putauit Gaetan. 2. 2. *q.* 122. *a.* 4. cum multis. nam ſicuti inter hominem ſeruum, & liberum nō poteſt dari medium, ſic nec inter opus ſeruile, & liberale, neque poteſt id fieri ob relationem ad mercedem, vel lucrũ, vt dicemus, & ipſe Gaetanus concedit, neque ex continuatione temporis, aut laboris augmento. nam Eccleſia prohibet opus ſeruile, non laborē, & ſic qui volueret libros ſtudēdo maxime defatigatur, & tamen ſeruile opus non agit. nec D. Thom. *d. q.* 122. *a.* 4. hoc docet. ſed tantùm ait, opera artium liberalium non dici ſeruilia, ſi nō ſint propria ſeruorũ, vt ſerui ſunt: ita Suarez *cap.* 23. *lib. cit.* ſequitur Pellizarius *tr.* 5. *cap.* 4. *n.* 18. *in manual. reg.*

5 At cum ex mente D. Thomæ *l. cit.* quem Suarez ſequitur *cap.* 17. *nu.* 11. triplex opus ſeruile diſtingui poſſit. Religioſum, ſeu ſeruitium diuinum, peccaminoſum, per quod dicitur homo ſeruire peccato, & indifferens ac humanum, quo vnus homo alteri ſeruire ſolet. De his per ſequētes Diſputationes agemus, vt quod ſit vetitũ, quod ve permiſſum diſcernamus.

QVÆRES I.

An feſta violentur per actiones ſeruiles factæ ad Cultum Dei.

6 RESpondeo quando hæ actiones, alias ſeruiles, & mechanicæ. ita ſunt intrinſecæ diuino cultui, vt ex illis quaſi componatur, & exhibeatur immediatè Deo cultus, vel ita propinquæ diuino cultui, vt eodem die requirantur, poſſunt fieri abſque vlla neceſſitate, cum præceptum de non exercendo opera ſeruilia in die feſto, has actiones non comprehendat, quæ ſeruiles non ſunt, cum Deo immediatè ſeruiatur ex D. Th. *d. a.* 4. Gaet. ibi Sot. & alij communiter. quos ſequitur Suar. *loco infra citan.* Exēpla affert Caſtrop. infra v. g. Crucem deferre, organa pulſare, campanas, addo incenſum in thuribulo circumferre, ignem accendere, libros tenere &c. huiuſmodi. ſequitur Pellizarius vbi infra *num.* 35. dum ad Caſtropalum ſe remittit Trullench. *lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 10. *num.* 5. *in decal.*

7 Similiter actiones quæ poſſunt die antecedenti ad feſtum præparari, vt ornatus altaris, veſtium præparatio &c. non ſunt prohibitæ die feſto, cum valdè probabile ſit, non eſſe opera ſeruilia ob rationem dictam, nec ſi fiant, erit peccatum ſaltem mortale, ſicuti nō erit mortale Templum verrere, vel parietes ornare, vias mundare &c. cum materia hæc cenſeatur leuior ex coniunctione ad cultum Dei, & ſi fiat ex obliuione, nulla erit culpa. & hoc abſolute tenent quidam neoterici putantes nec eſſe veniale hæc exercere, quia ſunt pars cultus diuini, quod etiam vſus oſtendit, & meritò addunt licere die feſto lauare purificatoria, calices &c. quia hoc munus non eſt ſeruile, cum ad id deputentur Subdiaconi. ſed hoc eſt intelligēdum de prima lotione, nam alia quam faciunt Laici eſt opus ſeruile.

8 At actiones, quæ remotè cedunt in Templi vtilitatem, vt, ligna ferre, arare pro Templo &c. omnino ſunt prohibitæ die feſto, niſi iuſta adſit cauſa. Ita Gaet. *in d. ar.* 4. Sotus *lib.* 2. *de Iuſt. q.* 4. *ar.* 4. & alij cum Suar. *c.* 21. *à n.* 8. *ad* 13. quem ſequuntur Caſtrop. *diſp. vn. de obſer. feſt. pu.* 9. *n.* 1. Fagund. *lib.* 1. *in p. Eccl. præc. c.* 14. *à n.* 4. Bonac. *diſp.* 5. *de* 3. *Præcep. Dec. al. q. vn. p.* 3. Reginal. *praxi lib.* 19. *à n.* 48. & nouiſſime Pellizarius è Societate Ieſu *tr. v. c.* 4. *ſec.* 1.

Digitized by Google

*ſec.1.n.*19.Trullench.*l.cit.* Diana *p.2. trac.5.reſ.*8. An etiam opera ſeruilia ſint licita ob alias virtutes. v. g. ob proximi charitatem &c. dicemus infra *dis.* 10.

QVÆRES. II.

An per peccata mortalia, feſta violentur.

9 CErtū eſt non violari Præceptum de die feſto ſeruando per quoduis peccatū mortale. Ratio eſt quia opus peccati non eſt per ſe, & quatenus peccatum eſt ſeruile; ſed tantum ſymbolicè, quia ſubijcitur homo per illud Dœmoni; vel cauſaliter quia facit actionem, per quam traditur in ſeruitutem Dœmonis, ergo per peccatum non violatur feſtum, quod obligat tantum ad abſtinendum ab opere ſeruili, vt ſupra diximus. Anteced. probatur, quia peccatum vel non eſt opus, vt eſt peccatum omiſſionis, aut merè internum; v.g. mulierem concupiſcere, vel non eſt ſeruile, vt cum quis mādat alicui, vt Petrum occidat, vel cū fœminam cognoſcit; alias per copulam maritalem in die feſto habitam violatur præceptum.

10 Neque poteſt dici peccatum prohiberi virtualiter, quatenus prohibetur opus reddens inhabilem ad cultum Dei, quod per obſeruationem feſtorum intenditur; tum quia finis præcepti non cadit ſub præcepto, nec præceptum de vno medio v.g. de Iuſtitia ſeruanda, & de alio medio v. g. de miſericordia; nec denique ex eo, quod homo redditur vtcumque ineptus ad cultum Dei, (nam abſolutè nō eſt verum, poteſt enim poſt commiſſam manè fornicationem videre ſacrum &c.) facit contra præceptum de obſeruatione feſtorum, niſi ſe reddat ineptum per opus ſeruile, quod prohibetur, cum ſatis conſtet leges, etiam humanas nō extendi per ſimilitudinem rationis, maximè cum ſint pœnales, & oneroſæ, ergo peccare in die feſto neq; formaliter, neq; virtualiter prohibetur in præcepto de obſeruatione feſtorum, per quod non omnia opera aliàs illicita prohibentur. Sed opera ſeruilia etiam licita ita docēt ex antiquis DD. Gaetan. *2.2.q.122. ar.4.* Sot. *in 4.diſ.18.q.2. ar.4.* Almain. *in 4.diſp.17.q.1.* Victoria *in ſum. de Sacr. tit. de conſ. n.*195. & alij Theol. cum Nauarr. *cap. conſideret. de pœnit. diſ.5. nu.*22. Couarr. *cap. alma. 1.p. §.5. nu.*3. Guttier. *lib.1. Canon.*99.*c.*13. Suar. *hic c.18. à n.3. iuncto n.*12. quem ſequitur Caſtrop. *diſp. vn. de obſer. feſt. p.9. nu.2.* Bonac. *de 3. Decal. præc. diſp.5. q. vn. p.2. in princ.* Fagund. *lib.1. cap.9. in 1. præc. Eccl. nu.2.* Sanch. *lib.5. conſ. moral. c.2. dub.*3. citans Petr. Borgogn. *lib. cōcord. dub.*348. Pedrazam 3. *præc. & alios.*

QVÆRES III.

An ſaltem ſit circumſtantia neceſſario confitenda peccare in die feſto.

11 REſpondeo negatiuè, niſi fortè fiat peccatum in contemptum diei feſti, tunc enim eſt mortale ſacrilegium ex D. Tho. *q.2. de malo a.6. ad* 2. & omnibus citatis Doctoribus. ratio eſt, quia non tenemur omnes partes diei feſti, tamquam Deo cōſecratas reuereri, niſi abſtinēdo ab operibus ſeruilibus, quæ ſunt ſpecialiter prohibita. & ſi peccare in die feſto eſſet peccatum cōtra Religionem, habens hanc peculiarē circumſtantiam, ad ſummum erit veniale, quale eſſet peccatum aliquod externum, & ſic nec eſſet manifeſtanda hæc circumſtantia, ſufficit enim dicere, fornicatus ſum, abſque eo quod dicat in die feſto. hæc Suar. *num.* 16. cum citatis Doctoribus.

12 Quem non attendiſſe ſatis videtur Caſtrop. *num.3. lo. cit.* dum ait quod videtur Suarius affirmare eſſe peccatum contra Religionem veniale die feſto peccare. Sed Suarius ſolùm loquitur de actu externo, quia hic ſe remittit ad ea, quæ dicturus eſt, cum de loco ſacro vbi *cap. 7. n.* 9. docet eſſe veniale contra Religionem actus pec-

peccaminoſus mortaliter extern' in templo factus. Probabile etiam eſt, quod docet ipſe Caſtrop. nullam eſſe culpam, cum nullo modo prohibeatur peccatum ex Religione feſtum ſeruandi, ſed tantum eſſe culpam grauiorem in eadem ſpecie.

13 Non deſunt tamen Doctores graues, vt Alens. D. Anton. Bonac. Med. Corduba, & alij, quos citati Doctores referunt, putantes omne peccatum mortale factum in die feſto habere ſpecialē malitiam ratione temporis ſacri, atque adeo eſſe hanc circumſtantiam fatendam. noſtra tamen ſententia eſt tutiſſima, & in praxi ſequenda.

QVÆRES IV.

An feſtum violetur per opera naturalia & ſeruilia, facta ob pietatem.

14 DIco primo, opus naturale, vt comedere, bibere, copulam habere, lauare corpus, & ſimilia etiam viliora, in die feſto exercitum, non eſt contra præceptum, cum non contineatur ſub opere, quod diuiditur in ſeruile, & liberale; hoc enim eſt aliquo modo artificiale quod per artem dirigi poteſt. Ita Suar. *tract. 2. l. 2. cap. 21. n. 1. & 2.* quem citati Doctores *num. 6* ſequuntur.

15 Dico ſecundo, actiones neceſſariæ ad victum humanum, vt cibos parare, coquere, non violant obſeruationem feſtorum, quia numquam eas Eccleſia prohibuit, nec habuit intentionem prohibendi, dum ab opere ſeruili abſtinere præcepit; atque adeo in ipſa lege de abſtinendo ab opere ſeruili hæ actiones ſeruiles ſunt exceptæ, ex quadam conſuetudine ſic præceptum interpretante: immò illam exceptionem auxit conſuetudo ad actiones aliquas, quę ex vi legis nō ſunt exemptæ, vt ad paſtillos, & alios cibos pretioſos, conficiendos; fructus colligendos, animalia occidenda, excorianda, domum verrendā &c. quæ tamen, quantum fieri poteſt debent præueniri, & non fieri in die feſto. ita Suar. *d. c. 21.* quem ſequitur Bonac. *diſ. 5. in 3. Decal. præc. pu. 3. à nu. 9.* Caſtrop. *pu. 10. hic. n. 3.* & alij, quos citat, & ſeq. Sāch. *lib. 7. conſ. mor. c. 2. dub. 18.* & ſic conſuetudo oſtendit ſine ſcrupulo etiam à fœminis religioſis fieri macherones, & alia huiuſmodi; quod tamen intellige quando fiunt manibus, & non inſtrumento, quo vtuntur iſti artifices vulgo macheronarij, nam hos neceſſitas tantum ad victum vrbi parandum excuſat.

16 Idem eſt à fortiori dicendum de operibus Chirurgorum ſanguinem minuentium, & aliorum infirmis miniſtrantium, quæ licet non deſinant eſſe ſeruilia, vt putauit Gaetan. 2. 2. *q. 122. ar. 4. §. in tertio caſu*; deſinere, ſi fiant ob neceſſitatem; cum ſtet ratio operis ſeruilis coniuncta cum neceſſitate, vel charitate ex Paulo ad Galat. 5. *per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.* tamen ſunt licita in die feſto, vel quia non prohibentur, vel quia neceſſitas cogit. hæc Suar. *d. lo. à num. 5.* quem citati Doctores ſequuntur. ad hos ego reduco artem Aromatariam in medicinis conficiendis &c. nam ob neceſſitatem excuſantur, & qui diſtillant aliquod ſimplex, vel miſtum excuſari facile poterūt quia ad artem liberalem accedere videntur. ita Filiucc. *tr. 27. q. 10. n. 169. cap. 9.* loquens de diſtillante.

17 Dico tertio, opera ſeruilia facta ob pietatem, nēpe ad pauperes ſubleuandos, vt conſuere illis veſtes, panes coquere, ligna portare &c. non ſunt licita die feſto, niſi neceſſitas excuſet, quia v. g. in diebus alijs non facile inuenitur, qui hæc præſtet ſine pretio, aliàs liceret laborare pro lucro, & illud dare in eleemoſynam quod eſt abſurdum. ita Suar. *d. c. 21. à n. 13.* Emm. Rodriquez *ſum. cap. 121. nu. 1. & 2.* Reginal. *prax. lib. 19. nu. 48.* & alij ſupra relati.

18 Contra Sylu. *ver. Dominica q. 4.* Angel. *v. feriæ n. 30.* Em. Sà. *ver. feſtum n. 6. in edit. Complut.* & alios putantes

K in

in differenter fieri poſſe pro loco pio, & publico opera ſeruilia, ſed intelligi debet quando eſt neceſſitas iuxta dicta cum Suario, & citatis Doctoribus, quibus adde Sanch. *in Conſil. moral. lib. 5. c. 2. dub. 23. num* 3. Dianam. *tr.* 4. *reſol.* 171. *p.* 4. vbi affert Villalobos *in Manuali Confeſſ. c.* 22. *n.* 80. dicentem licere ſuere, & alia ſecreto facere ob pietatem, non tamen alia opera maiora, vt ædificare, ſed hæ diſtinctiones videntur gratis.

QVÆRES V.

An opus liberale ſit in die feſto prohibitum, quando fit ob lucrum, vel mercedem.

19 SVpponimus in hac quæſtione cum communi iam ſententia, (quidquid dixerint in cõtrarium aliqui antiquiores Canoniſtę) opus liberale, vt ſupra innuimus eſſe licitum in die feſto; niſi peculiariter in iure prohibeatur; de quo infra dicemus; ita vt poſſit homo totum diem feſtum, (Miſſa tamen audita) in his conſumere ſtudendo, legendo, mathematicas docendo, & ob id lineas ducere ad eius figuras conficiendas, vel etiam addiſcẽdo mechanicas artes tantum quo ad theoricam; non vero quo ad praxim, & vſum, vel dãdo conſilium clientibus &c. ratio eſt; quia Eccleſia has actiones non prohibuit, cum nec Deus eas in lege veteri in omnibus feſtiuitatibus Iudeorum prohibuerit, & meritò, nam ſunt ſuperioris ordinis, quã ſeruiles actiones; nec ita communiter ſolent exerceri; vndè nec vniuerſaliter debuerũt prohiberi, cum leges attẽdant ad ea, quæ cõmuniter accidunt. vide Suar. *c.* 22. *l.* 2. *tr.* 2. cuius doctrina eſt communis, vt nouiſſimè notat Pellizar. *tr.* 5. *man. regul. n.* 18.

20 Quod ergo quærimus, eſt; an hæc opera liberalia licita in diebus feſtis, ſi fiant ex intentione lucri, aut mercedis, ſeu ſtipẽdij, vt mox explicabo, euadant ſeruilia, ita vt non liceat ea exercere in die feſto; ſicuti non licet opera ſeruilia. vbi aduerte, lucrum differre à mercede, & ſtipẽdio, vt genus à ſpecie, nam omnis merces eſt lucrum, non verò omne lucrum eſt merces; merces enim eſt lucrum datum pro ſeruitio pręſtito; ita vt ſeruet æqualitatem cum labore, at lucrum non eſt huiuſmodi, vt accidit in mercatura. his poſitis.

21 Dicendum eſt opera liberalia eſſe licita in die feſto, ſiuè fiant ex intentione mercedis, ſiuè ſtipendij, ſiuè ex intentione lucri, ſiuè lucrũ, aut merces primariò intendatur, ſiuè ſecundariò. Probatur, quia Eccleſia nullibi prohibuit operari propter mercedẽ; niſi in quantum prohibuit opus; ergo ſi opus non eſt prohibitum in ſe vt eſt opus liberale, eſt licitum etiam ſi fiat ex intentione mercedis &c.

22 Confirm. quia, quod opus ſiat in commodum alterius non conſtituit opus ſeruile, vt ſupra diximus; ergo neq; quod opus fiat ex intentione mercedis conſtituit ſeruile: ſed mercẽnarium; et ſicuti pro mercede poteſt intendi honor, et gloria, quo caſu nemo dicet eſſe ſeruile, ſic poteſt pecunia intendi, nec per hoc fit ſeruile. ita Caetan. 2. 2. *q.* 122. *a.* 4. quamuis ipſe aliquas addat rationes, quę nõ videntur conſiſtere cum ſua doctrina. Medina *Inſt. Cõfeſſ. lib.* 1. *c.* 14. §. 8. Lud. Lop. 1. *p. c.* 25. *in ſtr.* Nauar. *man. ca.* 13. Azor. 2. *p. ſum. l.* 1. *c.* 28. *q.* 1. Tol. *lib.* 4. *ſum. c.* 24. *n.* 3. Suar. *c.* 19. *n.* 6. quem ſequũtur omnes fere Recẽtiores. Sãch. *in opus. mor. l.* 5. *c.* 2. *dub.* 6. *nu.* 11. Caſtr. *hic pun.* 5. *n.* 3. circa finẽ. Fagund. *lib.* 1. *c.* 10. *in* 1. *præ. eccl.* vbi plures citat Pelliz. *n.* 17. citat. Villalob. 2. *p. tr.* 32. *diff.* 2. Diana 1. *p. tr.* 1. *miſ. reſol.* 35.

23 Vnde inferunt citati Recentiores cum Suar. licitũ eſſe in die feſto operari ob mercedem opus de ſe ſeruile, quando aliàs eſt licitum ratione neceſſitatis, vel aliqua iuſta cauſa, nam poteſt licitè diſpẽſari cũ operarijs, vt in die feſto laborent v. g. in aliqua Eccleſia conſtruẽda, et tunc niſi liceret pretiũ accipere, vana eſſet diſpẽſatio;

vt

Digitized by Google

vt notat Gaetanus, quis enim gratis laboraret, aut quis damnabit muſicos, & cytharædos in Eccleſijs pro lucro cantantes, aut quis dicet in illis non eſſe principaliter intentionem mercedis.

24 Sunt tamen in hac re duæ ſententiæ. prima dicit opus aliàs liberale ex intentione lucri, aut mercedis non eſſe in die feſto licitum, cum ob illam relationem fiat ſeruile. Ita Ant. Abb. & alij Canoniſtæ in *c. 1. de ferijs.*

25 Secunda concedit opus fieri ſeruile factum intuitu mercedis; nō autem ſi fiat intuitu lucri; quia operari hoc modo eſt operari magis liberaliter. Ita Ang. *v. feriæ n.* 9. Ricciar. *in* 3. *diſ.* 37. *ar.* 2. *q.* 4. Aſten. *lib.* 1. *tit.* 22. *ar.* 4. qui diſtinguūt triplex genus operis ſeruilis materialiter tantùm; nempè opus corporale externum; formaliter tantum, quod ſc. fiat ſolum propter mercedem, etiam ſi materialiter ſit ſpirituale, vt eſt ſtudere; & formaliter, & materialiter, quæ ſanè diuiſio, iam ex dictis ſuperflua apparet.

DISPVTATIO VII.

Examinantur in particulari quædam actiones, num ſint ſeruiles, & per conſequens prohibitæ die feſto, vel ne.

QVÆRES I.

An actio ſcribendi ſit opus ſeruile.

1 RESpondeo negatiuè, atque adeò licet tibi in die feſto ſcribere proprios conceptus, vel alterius, vt diſcas; vel denique alteri ſcribere, vt eius inſtrumentum, quamuis, quæ ſcribis, nō intelligas, & ob mercedem facias. ratio eſt, quia ſcriptio ſine lucro licet, vt omnes ſupponūt, eſt enim ſcriptio locutio permanens, ordinata ad exprimendos conceptus proprios, & gignendos ſimiles in mente loquētis. ergo etiam cum lucro licet, conſequētia patet quia inter ſcriptionem cum lucro, vel ſine lucro, non poteſt alia differentia aſſignari.

2 Confirm. quia poſito quòd actio ſcribendi in ſe ſit mentalis, & ſpiritualis; vt diximus, accidentarium eſt, quod ſcribēs ob alterum id faciat, vel conceptus non intelligat: nam poteſt ſcribere, vt ali' intelligat; alias ſequeretur, quod ſine diſpenſatione non poſſet doctor die feſto vti amanuenſe, ſeu ſcriptore, quod valdè durum eſt. ita Nauarr. *c.* 13. *num.* 14. *sum.* Gaetan. 2. 2. *q.* 122. *ar.* 4. Med. *Inſtr. lib.* 1. *c.* 14. §. 8. Lud. Lop. 1. *p.* I*nſtr. c.* 52. & iam poſt Suar. *c.* 24. communiter recipitur à Caſtrop. *pun. v. hic. nu.* 3. Fagund. *lib.* 1. *in* 5. *prac. Eccl. c.* 11. *n.* 3. & 4. Bonac. *de* 3. *prac. decal. p.* 2. *n.* 25. Sanch. *Cons. mor. lib.* 5. *c.* 2. *dub.* 8. Pellizar. *tr. v. c.* 4. *manu. regul. nu.* 23. Filiucc. *trac.* 27. *num.* 164. quamuis multi ex antiquis Doctoribus, quos referunt cit. DD. oppoſitum ſenſerint, ſed eorum ſententia eſt iam antiquata. Hinc infero poſſe notarios facere ſcripturas publicas, quæ non ſunt die feſto ſpecialiter prohibitæ, vt ſunt pertinentes ad forum iudicialem; & ad mercatum, vt diſ. ſeq. dicemus. nam nec ſcribere eſt prohibitum die feſto, nec reductio in acta publica, quā continet ſcriptura Notarij dum conficit inſtrumentum donationis, v. g. vel teſtamentū, vel inſtitutionē procuratoris ad matrimonium vel ad alios actus non prohibitos die feſto.

QVÆRES II.

An tranſcribere præſertim ob mercedem ſit licitum in die feſto.

3 RESpondeo affirmatiuè, etiamſi quis tranſcribat ſine propria vtilitate diſcendi, ſed tātum ob mercedem. Probatur, quia ſcribere etiam ob mercedem, & non accipiendo vtilitatem diſcendi, non eſt opus ſeruile; vt diximus; ergo neque tranſcribere dicto modo eſt opus ſeruile, & per conſequens eſt licitum. Conſequentiā eſt clara; nam ſcribere ſolùm differt à tranſcribere in hoc, quod

Digitized by Google

ſcribens percipit auribus. quæ ſcribit, alio dictante, & tranſcribens oculis, quod eſt accidentarium. ſi vero ſcribit proprios conceptus, quos deindè tranſcribit ſolum in tranſcriptione adiuuatur ab exemplari: ergo ſicuti ſcribens in prædictis caſibus die feſto non peccat, ſic neque tranſcribens. ita Medina. & Lud. Lopez. cit. Sayrus. *Clau. Reg. l.7.c.2.nu.13.* Suar. *cap.25.* quem ſequuntur Caſtropal. Bonac. Fagund. Filiucc. Pellizarius. *nu. prec.* allegati. Layman. *l.4. Theol. mor. tra.7. c.2.* Gord. *l.6.q.7.c.6.ver. at quid.*

4 Vbi aduerte aliter eſſe dicendum de eo, qui tranſcribit characteres ad imitationem eorum, qui ſunt in exẽplari; hic enim verè non dicitur tranſcriptor, cum non intendat ſenſum mentis ſuæ, vel alterius ſigno ſenſibili ponere, quo ad aliorum mentes deueniat; ſed tantum materialiter imitatur formam characteris; ſimiliter, nec impreſſor, vel compoſitor characterum ad imprimendum poteſt die feſto id facere, cum ſit opus vere mechanicũ, & ſeruile. hęc Suar. *d.c. a n.7.* cui aſſentitur Sanch. infra citandus, dicens idem de his, qui ex officio trãſcribũt libros muſicos, vel priuilegia. & Pellizarius *nu.23.* qui etiam addit eſſe opus ſeruile imprimere aliquam ſcripturam comprimendo manu ſingulos characteres ſeorſim. Sed mihi videtur dicendum oppoſitum, quia verè ibi non eſt ea de fatigatio, qualis eſt in impreſſione, vt fit torculari, atq; adeo videtur eſſe ſicuti ſcribere, vt ſi in multis concluſionibus aliqua verba deeſſent, & ſupplerẽtur illo modo.

5 Similiter iuxta Suarij mentem, & rei veritatem, contra Sancium puto dicendum non eſſe opus ſeruile hæc tranſcribere, quia iam libri muſici sũt ad liberalem artẽ docendam, & mẽtem illuſtrandam, etiamſi tantum notę deſcriberentur, & non verba, vel lineæ ducerentur nam illæ cifræ verbis æquiualent, immò poterit applicare inſtrumentum, quod ingenioſè nuper exhibuit Pat. Athanaſius Cherchen è noſtra Soc. inſignis Mathematicus: licet non poſſit inſtrumentum conficere: quia eſt opus purè mechanicum, & ſeruile. ſaluo &c. ſimiliter qui Breuia tranſcribunt, ſunt veluti amanuenſes Papæ, qui illa dirigit in varias orbis partes. immò etiam licere puto ſalua Suarij pace cuius ſentẽtia eſt valde probabilis, characteres ex exemplari tranſcribere, quod tenent à fortiori DD. infra citandi. addo Dian. *tr.4. reſ.26. par.4.* cum Homob. & Layman infra citan. putare nõ eſſe illicitum die feſto Typographis characteres ordinare ſeu componere, quod eſt probabile, nam videtur eſſe quædam tranſcriptio quæ non fit ſculpendo characteres, ſed tantum ordinando.

6 Sunt tamen in hac re duæ ſententiæ prima dicit abſolutè tranſcribere in die feſto eſſe illicitum; ſic Gaetan. *2.2.q.122.a.4.* Pedraza *3.pr.* & alij. Secunda ait eſſe ſeruile quando fit ob mercedem. ita Sotus. Sylu. Angel. Roſella, & alij. quos ſequitur Sanch. *l.c.n.3.* Addo etiam ex Pellizario *tr.5. c.4. man. reg. n.21.* nõ eſſe prohibitum die feſto corrigere libros prohibitos, v. g. S. Inquiſ. delendo loca, vel pagina conglutinata operiendo, quia vt ait ipſe, per hoc videtur eleuari ad ſpeciem artis liberalis, & idem puto, ſi quis corrigeret librum impreſſum delendo calamo errores, cur enim ſcribere poteſt, & hoc non? licet contrarium teneat Pellizarius.

QVÆRES III.

An pingere ſit prohibitum in die feſto.

7 IN hac quæſtione, quæ ad caſus morales eſt magni momenti ita eſt diſcurrendum, vt nimia licentia vitetur, & ſcrupuli non ingerantur.

Dicit igitur Suar. *l. citan.* opus pingendi eſſe ex genere ſuo ſeruile; & per conſequẽs illicitum die feſto, etiamſi fiat ſine mercede; & animi cauſa, quia hæc pars eſt ſecurior, & rationabilior.

8 Vnde nec ob pietatẽ ſine rationabili

bili cauſa licet, nec ad addiſcendam artem, nec retrahere Imaginē ab alio depictam, niſi fortè excuſet paruitas materię, vel ne quis ſit omnino otioſus, cum non poſſit toto integro die operibus ſpiritualibus intendere. Ita Suar. *c.26. à n.4.* quem ſequuntur in eo quod ait eſſe opus ſeruile. Bonacina *diſ.5. de 3. Decal. prac. p.2. n.25.* Eman. Sà *ver. feſtum. nu.5.* Caſtrop. *hic pu. 5. n.7.* Fagund. *lib.1. c.11. n.10. de 5. Eccl. Prac.* Sanch. *Cōſil. mor. lib.5. c.2. dub.12.* idem dicens de decoloratione librorum vel Imaginum, vulgo *miniare.*

9 Contraria tamen ſententia dicens non eſſe illicitum pingere in die feſto etiam ob lucrum; non caret probabilitate, tum propter Doctorum auctoritatem, eam enim tenet Medin. & Lud. Lop. ſupra cit. putant probabilem Em. Sa, Sanchez, Suarius noſter illam vocat tutam, & rationabilem; nam ſuam, quam tradidimus *num. prac.* appellat tutiorem, & rationabiliorem, & *num.4.* ait rem ſibi videri dubiam. num pingere ſit opus ſeruile; & eſſe licitum abſolutę ex recētior. tradūt Diana *p.4. tr.4. reſol. 62.* vbi citat Homobonū *in conſ. caſuum conſci. vol.1. p.2. rēſ.34.* Laiman. *l.4. tra. 7. c.2. nu.3.*

Iudicium auctoris circa Suarij, & aliorum ſententiam.

10 EGo tamen attētā hominum fragilitate, qui dies feſtos potius ludis prohibitis, & peccaminoſis cōmeſſationibus cōſumunt, abſtrahendo an exercere artem pictoriam ſit verè opus ſeruile, nec ne. putarem non eſſe ſcrupulum iniiciendum ijs, qui pingerent cauſa delectationis, vel retraherent picturas, ſiue penicillo, & coloribus, ſiue lapillo, aut etiam penna, vel deſignarent in chartis ſtatuas, vel machinas, aut domos, quæ poſtea ſunt executioni mandanda, vel recamaturas facerent, ſiue ad diſcendum, ſiue ad exercendum ingenium, vel ad otium depellendum, cum non poſſit toto die orationi vacari attenta humana fragilitate. Et idem eſt ſi acu, & filo aliquas fibras, vel opera Dedalea facerēt, vel etiam auxilio globi. vulgo *acchiaccati, ò guarnitioni alla balla*, vel etiam telam, aut aliud metiendo, vel diuidendo in ordine ad veſtes, paramenta, vel induſia conficienda ſuo tempore, vel ſi quis nobilis adoleſcēs, aut Religioſus, aut Seminarij Alumnus imaginem è cera componat, & coloribus ornet cupiditate addiſcēdi, vel exercendi quod didicit, aut ne toto die ſit omnino otioſus, etiam ſi lucrum inde ſequatur, quia v. g. poſtea vendantur. Ducor, quia hæc, & huiuſmodi opera potius ad liberales artes accedunt, vt ipſe Suarius *hic cap.26. n.5.* concedit de pictura, & per conſequēs multo magis de alijs, ipſaque hominum æſtimatione, quæ multum in re morali promouet, vt docet Suar. ſæpius non habentur vt ſeruilia, præſertim cum fiunt aliquo ex dictis modis, & non ex officio, & arte; ergò. & quidem de pictura, deſignatione, coloratione &c. abſolutè dabunt DD. *num. præ.* putantes probabiliter artem pictoriam non eſſe opus ſeruile, & de actione deliniandi videtur tandem Suarius *num. 6.* illam abſolutè liberalem putare, vbi ait poſſe addi, quod delineare, *non eſt pingere, ſed ſolum memoriam, & mentem iuuare vt poſſit poſtea idolum talis imaginis perfectè formare, & hoc videtur ad diſciplinam liberalem accedere.* Et de exercitio acu pingendi, vel recamandi (Et idē omnino eſt de actione faciendi fibras, vel opera alia Dedalea) docet Armilla *ver. feſtum nu.21.* ſi fiat ad addiſcendum, quem etiam ſequitur Azor. *inſt. mor. tom.2. l.1. c.27. q.6.* Em. Sà *ver. feſtum n. 5.* meritò autem ego extendo non ſolum ad diſcendum, ſed etiam ad otium leuandum, vel ad alium finem, & tantum præſcindo, quando fit ex artis exercitio, vt faciunt aliqui, qui vulgo recamatores dicuntur, & puellæ, quæ hoc exercitio victitant, & operam ſuam alijs locant; quia ſi eſſet actio ſeruilis, nec ad diſcendum

p oſſet

Digitized by Google

poſſet fieri. & ſic conſequenter Suar. negat poſſe fieri, nec ad diſcendum, nec ob pietatem; niſi cauſa neceſſitatis, vel ad modicum tẽpus: ergo cum non ſit actio ſeruilis per Angelum, & alios quando non fit ex officio, & arte ſequitur, quod poſſit fieri, tam ob diſcendum, quam ob alium finem honeſtum, & liberalem, & ob hanc forte rationem Ioannes à Cruce *in direct.conſc.p.1.præ.3.ar.1.num.2.* licet citet Armillam *l.cit.* à me; tamen abſolute docet recamare non eſſe opus ſeruile, quod ego nunc nolo diſcutere, an verũ ſit. quãuis in hoc videatur inclinare Pacius Iordani *l.11. t.1.ſub n.159.* & quidam Recentior in ſuis deciſ. De alijs vero actionibus, telam diuidendi &c. patet, ni fallor, ex ipſa definitione operis ſeruilis ſupra allata; nec enim ad eas ſeruos deputatos habemus; nec hæ dedecẽt viros ingenuos, & nobiles matronas, vt experientia conſtat.

An non eſt hinc inferendum licere ſutoribus corium ad calceos ſuendos præparare diuidendo &c. vel ſartoribus veſtes ſuendas diuidere &c. quia hæ actiones ſunt facientes vnũ, & intrinſecæ arti ſeruili, & mechanicæ, nec eſt facienda extenſio de vno caſu ad alium metaphyſice diſcurrendo. ſaluo &c.

QVÆRES IV.

An iter agere, cantare, ſaltare, & alia huiuſmodi liceant die feſto.

11 RESpondeo affirmatiuè, non ſunt enim ſeruilia; neq; quando fiũt pro longo tempore, neq; cum intentione mercedis ſiuè taxatæ, ſiuè non taxatæ; quia hæ circumſtantiæ non faciunt, vt opus de ſe non ſeruile fiat tale, vt ſæpe dictum eſt; neque ex eo quod longa itineratio prohibebatur die Sabbati apud Hebræos, nunc eſt prohibita, cum Eccleſia hoc non ſit imitata; immò neq; certum eſt illam prohibitionem fuiſſe pro alijs feſtiuitatibus Hebræorum.

12 Adde licitũ eſſe iter agere, ſiuè lectica, ſiuè equo, ſiuè pedibus; & tũc poſſunt onera deferri, vt lecti &c. neceſſaria ad iter. ex conſuetudine, quicquid diſtinguant aliqui Summiſtæ. ita Suar. *c.27.* quem ſequitur Caſtrop. *hic pun. 5.nu.12.* citans Nauarrum Roſellam, Angelum, & Azorium. Diana *par.4. trac.4.reſol.222.ver.notandum.* dicens eſſe communem.

QVÆRES V.

An ſit prohibitum die feſto beſtiam onuſtam ferre, vel currum.

13 RESpondeo nõ licere die feſto iter cum beſtià onuſtà, vel curru inchoare; ita vt ſæpius ſit neceſſarium onera leuare, vel imponere; nam eſt opus ſeruile, & ſolum ex neceſſitate, vel paruitate materiæ excuſatur; at vbi bonà fide inchoatum eſt iter, poteſt die feſto continuari, vel ob Reip. bonum, vel ob nocumentum quod agaſones, & muliones paterentur; ſi in feſto deberẽt quieſcere, & ſic poſſunt muliones beſtias ſine oneribus ducere; quia eſt iter agere: ita Suar. *d.c.27.n.3.* & poſt ipſum Reginal. *to.1. l.19.cap.4.n.50.* Sanch. *conſ. moral.lib. 5.c.2. dub.1.nu. 8.* alios citans. Filiucc. *to.2.tr.27.cap.11.nu.205.* Diana *par.2. tr.15.reſol.36.* Caſtropal. ſupra, & alij. eſto Paſqualigi *deciſ.292.nu. 7.* putet ducere beſtias ſine onere in itinere eſſe opus ſeruile. vnde *n.11.* tantum rationẽ neceſſitatis ait eſſe licitum, ſed ſine ſolido fundamento, nam eius ratio eſt, quod hoc officium etiam recuſatur a perſonis honeſtę conditionis, quæ ratio ſi valeret probaret eſſe opus ſeruile illicitum die feſto poſt equitem, vel alium incedere, & ſic famulos peccare, ſi die feſto per totum diem incedãt poſt currum dominorum portantes enſem domini, & tantum ex neceſſitate excuſari, quod eſt abſurdum, ſed opus ſeruile eſt, quod diximus ex D.Th. & Suar. *d.6.n.3.*

14 Placet tamen quod notat Diana *l.c.* cum Filiuccio, nec Suarius certe con-

Digitized by Google

contradicturus erit, rarò hos eſſe damnandos pecc. mort. quia ſemper erit parua materia in leuandis, vel imponendis oneribus.

15 Vnde infero ex Suarij ſententia *num.*14. relata licere in die feſto molere triticum tam in molendino ex vento, quam ex aqua, & in piſtrino; quia non eſt multùm laborandum à molendinarijs,& ſic intelligo Ludou. Lop. *Inſtr. conſc. lib.* 1. *cap.* 52. Palacios *ver. feſtorum violatio.* Nauarr. & alios, quos refert,& ſequitur Sanch. *loc. cit. dub.* 13. docẽtes abſolutè licere, quod autem negent de piſtrino vulgo, *centimulo*, non placet; cum non videam, quæ ſit maior defatigatio, niſi fortè fiat non iumento; ſed manibus:& hominis ſeruitio. tunc enim planum eſt eſſe illicitũ, ſicut etiam eſt illicitum fila ſerica ducere, vulgo in filatorio; ſicuti non licet triticum purgare cribro per longum tempus cum ſit de ſe ſeruile; contra vero ſi mundetur manibus, non enim videtur opus ſeruile.

QVÆRES VI.

An ſit licitum die feſto venari, aut piſcari.

16 Reſpondeo per ſe eſſe illicitum; quia eſt opus ſeruile, & ſicuti ſcindere ligna in die feſto eſt ſeruile; ita animalia mactare &c. nec illa maior voluptas, quæ eſt in venatione, facit vt opus ſeruile non ſit,& idem à fortiori dicendum de piſcatione. benè verum eſt, quod licet venari, aut piſcari in flumine recreationis cauſa per tres horas, aut amplius ex conſuetudine, quæ in hac re videtur iam introducta, quæ tamen conſuetudo nõ eſt in piſcatione facta in mari niſi in caſu neceſſitatis *ex cap. licet de ferijs.* ita Suar. *c.*28. *an.*2. *ad* 7. ſequitur Fagund. *lib.*1. *c.*11. *nu.*16. *& ſequ. in* 5. *Eccl. præc.* Caſtrop. *l. c. p.* 5. *nu.* 9. & alij contra Nauarr. *c.*13. *nu.*11. Med. Lud. Lopez quos ſequitur Granadus 2.2. *tr.*12. *diſp.*4. *ſect.*7. *n.*65. putantes, non ſolũ venationẽ, etiã ſi fiat, ob lucrũ; ſed nec piſcationẽ ob lucrũ eſſe opus ſeruile, niſi fiat de ferendo retia, remigando &c. & cõtra Sanch. *in Conſ. Moral. l.*5. *c.*2. *dub.* 14. vbi citat Toletum, Palacios, & alios abſolutè dicẽtes nõ eſſe opus ſeruile, ſed commune venari, aut piſcari niſi fortè piſcatio magnam habeat occupationem, & contra Angelum, Sylu. Roſellam, & alios apud Azorium *p.*2. *l.*1. *cap.*27. *q.*7. putantes non eſſe opus ſeruile, ſi fiant ob recreationem.

17 Et ſanè vt ingenuè fatear, licet Suarij ſententia ſit valdè probabilis, cæteræ tamen ſunt ſecuræ in praxi ob DD. auctoritatem quod etiam videtur poſt hæc ſcripta ſentire Pellizar. *tr.*1. *in manu. regular. ca.*4. *ſec.*7. *nu.*26. Et præciſe loquendo de piſcatoribus, hæc ſententia in praxi eſt tuta, nam piſcatores ex officio vel piſcantur ad commodum ciuitatum, & aliorum, vel ne opportunum tempus piſcium omittant,& ſic ſemper licet, alij vero ob recreationem,& ſic conſuetudine ſaltem licet.

QVÆRES. VII.

An actus præliandi, aut digladiandi, vulgo ſchermire, ſit die feſto licitum.

18 Negatiuè reſpondendum cenſeo, eum ſit opus per ſe ſeruile conſiſtens in actuali membrorum vſu, & ſi nobile videtur, id eſt ex fine remoto; quia nimirũ fit ad rempublicam defendendam; ſolum ergo poteſt neceſſitas excuſare à peccato, vt ſi fiat ob defenſionẽ in bello defenſiuo, vel quia tunc commoditas vrget in aggreſſiuo.

19 Idem dicendum de priuata rixa, & duello per ſe non licere in die feſto ob dictas rationes, et niſi conſuetudine eſſet alicubi receptũ, vt ſunt quædam exercitationes, et demonſtrationes militares, quæ fiunt die feſto. hec Suar. ex Abb. & Anton. *cap.* 1. *de ferijs.* quẽ ſequuntur Fagund. *de præc.*

Eccl.

Digitized by Google

*Eccl.p.*1.*l.*1.*c.*17.*n.*2.Filiuc.*to.*2.*tr.*27. *c.*9.*n.*175. Caſtrop.*hic diſp.*2.*p.*5.*n.*11.

20 . Aduerte tamen poſt Suarium ſcripſiſſe Granadum 2.2.*contr.*3.*trac.* 12.*diſp.*4.*ſect.*7.*num.*65.Dian.*tr.*4.*p.*4. *reſ.*229. vbi citant Lorcam docentes, nec eſſe veniale prædicta facere, cum non ſint opera ſeruilia; & de arte digladiatoria iam tradunt Caſtrop. & Fagundez ſupra non eſſe illicitam ob conſuetudinem, & mihi valde placet. ſed diſplicet Paſqualigi *deciſ.*145.vbi *nu.*2.dicit Suar. hic *de relig. putare* eſſe opus ſeruile.& *n.*3.ait Suar. *tra.*13. *num.*24. *de vir. Theol. de char.* putare non eſſe opus ſeruile. ſed Suarius hoc non dicit; ſed tantum ait, *an bellum in diebus feſtis ſit licitum* ex D. Tho. *ar.*4. *reſpondetur licere ſi neceſſitas vrgeat. addit* Gaetanus *ſi audiatur Miſſa non eſſe mortale etiam ſi abſq; neceſſitate fiat; quamuis cenſeri poſſit veniale propter improportionem quamdam*, vbi ergo Suarius dicit non eſſe ſeruile?

DISPVTATIO VIII.

Explicatur quænam opera liberalia ſint die feſto prohibita.

CONſtat ex ſupradictis opera liberalia generaliter licita eſſe in die feſto exceptis ijs, quæ ſpecialiter in iure prohibentur. quare.

QVÆRES I.

Quot, & quæ opera liberalia ſint diebus feſtis prohibita.

1 REſpondeo eſſe tantum quatuor, nempe mercatum: placitum, iudicium ad mortem, vel ad penam, & Iuramentum ita *c.*1. *de ferijs.* & in alijs Iuribus nunc vna, nunc alia ex his actionibus prohibetur, & ſanè meritò prohibētur actiones Iudiciales cum multam trahant diſtractionem; vnde etiā leges ciuiles eas prohibēt diebus feſtis ex *l.pen.ff.de ferijs,* ſimiliter eamdem pariunt inquietudinem mercimonia, ac de ſe per trahunt ad peccatum in emendo, vel vendendo. ex Panormit. *in d. cap. vlt. de ferijs.* hoc poſito.

Circa mercatum.

2 NOta per hanc vocem prohiberi omnes cōtractus emptionis, venditionis, locationis, & per mutationis, quod etiam intellige de rebus neceſſarijs ad victum, & potum, quādo præueniri commodè poſſunt, vel niſi paruitas materiæ, aut communis vſus excuſet: præcipuè verò prohibentur nundinæ, quæ ſolent fieri in Ciuitatibus ſingulis annis aut bis in anno & nundinæ, quæ ſolent fieri in ſingulis hebdomadis, quæ propriè mercatus vulgo appellantur; ac denique priuati contractus facti publica ſolemnitate, bene verum eſt, quod notat Suar. *cap.*30.*n.*2. non eſſe prædicta omnia irrita, ſi fiant, cum lex prohibens mercatum &c. non irritet.

3 Et hoc ſeruandum eſt ex vi Iuris Canonici, quod adhuc ſuam vim retinet, vbi non eſt in contrarium cōſuetudo, quæ ſeruanda eſt, ſicubi ſit introducta, non enim eſt iniqua, vt putant Hoſtiens. & Panorm. (poſito quod Miſſa audiatur) cum lex hæc prohibens mercatum ſit mere Eccleſiaſtica; præſertim quia adſit ratio honeſtans conſuetudinem illam, vt nundinæ fiant die feſto ob commoditatem ruſticorum, & peregrinorū, tam ementium, quam vendentium. Hæc Suar. *c.*29.*à num.*1. *ad*6. quem ſequitur Fagund. *lib.*1.*c.*12.*in* 5.*præc. Eccleſiæ à nu.*1. *ad*6. Caſtropal.*pun.*6. *hic n.*5.Sāch.*conſ.moral.l.*6.*c.*1. *dub.*2. & alij poſt Suarium paſſim, & nouiſſime Pellizarius *tr.v.manu.regul.c.*4. *ſec.*1.*nu.*26. qui in his ad Suarium ſe remittit, qui omnes aduertunt iam ſpectandam eſſe conſuetudinē, cum multa vendantur, videntibus, & patientibus Prælatis, ſolum enim videtur ex conſuetudine prohiberi, ne in publico, aut apertis officinis dicti contractus celebrentur, vt notat Caſtropalaus. *loc.cit.*

Im-

Digitized by Google

4 Immò Sanch. *dub.26.* contra Suar. putat nomine mercatus non prohiberi, niſi venditionem, & emptionem vndè licet die feſto locare domum, equos, & operarios conducere, debita exigere à debitoribus: ire in aliquod oppidum ad exigendas gallinas; & alias res minutas quod eſt valdè probabile; ſequitur Trullench. *l. 3. in dec. cap. p. dub. 9.* Hinc notarij, & ſi non poſſint facere cōtractus emptionis, & venditionis, niſi quando ex cōſuetudine, vel ex permiſſione exercetur mercatus; vt docet ex Sanchez *lib. 5. c. 2. dub. 10. nu. 3.* vel adde ratione neceſſitatis ex Rodriquez *t. 1. c. 122. nu. 3.* tamen poſſunt alios contractus conductionis locationis &c. facere ob dicta *dis. præ. num. 2.*

Circa Placitum.

5 ADuertendum eſt per hanc vocem in Iure Canonico ſignificari forenſe Iudicium, *cap. 1. de fer.* ibi. *nec placitum fiat, nec aliquis ad mortem, vel ad pœnas iudicetur, nec Sacramenta* (1. Iuramenta) *præſtentur.* fortaſſe, quia in Iudicio Forenſi iuxta arbitrium Iudicis legibus regulatum termini conſtituuntur, ac ſententiæ feruntur: terminus autem definitiuus placitum ſolet vocari 2. *Reg. 20.* ibi. *moratus eſt extra placitum, quod ei Rex conſtituerat,* & iuxta Panor. *Placitum* ſignificat Iudicium Ciuile ad diſtinctionem *Iudicij*, quod compræhēdit omnes cauſas criminales; ita Suar. *a n. 6. 1. 2. cir. cap. 29.* quamuis alij DD. poſt ipſum ſupra citati pro placito Iudicium forenſe quodcumq; intelligant, excepto Fagundez, qui in omnibus videtur Suar. tranſcribere.

6 Quare omnes perſonæ, quæ ad iudicium concurrunt vt Iudex, reus, Aduocatus, Tabellio &c. tenentur diebus feſtis abſtinere ab actionibus forenſibus pertinentibus ad ſingulos, licet, ſi contingant, vt Iudex, & partes in diuerſis locis habitent, habenda ſit ratio loci Iudicis; ita vt ſi ibi dies eſt feſtus, Iudicium peragi non poſſit. Cōtra verò Aduocatus, tabellio, &c. ſi alibi, vbi non eſt dies feſtus, reſideant, poſſunt ſuas actiones forēſes ibi facere; ſed Iudex non tenetur indulgere partibus, vt ſeruent feſta ſuorum locorum, & ſic non compareant, quando in loco Iudicij non eſt dies feſtus, nam negotia valdè differentur, vt omnes Canoniſtæ docent, *in c. vltimo de ferijs.* videte Suar. *a n. 6.*

Circa Iuramentum.

7 PRohibetur in diebus feſtis non ſolum iuramentum in Iudicio, ſiue agatur de cauſis ſpiritualibus, ſiue temporalibus, *ex cap. 1. de feriis,* quod generaliter loquitur; ſed etiam illud, quo pacta, & conuentiones inter homines firmantur, præſertim contractus, quos diximus ſupra *nu. 2.* compræhendi ſub nomine *mercatus*; ratio eſt, quia in dicto textu excipitur Iuramentum pacis, ibi. *niſi pro pace*; hoc eſt pro omnibus, quæ tranſiguntur ad lites, & iurgia remouenda; ex Gloſ. *ca. vlt. de fer.* & Pano. ibi. *nu. 14.* Sed iuramentum pacis non eſt Iudiciale, & tamen fuit exceptum, alias fuiſſet compræhenſum in prohibitione; ergo Iuramentum prohibetur vniuerſaliter ſiuè in Iudicio, ſiuè extra. dummodo ſit in aliqua publica actione humana. ita Suar. *d. c. 30. n. 17. & 18.* quē ſequitur Caſtrop. *pu. 8. nu. 3.* Fagund. *lib. 1. c. 13. n. 29. in p. præc.* Ect.

8 Contra Gaetanum 2. 2. *q. 122. ar. 4. §. ſecundum* Layman. *to. mo. lib. 4. tr. 7. c. 2. n. 3.* Dianam *tr. 4. miſc. par. 4. reſol. 62.* & alios putantes nō prohiberi iuramentum extra Iudicium: & contra Panorm. putantem omne Iuramentum prohiberi. Immò Sanch. *Conſ. moral. lib. 5. c. 1. du. 30. nu. 2.* putat licere Iuramenta in cauſis ſpiritualibus, et ſunt omnes hę ſentētię probabiles.

9 Limitatur autem dicta prohibitio, niſi neceſſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat, quo caſu non opus eſt diſpenſatione. neceſſitas intelligitur non ſolū in cauſis ciuilibus, ſed etiam in crimi-

Digitized by Google

nalibus,nec ſolum in cauſis ſpiritualibus; ſed etiam temporalibus; v.g. ſi res peritura timeatur, vel reus eximendus iniuſtè &c. vt *ex l.* 1. *§. ſed excipiuntur de fer.* colligi poteſt.& *l.2.ff. eod.* vbi ſcribentes cum Panorm.Hoſtiens. Gloſſ. *d.c.vlt.* nomine pietatis intelligitur miſericordia pauperum, & indigentia perſonarum, vel etiam pietas ad patriam, & parentes poſita aliqua eorum indigentia; aut deniq; religio, pro qua poteſt etiã iudicium peragi,vt dicemus. *qu.sequ.* in fine.

QVÆRES II.

Quinam actus forenſes in particulari ſint prohibiti,vel irriti.

10 RESpõdeo eſſe tantùm tres;nempè cauſæ Inchoationem. Proceſſus formationem,ac cauſæ cognitionem.Terminum,ſeu ſentẽtiæ prolationem, & omnes hi actus non ſolùm ſunt prohibiti in die feſto, ſed ſi fiant, ſunt omninò irriti, etiam ex partium conuentione. ex *c. vlt. de ferijs.* ad differentiam prohibitionis factæ *in l.vt indic.c.de ferijs.* vbi quamuis actus Iudiciales irritentur ipſo facto per ly *omnibus modis irritetur*; tamen poſſunt ex cõuentione partium fieri in diebus feriatis aliorum temporum,quæ conceduntur in partium leuamen; nõ in Dei honorem;vt ſunt feriæ dierum feſtorum.ita Suar.*l.2.tr.2.c.*30.*nu.*1.cuius doctrinam ſequuntur paſſim Recenriores citandi.Vide etiam Marantam *l. citan.* Speculat. *tit. de cit.§.1.col.7.* Abb.*d.c.vlt.de fer.* Bart.*in l.ſi feriatis.ff. de arbitris.*Bald. *l.*1.*cap.de fer.*

Circa initium cauſæ.

11 NOta Citationem in qua maximè cõſiſtit cauſæ initium nullam eſſe, ſi fiat ad comparendum pro die feſto; v.g. pro Dominica, vel die S.Ioannis, & citatus non tenetur comparere, niſi ex noua citatione. Cõtra vero ſi fiat pro aliquo die determinato,v.g. pro 12.Auguſti, & ille dies inuenitur dies feſtus;tunc enim nec Iudex peccat,et citatus obligatur comparere die immediatè ſequenti. ita communior opinio,quam multis citatis tenet Mar.Socin.*de cit.ar.*19.*à nu.*13.Abb.*d.c.vlt.nu.*21.Bar.*l.ex quacumque.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.*Maran.6. *par. de ordin.* Iud. *rubr. recte concipitur citatio num.*120.Suar. *d.c.30.n.2.& 3.*& poſt ipſum Caſtrop. *p.7.n.2.*Fagun.*l.1.præc.1.Eccl.c.13.n.2.* Sanch.*conſ.com.l.6.c.1. dub.27.* & alij communiter.

12 Similiter mandatum de citatione factum in die feſto,etiamſi intimatio die non feſto fiat, aut ipſa intimatio, ſeu citatio facta in die feſto;quamuis mandatum fuerit die non feſto, non valent,nec reus tenetur comparere ex vi talis citationis;quia illa intimatio nulla fuit; tum quia pertinet ad ſtrepitum Iudicialem,ex *c. vlt.de fer.* Verũ tamen eſt, quod ſi præceptum fuit datum die non feſto, & ipſa citatio fuit exequuta die feſto ex miniſtri ingnorantia, vel malitia, quamuis vt dictum eſt,citatio ſit nulla,poteſt tamen denuo fieri ex vi mandati prioris dati à Iudice abſq;nouo mandato; quia illud mandatum fuit datum tẽpore habili, & ſic non fuit extinctũ. ſicuti diximus extingui quando datur die feſto. Hæc Suar. *à nu.3.5.& 6.* cuius doctrinã ſupponũt Recẽtiores, & tradunt;licet cõfuſe DD.ſup.citati.

13 Contra vero citatio facta vſq; ad diem feſtum, v.g. vſq; ad Dominicã, valet.nam denotat,vt die proximo ſequẽti cõpareat citatus, vel ſi dicatur, vt intra octo dies compareat,tenetur vltima die cõparere; ſi nõ eſt feriata, etiam ſi intercedant dies feriati intra illos octo.ſic cum Suar.*n.*4.docet Fagun.1.*c.*13.*n.*4. vbi allegat Maran.*l.c.* Bald.*d.l.ex quacumq;*Innoc.*d.c.vlt.*

14 Quod ſi vltima dies eſt feriata putat Fagũd. poſſe preueniri, ſed nõ teneri,adducitq; pro ea Suarium *lo. cit. num.* 3. at Caſtropalaus putat teneri præuenire in die proximo ante vltimum feriatum. citatq; Bonacinam, &

& Bartol. verum Suarius id non dicit expreſſe. Videndus tamen eſt omnino Mar. Sonc. *de cit. ar.*19. *à num.*13. vbi ante factum dat optimum conſilium, vt Iudices dicant, aſſignamus talem diem, & ſi erit feſtus, compareas die proxime ſequēti; & Fagund. ait Iudices ſolere citare pro prima audientia; partes vero compareant, etiam die feſto ſtatuto, & etiam poſtea primo die ſequenti. Deniq; libelli oblatio poteſt fieri in die feſto, tum licite, tum valide; quia non eſt actus Iudicialis, cum nō à Iudice, ſed à parte promanet, ſic Caſtropal. *t.*2. *tra.*9. *diſ.*2.*p.*7.*n.*9. Fagund. de 5. *Eccl. præc. lib.*1.*cap.*13.*n.*21. ſed quia alij oppoſitum tenent, puto ſtandum eſſe conſuetudini, vt bene Trullench. *cap.*1 *in decal. dub.*9.*n.*16.*lib.*3.

Circa Proceſſum.

15 NOta tres eſſe Doctorum ſentētias. num teſtium examinatio ſit licita die feſto abſq; iuramēto. nam Gloſſa, Speculat. Clemen. *vn. de off. de leg. ver. Iudices.* Marant. *de ordine Iud.* 6.*p. tit. actor. editio. n.*40. & alij putant non eſſe die feſto prohibitam, quia non eſt actus Iudicialis. Abbas dicit eſſe illicitam; ſed valere. Anton. ibi. & *c.*1. *de ferijs.* ait illicitam eſſe, & nullam, quia re vera illa examinatio eſt actus Iudicialis, & Tabellio peccaret ſcribendo, & fidem dando, cum talis ſcriptio pertineat ad proceſſum Iudicialem; & hæc ſententia eſt probabilior. ita Suar. *num.*7.*c.*30. quem ſequuntur Fagund. Caſtropal. ſupra. Regin. *lib.*14.*praxis.n.*47. Bonacin. *de* 3.*Decal. præc. q. vn. p.*2. & alij.

Circa terminum Iudicij.

16 NOta non eſſe prohibitam, & nullam omnem ſententiam, ſed eam tantum, quæ fit ſtrepitu Iudicij, ſiue ſit finalis, ſiue Interlocutoria. ex Abb. ſup. & Suar. *n.*5. vnde.

17 Infertur primo, valere ſententiam excommunicationis die feſto latam, ac eſſe licitam, & multò magis abſolutionem.

18 Infertur ſecundo, valere omnem actum Iuriſditionis voluntariæ, vt eſt emancipatio, & manumiſſio, diſpenſatio &c. ex vi huius Decreti *c.*1. & *vlt. de ferijs,*

19 Tertio omnes actus extra Iudiciales valere. Quarto, valere ſententiam ab arbitratore datam, et coram eo poſſe fieri cauſam in die feſto; quia ſolum procedit vt amicabilis conciliator pacis. & ſic à fortiori licitum eſſe Aduocato informare Iudicem. Contra vero coram arbitro non licet die feſto cauſam agere, nec eius ſententia tenet, quia ille procedit Iudiciali modo.

20 Nec ſententiæ executio eſt valida, (quamuis Panormitanus eam dicat eſſe prohibitam; ſed validam) nam executio ſententiæ ſub ſtrepitu Iudicij poteſt comprehendi, *ex l. vt in die. c. de feriis.*

21 Sexto inferunt communiter Iuriſtę die feſto poſſe interponi appellationem, licet non poſſit proſequi: tamen quoniam Iura, quę adducunt ad ſummum probant poſſe appellari, quando vrget neceſſitas conſulēdum eſſet, vt in die non feſto fiat, ſi commode poſſit, qui verò appellaret, nō eſſet damnandus, cum non ſit grauis culpa.

22 Licent tamen omnes hi actus cauſa pietatis, & neceſſitatis, vt ſi atrox delictum cum publico ſcandalo ſit commiſſum die feſto, poteſt eodem die ſtatim puniri &c. iuxta dicta ſupra circa Iuramentum *n.*8. hæc Suar. *d. c.*30. *à num.*9. ex Gaet. 2.2.*q.*122.*ar.*4. Feder. de Senis *conſ.*11.12. & 13. Abb. Hoſtien. Ioan. Andr. & Spec. *c. vlt. de feriis.* quibus addo Marantam 6. *p. de ordin. Iud. tit. Actorū editio.* Fagund. *lib.*1. *in* 5. *Eccl. præc. c.*13.*nu.*22. Bonac. *de* 3. *Decal. præc. diſp.*5.*q. vn. p.*2.*n.*12. Reginald. *lib.*19.*prax. nu.*45. *ver. quinta Quæſtio.* Sãch. *lib.*5. *conſil. mor. à du.*27. & alij paſſim cum Suar. in omnibus ſentientes.

Digitized by Google

DISPVTATIO IX.

Explicatur quanta ſit obligatio abſtinendi à prædictis operibus die feſto, & pro quo tempore obliget.

QVÆRES I.

An hoc Præceptum obliget ſub mortali.

1 RESpondeo ex genere ſuo obligare ſub mortali, cum ſit ordinatum ad Religionem, & grauiſſimum finem; poteſt tamen eſſe veniale peccatum ex leuitate materiæ, quæ iuxta prudentum arbitrium potius eſt dignoſcenda attẽta qualitate operis, & ſi aliqua eſt cauſa, nec erit venialis culpa. ita Suar. *c.*31. *n.*1. *&* 2.

2 Verum aliqui poſt Suarium dicũt, quatuor horas non eſſe tempus notabile. Ita Marchantius *q. part. c.*3. *q.*2. & ſane concordant cum eo antiqui Iuriſtæ. Sed hæc ſentẽtia videtur Dianę laxa, & improbabilis; probabilior videtur eſſe ſpatium duarum horarum. ita Diana *tr.*5. *par.*6. *reſ.*6. Filiuc. apud Dianam *tr.v. Miſcell. p.*3. *reſol.*8. Granadus *in* 1. 2. D. Thom. *contr.*6. *tr.*2. *diſp.*2. *ſec.*6.

3 Aduertit, etiam Caſtropal. cum Diana *loco cit.* quos ſequitur Pellizar. *in man. regul. tr.*5. *c.*4. *ſect.*1. *num.*8. in operibus forenſibus, & Iudicialibus non eſſe materiam deſumendam in quantitate temporis; ſed ex qualitate operis; eſſet enim mortale vendere rem magni momenti cum aliqua ſolemnitate, quamuis mora non excederet horam, quod ſane ex Suarij doctrina videtur deduci *num.* 1. ibi. *attenta qualitate operis*

4 Hinc infero primo, hac ratione excuſari tondentes barbam, & capillos die feſto, vt putat Suar. *n.*2. ſupra cum Sanch. *l.c. dub.*21. cum quo dico ex mente Suar. vt ex dicendis *diſput. ſequ.* facile conſtabit. ſæpe barbitonſores excuſari ob paupertatem, quia alias à parochianis deſeruntur, vel ob id, quod ruſticos radant, qui ad oppidum die feſto accedunt, & qui petunt barbæ tonſionem, multò minus peccabũt, nec venialiter cauſa aliqua exiſtẽte, vt ſi Miſſam nouam quis eſſet celebraturus.

5 Deniq; Suarij doctrinæ addo cum Sanchez *lib.*1. *ſum. c.*4. *n.*12. Bonac. *de leg. dis.*5. *q.* · *n. pu.*3. *num.*3. *&* 4. Diana *tract.*5. *Miſcell. reſol.* 8. nec eſſe mortale ſi ſingulis diebus feſtiuis quis laboret pro paruo tẽpore, v. g. duabus horis, quamuis habeat formale propoſitum ſemper id faciẽdi quia ſemper eſt paruitas materiæ, vt ſuppono. quidquid contra dicat Toletus, & Fagundez apud ipſos, volentes peccare mortaliter, nec etiam peccabit mortaliter Dominus, qui plures famulos &c. facit laborare die feſto per mediam horam; ita vt eſſent cẽtum, v. g. qui magnum lucrum facerent modico illo tempore. Sic Bonac. *diſp.* 5. *de leg. q. vn. p.*3. *nu.*3. *&* 4. Pelliz. *tr.*5. *c.*4. *ſect.*1. *in manu. regul. num.* 8. & alij. addentes idem eſſe ſi quis plures ſeorſim faciat laborare; ita vt opus ſeruile toto die continuetur, ſed à ſingulis parum. Contra verò erit mortale ſi diuerſis vicibus parum temporis inſumas eodem die in laborando; ita vt omnes integrent tempus notabile. ſic Sanch. *lib.*1. *ſum. c.*4. *n.*12: Verum ego in hoc caſu putarem non eſſe tempus notabile niſi trium horarum, quia non tam facile moraliter coaleſcunt in vnum illæ breues partes; niſi etiam ſint ita multiplicatæ, vt meritò quis dici poſſit feſta non ſanctificare; illa enim interruptio, ac labor breuibus vicibus aſſumptus valde minuit rationem obſeruantiæ, & huic ſanè ſententiæ vltro adhœrebit Marcantius ſupra citatus.

QVÆRES II.

Pro quo tempore durat hæc obligatio in die feſto.

6 RESpondeo, quando feſtum eſt integrum (nam aliquando ſolum

Digitized by Google

lum durat vſq; ad meridiem, vt ſupra diximus in aliquibus Diœceſibus) durat à media nocte vigiliæ vſque ad mediam noctem diei ſequentis, licet poſſit ex conſuetudine talis computatio variari, cum non ſit Iuris Diuini, vt aliqui aſſeruerũt, eſt communis. Couarr. *lib.4. var.c.19.n.*8. Nauar. *c.*13.*n.*5. & aliorum. nec obſtat *cap.* 1. *de feriis.* vbi dicitur à Veſpera vſque ad Veſperas; nam poteſt intelligi pro nocte, nõ determinato puncto à quo incipiendum ſit, ſed iuxta conſuetudinem. hæc Suar. *c.*33.*n.*7.

7 Vnde principium et finis diei feſti in ordine ad ſuſpẽſionem Interdicti non eſt idem, ac in ordine ad obſeruantiam ab opere ſeruili; nam illud incipit à primis Veſperis, vſq; ad Completorium ſequẽtis diei feſti, *ex Clem.*1. *cum Gloſſ.* ibi.

8 Et qui intra dictum tempus opera ſeruilia exercet, non tenetur alio die abſtinere: contra vero ſi aliqua de cauſa officium transferatur in alium diem, debet die proprio feſtiuitatis obſeruari. videte Suar. *lo. cit. à num.*4. quem ſequuntur; & nouiſſime Pellizarius *tr.*5.*c.*4.*ſec.*1. *num.*27. Fagund. *præc.*1. *Eccl. c.*2. *nu.*20. Diana *p.*6. *tr.*7. *reſol.* 31. qui putat contra Fagundez tunc transferri Indulgentias.

DISPVTATIO X.

De cauſis excuſantibus ab obſeruatione feſtorum. vbi de diſpenſatione.

DVplex poteſt eſſe cauſa excusãs aliquem à non obſeruando feſto, vel adeo vrgens, vt per ſe faciat ceſſare obligationem; vel non adeo vrgens, ſed talis, vt poſita voluntate Prælati iuſtè, & rationabiliter quis excuſetur, quod fit per diſpenſationẽ.

QVÆRES I.

Quænã ſint cauſæ excuſantes à peccato exercentem opera ſeruilia die feſto.

1 REſpondeo eſſe quatuor. quæ ſunt neceſſitas propriæ conſeruationis, neceſſitas Reipub. neceſſitas priuata proximi, & pietas, de qua ſupra *dis.*6. diximus. vnde.

2 Infertur primo, quod poteſt quis in die feſto abſq; vlla diſpenſatione laborare ob paupertatẽ manifeſtam ad ſe, vel familiam ſuſtentandam; ſecretè tamen, & ſine aliorum ſcandalo. excuſantur agricolæ, qui in die feſto ad purgandum triticum &c. laborant ob venti vel pluuiæ commoditatem. famuli, qui ex præcepto Domini (id non ex contemptu feſti præcipientis, quia in hoc caſu non poſſunt) die feſto laborant ob timorem; ne ab ipſis dimiſſi cogantur mendicare; & quoties inchoatum opus nõ poteſt intermitti ſine diſpendio perſonæ, vel cõmunitatis, vt de coquentibus lateres &c. putauit Gaetanus. ita Suar. *c.*32. quod extẽdo ſiue coctio incipiat die feſto, ſiue continuetur, quia obueniret damnum. idem aio de vxore, & filio ſi à marito cogatur laborare, & timeant rixas diurnas, & graues, quia vt alias dixi præcepta Eccleſiæ non obligant cum tanto diſpendio. vide *lib.*9. *de matr. diſp.* 3.

3 Addo Suarij dictis, quod quamuis in caſu prędicto Dominus peccet cõpellendo famulum, vt laboret die feſto ſine cauſa, tamen non peccabit, ſi famulus ſit infidelis, quia infideles non tenentur pręcepto Eccleſiaſtico. ita Diana *p.*5. *tr.*14. *reſol.*7. cum Layman *lib.*1. *tr.*4. *c.*5. *n.*3. vbi benè docet poſſe perpetuo amentibus opera ſeruilia die feſto imponi. contra Anton. Fernand. Inſtr. Confeſſ. *p.* 3. *mandam.* 3. *num.* 16.

4 Infertur ſecundo, excuſari pontes, vel vias reficientes die feſto, vel ob Principis ingreſſum &c. veſtes ſuentes, quando aliter expediri non poſſunt; verum ſecurius eſt, tunc petere licentiam, ſic Suar. cit. & ſequuntur comm. Recen.

5 Similiter excuſantur ij, qui ad vtilitatem priuatam proximi die feſto laborant; vt ad extinguẽdum ignem domus accenſæ, vel ob eius infirmitatem &c. quia Deus plus miſericordiam

diam vult, quam ſacrificiũ, & quamuis in hoc minus errari poſſit, quam cum laborandum ſit ob propriam neceſſitatem; tamen vbi neceſſitas non eſt patens, tutius eſt conſilium petere. Hæc Suar. *cap.* 31. ſequuntur Caſtropalaus *pun.* 10. *à num.* 3. Bonac. *pu.* 3. *nu.* 12. hic. Reginal. *lib.* 19. *prax. à nu.* 48. Sanch. *Conſil. moral. lib.* 5. *cap.* 2. *dub.* 18.

6 Vbi multos allegat, & varios caſus ſimiles explicat, vt de ferrantibus equos iter agentium; de famulis barbitonſorum, & aliorum, qui ſunt deſtinati per annum. Sed ego etiam puto conformius Suarij doctrinæ, quomodocumque ſint, modo non inueniant alium Dominum; & ſic cogantur pati neceſſitatem; etiamſi nõ ſit maxima, poſſe laborare; quia Eccleſia non intelligitur præcipere cum tanto diſpendio.

7 Addo etiam excuſari à peccato laborantem ob propriam ſalutem vel conſeruandam, vel acquirendam, vt ſi quis digerere non poſſit niſi ligna v.g ſcindat, quia eſt aſſuetus, & multò magis ob ſpiritualem animæ ſalutem v.g. ad ſedandas tentationes, non autem ſimpliciter ad corpus defatigandum ob mortificationẽ nam poteſt alia via id fieri. hanc doctrinam ſumo ex ipſo Suario *in* 3. *p. diſp. vlt. ſect. vltim. verſ. ſecundum bonum eſt ſalus corporis.* vbi docet poſſe omitti Miſſa ob ægritudinem. & *v. prima excuſatio ſpiritualis.* Secundam partem tenet Sanch. *l. cit. num.* 13. & à fortiori, qui tenent poſſe puellam, & alios ad vitandam otioſitatem laborare, quos refert Sanchez *num.* 12. & ex Recen. Marcan. *reſ. in decal. c.* 3. *q.* 2. Ghilin *in ſum. v. feſtum n* 2. quod eſt probabile quando ex otioſitate eſſet periculum peccati, & illa alijs modis non poſſet vitari, vt tenet quidam Recentior.

8 Hinc excuſantur puellæ, quæ cum die non feſto laborent ad victum habẽdum, die feſto laborant ad dotem faciendam, vel ad reficiendas veſtes, lauandum &c. & idem dic de famulis habentibus liberos à ſeruitio dies feſtos, nec tenentur ſomnum moderatum relinquere, ſic etiam quidam Recentior.

QVÆRES II.

An ſit aliqua diſpenſatio in iure, vel ex conſuetudine, excuſans a peccato laborantes die feſto ſine alia cauſa.

9 HÆc quæſtio ſupponit poſſe diſpenſari ad laborandum à Papa, & ab Epiſcopo in ſua Diœceſi, vel ab Ordinario habẽte quaſi Epiſcopalẽ dignitatẽ, vt ſunt Prælati Religionum, vt Priores, Abbates &c. reſpectu ſuorum Religioſorum; non tamen reſpectu famulorum intra Monaſterium degentium, vt aduertit nouiſſimè Portel *de dub. regul. v. abb. n. nu.* 11. Lezana *v. feſti dies nu.* 12. & Pellizarius infra citandus. Immò in ea Ciuitate vbi non eſt Epiſcopus, nec commodè poteſt adiri, à Parocho in occurrente caſu, & ad tempus tantum. & quidem ſi erit aliqua cauſa licet non euidens, nec tam vrgens licita eſt, & valida diſpenſatio; ſi vero non eſt cauſa, valida erit in feſto inſtituto ab eo, qui diſpenſat, Inualida in feſto impoſito à Superiore, v.g. diſpenſatio ſine vlla cauſa facta ab Epiſcopo in feſto de Iure communi nulla eſt. ita Suar. *c.* 33. *d. l.* 3. videte, quæ diximus *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 17. *& ſeq.* Poterit etiam hanc licentiam concedere Vicarius Gener. Epiſcopi ſi ad id habeat ſpeciale mandatũ, vt tradit Merolla *t.* 3. *d.* 7. *c.* 6. *dub.* 17. *nu.* 146. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi p.* 3. *all.* 54. *n.* 121. Garcia *de Ben. c.* 18. *p.* 5. & alij, & Capitulum Sede vacante cum ſuccedat ad omnia iuriſdictionis iura Epiſcopi, ex Merolla *cit.* 7. *tu* .1. *num.* 33, nec talis diſpẽſandi facultas in iure excipitur. immò, & Vicarius Capituli habens ſpeciale mandatum, vt dictum eſt.

10 Immò ex ratihabitione licẽtiæ poteſt quis laborare, quãdo habet cauſam aliquã probabilẽ, licet dubiam, vel

Digitized by Google

vel talem, quę in iure ſaltem ęquiualenter ſit approbata, quia tunc poteſt practicè eſſe certus, quod lex non obligat; contra verò ſi cauſa ſit dubia, ita vt ſine diſpenſatione non ceſſet obligatio, non ſufficit rathabitio. ſic Suar. *c.*33. *à nu.*1. *ad* 4. & ſequitur Pelliz. *tra.v.c.*4. *ſect.*1. *nu.*31. quamuis Sylu. *ver. Dominica q.* 4. §. *quæ autem.* abſolutè dicat ſufficere rathabitionē. vide quæ dixi *lib.*3. *de matrim. diſp.*35. circa licentiam præſumptam. nunc ad quæſitum.

11 Reſpondeo in Iure duę ſunt diſpēſationes, vna eſt quoad negotia forēſia, de qua diximus ſupra cum verè non ſit diſpenſatio; ſed exceptio. de qua dixi *diſp.*8. *num.*8. & 21. alia eſt in *c. licet de fer.* vbi diſpenſatur cum ijs, qui piſcātur Halex genus quoddam piſcis, quæ extenditur, etiam ad alia genera, vt Tynnos &c. & in venatione, quando ni fiat die feſto amitti ſolet occaſio piſcandi, aut venandi, & tunc debet dari aliqua eleemoſina exceptis maioribus feſtiuitatibus Natalis Domini. Epiph. Paſch. Aſcenſ. & Pentecoſt. in quibus non eſt permiſſum. ex vi Iuris has piſcationes facere, ſed poterit Prælatus diſpenſare, & tunc non eſt danda eleemoſyna. ita Gaet. Nauar. *c.*13. *n.*9. & alij plures. ex antiquis Suar. *c.*33. quem cit. DD. ſequuntur.

Addo Suario eſſe conceſſum viuæ vocis oraculo ab Eugenio 4. vt habetur *in compenſ. priuil. v. feſtiuitas nu.*4. ſæcularibus, vt poſſint laborare in feſtis S. Michaelis Maij. S. Crucis Septemb. SS. Innocentium, & S. Syluestri Papæ, et vt benè aduertit Pellizar. *man. reg. c.*4. *ſec.*1. *num.* 3. hoc Priuilegium non fuit reuocatum per reuocationem factam ab Vrb. VIII. circa viuę vocis oracula conceſſa Regularibus.

Vnum in hac re notandum, quod ſupra *diſ.*2. fine cum Suario aduerti: nempe in maiorib' feſtiuitatibus requiri grauem cauſam ad diſpenſandum, v.g. dies eſt nuptijs indictus, et veſtes non ſunt finitæ etc. Vtrum autem idem dicendum ſit in feſtiuitatibus, quas ſolemnes vocant, non conſtat inter Recentiores (neminem enim vidi ſcriptis hoc tractantem) nam quidam volunt ſolemnes feſtiuitates idem eſſe, ac maiores; et ſic ſi Papa Epiſcopo vetet, ne in ſolemnibus feſtiuitatibus diſpenſet: hic non poterit diſpēſare in feſtiuitatibus maioribus, quas ſupra numerauimus ex Suario *d. diſ.*2. alij vero volunt feſtiuitates ſolemnes eſſe diſtinctas à feſtiuitatibus maioribus; ita vt omne feſtum maius ſit ſolemne, ſed non contra; atque adeo inter feſtiuitates ſolēnes ponunt Natiuitatem B. Vir. Purificationem, Annunciationem, et eiuſdem Conceptionem, Feſtum Omnium Sanctorum, Natiuitatem, S. Ioannis Baptiſtæ, S. Laurentij, et Sanctorum Petri et Pauli, et aliorum Duodecim Apoſtolorum, Feſtum S. Crucis menſe Maij, et S. Michaelis menſe Septembris, et in his licet non requiratur adeo grauis neceſſitas ad diſpenſandum, qualis requiritur in maioribus feſtiuitatibus; tamen difficilius, quam in cæteris feſtiuitatibus debet diſpenſari iuxta dicta in *diſ.*2. *n.*37. At puto tantum peccare venialiter Prælatum diſpenſantem poſita cauſa ſufficienti ad diſpenſandum in feſtis alijs quæ certe arbitrio prudentis eſt pēſanda vt docet Lezana *v. diſpenſatio. num.*2. ratio eſt, quia non eſt niſi minus prudēs vſus poteſtatis, vide dicta à me *lib.* 8. *de matr. cit. diſp.* et *l.*3. *d.*10. vbi habes an propter hanc diſpenſationem poſſit peti pecunia, et infra dicemus. *tr.*2. *l.*4. *d.*14. *n.*1.

Petes.

An ex c. d. c. licet fas ſit laborare die feſto, ne omittatur lucrum notabile, quod fortè alio die non poſſet acquiri.

12 Reſpondeo negatiue, nam Pontifex dum conceſſit Halecium piſcationem, conſiderauit publicam vtilitatē, vt ex materia textus poteſt colligi;

colligi; ergo vbi ſolum ceſſat vtilitas priuatæ perſonæ nō licet ex hoc præciſe, niſi diſpenſatio accedat, laborare. ita Suar. *d.c.*33.*n.*8.9. & 10. ſequitur Caſtrop. vbi ſupra Reginal. *to.*2. *lib.*19.*c.*3.*nu.*51. & alij.

13 At contraria ſententia amplectitur poſt Suar. à Fernandez *exam. Theolog. p.*1.*c.*7.§.1.*n.*6. quem citat, & ſequitur Dian. *p.*2. *reſol.mo.tr.*15. *Miſc.reſol.* 34. *fine* in ceſſatione magni lucri. Sanch. *in Conſ. moral. l.*5. *cap* 2. *dub.* 19. quod ego probabile iudico quia dictum *c. licet.* id concedit, ne perdatur illud lucrum tranſitorium directè à priuata perſona, quæ munus illud exercet; ergo militat etiam in omnibus, quamuis Suarij ſententia ſpeculatiue ſit probabilior.

An excuſare poſſit conſuetudo.

14 QVod diximus ex Suar. de Diſpenſatione in Iure, & ab homine, idem dico cum eo de conſuetudine ex conſenſu Prælatorum ſaltem tacito inducta, vt tradunt cōmuniter Canoniſtæ, quæ meritò dici poteſt tacita diſpenſatio, nam ea eſt Iuris relaxatio ex aliqua parte conceſſa ab habente poteſtatem; ſed talis eſt exemptio acquiſita per conſuetudinem ex tacita voluntate Prælatorum ſcientium, & non contradicentium inductam; tunc enim etiam cēſetur habere ſufficientem cauſam.

15 Ex qua excuſantur multi artifices piſcantes, pingentes, remigantes, vendentes calceos, & minuta, diebus feſtis, ruſticis, & alijs, tonſores, radentes barbas &c. de quibus ſupra tetigimus. Verum hæ conſuetudines non ſunt ampliandæ, cum ſint odioſæ; relaxant enim diſciplinam. ita Suar. *d. c.* 32. *in fine.* quem omnes ſupra cit. Recentiores ſequuntur. Quibus, & Suar. doctrinæ addo etiam, ſaltem ex conſuetudine excuſari à peccato eos, qui computant mercedem, & ſoluunt operarijs die feſto. vt notat Diana *p.* 5. *tr.* 13. *reſol.*83. quamuis putem etiam cum ipſo cōtra Marchant. non eſſe de ſe ſeruile, ſicuti à fortiori docet Sanchez. *lib.*5.*c.*2.*dub.*7.*conſ.mor.* licere rationem facere ſcribendo, & tranſcribēdo rationes dati, & accepti, quidquid in contrarium dicant Sylu. D. Anton. Metina & alij apud ipſum. Et idem puto de addiſcente artem aritmeticam; poterit enim hic ſine ſcrupulo figuras numerorum formare. diuidere, ſubtrahere, & de docente etiam ſi fiat ex mercede, vel ex officio vt ſunt detentores librorum in ærario Panormi &c.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER

LIBER QVARTVS
DE
OBSERVATIONE, ET IMMV. LOCORVM SACRORVM,
AC DE PRÆCEPTIS
ad illam ſpectantibus.

CVm de obſeruatione temporis Deo dicati actum ſit ſuperiori libro, alteram in hoc circumſtantiam de loco ad Dei venerationem pertinente explicabimus declarantes quæ ad eius cultum ſunt a nobis præſtanda, vel ob reuerentiam omittenda. Vbi multa pro praxi in foro iudiciali circa immunitatem reorum habenda ſunt.

DISPVTATIO I.

Quale ſit præceptum reuerendi loca ſacra, & quomodo impleatur.

1 SVPPONO hic ex Suar. *t.3.3.p.diſ.81.ſect.1.& 2.* merito ab Eccleſia Catholica deputari aliqua loca ſacra in quib' Deus religioſe colatur, quæ ſanè debita reuerentia ſunt tractanda, ex vi cultus Deo debiti; ita vt irreuerentia in illis factã ſit ſacrilegium ex communi Theologorum ſenſu cum D.Tho. *2.2.q.99. art.1.& 3.* nam quamuis locus ſacer nõ ſit capax honoris propter ſe ipſum, & totus honor ipſi Deo principaliter dari videatur; tamen actus honoris proxime terminatur ad ipſum locum, vt ad obiectum, & Deus eſt ratio colendi locum ipſum; & ſic iſti duo modi colendi Deum immediate propter ſuam excellentiam, & templum ipſum ob ipſum Deum ſunt diſtincti. ita Suar. *loco cit. ſect.8.& hic cap.1.n.2.& 3.*

Hoc poſito ad quæſitum.

2 REſpondeo eſſe tantũ præceptum negatiuum, licet ſit datum per formam affirmatiuam; & ſic ſufficiẽter impletur per abſtinẽtiam ab omni opere, quod ſit tali loco iniurioſum. ratio eſt, quia præceptum affirmatiuum ſimpliciter eſt illud, quod obligat abſolute ad aliquod opus poſitiuum, v.g. ad audiendam Miſſam; ſed præceptum colendi loca ſacra ſimpliciter non obligat ad aliquam poſitiuam actionẽ: ergo. maior conſtat: minor probatur, nam nullum inuenitur præceptum colendi Deum in tali loco, niſi ex aliqua ſuppoſitione, v.g. præcipit Eccleſia Miſſam audire, ſed quia hæc in loco ſacro celebratur, ideo audienda eſt in illo, at ſi ex aliqua cauſa fiat in campo, iam non tenetur accedere ad templum. & ſi eſt aliqua obligatio colẽdi Deũ publice in loco ſacro, poteſt fieri abſque eo, quod ipſum veneremur, ſolum ergo obligamur ad non faciendum aliquid, quod irreuerentiam affert tali loco, non ſolum animo directè illum parui pendẽdi (hoc enim eſt intrinſecè malum) ſed neque operando res, vnde irreuerentia oriatur templo; quod ſi actionem poſitiuam circa ipſum velimus operari debemus ſigna reuerentiæ exhibere. vt optime Suarus *à nu.4.*

M QVÆ-

QVÆRES II.

Quid veniat nomine loci ſacri.

3 RESpōdeo locum Epiſcopi auctoritate erectum, & ab ipſo conſecratum, aut ſaltem benedictum, qui Eccleſia dicitur. ſolet etiam cōmuniter Eccleſia appellari locus publice deſtinatus, pro vſu fidelium; licet non ſit benedictus, de quo infra dicemus, quando veniat nomine Eccleſiæ, ad differentiam locorum deſtinatorū priuata auctoritate ad ſacra munera, quæ nec Eccleſia nec loca ſacra ſimpliciter poſſunt dici, ſed oratoria, vel cappellæ appellantur; quamuis Eccleſia, quæ non ſit parochialis, nec matrix, ſoleat etiam cappella vocari, & loca intra Eccleſiam cōſtituta ad Miſſas celebrandas Cappellæ vocantur. nos hic præcipue agimus de locis ſacris primo modo acceptis quæ diſtinctionis gratia appellabimus Eccleſias benedictas. ita Suar. *tr.* 2. *l.* 3. *c.* 1. *n.* 1. cuius doctrinam omnes infra citati recentiores ſupponunt, ac ſequuntur. & quoniam multa ſunt quæ ſi in Eccleſia fiant ſunt ſacrilegia, ea ad tria capita reducimus; ad primum omnia quibus ipſa polluitur; ſeu violatur, ita vt noua indigeat benedictione, adhoc vt in ea poſſit celebrari, & fideles ſepeliri. ad ſecundum omnia quæ prohibētur vt actus prophani: ad tertiū omnia, quibus immunitas loci ſacri violatur.

DISPVTATIO II.

Quinam ſint actus quibus Eccleſia polluitur.

1 RESpondeo eſſe tantū quinq; primo homicidium voluntarium quod ſcilicet ſit culpabile mortaliter, volitum directe, vt ſi quis lapidem proijciat vt Petrum necet; vel indirecte, vt ſi ſagittam emittas ad venandum aues, & præuidēs ea Caium percutiendū fore; nihilominus, illā emittas. hoc enim requiritur adhoc vt ſit peccaminoſum ex *cap. propoſuiſti de conſ. Eccl.* ſecundo ſanguinis effuſionem ex *cap. vnic. de con. Eccl. in* 6. culpabiliter, modo dicto, & non ioco aut caſu; & in quantitate factam, vt iam omnes recentiores poſt Suar. notāt. tertio humani ſeminis effuſionē voluntariam, in ſe, vnde non ſufficit ſi ſit voluntaria in cauſa v. g. quando quis dedit cauſam pollutioni, & ea accidit in ſomnis. quarto excommunicatum vitandū ſepelire *cap. conſuluiſti de conſ. Eccl.* quinto non baptizatum in Eccleſia ſepelire: ex *c. Eccl. de conſec. diſt.* 1. ita Suar. *l.* 3. *tract.* 2. *cap.* 2. qui videndus eſt omnino *t.* 3. *in* 3. *p. diſ.* 81. vide etiā ſi placet quæ dixi ex Sanch. *lib.* 9. *de matr. diſ.* 15. circa ſeminis effuſionem. Barboſam. *de off. & pot. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 28. vbi cit. Iacobum de Graff. *aur. deciſ. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 48. Henriq. *ſum. lib.* 9. *de Miſſa c.* 27. Fagund. *in* 1. *Eccl. præc. lib.* 3. *c.* 14. Marium Alteri. *de cenſ. t.* 2. *diſ.* 3. *de inter. à cap.* 1. Caſtrop. *trac.* 11. *p.* 1. *num.* 1. vbi late diſputant hi doctores in quibus caſibus ſanguinis, aut ſeminis effuſio, vel homicidium polluat Eccleſiam, nec ne, quos ego, ſi Deo placet cum ipſo Suar. *diſ.* 81. citata exagitabo.

2 Solum hic nota primo, cum Suar. *n.* 4. & 5. quod ſi Eccleſia comburatur ſiue caſu, ſiue cum culpa, & ſacrilegio; non per hoc indiget noua benedictione, ſi erat benedicta, cum nullum contraxerit impedimentum, nec benedictio eſt amiſſa, quia reſidet in ipſo ſolo: ſi vero tantum erat conſecrata, debet denuo conſecrari, ad hoc vt ſit conſecrata, cum per incendium amiſerit conſecrationem; niſi forte parietes remanſerint, quo caſu remanet conſecratio, ad hoc autem vt ibi celebretur ſufficit benedictio, quod ſi reconcilianda eſt Eccleſia, polluta per actus dictos *nu.* 1. tunc ſi eſt Eccleſia conſecrata non poteſt in ea celebrari niſi reconcilietur per Epiſcopum cum aqua ab ipſo tantum benedicta; niſi habeatur ſpeciale

pri-

Digitized by Google

priuilegium Papæ, ſi vero eſt benedicta tantum poteſt à quolibet Sacerdote reconciliari, licet extra caſum neceſſitatis conueniens ſit, vt fiat à Prælato aliquo, vel ſuperiore religionis vide Lezanam *v. Eccleſia à nu.* 15.

3 Nota ſecundo, in ſepultura excommunicati, aut non baptizati præter benedictionem Eccleſię, neceſſarium eſſe vt corpus humatum extrahatur, etiam ſi ſine culpa fuerit ſepultum. nam ſi fuit factum voluntarie eſt de ſe ſacrilegium graue, niſi ignorantia, excuſet; ſicuti eſt tale ſacrilegium quoties fit aliquid in Eccleſia, quo ipſa polluatur. ita etiā ſupra Doctores ſupponūt. quid vero cū cathecumenus eſt ſepultus, vide infra *n. 9. & 10.*

QVÆRES I.

An prædicti actus præſertim homicidiū, ſanguinis, vel ſeminis effuſio ſint ſacrilegium, ex eo quod per ipſos polluatur Eccleſia.

4 Reſpondeo negatiue, ſed potius templum polluitur ex eo, quod Eccleſia id ſtatuit in pœnam ſacrilegij ibi admiſſi per has actiones, ſiue hæ actiones ſint malæ, quia ab Eccleſia prohibitæ ſunt, vt eſt ſepelire excommunicatos v. g. ſiue de ſe, vt homicidiū voluntarium. ratio eſt, quia pollutio Eccleſiæ ſequens ex his actibus, eſt veluti pœna; ſed actus per quem incurritur pœna, v. g. excommunicatio non eſt malus, quia per illum incurritur pœna; ſed potius ideo incurritur pœna quia eſt malus, ſaltem poſita prohibitione, ergo actus per quos polluitur Eccleſia non ſunt mali, v. g. ſacrilegium ex hoc, ſed potius quia ſunt ſacrilegium polluitur Eccleſia.

5 Confirmatur, quia cum hęc pollutio non ſit vera macula in Eccleſia, ſed ſolum impedimentum ne poſſint ibi diuina officia celebrari, vt ſupra dixi; non eſſet forte mortale efficere actum, per quem Eccleſia polluatur, ſi actus ipſe non eſſet malus ſaltem quia prohibitus. ita Suar. *à n. 6. ad 10. c. 2. cit. lib. 3. tra. 2.* quem ſequitur Caſtropal. *pun. 1. num. 5.*

6 Sed vide quæ dixi in contrarium huius ſententiæ cum Sanchez *lib. 9. de matrim. dis. 15.* & alijs ibi citatis, puto enim non eſſe ſacrilegium niſi quia per eos actus Eccleſia polluitur: non tamen valet inferre ergo ſi occulte fiant nō ſunt ſacrilegia, vt Vaſq. *quæſt. 72. art. 7. d. 98. cap. 3.* & alij recentiores putant, quia ex natura facti polluitur Eccleſia, quamuis non teneamur abſtinere à celebratione, dum factum illud eſt occultum, quid autem quo ad hunc effectum veniat nomine Eccleſiæ, vel loci ſacri videte me ipſum *d. lib. 9. dis. 15.* quandoquidem ipſemet Suarius ad Sancij dicta ibi ſe remittit. & ad *tom. 3. dis. 8. sec. 4. & de cens. dis. 12. sec. 4.*

QVÆRES. II.

An prædicti actus ſint ex natura ſua ſacrilegia eo ipſo, quod fiant in Eccleſia, an ob Eccleſiæ prohibitionem.

7 In hac quæſtione conſtat vltimos duos actus, nempe ſepulturam excommunicati vitandi, & infidelis ſeu non baptizati, quamuis ſit infans parentum Chriſtianorum, vel cathecumenus; eſſe malos, & ſacrilegos immediate ex prohibitione Eccleſię, poterat enim Eccleſia nō prohibere horum ſepulturā, nam poterat tantum priuare excommunicatum à cōmunicatione eccleſiaſtica, dum viueret; immò etiam poſita prohibitione, ne ſepeliretur in Eccleſia, opus fuit, vt alia lex decerneret per ſepulturam pollui Eccleſiam, quod factum eſt *ca. conſuluiſti. de conſ. Eccl.* neq; intrinſece malum eſt ſepelire in Eccleſia adultū infidelem, ſicuti non eſt intrinſece malum ſepelire eum, quē moraliter conſtat eſſe damnatum; ſed ſolum ex eccleſiaſtica cōſtitutione ex *c. quibus & ſeq. 13. q. 2.* vbi merito prohibetur ne quis ſepeliatur in Eccleſia de quo

moraliter, & publice conſtat deceſſiſſe in peccato mortali; quia non poteſt ſuffragijs, & orationibus viuẽtium iuuari.

8 Immò ſicut ſepultura excommunicati non denunciati, vel etiam perſonaliter interdicti non polluit Eccleſiam, quia id in iure non exprimitur, neque in prædictis caſibus polluiſſet, ſi lex eccleſiaſtica id ſtatuens non extaret. ita Suar. *cap.2. à num.10. l.3. tract.2.*

9 Quam ſequitur Caſtropal. *pun. 1. n.6. trac.11.* vbi ait, abſque vllo peccato *ſepelitur interdictus, vel ſuſpẽſus, vel occultus peccator, vel excommunicatus non denunciatus*, & citat Suar. hic: verum intellige de interdicto perſonali generali; nam iuxta Suarij mentem, & rei veritatem peccaret, qui ſepeliret in Eccleſia interdictum ab homine perſonaliter, quia is eſt exhumandus ex *c. ſacris. de ſepultura*: & tradit Suar. *n.13. d.c.2.*

10 Addit poſt Suarium, Barboſa *alleg.28. nu.53.* ex Vgolino *de poteſ. Epiſ. cap.29. §.5.* & Mat. Alter. *de cenſ. t.2. diſ.3. de int. c.1. c. ſed poſtulatur.* cathecumenos non eſſe priuandos ſepultura Eccleſiæ, nec illam polluere, quod non eſt improbabile cum ſint nobis coniuncti ex charitate.

11 De alijs vero tribus actibus, nempe homicidio, effuſione ſanguinis, & ſeminis patebit *diſ. 4.* eſſe ex ſe ſacrilegia iuxta Suarium, etiam ſi non poſita fuiſſet prohibitio horum actuum ab Eccleſia, dummodo eius inſtitutione locus fuerit deputatus ſacer. quod tamen alij negant, & nos cum Sancio negauimus *lib.9. de matr. diſ.15.* vbi diximus, quod ſi Eccleſiæ prohibitio non eſſet; non eſsẽt hi actus ſacrilegi.

(:+:) (:+:)

DISPVTATIO III.

Explicantur actus in loco ſacro prohibiti ob eius reuerentiam.

QVÆRES. I.

An, & quo pacto poſſit Eccleſia prohibere actiones aliquas in templo fieri, quæ ſint ſacrilegia poſita eius prohibitione.

1 Reſpondeo poſſe prohibere, & poſita prohibitione illas actiones factas in templo eſſe ſacrilegium; nam lex poteſt conſtituere actum præceptũ in aliqua ſpecie virtutis, v. g. ergo ſimiliter actũ prohibitum in aliqua ſpecie vitij; ratio verò huius rei eſt, quia cum lex poſſit medium virtutis præſcribere; ſequitur quod receſſus ab eo, incipiat eſſe vitioſus, qui non fuiſſet niſi lex medium conſtituiſſet in illa materia; v. g. non deambulare in Eccleſia ob eius reuerentiam eſt bonum, at non eſt medium neceſſarium: ſi lex id prohibeat, ſtatim eſt neceſſariũ medium ad reuerentiam templi; & ſic eſt ſacrilegium contra facere. ſic Suarius *lib.3. tr.2. c.4.* & alij communiter.

2 Duobus tamen modis id poteſt fieri. primo modo antecedenter, & preſuppoſitiuè, v.g. facta ſuppoſitione, quod Eccleſia oleum benedixit abſque alia prohibitione, ſequitur eſſe ſacrilegium oleum illud contemnere; etiam ſi lex alia non ſit prohibens contemptum dicti olei. ſecundo modo formaliter fit ſacrilegium aliquis actus, quando ſuppoſita ſanctificatione rei ab Eccleſia, actus circa illam nõ eſſet ſacrilegium; niſi lex illum prohibuiſſet, v.g. oleum ſacrum domi ſeruare, peccatum non eſt; at ſi ponatur Eccleſiæ prohibitio, eſt peccatum, & ſacrilegiũ. ita Suar. *c. 4.* vſq; ad *n.4* eſtq; cõmunis, & certa doctrina; tũ apud antiquos, vt bene Suar. *l.c.* tũ apud Recẽt. cit. Iam videam', quinam actus ſint formaliter prohibiti.

QVÆ-

QVÆRES II.

An placitum, ſeu ſtrepitus iudicij ſint prohibiti in Eccleſia.

3 RESpondeo affirmatiuè, quare de omnibus actibus ad iudicium ſpectantibus iuxta dicta *lib.3. diſ.8. à nu.5.* ad finem dicendum eſt non ſolum eſſe illicitum, & mortale ſacrilegium illos facere in Eccleſia, qui die feſto prohibentur, ſed etiam eſſe nullos ipſo facto ſi fiant, ex prohibitione Eccleſiæ; Probatur ex *cap. decet. de imm. Eccl. in 6.* ibi. *omnis in Eccleſia ſæcularium iudiciorum ſtrepitus conquieſcat, nulla inibi cauſa pro Laicis, maximè criminalis agitetur*; & de proceſſu, & ſententia dicitur *omni careant robore, & firmitate*, quod ſane mere Eccleſiaſticum præceptũ eſt, cum actus iudicij per ſe non ſit malus.

Et cum talis prohibitio ſit intuitu tantum religionis, & ſanctitatis loci, ex principio textus; *decet domum Dei ſanctitudo*, & in materia graui, ſequitur quod ſit ſacrilegium mortale contra facere. ita Suar. *c.3. ad nu. 15.* ſequitur Caſtrop. *pun. 3.* Barboſa *de immun. Eccl. c.3. n.3.* vbi citat Ludou. Correa *rep. cap. inter alia. de imm. Eccl. p.2.* & alios. Contra vero actus, quos ibi diximus fieri poſſe in die feſto, quia non ſunt iudiciales; poſſunt etiã licite fieri in Eccleſia ob eandem rationem.

4 Hinc infertur placitum nec poſſe de licentia clericorum, aut Prælatorum fieri in Eccleſia; nam *cap. cum Eccleſia* vbi dicitur ne iudices ſeculares ſub pœna excommunicationis ferẽdæ, agant cauſas in domibus Eccleſiæ, ſine conſenſu Prælatorum, videtur pertinere ad libertatem eccleſiaſticam, ne inuitis Prælatis iudices ibi placitum conſtituant. Et eſt iam ampliatum ex *d. cap. decet.* quamuis in aliquibus ſit reſtrictum, nam actus voluntariæ iuriſditionis, vt diſpenſatio, poſſunt in Eccleſia fieri, & actus iudiciales in domibus Eccleſiæ, qui tamen *cap. cum Eccleſia* ſunt prohibiti ex Panor. *cap.1. de imm.* Sylu. *immunitas 1. q.1.*

5 Infertur ſecundo, poſſe licite, & valide fieri iudicia eccleſiaſtica, per Iudices eccleſiaſticos in Eccleſia, ex vi *d.c. decet.* quamuis conueniens ſit alibi fieri cum ſtrepitum requirant. ita Suar. cum Nauar. *de orat. c.25. n.36. & 44.* Gloſſ. *d.c. cum Eccleſia*, communiter recepta. ex Recentioribus ſequitur Caſtropal. Roder. à Cuña *om̃nem: c. oratorium n.3. diſ.42.* Correa, & Barboſa vbi ſupra, qui duo vltimi videntur putare hos actus eſſe prohibitos, ſed tamen validos. Non licere tamen Iudici ſæculari in Eccleſia, vel eius cœmiterio ſummariam informationem capere, etiam ſi non fiat cũ partis citatione putauit Caſtrop. *dic. d.1. de reu. debita locis ſacr. p.3.* ex Nauarr. *de orat. hor. q. can. c.5. n.40.*

6 Infertur tertio, nõ prohiberi doctoratus lauream conferre in Eccleſia, niſi forte fiat cum perturbatione diuinorum officiorum; aut concilium, vel parlamentum ſecularium in Eccleſia adunare; quãdo materia de qua agitur non eſt mere temporalis; contra vero non debet Eccleſia in vſus bellicos conuerti, niſi ex magna neceſſitate, quo caſu per ſe Epiſcopi licentia requiritur. ex Sylu. *immunitas. 1. q. 1.* & alijs: ita cit. Doctores cum Io. And. Panor. *in d.c. cum Eccleſia* Bal. *l. nemo. 1. c. de Sac. Eccl.* & alijs, quos ſequit. Suar. *à n.15. ad 18.* Vbi aduerto, quod per accidens poteſt requiri Papæ auctoritas, vt ſi ſit ipſi immediate ſubiecta; vel ſi ſit exẽpta ab ordinario, & ſubiecta alicui Abbati v.g. vel Priori habenti iuriſditionem quaſi Epiſcopalem: tunc eius licentia ſufficit; & ſi ſit ius Patronatus requiritur Patroni conſenſus; vt iuſte fiat; dummodò is non ſit irrationabiliter inuitus. quod certe Suarius non negabit.

(:)+(:)

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES III.

An mercatus, ſeu negotiatio prohibeatur iure Eccleſiaſtico fieri in Eccleſia.

7 RESpondeo affirmatiue ex *cap. decet de immun. Eccl. in 6.* ibi. *ceſſent in Eccleſijs earumque cæmiterijs negotiationes, & præcipue nundinarum &c.* quæ ſane prohibitio eſt tantum de iure eccleſiaſtico, quia poteſt ex ſe actus vēditionis &c. eſſe honeſtus; licet magnum habeat fundamētum in lege naturali; nam raro abſūt peccata in mercatu, ex *cap. eijciens. d.* 88. atque hæc intellige iuxta dicta de mercatu, & ceteris cōtractibus ſupra *l. 3. diſ.* 8. quando fiunt in die feſto, habent enim eaſdem limitationes, præſertim, quod dicti contractus in templo celebrati nō ſint irriti, vt aduertit Panorm. *d. c. cum Eccleſia nu.* 6. Nauar. *c. 5. de orat. à num.* 32. & poſt Suarez hìc *nu.* 18. tradunt Caſtropal. *p. 4. ? . ſed dubium eſt*, Barboſa *lib. 1. de imm. Eccl. ca. 3. n.* 13. citans Corream vbi ſupra.

8 Quoad peccati qualitatem ſpectat dixi *n.* 3. cum Suarez eſſe per ſe mortale; & addo ex eius ſententia *diſ.* 81. *ſec. 8. verſu ſecundo ex hoc in 3. tom. 3. p.* excuſari eos qui vendunt in Eccleſijs, vel cœmeterijs aliqua ad vſum templi. & ſimiliter qui vnam, vel alteram facerent venditionem excuſantur à mortali: niſi magna eſſet indecentia; ſicuti qui in cœmeterio Eccleſiæ, vel pro foribus vendunt excuſantur ſaltem à mortali, erit autem procul dubio mortale quando per ſe eligitur locus ſacer ad huiuſmodi negotiationes. ſic etiam Fagund. 2. *p. Eccl. l. 4. c. 4. n.* 10. Caſtrop. *l. cit.* & alij ſequētes Suar. excipe tamen, vt dixi *lib. præc. diſ. 8. n.* 3. niſi obſtet conſuetudo, quæ legitime poteſt introduci, & de facto eſt Panormi introducta in Nundinis S. Chriſtinæ, & in alijs Regni Ciuitatibus ob ſolemnitatem maiorem, & hominum concurſum, & hoc Suar. aperte concedit, dum ait hanc doctrinā de venditione in loco ſacro habere eaſdem limitationes, quas habet de vēditione in die feſto vt *n. præ.* vidimus. Tantum noto, quod ſi quis in Eccleſia celebraret verbis tantum contractum emptionis, & venditionis non peccaret ſaltem mortaliter, quia in *c. de ferijs* tantum prohibetur venditio mercibus præſentibus, & hæc affert indecentiā, vt docet agens de mercatu in diebus feſtis Trullēch. *l. 3. c. 1. dub. 9. n.* 2. cum alijs.

QVÆRES IV.

An furtum rei non ſacræ factum in Eccleſia, habeat malitiam ſacrilegij, & vnde id proueniat.

9 RESpondeo eſſe ſacrilegium mortale, quando quantitas, quę ſurripitur conſtituit furtum in ratione peccati mortalis. vnde erit hæc circumſtantia in confeſſione aperienda: probatur ex *cap. quiſquis 17. q. 4.* ibi, *ſacrilegium committitur auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, aut ſacrum de non ſacro*; idque prouenit ex immunitate conceſſa Eccleſiæ per ius Canonicum; qua poſita videtur formaliter eſſe iniuria facta templo, nam licet ea reuerentia non furandi in eo ſit ſatis conſentanea naturali rationi; tamen non eſſet ſacrilegium ſaltem mortiferum, niſi furans intenderet poſitiue iniuriam templi.

10 Vnde patet ius ciuile differre à iure canonico nam per ius ciuile tantum cōmittitur ſacrilegium, quoad actionem fori externi (nam de peccato non ſtatuit,) & pœna eius irrogatur quando ſacrum de ſacro aufertur, vt docet Gloſſ. *l. Diui ff. ad l. Iuliā Pecul.* vbi Bart. & communiter alij teſte Iul. Claro. *lib. 5. §. ſacrilegiū n.* 1. Hæc Suar. *l. 3. t. 1. de reli. c.* 5. eſtq; fere communis ſententia ſequit. Caſtrop. hic *pun. 2. nu.* 3. Raphael la Torre 2. 2. *q. 99. ar. 2. d. 7. t.* 2. Rebel. *p. 1. lib. 3. q. 15. num.* 25. Layman. *lib. 4. tract. 10. cap. 7. num.* 18. alij.

Con-

Digitized by Google

11 Contraria vero ſententia aſſerens; tunc tantum eſſe ſacrilegium furari in Eccleſia, quando res ablata pertinet aliquo modo ad Eccleſiam, quia v.g. ipſi traditur cuſtodienda, vel ad eam ornandam &c. eſt ſane probabilis,& tuta in conſcientia, idque videtur Suarez innuere dum eam referẽs *num.6.* ait placere modernis Theologis;& dum *num.* 9. reprobat illam, quæ abſolute negat eſſe ſacrilegium furari quomodocumque rem non ſacram de ſacro, (vt vere eſt reprobāda) de hac non meminit, ſed quidquid ſit de eius mente, certum eſt eā amplecti à Del Vgo *de pœn. sec.*10. *d.* 16.*nu.*470. *dum agit de circumſtantia, vbi,* Fagund.*pra.Eccl.*2.*l.*4.*c.*4.*num.*9. *Coninch.diſ.*2.*dub.*4.*nu.*22.Diana *p.* 1. *tract.*7.vbi alios.citat; & nouiſſime à Pellizar *tra.*5.*cap.*3.*nu.*47.*in manual. reli.* ratio horum doctorum eſt quia bona, quæ forte ſunt in Eccleſia, per accidens ibi inueniuntur, & ſic non irrogatur ſpecialis iniuria,ſicuti quādo ad Eccleſiam aliquo modo pertinent, idque colligitur ex ipſo textu, dum ait *non ſacrum de ſacro.* ly, de ſignificat aliquam attinentiam.

Nomine autem Eccleſiæ ad prædictum effectum venit Eccleſia conſecrata,aut benedicta,aut Epiſcopi auctoritate erecta,vbi diuina officia publice celebrentur, vt videtur Suarez cenſere dum Eccleſiam, aut locum ſacrum nominat. vnde puto nec in Eccleſia diruta, neq; in Eccleſia quæ ædificatur, & non dum cæpta ſunt officia diuina, eſſe ſacrilegium furtum, neque in cœmiterijs, quia nec ex iure id habemus, nec peculiarem habet repugnantiam diuino cultui furtum ibi factum, quod à fortiori docebunt doctores volentes nō gaudere reos immunitate Eccleſiaſtica; niſi in ea diuina officia celebrentur, quos referā *diſ.*5.*nu.*5.*infra*, & in proprijs terminis docere videtur Diana *p.*3. *reſol.*166.ex Azorio,Soto, & alijs, dum docet per locum ſacrum quo ad hunc effectum venire ſolum corpus ipſum Eccleſiæ conſecratæ, aut Benedictæ: & excludit dormitoria ſacriſtias,fores,campanilia &c.

QVÆRES. V.

An cætera quæ in (d. cap. decet de immunitate Eccleſiaſtica in 6.) prohibentur fieri in templo; ſint mortalia, ſi ibi fiant.

13 RESpondeo negatiue, ſed attendendam eſſe grauitatem materiæ, qua poſita: lex obligabit ad mortale, & nō poſita ſolū ad veniale ex vi. *d.cap.* à verſu,*nullus in locis eiſdē* per quod inducitur obligatio, loquitur enim lex imperatiuo modo.

14 Vnde erit peccatum mortale ſacrilegij facere ſeditionem in Eccleſia, & ludos theatrales in honeſtos, & turpes.

15 Secundo concilia, & parlamenta cogere vbi de rebus iniquis agatur, (ſed hoc iuxta doctrinam Suarij putantis peccatum mortale externum in Eccleſia eſſe ſacrilegium,quod *d.*4. infra negabo.)alias erit veniale ſi fiāt ſine cauſa, & abſq; multa turbatione diuinorum officiorum.

16 Tertio colloquia turpia vel alia quæ ad malitiā peccati mortalis perueniant, vt graues detractiones &c. (quod iuxta infra dicenda intelligo pace Suarij,quando valde aſtantes in templo ſcandalizarēt, quia tunc ſunt materia grauis ratione irreuerentiæ,) ſi vero ſint honeſta vel alias licita,erit veniale eo habere tempore,quo diuinis officijs eſt attendendum.

17 Contra vero conuiuia in Eccleſia facere, vel ibi dormire non prohibentur, neque in *cap. non oportet* 2. *d.*42. & ſic non erit ſpecialis culpa contra Eccleſiæ prohibitionem ea ibi facere, niſi quantum ratio naturalis dictauerit eſſe indecens.hæc Suar. *c.* 6. *l.*3. *tr.*2. *à n.*3.quem ſequitur in omnibus Caſtropalaus *p.*4. hic Barb. *lib.* 2. *de imm.Eccl.cap.*3.*à n.*14.*ad*25.quamuis non explicet, an ſint venialia &c. ſed citat Suarium hic Sanchez *lib.* 1. *c.*8. *dub.*24.*à nu.* 17. & alij contra Nauarr.

d. c.

d. c. decet. cum Angelo *v. immunitas num.5.* Tabienam ibi.& Syl. *q.2.n.5.* putantes omnia, quæ in illo capite prohibentur eſſe tantum ſub veniali, niſi ſit contemptus.

QVÆRES VI.

An ſit mortale in Eccleſiam ſupellectilia Laicorum, vel Clericorum cuſtodienda deferre.

18 RESpondeo. In hac re magis peccant Prælati admittentes hæc in Eccleſia, quàm qui deferunt, cum prohibitio ad ipſos dirigatur, ex *cap. relinqui. de cuſt. Euchar.* & niſi neceſſitas excuſet. v.g. timor hoſtium, &c. eſt de ſe mortale: quando notabiliter impeditur, vel fœdatur Eccleſia, cuius nomine non venit quoad præſentem materiam cœmeterium, ſed ſola Eccleſia, vt ſupra dixi. nec qui petit vt hæ in Eccleſia conſeruentur excuſatur à culpa, quia per conſequentiam prohibitio ad illum extenditur. Suar. *c.6.n.1.d.lib.3. tr.2.*

DISPVTATIO IV.

An aliquæ actiones ſint malæ ex eo tantum, quod fiant in loco ſacro abſq; alia Eccleſiæ prohibitione.

1 RESpōdeo affimatiue, & ratio eſt: quia in alijs materijs, & rebus conſecratis obligamur iure naturæ; poſita cōſecratione ad abſtinendum ab aliquibus actionibus, quæ alias licitæ ſunt, vt eſſet vti ad bibendum in menſa calice ſacro: ergo poſita conſecratione, ſeu deputatione loci ſacri, quod prouenit ex Eccleſię inſtitutione, abſque alia prohibitione obligamur ad abſtinēdum ab aliquibus actionibus ibi faciendis; ex ipſo Iure naturali id dictante; & ſi illæ actiones fiant in Eccleſia erunt ob eam circūſtantiam malæ de ſe, etiam ſi eas Eccleſia non prohibuerit, vt eſt copula coniugalis, eſt enim de ſe licita; ſed ſi fiat in Eccleſia abſque vrgenti cauſa, etiam ſi non fuiſſet prohibita eſſet p. m. vel exonerare ventrem in Eccleſia extra grauiſſimam, & præciſam neceſſitatem erit ſacrilegium, etiam ſi qui faciat non intendat templum vilipendere; ſed ipſa actio ex ſe eſt talis

2 Cōfirmatur, quia D. Ambr. P. Chriſ. Anſel. & alij exponentes illa verba Pauli I. Corin. 11. *num quid domos non habetis ad manducandum, vel bibēdum &c.* aperte docent poſita cōſecratione Eccleſiæ aliquas actiones, licet cōmunes, ex natura rei eſſe ibi illicite factas. hęc Suarez *c. 7. vſq; ad num. 8. & cap. 3. num. 7.* erudite ſatis, vt ſemper ſolet.

3 At contraria ſententia, quæ aſſerit nullum peccatum factum in Eccleſia eſſe ſacrilegium, niſi ex Iure poſitiuo prohibeatur, in reuerentiam loci ſacri, eſt omnino tuta, & probabilis, vt late à me probatum eſt cum Sanchez *l.9. de matr. diſ.15.* quem ſequitur Baſilius Pontius *l.10.c.10.nu.9.* Caſtrop. hìc *p.1.num.6.* citans Vaſquez, Valentiam, Io. Gutier. & alios vbi ad Suarij rationē ait illas actiones exonerandi ventrem &c. eſſe ſacrilegas; quia Tēplum vilipenditur, & æſtimatur, ac ſi eſſet cubiculum, aut beſtiarum ſtabulum: quamuis Pontius *l. cit. num. 10.* neget eſſe ſacrilegium ventrem exonerare, & actum coniugalem extra neceſſitatem in Eccleſia habere: ſed præſumi tale: & de actu coniugali habito extra neceſſitatem in Eccleſia non eſſe mortale, nec per illum pollui docent etiam Vaſquez 1. 2. *d. 98. num. 6.* Emman. Sà *v. Eccleſia nu. 4.* quod non eſt improbabile ob rationes; quas ipſi afferunt. quamuis Suarij ſententia ſit communior, & probabilior.

***

(:)+(:)

QVÆ-

QVÆRES. I.

An omne opus prophanum in loco ſacro factum, ſit de ſe malum.

4 LOquimur hìc de opere prophano veluti poſitiuo, quod ſcilicet aliquam videatur habere repugnantiam cum loco ſacro: (nam de opere prophano veluti negatiue, quale eſt illud, quod ad virtutem religionis non ſpectat; ſupponimus, vt certum eſſe licitum in templo) de hoc ergo opere.

5 Dico primo, ſi opus ſit internum quamuis ſit peccatum mortale in ſe, v.g. odium Dei, nõ addit nouam malitiam ex eo, quod fiat in Eccleſia: ratio eſt, quia cum non pateat ſenſibus non continet irreuerentiam contra locum ſacrum. ita Cano. *rel. de pœnit. par.* 5. *§. multa* hìc. Lud. Lopez 1. *p. inſtr. ca.* 33. Cord. *q.* 190. & alij. quos ſequitur Suar. *c.* 7. *à nu.* 6. cum omnibus fere Recentioribus ſupra citatis, & citandis mox.

6 Dico ſecundo, ſi opus prophanum ſit externum, & peccaminoſum mortaliter addit nouam malitiam ſacrilegij, non ſemper mortalem; ſed ſolum quando vel eſt Eccleſiæ prohibitio; vel opus de ſe facit notabilem irreuerentiam Eccleſiæ; quod prudẽtis arbitrio eſt iudicandum, & quidem quod ſit noua malitia ſacrilegij; probatur, quia opus indifferens in Eccleſia factum poteſt eſſe malum ob loci circumſtantiam: ergo opus de ſe malum, etiam habet malitiam ex illo præter ſuam. non eſt autem grauis quia ordinarie peccata mortalia externa ab Eccleſia non prohibita, non continent grauem irreuerentiam, ſecundum prudens iudicium. ita Leſſ. *l.* 2. *cap.* 45. *dub.* 3. quem ſequitur Suar. *à num.* 6.

7 Verum ſequendo noſtram ſententiam. nullus actus habebit malitiam ſacrilegij ſi fiat in Eccleſia, niſi ſit prohibitus. de qua re vide *lib.* 9. *de matr. diſ.* 15. vbi optimam habes regulam ad dignoſcendum quando peccata, ob Eccleſiæ prohibitionẽ habent nouam malitiam.

8 Vnde quamuis valde placeat, & amplexus ſim loco dicto fornicationem occultam eſſe ſacrilegium: non tamen placet, quod Suarius ait, de tactibus impudicis factis in Eccleſia eſſe ſacrilegium. nam doctiſſimus vir locutus eſt conſequenter ad ſuam ſententiam, *nu.* 1. relatam, quã etiam ſequitur Raphael la Torre 2.2. *tom.* 2. *q.* 99. *a.* 3. *diſ.* 7. Ortiz. *ſum. notab.* 5. Salas *in p.* 2. *tra.* 13. *diſ.* 6. *ſec.* 22. *num.* 150. Ego vero puto nõ eſſe ſacrilegium, niſi ſit periculum pollutionis: quia d. loco. cum Sancio, & grauibus DD. putaui nõ eſſe ſacrilegia, niſi quando eſt periculum pollutionis, & præter Doctores ibi cit. addo Homob. *de exem. eccl. p.* 1. *traſ.* 5. *c.* 12. *q.* 177. Fagund. *l.* 4. *in* 2. *eccl. p. c.* 4. *n.* 31. Coninch. de Sacr. quem ſequitur Diana *p.* 1. *tr.* 7. *reſ.* 25.

DISPVTATIO V.

Explicantur ea, quibus immunitas loci ſacri violatur.

1 LOquimur hìc de exemptione, quam habet Eccleſia quatenus locus quidam eſt conſtitutus, vt refugium defendens illuc confugientes, ne per vim ab ea extrahantur *C. definiuit, & ſeq. de im. eccleſiæ.* quæ per antonomaſiam immunitas Eccleſię appellatur ad diſtinctionẽ alterius immunitatis, qua gaudet Eccl. in perſonis eccleſiaſticis, & ſuis bonis, & ſolet appellari immunitas eccleſiaſtica; vel etiam in ſe ipſa ne deſtruatur, aut polluatur &c. de quibus alibi cum eodem Suario ſuis locis dicemus, & aliqua etiam, iam diximus diſp. prec. nunc.

✝

(:)✝(:)

Digitized by Google

QVÆRES I.

An hæc immunitas ſit tantum iure poſitiuo, & quando inceperit.

2 RESpondeo eſſe ſolum de iure poſitiuo, ac probabile eſt incepiſſe tempore Conſtantini, quo ſolemnis Eccleſiarum dedicatio incepit, vt ex Nazian. *orat.* 20. & Ambr. *Epiſ.* 33. & alijs Patribus probabiliter colligitur, nec ſolum fuit conſtituta de Iure Canonico, (quod in hac re obſeruandum omnino eſt, & ſolum ſufficeret:) ſed etiam iure Ciui. *ex titu. cod. de his qui ad Eccl. confugiunt.* quia Imperatores pro ſua pietate voluerunt hoc priuilegio Eccleſias condecorare, & Pontifices, ac Concilia ad maiorem ſuorum legum obſeruantiam voluerunt in hoc Principum ſæcularium auctoritate iuuari, nõ ex neceſſitate; ſed ex quadam æquitate.

3 Quod autem ſit tantum de Iure poſitiuo probatur, quia non eſt de iure diuino naturali, nec de iure diuino poſitiuo: cum non ſit intrinſece malum malefactores à templo extrahere per vim; eſt enim de ſe actio iuſta, nec locus ex vi ſuæ conſecrationis habet hoc ius, niſi ab aliquo conceſſum fuerit, vt cõfugientes ad ſe tueatur. Nec iure antiquo fuit tale præceptum, vt putat Abulenſ. *in cap.* 20. *Ioſue q.* 1. & ſi fuit, cum fuerit cęremoniale, iam ceſſauit, nec in lege gratiæ inuenitur. ita Suar. *cap.* 8. *l.* 3. *tract.* 2. quem ſequitur Caſtropalaus *p.* 5. *nu.* 2. & 1. Bonacina *diſ.* 3. *in p. de præc. quæſt.* 7. §. 1. Barboſa *l.* 2. *de iur. eccl. cap.* 3. *nu.* 37. nouiſſime Marius Curtelli *de priſ. & rec. eccleſ. liber.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 11. & alij paſſim notant, & infra *diſp.* 8. latius contra Dianam examinabimus.

QVÆRES II.

Quænam Eccleſiæ gaudeant immunitate.

4 DIco primo non ſolum Eccleſia conſecrata, aut benedicta; ſed etiam ea, quæ tantum ab Epiſcopo eſt deſtinata ad vſum ſacrum: vt ſi primum lapidem ipſe poſuerit, hac immunitate gaudet, quamuis nondum diuina officia in ea fuerint celebrata, & etiam ſi ſit interdicta, vel polluta ratio eſt; quia nomine Eccleſiæ intra propriam ſignificationem vocabuli, quamuis late ſumpti, venit Eccleſia dictis modis accepta: cum materia ſit fauorabilis: nec ex eo quod ſit interdicta, aut polluta deſinit eſſe Eccleſia, nec iure poſitiuo talis effectus reperitur poſitus interdicto, aut pollutioni Eccleſiæ. ita Suar. *cap.* 9. *ad n.* 6. quem ſequibur Barboſa *de imm. eccleſ. l.* 2. *cap.* 3. *à n.* 59. Franc. Leo *in Theſau. fori eccl. l.* 1. *cap.* 13. Fagund. *p.* 2. *eccl. lib.* 4. *c.* 4. Mar. Itali. *de imm. l.* 1. *c.* 4. §. 3. *nu.* 12. Raph. la Torre 2.2. *q.* 99. *ar.* 3. *d.* 7. Lud. Correa *in repet. cap. inter alia puncto* 2. Bonac. *de cenſ. extra bullam diſ.* 2. *q.* 3. *p.* 6. §. 4. Piaſec. *prax. Epiſ. p.* 2. *c.* 4. Farinac. *de imm. c.* 17. *à nu.* 254. Caſtropal. *pun.* 6. apud quos alios antiquiores reperies. Duardus in Bullam Cœnæ *l.* 2. *quæſt.* 16. *in can.* 15. Diana *p.* 6. *trac.* 1. *reſ.* 1. Quod autem diximus de Eccleſia Epiſcopi auctoritate erecta, idem dicas de Eccleſijs regularium, quãdo ex priuilegio Papæ eorũ Superiores ponunt primum lapidem, vt bene Lezana *v. immunitas num.* 2.

5 Contra Zabarell. Anto. Gloſſ. *cap. Eccl. de immun. Eccl.* volẽtes vt diuina officia iam celebrata ſint in Eccleſia, nõ conſecrata & cõtra Couar. *l.* 2. *var. c.* 20. *n.* 4. Anaſtas. Germo. *de Sacr. immun. l.* 2. *c.* 16. *n.* 26. volentes vt Sacratiſſima Euchariſtia in ea ſeruetur. ſed Suar. ſententia; iam eſt communis, vt notat Duard. *l. cit. add. lit. d.* vide Pellegr. *in bullam Greg.* 14. *c.* 4. *n.* 7. & 8.

Petes

Digitized by Google

Petes.

An ſolum gaudeat hac immunitate Eccleſia, quoad ſuum internum habitum tantum.

6 RESpondeo negatiue, nam etiam tectum, turres, & cętera omnia, quæ ad totam ſuam fabricam, & habitationem pertinent, gaudent immunitate, vt ex conſuetudine apparet, extenditurq; etiam de iure in Eccleſia maiori, ad paſſuum per circuitum 40. in minori ad triginta, niſi Eccleſiæ ſint intra ambitũ caſtellorum. verum in hoc conſuetudo eſt attendenda, quæ iam videtur eſſe, vt tantum Eccleſia cũ ſuo cœmeterio gaudeat hac immunitate, ſiue cœmeterium ſit coniunctum, ſiue ſeparatum: videte Doctores infra citandos, præter Suarium *c.8.n.3.& c.9.n.8.*

Idem dico, ſi quis ſupra tegulas tecti ponatur, quia iam eſt intra ſitum Eccleſiæ; ſicuti etiam gaudebit, qui non potens ingredi Eccleſiã portam eius, aut vectes teneret, vt docuit Couarr. *lib.2. var.c.20.nu.18.* cũ Io. Igneo *l.1.ff.ad ſyll.n.57.* ita Suarez *c.9. nu.7. & 8.* ſequitur Caſtrop. *hic p.6.* Farinac. *in appen. de imm.c.17.num.168. 279. & 272.* Marian. Itali *l.1.cap.4.§.9.* Bonac. *diſ.3.de p.pręc.dec.q.7.§.2.n.5.* Gambac. *de imm.l.4.c.1.n.12.* Barboſa *l.2.cap.3. iur.Eccl.n.64.* multos citans Duardus in Bullam Cœnæ *l.2. in can.15.q.16. à n.4.* Diana *l.cit.reſ.3.*

7 Hæc Suarij doctrina merito ampliatur ad ſcalas Eccleſię, ad eius porticum ad Eccleſiam cœptam edificari Epiſcopi auctoritate, licet nondũ ſit finita, quod intellige, ſi ſit ſpes ædificationis; ita vt pene deſtituta non ſit vt docet Italia *l.cit.§.3.nu.15.* quem ſequitur Diana *p.6.tra.1.reſ.1.* quidquid contradicat Caſtrop. ſupra; nam tunc non dicitur deputari ad officia diuina, niſi valde remote, & certe potius eſt locus deſertus, quam domus orationis, vnde nullum peccatum ratione loci committunt, qui in illa ventrem exonerarẽt, vel aliquam indecentem actionem facerent, & quamuis ſiſtendo in rationibus: idem poſſet dici de Eccleſia, quæ actu ædificatur Epiſcopi auctoritate; tamen quia communiter DD. de hac dicunt gaudere immunitate, & videtur ad cultum diuinum proxime deputari, non eſt ab his recedendum, ſi conſuetudo præſertim faueat, & præterea requiritur, vt aliquã habeat formam Eccleſiæ, nam ſi ſit tantum Pilaſtrum inceptum, vel murus portæ, non gaudebit immunitate: moraliter enim Eccleſia non dicitur. immò Eccleſia diruta, ſi ſit cum animo ſeu ſpe redificationis, & ſine auctoritate Epiſcopi diruta venit ſimiliter nomine Eccleſiæ, quo ad hunc effectum, vt docent præd. DD. cũ Claro *com. opinion. prac. §.fin.q.30.* Decia *tract.crim.lib.6.c.24. num.27.* & alijs apud Barboſam *l.cit.* cum Duar. *l.cit.* Sperell. *deciſ.60.n.14.*

8 Nota etiam Dianam nimium extendere, hanc exemptionem, dum putat etiam tangẽtes exterius parietes Eccleſiæ gaudere immmunitate *p.3.reſ.73.* hic *& p.6.tract.1.reſ.3.* cum alijs, quos ibi citat, quia appellatione Eccleſię, non veniunt Parietes, ex parte exteriori. vnde ſacrilegus non eſſet, qui hominem ibi interficeret, nec cõtra Religionẽ peccaret ſi turpia pingeret in illo pariete, aut alia immunda faceret; certe ſupra diximus eſſe p. m. ventrẽ exonerare in Eccleſia; quis dicat idẽ eſſe; ſi quis ad ei' parietes exteriores aliquid huiuſmodi haberet?

Nec obſtant argumenta Dianæ nõ primũ, quod priuilegia immunitatis ſunt amplianda; nam ampliatio non eſt extendenda vltra verborum proprietatẽ, vt late Suar. *l.6.de leg.c.2.n.5.* non ſecundum nam *l. quæ religioſis.ff. de rei uen.* loquitur de adhærentibus, per ſe ad res religioſas: alias, etiam domus ſecularium adhærẽtes Eccleſijs, eſſẽt religioſæ, nec paries ex parte exteriori proprie dicitur Eccleſiæ adhęrere; quia talia ſunt trabes tegulę &c. ſed conſtituit Eccleſiæ partem exteriorem, quę hominum exiſtimatione non habetur, vt religioſa.

Digitized by Google

9 Non vrget tertium, quod acceſſorium ſequitur naturam principalis; nam in primis non video quomodo paries ſit Eccleſiæ acceſſorium; cum de natura acceſſorij ſit ſupponere id cui accedit, conſtitutum: at paries conſtituit Eccleſiam;& ſolum eſt difficultas: an ad gaudendum immunitate nomine Eccleſiæ veniat pars exterior,an interior.

Nõ vrget deniq; quartũ,quod priuilegium conceſſum Eccleſiæ,dicitur etiam cõcedi per triginta paſſus.nam hoc potius eſt contra Dianam,quia iſta extenſio non fieret, niſi in iure exprimeretur: *in cap. ſicut antiquitus, & cap. diffiniuit 7.q.4.* ergo cum ius non extendit ad ambitum Eccleſiæ exterius, nec ex hominum exiſtimatione,qui eſt iuxta muros Eccleſię deforis intelligatur eſſe in Eccleſia, non eſt vt dicamus gaudere reum immunitate; ſi tãtum parietem extrinſecus tangat. atq; in hac ſententia aperte mihi videtur eſſe Suarius dum **nu. 8.** *cap.* 9. ponit caſum de eo, qui ſupra tectum eſſet,& dicens quod gaudeat, sẽper probat ex hoc,quia dicitur eſſe in Eccleſia dum pedes habet in ipſa, licet non circumdetur parietibus, & quia eſt intra ſitum Eccleſiæ, & adhæret illi, & licet Suar. vtatur etiam hac ratione,quia illæ tegulæ religioſæ ſunt;& ideo, qui adhæret illis tegulis non poteſt religioſe euelli: tamen hæc ratio ſola non militaret; niſi vt cum alijs coniuncta; nec refert quod cõcedat gaudere immunitate adhærentem portæ Eccleſiæ, & vectem tenentem.tum quia ipſe ait ordinarie eſſe *intra concauum ipſius parietis, & ſic intra ſpatium eius*; tum quia, qui vectem portæ tenet videtur totam Eccleſiam poſſidere; vnde per vectis traditionẽ acquiritur dominium domus *l. clauibus. ff. de contra. emptione*; tum denique quia id in iure exprimitur, *cap. ſi quis conſumare* 17.q.4. ibi. *vſq. ad extremas fores*,& non dicit vſq; ad exteros parietes. ſic Archidiac. *cap. vni de reliq.& ven. Sanct.*

10 Vnde infero, quod ſi quis in aliqua Concauitate ſubtus Eccleſiam ſe abſconderet, dummodo nõ circumdaretur muris fundamentalibus, non gauderet immunitate:quia nullo modo poteſt dici eſſe in Eccleſia, cum nec pedes habeat in parte eius conuexa vt ille qui eſt in tecto; nec eius ambitu circumdetur, vt ſuppono, ſaluo &c. quod ſi Reus ſit in ianua vel ſcalis Eccleſiæ; & forte excidat; ita vt humeris in illis exiſtat adhuc gaudet immunitate;quia cum iam fuerit in Eccleſia adhuc cenſetur communi æſtimatione ibi eſſe, & hoc dabit etiã Bonacina *t.2. diſ.3. q.7. p.4. nu.* 20. qui merito negat gaudere exiſtentem extra Eccleſiam ſi tantum humeros ponat ſupra ſcalas vel ianuam: licet Diana *p.6. tr.1. reſ.6.* etiam hunc gaudere putet;ſed reuera in Eccleſia eſſe non dicitur, nec communi conceptu talis æſtimatur.ſaluo &c.

QVÆRES. III.

An etiam ſint alia loca præter Eccleſiam gaudentia immunitate.

11 RESpondeo affirmatiue;atq; adeo gaudẽt primo Monaſteria Religioſorum,quo ad totum clauſtrum, ſeu habitationem eorum quam Suarij ***num.*** 9. doctrinam explicans Barboſa *l.2.c.3. iur. E. cl. num.* 72. ex Lud. Correa,ait per eam comprehẽdi omnia loca,quæ interiacent vſq; ad vltimas fores,vt ſunt cellulę domus.hortus, Balnei; & quamuis reus ſit ſupra tectum Monaſterij per ea, quæ diximus ***num.*** 9. vt expreſſe Diana *par. 6. tract.1. reſol.3.* addo atrium Collegiorũ Societatis Ieſu ad ſcholares docẽdos, & ipſæ ſcholæ;nam continentur in ipſo Collegio, & Communi porta.

12 Secundo hoſpitale auctoritate Epiſcopi fundatum, quo ad totum ambitum, & habitationes, quæ in eo ambitu continentur ſiuè habitent ibi ſæculares,nam poſito,quod communi porta, & muro continentur hoſpitale ſunt; & alia loca, quæ in iure religioſa cẽſentur.v.g.(vt poſt Suarium ex-

Digitized by Google

explicat Gambacurta *l.4.c.4.à n. 10.)* Orphanorum domus; virginum reparatarum, ac mulierum receptarum ad meliorem frugem, ſi ſint Epiſcopi auctoritate erecta ſequitur Barboſa *num. 77.* idem etiam intelligens de locis habitatis per ſæculares clericos inſtar Religioſorum viuentiũ, vt ſunt Panormi v. g. Patres Congreg. Sancti Philippi Nerei &c. Seminarium clericorum ex Mar. Ant. Gen. prax. Curię Neap. *cap. 17. nu. 10.* Trullench. *lib. 1. in decal. c. 11. dub. 1. num. 7.* Heremitoriũ, authoritate Epiſcopi fundatum; quia eſt locus ſacer, nec poteſt ad vſus humanos redire, vt ex Remigio docent Villalobos *2. p. tra. 49. diff. 5. nu. 7.* Trullench. *l. cit. n. 9.* Idem etiam dicerem de infirmarijs quorumdam religioſorum, in quibus ſeruatur clauſura, quia eſt locus religioſus, ac veluti paruus conuentus.

13 Tertio Palatium Epiſcopi etiam ſi non ſit intra 40. paſſus Eccleſiæ gaudet hac immunitate, & præter Suar. *l. c.* docent Villagut Camill. Borell. Galganet. Megala. Fagund. Giurba. Gambacurta, & alij quos citat, & ſequitur Barboſa *n. 7.* Duard. in Bullam Cœnæ *l. 2. in c. 15. q. 16. à n. 11.* contra Bobadill. *l. 2. c. 14. n. 85.* Ambros. *c. 10. n. 7.* Pia Sec. *prax Epiſcopi p. 2. c. 4. ar. 8. num. 2.* Couarr. *l. 2. var. cap. 20. n. 5. §. 5.* volentes vt ſit intra 40. paſſus.

14 Et nouiſſime contra Curtellum *de priſ. & rec. Eccl. imm. l. 1. q. 2. & 7.* qui ex eo conatur probare ſuam ſententiam, quod in Can. Conc. Aurelianenſis ſupponitur Epiſcopum habitare iuxta Eccleſiam; ſed hæc ratio non multũ præualet, quia non ex eo conceditur eius domui immunitas, vt quid peculiare; nam ex hac habitatione omnes gauderent, qui eſſent intra triginta paſſus. an idem priuilegium ſit concedendum Epiſcopis extra Diœceſim commorantibus, vel Epiſcopis titularibus variãt DD. quare conſuetudo eſt attendenda, vtrum autem idem dicendũ ſit poſt Bullam Greg. XIV. dicemus *diſ. 8. q. 4.* obſeruanda tamen eſt cõſuetudo, quæ potuit introduci minori ſpatio temporis; cum non ſit contra Canones ſic cum Suar. Caſtropal. *p. 7. nu. 22.*

15 Quarto Oratorium auctoritate Epiſcopi erectum, & publicum vt docent cum Suario *nu. 10. cit.* DD. quod ſi ſit dubium de auctoritate Epiſcopi, quid in eo caſu agendum erit, videte quę diximus *l. 9. de matr. diſ. 15.* & Caſtropalaum *d. p. 6. n. 19.*

16 Denique ſatis pie docent communiter Doctores gaudere immunitate, qui tabernaculũ vbi Corpus Chriſti aſſeruatur, vel Sacerdotem illud ad infirmos deferentem amplexatur, et præter Suar. *d. num. 10.* fine docent præc. Doctores, & innumeri Recentiores, quos citat Barboſa *nu. 69.*

17 Vbi aduertit cum Diana *tra. 1. reſ. 28.* gaudere immunitate, qui intrat cubiculum, vbi eſt SS. Euchariſ. Sacramentum pro infirmis communicandis: quod extenderem etiam ſi illam Domum ingrediatur vbi eſt SS. Sacramentum, quamuis non ſit ingreſſus cubiculum: quia vt ait Suar. nomen Eccleſiæ, non abſurde extenditur ad locũ vbi eſt Corpus Chriſti, quamuis intranſitu. ſimiliter notant præter dicta Suarij gaudere illum, qui ſe immiſcet cum alijs aſſociantibus SS. Euchar. Ita etiam Mar. Itali *l. 1. c. 4. §. 10. n. 8.* Peregr. *de imm. Eccl. c. 4. n. 19.* Duardus in Bullam Cœnæ *l. 2. in can. 15. q. 16. n. 8.* Marius Curtelli *de Priſ. & rec. Eccl. liber. lib. 1. q. 28.* vtrum autem idem dicendum ſit per Bullam Gregorij dicam *diſ. 8. huius libri.* iam videamus.

Quæ loca non gaudeant immunitate.

18 ET primo non gaudent Oratoria priuata, quamuis ibi Miſſa celebretur de licentia Epiſcopi; vt cum Suario *d. n. 10.* docent omnes.

19 Secundo Campanile Eccleſiæ ab ea ſeparatum niſi ſit intra triginta paſſus, vt declarauit congregatio Cardinalium die 7. Decemb. 1632. de Campana apud Dianam *reſ. 108. de imm. Eccl. p. 4.* contra Nouarium *ſum. bulla*

tit.

tit.de imm.Eccl.n.26. Domus Canonicorum, niſi ſint intra ſepta Eccleſiæ ex Pelleg. in Bullam Gregorij XIV. *c.4.n.76.* Nec refert quod ſint ſub ipſius Eccleſiæ dominio, vel locatę Laicis, aut ad Emphitheuſim conceſſæ, non enim tales domus gaudent immunitate, niſi ſint vt dixi intra ſepta Eccleſiæ, id eſt in eius atrio, & porta communi clauduntur, vt ſunt domus in atrio Eccleſiæ S. Antonij Panormi, ad quas nō poteſt accedi, niſi atrium, & portam Eccleſiæ ingrediendo, & in ipſo ſitu Eccleſiæ ſunt ſitæ; vel niſi ſint contiguæ Eccleſiæ, & ſitæ intra triginta paſſus, vbi vigeret ea conſuetudo, quæ certe fortaſſe nullibi viget, vt cum Suar.*num.6.* dixi. immò ſi aliqua domus eſſet Eccleſiæ atrio contigua, ita vt eius ianua immediata ſit atrio aperto Eccleſiæ, vt ſunt aliquæ domus in atrio S. Nicolai Panormi, puto eas non gaudere immunitate, quia non ſunt in Eccleſia exiſtentes, & ad eam omnino non pertinent, & ſic docet Naldus in ſumma *v.Eccleſia num.7.* quamuis contrarium teneat mordicus doctiſſimus Diana *d.p.6. tr.1.reſ.2.* allegans Giurba, Villagut, Cartharium, & alios; vbi autem eſſet conſuetudo, vt domus ſic ſitę gauderent communitate; tunc probabiliſſimum puto, quod ait Diana erudite probans *d.reſ.3.* etiā ſi datæ ſint Laicis ad emphitheuſim gaudere. Licet contrarium teneat Nouar. *ſum. Bull. tit.de immunitate nu.25.* quem ſi quis ſequitur nō errabit. Nec gaudeat Palatium Cardinalium, etiam ſi ibi ſit Cappella, vt docet nouiſſime Caſtropalauş *n.23 l.cit.* cum Farinac. *app.ad imm.c.17.n.27.* dicente id ſtatutum eſſe à Greg.XIII.& Sixto V. Duardus *in Bullan. Cœna l.2.in c.15.q.16.nu.12.* At *addit.liter.1.* cum multis, quos citat ait gaudere extra vrbem in domibus, vbi ſunt eorum Eccleſiæ titulares; quod non caret probabilitate, & tenet nouiſſime Curtelli *l.1.de priſ.& rec. Eccl.liber.q.37.* quamuis Barboſa plures citet pro parte affirmatiua inter quos eſt Diana *reſ.37.tr.1.p.1.* vbi. *reſ.28.* Cum Aloyſio Riccio; ait non gaudere accedentem ad Sacerdotem portantem oleū ad infirmos; & idem puto de eo, qui aperit ſua peccata Confeſſario, vel de eo, qui ad Imagines Sanctorum confugit; vel etiam ſi imaginē ip am portet, niſi ſit in proceſſione SS Sacramenti, tunc enim militat ratio de aſſociante *n.17.* dicta etiam ſi non dum SS. Euchariſtia egreſſa fuerit è tēplo, nam iā ad illius aſſociationem ſpectat; vel Sacerdotem ambulantē apprehendit: quamuis Correa *relec. ad cap. inter alia.de immun.p.2.num.25.* putet nimis deuote, & ſine textu, aut doctorum auctoritate gaudere in hoc caſu.

20 Tertio puto non gaudere immunitate domus, in quibus reſident ad tempus aliquot Religioſi, quamuis habeant aliquam Eccleſiam vicinam vbi celebrent; (niſi forte ſint Prioratus Sancti Benedicti, vbi Conuentualiter viuitur; aut Granciæ in quibus ſeruatur clauſura,) & multo *minus* Villæ, quas habent recreationis gratia, aut domus quas conducunt, vt ibi aliquot habitent maioris commoditatis, vel neceſſitatis cauſa, gaudent, hac immunitate. ratio eſt quia hæc non ſunt loca religioſa, in quibus viuitur ſub clauſura. atq; ita docet Gambacur. *d.ca.4.nu.7.l.4.* ſequitur etiam Barbo à *num.76.* quamuis hi loquantur de domibus, ſeu villis, & multo minus gaudent domus diſciplinatorum *Addit. ad* Duard. *l.2. canon.15. quæſt.16. citat.* contra Pellegrinum *num.65.& 67.l.cit.* & de Grancijs docent Rodriquez. *quæſt.reg. tom.4.quæſt.75.ar.2.* Peregr. *de immun.cap.4 num.58.* quos citat, & ſequitur Diana *p.6. tra.1. reſ.6.*

✝

(:)✝(:)

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO VI.

De Perſonis eccleſia immunitate gaudentibus.

QVÆRES I.

An omnes chriſtiani gaudeant immunitate.

1 RESpondeo omnes Laici, baptizati, ſiue ſint excõmunicati, ſiue perſonaliter interdicti, ſiue hæretici gaudent Eccleſiæ immunitate in delictis, quæ non ſunt excepta (de quibus diſ. ſeq.) ratio eſt; quia Iura concedentia hanc immunitatem Eccleſijs loquuntur ſine limitatione, & hęc immunitas conceditur pro Eccleſijs, non autem delinquentibus: vnde non eſt cur aliquem chriſtianum excipiamus: nam ſicuti perſonaliter interdictus, poteſt per Eccleſiam tranſire, vel illuc cõfugere, vt à pluuia ſe defendat abſq; fractione interdicti: ita etiã, vt ſit ſecurus à Iudice &c. hæc Suar. *cap.* 10. *lib.*3. *t.* 1. *de rel.tit.de reu. deb. loc.ſacr.* ſequitur Caſtropal. hìc *p.* 7. Bonacina *dis.*3.*q.*7.§.3. Diana *tract.*1. *de imm.eccl.reſ.*29. Farinac. *appe.de im. c.*2.*nu.*44. Ambroſ. *de imm. eccl. cap.* 8. *n.*12. Mar.Ital. *l.*1.*c.*2.§. *vnico à nu.* 1. Barboſa *iur.eccleſiæ l.* 2. *cap.*3. *nu.* 131. Quamuis *nu.*45. neget de hæreticis cum multis, quos citat inter quos citat Suar. forte quatenus is doceat nõ gaudere pro crimine hæreſis, quod etiã tenent aliqui ex cit. DD. Gurtelli *lib.* 1. *q.* 29. diſtinguit ſi hæreticus ſit omnino contra Sũmum Pontificem, & ab Eccleſiæ obedientia ſeparatus; (dicet Theolog' ſi ſint apoſtatæ à fide,) & tunc non gaudent; contra vero ſi tantum in vna, aut altera re contra fidem ſentiant; nec eſt improbabilis diſtinctio. ſed hoc intellige, quo ad alia delicta: nam pro crimine hæreſis quocumq; nõ gaudent poſt Bullam Græ gorij XIV. de qua *diſ.* 8.

2 Excipiuntur ab hac doctrina ſerui cõfugientes à ſuis dominis, ſunt enim hi ipſi Domino reſtituendi, preſtita cautione nõ offendendi eos, vel ſi nimis ſint ſæui poteſt eos Eccleſia cõpellere, vt ſeruos vẽdant alijs. reſpectu vero Iudicum ſunt habendi ſicuti liberi: ita cum Suar. cit. DD. quod procedit, etiam ſi armati Eccleſiã ingrediantur, non ob illius contemptum, & ſi excommunicati, vel interdicti expellũtur ab Eccleſia; (poſſunt enim expelli,) tũt capi poſsũt à curia ſæculari. vide Pellegrin. *in Bullam Gregor.* 14. *cap.*4.

QVÆRES II.

An clerici confugientes ad Eccleſiam gaudeant immunitate.

3 RESpondeo non gaudere reſpectu Iudicum eccleſiaſticorum: ſed ſolum in his caſibus in quibus ſæcularis Iudex poteſt in eos manus inijcere; vel quando ob delictum, non gaudens immunitate poſſent degradari, & tradi curiæ ſeculari: ratio eſt quia quamuis expreſſe in canonibus non ſint excepti: tamen conſuetudo. ita illos declarauit, & ratio ipſa ſuadet: quia alias religioſi non poſſent capi, & incarcerari: cum ſemper ſint in Monaſterio: quod eſt contra praxim, & conſuetudinem à Põtificibus toleratam, (vt bene poſt Suar. oſtendit Diana *reſ.*25. *tra.*1. hìc in delictis commiſſis in Monaſterio.) ita loquẽs de clericis Panorm. *c. inter alia.de im. eccl.* Sylu. *v.immunitas.num.*7. Nauarr. *c.*25.*num.*22. Iul.Clar. *l.*5. §.*fine q.* 30. *ver. vlterius quæro.* vbi ait ſic de conſu. ſeruari. Decian. *tra.crim.l.*6. *ca.*28. *n.*34. Suar. *cuius hæc ſunt C.*10. *l.*3. *tr.*2. *t.*1.*n.*6.& 7. quem ſequuntur Caſtrop. *d.p.*7.*nu.*17. Bonac. *l.c.diſ.*3. Mar.Ant. Gen. *in c.*17.*num.*11. alias *c.*21. dicens poſt Bullam Greg. XIV. hanc ſententiam probari cum ea loquatur de Laicis Aloys.Ricc. *p.*2. *deciſ.*19. Bellet. *d.*9.*cler.p.*1. Megala *in* 3.*p.l.*4.*c.*2.*n.*34. nouiſſime ſeq. Curtelli *l.*1.*q.*23. & 24. & alij multi quos refert Barboſa *l.* 2. *c.*3.*de iur.eccl.n.*135.

Con-

Digitized by Google

4 Contrarium tamen putant Doctores quam plurimi, quorum preter citatos à Suario *nu.* 5. longam ſeriem refert, & ſequitur Barboſa vbi ſupra, Diana *tra.* 1. *reſ.*24.*de immunit. eccleſ.* Ambroſin. *de imm.c.*12. Duardus in Bullam cœnæ *tit.*22. *c.*15.*q.*16.*nu.*13. quamuis multi ex doctoribus, quos iſti citant teneant oppoſitum ſeruari in praxi, quare conſuetudo eſt attendenda, nam in punto iuris dubia eſt opinio. hìc in noſtra Sicilia ſcio ita multos clericos à manibus ſuorum Prælatorum effugiſſe, nempe Eccleſiæ refugio.

5 Idem dicent de religioſis ob delicta extra monaſterium, & expreſſe tenet Diana *d. reſ.*25. vbi citat Cenedum *q.can.q.*42.& Gambac. *l.*4.*ca.*11. *n.*10.*&* *p.*6.*reſ.*26.loquens de Apoſtatis.vbi citat Trullench.Decianum, & alios. vide etiam Lezanam *v. immun.* vbi *nu.* 17. ait Apoſtatas gaudere immunitate, quando ſunt in Eccleſijs, quæ non ſunt ſui ordinis: ſed vt dixi conſuetudo eſt attendenda, quæ videtur eſſe, vt eorum prælati eos capiant non ſecus, ac Domini ſeruos fugitiuos.

QVÆRES III.

An infideles non baptizati confugientes ad Eccleſiam poſſint extrahi.

6 RESpondeo ſi infidelis cõfugiens ad Eccleſiam petit baptiſmum vere, & non ſimulate, vt ſi ante timorem Iudicis petierit: probabilius eſt gaudere immunitate: cõtra vero non gaudere ſi petat ſimulate. v.g. poſt quam fugit, & timet ne à Iudice puniatur ex *l.*1.*cod.de his qui ad eccl.conſ.* vbi dicitur Iudæos ſimulantes ſe velle fieri Chriſtianos non gaudere immunitate: ergo à contrario ſenſu ſi vere velint eſſe Chriſtiani, debent defendi, & cum *ca. inter alia de im. eccl.* dicatur decerni in hac re iuxta ſtatuta Canonum, & legum ciuilium, hæ ſunt etiam attendendæ; & cum hæc lex non ſtatuat præſumptionem de iure; poterit Eccleſia examinare, num ſit vera Dei inſpiratio, etiam quando poſt delictum petit Baptiſmum, & ſi talis erit infidelem defendere debet.

7 Ex quo patet Cathecumenum gaudere immunitate; quia is eſt fidelis, & vt ſupponimus ante fugam petijt baptiſmum. Ita Suar.*d.c.*10. *num.*11. & cum eo ſentiunt Caſtropalaus *d.p.*7.*nu.*7.Baiar.*ad clar.q.*30.*n.*23.Bonac. *d.q.*7.*§.*3.*n.*5.Farinac.*app. de im. cap.* 5. *nu.*83.& ſequitur Fagundez *l.*4.*cap.*4. *num.*49.*de præc.eccl.*Portell. *dub.reg.v. eccleſiæ immunitas. nu.* 10. & alij quos citat Barboſa infra. quibus adde nouiſſime Curtelli *l.* 1.*q.* 22. vbi præter Suar. noſtrum *n.*24.citat Conradum, Martam, Gambacurtam *l.*4.*cap.*7.

Sunt tamen in hac re duæ ſententię oppoſitæ.

8 PRima abſolute affirmat infideles gaudere: quia Canones loquuntur indiſtincte de omnibus ad Eccleſiam confugientibus. Ita Tiraq; *tract. de prim.q.*66.*n.*8.Hoſt.Ioan.Andr.*d.c.inter alia.* & alij quos citat Prunonus. à Sole *in reſolut. v. immunitas. §. imm. conceſſa. eccl.ff.* 108.*col.*4. Barboſa *l.*2. *iur.eccl.cap.*3.*num.*44.vbi plures citat. inter quos male citat Suarium, nam is loquitur cum diſtinctione poſita. Diana *reſ.*22.*trac.*1.*de imm. eccl.*

9 Secunda negat quam mordicus tenet Gambacur.*l.*5.*c.*7.*nu.*5.& ex antiquis Couarr. 2. *var.cap.*20.*nu.*11. vbi multos citat, vocaturque communis à Caſtropal. ſupra: ſed quod ex Suario diximus, nec hi negabunt, qui has ſententias ſequuntur.

DISPVTATIO VII.

Explicantur caſus in quibus valeat, necne templorum immunitas iure communi.

IN hac diſp. ponemus caſus, quos Suarius noſter toto *cap.* 11. amplectitur; tum adhoc vt complementum eius doctrinæ habeatur: tum vt co-

Digitized by Google

cognoſcatur, quid ſit faciendum, vbi Greg. XIV. Bulla, (de qua diſp. ſeq.) non fuit recepta, & ſi forte ea in deſuetudinē abierit in futurum. plenam autem tractationē habebimus *diſp.* 8. per totam vbi varios caſus examinabimus.

QVÆRES I.

An pro debitis, vel alia cauſa ciuili proſit templorum refugium.

1 RESpondeo affirmatiue, ſiue debitor ſit obnoxius publicis tributis, & ratiocinijs reddēdis, ſiue ſit ſuſpectus de fuga, ſiue ſit negotiator fallitus, fugiens cum ſuis bonis, vt ea in Eccleſia abſcondat, aut vt ſuam perſonam ſeruet; ratio eſt, quia *cum lege vlt. §. cum autem c. de his qui &c.* dicatur *in publico contractu, aut priuato, actione ciuili &c.* & Canones illam approbēt: ibi, *eccleſiaſtici Canones decreuerunt, & lex Romana conſtituit vt ab Eccleſia reus extrahere non liceat.* ſequitur, quod etiam in cauſa ciuili vniuerſaliter rei gaudeant immunitate, nulla poſita exceptione: nam reus, etiam in cauſa ciuili appellatur, qui in ius vocatur. ita Suar. *ca.* 11. *l.* 3. *tr.* 2. *tom.* 1. *ad num.* 4. quem in omnibus ſequitur Caſtrop. *pun.* 8. Mar. Ital. *de im. lib.* 1. *ca.* 5. Ambros. *de imm. c.* 13. Farin. *appen. de im. c.* 3. *n.* 64. Diana 1. *p. tra. de im. Eccl. reſ.* 32. vbi citat Flaui. Cherub. *in comp. bull. t.* 2. *con.* 117. *Pij V. ſchol.* 2. Duard. *in bull. cœnæ l.* 2. *c.* 5. *q.* 16. *nu.* 6. Megal. *in* 3. *p. l. t. c.* 2. *q.* 2. *n.* 33. Bonac. *de leg. diſ.* 3. *quæſt.* 7. *§.* 4. *à num.* 2. Graff. *tom.* 1. *l.* 2. *con.* 1. & alij.

Tantū addo Suarij doctrinæ, quod debitores fraudulenti, nō debent diu intra Eccleſiā tolerari, & bona aſportata ab eis in Eccleſiam ſunt conſignanda Iudici ſæculari, vt tradat ea creditoribus. ſic pijſſime decreuit ſacra Congregatio Epiſcop. in vna Barienſi *die* 12. *Martij an.* 1600. *&* 1. *Decemb.* 1617. quas refert Diana *par.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 17.

Quamquam nō deſint graues doctores, qui putent fallitos decoctores non gaudere immunitate Eccleſiæ, quia æquiparātur publicis latronibus à Pio V. & Sixto. hæc ſententia ſtando in iure communi nō caret probabilitate. Et videri poſſunt allegata per Gambacur. *l.* 4. *c.* 15. *à n.* 2. quid dicendum poſt Gregorianam conſtitutionem exanabimus infra.

QVÆRES II.

An reus gaudeat immunitate Eccleſiæ in omnibus caſibus criminalibus.

2 RESpondeo gaudere: præter quam in caſibus iure excceptis, vel cōſuetudine; eſt cōmunis omnium cum Suario *l.* 3. *de reu. deb. loc ſacr. c.* 11. *n.* 4. sūt autē expreſſi in iure ſequētes cas'.

Primus eſt de publico latrone, vel populatore agrorum.

3 HIc non gaudet immunitate. Addit Couarr. etiam non gaudere ſimplicem furem, de cōſuetudine, legitime introducta in Hiſpania: & ſane ſi ea conſuetudo eſt, ſeruari debet, quia dicendum eſt exceptionem hāc auctam eſſe per talem conſuetudinē, neq; dici poſſe illam eſſe cōtra immunitatem Eccleſiæ, quia nō cēſetur introducta niſi ex beneplacito ipſi' Eccleſiæ, & in odium delicti: nō in diminutionē reuerentiæ Eccleſiæ debitę; ita etiam poſt Suar. *c.* 11. *n.* 4. La Torre *t.* 2. *in* 22. S. Th. *q.* 99. *ar.* 4. *d.* 7. *gradu* 8. & DD. infra cit. quis autem ſit publicus latro, vel populator agrorum habes infra *diſ.* 8.

4 Nec eſt quod doleat Diana *p.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 9. Suar. & alios viros doctos id ſēſiſſe; quia nullum cōtinet abſurdum, eſt valde iuri cōforme, & Doctoribus omnibus, quod conſuetudo legitime preſcripta, cum tacito ſaltem Eccleſię cōſenſu, iuris cōmunis ſtatutis derogare valeat, & penit' tollere. nā eſt ac ſi ſtatueretur noua lex abrogās priorē, & ſic *c fin. de cōſuet.* generaliter ſtatuitur cōſuetudinem vires habere ad

derogandum legi.immò addunt Doctores cõmuniter, quod quamquam lex damnet futuram conſuetudinem, tamquam iniquam; tamen ex noua cauſa poteſt induci *ex l.ſi hominem* 30. *ff.mãdati*,& tradunt Abbas *c.cæterum n.9.de iur.Calumniæ,& c.2.n.8. de probat.* Decius *c.2. de probat. in noua edit. n.68.vbi* Aret.*n.*34. Petrus Rauẽna *de cõſuet.ſec.*3.*n.*11.*&* 16. Gomes.*in l.* 51. *Tauri n.*26.Gutier.*l.*3.*prac.q.*31.*n.*12. Dueña *reg.* 144.*limit.* 1. Roccus de Curte *de conſuet.ſec.*7.*n.*11.& alijs.

Et ſic non ſunt cõtra Suarium,quæ Diana adducit *d.reſ.*9. ad probãdum, quod non poſſunt clerici cedere iuri immunitatis cum hoc ſit conceſſum ipſis Eccleſijs, & non perſonis, in Dei honorem; nam hoc vltro cõcedimus cum Suar. vt ex ſupradictis patet; nec Suar. dicit fures non gaudere, quia clerici in hoc ceſſerunt priuilegio;ſed quia ſi eſt conſuetudo, ea potuit introduci conſenſũ Epiſcoporum,clericorum, & Eccleſiæ vniuerſalis beneplacito, vt ex verbis ipſi' Suarij à me *n.*3.relatis cõſtat: cui' cõtrariũ Diana probare nõ poteſt, & ſic poterit ſine faſtidio dolorẽ abijcere; nã Suarij doctrina nõ dat anſã dolori;ſed admirationi;Nõ tñ placet,quod aliqui dicũt in crimine æque graui publico latrocinio non prodeſſe Eccleſiæ refugiũ: nõ enim facienda eſt extẽſio ad alios caſus in iure non expreſſos, vt Suar. *d.c.*11.& DD.infra citandi docent.

Secundus eſt de occidente, vel membrum mutilante, aut aliud graue delictum in Eccleſia patrante.

5 IS non gaudet, tametſi deliquerit ſine ſpe immunitatis, ſed caſu, aut ſi quis in Eccleſia emittat ſagittam,qua feriat inimicum extra Eccleſiã exiſtentem, vel mandet famulo, vt id faciat foris.vel ſi foris exiſtẽs occidat illum,qui eſt intra Eccleſiam; aut ſi fur afferat rem ſublatam in Eccleſiam, vt eam ibi occultet, & ſic abutatur Eccleſia, quia verum eſt, dicere, quod in his caſibus delictum fuerit factum in Eccleſia, quod *c.vlt. de imm.* ab immunitate excipitur. & exempli gratia ponitur homicidium, & membri mutilatio; vt ex tenore capitis poteſt colligi, & tradunt Nauar.*c.*25.*n.*20. dicens eſſe cõmunem, Remig. de Gonny. *de imm.* Couarr. *l.*2.*var.cap.*20.*num.*15.

6 Et poſt Suarium hæc habentem *c.*11.*à nu.*4.*ad* 9. tradunt Gutier *prac. quæſt. Ciuil. l.*3.*q.*1.*n.*7. Bobadilla *pol. lib.*2.*c.*4.*n.*24.Farinac.*q.*27.*num.*53.*de carceribus.* Gambacurta *l.*5.*ca.*18. loquens de committẽte delicta grauia, etiam poſt Bullam. Villa diego *Polit. c.*3.*nu.*206.nouiſſime Marius Curtelli *de priſ. & recen. Eccleſ. liber. quæſt.*2. quod an verũ ſit examinabimus *diſ.* 8.*præſertim q.*6.*n.*6.vbi *q.*5.*n.*19.habes quid dicendum ſit demandante occiſionem fieri intra Eccleſiã &c. poſt Bullam Gregorij, & loquentes de mutilatione, & homicidio Caſtrop. *p.*9.*num.*15. dicens eſſe communem. Ambros.*de imm. & lib.c.*5.*num.*7.*&* 8.Mari. Itali. *l.*1.*c.*5.§.3.

Non tamen priuandus eſt immunitate,hæc crimina committens prope Eccleſiam, etiam ſi fiat, ſpe illuc confugiendi, vt contra Couarr. & alios putat Suarius *num.* 9. quem ſequitur Bonacina, *diſ.* 3. *quæſt.* 7. §. 4. *num.*13,hic.Caſtropalaus *l.c.num.*21. Fagund. *de prac. Eccleſiæ l.* 4. *cap.* 8. *num.* 45. Io. de la Cruz,quos ſequitur Diana *reſ.* 3. *par.* 1. contra Farinac. *cap.*16.*num.*114.Ambros.*cap.*5.*nu.*4. Barboſam *coll. l.*3.*t.*49.*cap.*10.*num.*5. dicentes poſt Bullam Gregorij id declaraſſe Clem. VIII. in vna Panormitana, vt teſtatur Farinaceus: ſed aduerte ſimiles Epiſtolas non derogare Bullæ Greg. XIV. de qua diſ.ſeq. ſed loqui in aliquo caſu particulari, vti notat Diana *tract.*1.*de immunit. eccleſiaſtica reſ.*43.*p.*1.vide diſ.ſeq. vbi explicantur hi termini fuſius.

Ter-

Digitized by Google

Tertius, de homicida per inſidias, & induſtriam.

7 QVicumque ſiue Laicus, ſiue clericus hominem occidat per inſidias, non gaudet immunitate, (& idem dico de mandante vt inſidioſe occidatur, nam qui per alium facit per ſe facere videtur, nec hæc eſt extenſio legis pœnalis, ſed interpretatio facta à iure *reg. 72. in 6.*) vt ſi à tergo occidat, vel nil tale præcauentem. præſertim cum nullam habuerit cauſam præcauendi v. g. inimicitias: vel qui doloſe ſeducit aliquem, vt eum occidat, vt ſi ſocium itineris, vel in menſa ſedentem; vel ſi dato ſigno pacis, & ſecuritatis occidis, aut venenum propinas in poculo &c. debet autem delictum eſſe conſumatum: nec ſufficit attentatum, vt ſi ſolum vulneres, vel intendas occidere. niſi id declararet conſuetudo, vt tradit Rebuff *tract. de im. ar.* 1. *q.* 5. nec ſufficit, ſi hominem per induſtriam occidas, cum maxima præparatione &c. vulgo *appoſtatamente* niſi etiam interueniat dolus, & inſidiæ, in cautum hominem aggrediẽdo: ratio eſt, quia ſic occidens non per inſidias occidit de quo loquitur *c. 1. de homicidio*, quod cũ loquatur vniuerſaliter iuxta ſenſum Exodi 21. à quo Greg. IX. id ſumpſit, de quocunq; occidente, per inſidias, ſiue de Laico, ſiue clerico debet intelligi: hæc Suar. *d. c.* 11, quẽ ſequuntur Farinac. *app. de im. c. 9. n.* 134. Mari. Itali. *tra. de imm. eccl. l. 1. c. 5. §.* 4. Villag. *de extenſ. legis in c. fi. n.* 53. Bobadilla *pol. l. 2. c. 14. nu.* 34. & alij apud Farinac. quem vide *con. 76. num.* 17. Caſtropal. *p.* 9,

8 Vbi tamen multos citat *num.* 20. ac ſequitur vt probabilius gaudere immunitate, qui hominem occidit ſtante inimicitia incautũ, vel à tergo &c. adde Dianam *reſ.* 5. *v. ſed iſti* afferentẽ Ambroſinum Farinac. Peregr. quid ego ſentiam in hac re, poſt Bullam Greg. dicam diſ. ſeq. *q.* 5. *à n.* 20. nam attento iure communi ambæ ſunt probabiles, & tutę, cum & rationes & auctores habeant non vulgares.

Quartus. de aſſaſſinis, & Virginum raptoribus.

9 ASſaſſin' eſt, qui pecunia accepta alios incautos occidit; vel publicus deprædator viarum; & ſic patet hunc nõ gaudere Eccleſiæ immunitate: ſed poſſe ab ea extrahi, à ſuo tamen Iudice. ſi clericus, à Iudice eccleſiaſtico, ſi Laic', à ſeculari, ſic Suar. *nu.* 11. *&* 15. quem ſequitur Farinac. *app. de imm. c. 8. n.* 118. Bonac. *diſ. 3. q. 7. §. 4. nu.* 18. hic. Caſtrop. *num.* 32. citans Gutierez *prac. 9. ciuili l. 3. q. 7. num.* 50. Circa aſſaſſinum quando dicatur habes multa *diſ. 8. ſeq. q.* 5.

10 De raptore Virginum puto cum cõmuniori Canoniſtarũ ſentẽtia *c. inter alia de im. eccl.* gaudere immunitate; quia iure Canonico vniuerſaliter dicitur omnes gaudere exceptis caſibus expreſſis; raptus autem non exprimitur; ſed potius *c. de raptor. q.* 136. dicitur eos gaudere: quamuis non ſit improbabilis opinio negantium cum Couarr. *l. 2. var. c. 20. num.* 8. eſt enim quoddam latrocinium. præſertim ſi ſit conſuetudo. ſic Suar. *cap.* 11. *citato n.* 17. quis autem dicatur Virginum raptor pro foro externo, vide me ipſum *lib. 7. de matrim. d.* 12.

Quintus, de fugiente à carceribus, vel è manibus ſatellitum.

11 NOn deſunt, qui putent hunc non gaudere Eccleſiæ immunitate: ſed omnino contrarium eſt dicendũ, etiã ſi Iudex illum fugientẽ ſequatur, & in conſpectu habeat: nec eſt ſimile de eo, qui captus ducitur, & trãſit per Eccleſiam, ſi forte non eſſet alia via, aut cum incarceratus cõmunicatur; tunc enim hi ad Eccleſiam non cõfugiunt. & hoc verũ eſt, quãuis reus dederit Iuramentũ redeũdi ad carceres, quo caſu ſi iuſte fuit captus: poſſunt Paſtores Eccleſiæ dare facultatem ex-

extrahendi illum præſtita cautione de impunitate pœnæ. ita Suar. *nu.* 19. ſequitur Suarium, excepto hoc vltimo, quod Prælati poſſunt dare facultatem extrahendi, Caſtropalaus *p.* 7. *à nu.* 10. Farin. *de car. q.* 28. *nu.* 69. *& in append. de im. c.* 15. Ambroſinus *de im. eccleſ. c.* 10. Marr. Itali. *l.* 1. *c.* 6. *§.* 2. & de tranſeunte per Eccleſiam, quod nec gaudeat, tenent per multi, quos citat & ſequitur Curtelli *de priſ. & recenti eccleſ. lib. l.* 1. *q.* 30. quid poſt Bullam Greg. infra dicemus.

DISPVTATIO VIII.

De caſibus in quibus Eccleſiæ immunitas hodie non prodeſt poſt Bullam Greg. XIV.

NEceſſarium duxi hanc diſputationē in terminis Bullæ Greg. XIV. inſtituere, de qua præter ea, quæ etiam erant de iure communi, nil habet Suarius; cũ ante illius editionem ſcripſerit, vt autem ad manus habeas ea, quæ infra dicturi ſumus tenorem Bullæ prædictæ, hic per extenſum, poſui, qui eſt huiuſmodi.

GREGORIVS ETC.

§. I.

CVm alias nonnulli prædeceſſores noſtri, & preſertim fel. rec. Sixtus Papa V. nec non Pius etiã V. sãcto Zelo ducti, diuerſas facultates, & indulta extrahendi, etiam in caſibus quibuſdam à Iure non permiſſis, ex Eccleſijs, criminoſos, & delinquẽtes, compluribus ſæcularibus Principibus, eorumq; Curijs, & Magiſtratibus, ſub varijs modis conceſſerint, pro vt in illis plenius continetur. experientia poſt modum docuit, tum ob diuerſitatem, & differentiam huiuſmodi indultorum, tum quia pleriq; eorum quidem Principum Miniſtri, ex hoc ipſo illa diuerſimode, etiam latius quã par erat, & ad ſuum libitum interpretãdi occaſionem arripuerunt, illiſq; abuti ceperunt, ſubortam eſſe, nõ mediocrem in aliquibus locis, libertatis, & immunitatis eccleſiaſticę perturbationem, & confuſionem.

§. II.

ALibi vero, ne ipſos quidem Laicos indultos huiuſmodi vti voluiſſe, aut potuiſſe, quod Populis, inueterata erga Eccleſias reuerentia, deVotis, & aſſuetis ſcandali potius, quã quietis occaſionem prebèrent.

§. III.

ILlud etiam abſurdum ſepè numero ſecutũ eſt, vt infimæ interdum conditionis Laici, nõ modo Iuris, ſed etiam literarũ penitus ignari, & imperiti, dum quaſi poteſtates, aut Miniſtri Curiæ ſecularis in aliquo Caſtro, aut Oppidulo iuriſditionẽ exercebant, facultatum, & indultorum huiuſmodi limites longe exceſſerint, eaq; ſuo arbitratu in ſenſus minus rectos, & ab intentione cõcedentis omnino alienos detorſerint. & illorum pretextu, quidquid ſibi in mentem venit attẽtare preſumpſerint in graue iuriſditionis, & immunitatis eccleſiaſticæ præiudicium locorum, & perſonarum Diuino cultui dedicatarum, contemptum, ipſius Diuinæ Maieſtatis offenſam, & ſcandalũ plurimorũ.

§. IV.

QVare pro cõmiſſo nobis à Domino Paſtoralis Officij munere prædictis abſurdis, & ſcandalis obuiare, ac differentias huiuſmodi ad vniformem regulam reducere, omnemque dubitandi, ac perperam interpretandi occaſionem dilucida declaratione ſubmouere, abuſus tollere, & nè Eccleſiaſtica iura planè conculcẽtur, & negligantur, opportune prouidere decreuimus, pro vt etiam dictus Sixtus prædeceſſor noſter iiſdem de cauſis motus ſtatuere decreuerat,

licet

licet morte præuentus, hoc adimplere nequiuerit: ita tamen vt quando præſens temporum calamitas, & nimia, quę iam inualuit peruerſorum hominum malitia, id expoſcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora, vltra id, quod priſca illa maiorum noſtrorum diſciplina, & vetus ſacrorum Canonum norma præſcripſerat in quibuſdam caſibus, congrua moderatione adhibita permittamus.

§. V.

HAC itaq; noſtra perpetuo valitura conſtitutione, omnia, & quæcunq; priuilegia, indulta, & gratias tam per prædictum Sixtum, ac Pium V. quam alios quoſcunq; noſtros predeceſſores, aut nos metipſos, ſedemq; noſtram Apoſtolicam, eiuſue legatos, ſuper abducendis, vel extrahendis ab Eccleſijs, Monaſterijs, Sacellis, domibus regularibus, & ſecularib', locisue ſacris, aut religioſis aliaſq; in caſibus à Iure permiſſis, hominibus certorum tunc expreſſorum, vel non expreſſorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, & in odiū certorum delictorum, & pro bonq, pace, & quiete publica, & ex cauſis vrgentiſſimis, ac neceſſarijs, & æquipollentibus caſibus in iure expreſſis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extēſis perpetuo, vel ad certum nō dum elapſum tempus, ſeu ad vitam alicuius principis, aut beneplacitum, ſeu alias quomodolibet conceſſa; etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innouata, ac vſu recepta; litteras Apoſtolicas ſub plumbo, aut in forma breuis, ſi alias quomodocumq; deſuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expreſſis, ac ad verbum inſertis, ſublata penitus omni differentia; ita ad vnam tantum formam reducimus, ac moderamur.

(;+:) (:+:)

§. VI.

VT laicis ad Eccleſias, locaque ſacra, & religioſa prædicta confugiētibus, ſi fuerint publici latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſidēt, ac viatores ex inſidijs aggrediūtur, aut depopulatores agrorū. Quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs, earumue cœmiterijs committere non verētur, aut qui proditoriè proximum ſuum occiderit, aut aſſaſſini, vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam principis rei, immunitas eccleſiaſtica non ſuffragetur.

§. VII.

SED vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Primatib', Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum, & monaſteriorum Prælatis, tam ſæcularibus, quam cuiuſuis ordinis regularibus diſtrictè præcipiendo mādamus, ac præcipimus, vt Laicos in caſibus prædictis delinquentes ad eorum Eccleſias, Monaſteria, domos, & alia loca ſupradicta ſacra, ſeu religioſa reſpectiuè confugientes, & in eis ſe recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumue aliquod iudicio ſuo commiſiſſe videbūtur, quando à Curia ſæculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus, miniſtris, & officialibus curiæ ſæcularis abſque irregularitatis nota, aut alicuius cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu tradi, & conſignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat.

§. VIII.

NE autem ſecularis curiæ prædictæ miniſtri facultate illos per ſe, & propria auctoritate extrahendi, niſi olim, vt prefertur, attributa, & per præſentes reuocata abūtantur; volumus, dictaque auctoritate decernimus,

mus, & declaramus, vt curia ſæcularis, eiuſque Iudices, & officiales ab Eccleſijs, Monaſterijs, locisq; ſacris prædictis Laicum aliquem, vt præfertur, delinquentem, in nullo ex caſibus prædictis ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius Officialis, & cum interuentu perſonę eccleſiaſticæ, ab eo auctoritatem habentis, ad quos ſolos, & nō alios Epiſcopis inferiores, etiam ſi alias Ordinarij ſint, aut nullius Diœceſis, aut conſeruatores ab hac ſede ſpecialiter, vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi, facultas pertineat; occurrente autem caſu in loco exēpto, & nullius Diœceſis tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios; capere, extrahere, aut carcerare nō poſſint, niſi eo caſu, quo Epiſcopus, & dictæ perſonæ eccleſiaſticæ requiſitæ, illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles, tradere, aut capturæ, carcerationi intereſſe, & aſſiſtere recuſarent. Tumque reuerentiæ Eccleſiæ, & locis ſacris debitæ memores, prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit cum ſcandalo, & tumultu extrahere curent.

§. IX.

QVodq; delinquentes Laici prædicti poſtquam, vt pręfertur, ab Eccleſijs, lociſue ſacris extracti, & capti fuerint, ad carceres curiæ eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, ac firmo carcere, de opportuna cuſtodia ditta illis, ſi opus fuerit, per curiā ſæcularem detineri debeant, nec inde extrahi, curiæque ſæculari prædictæ conſignari, nec tradi poſſint, niſi cognito, prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an ipſi vere crimina ſuperius expreſſa commiſerint. Tumq; demum de mandato Epiſcopi per Iudicem eccleſiaſticum curiæ ſæculari, quacumque appellatione poſtpoſita conſignentur.

(:)+(:)

§. X.

DE crimine vero Hereſis cognitio ad forum eccleſiaſticum tota pertineat, neq; in ea curia ſæcularis, ſe quoquo modo intromittat. Sicuti etiam prohibemus ne contra eccleſiaſticas perſonas, ſæculares, aut cuiuſuis Ordinis, vel Militiæ, etiam S. Io. Hieroſolymitani Regulares, quoquo modo, etiā vigore prædictorum priuilegiorum, indultorum, aut conceſſionum, quæ omnia ad terminos iuris per præſentes reducimus, procedant, aut ſe intromittant, illaſue ab Eccleſijs, Monaſterijs, Domibus, locisq; Sacris, aut Religioſis, etiam in caſibus ac conſtitutione expreſſis; extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoſcere de criminibus, ad forum eccleſiaſticū pertinētibus alias, quā de Iure, & per priuilegia eiſdem Ordinibus, ac Militijs conceſſa permittitur, quomodolibet præſumant.

§. XI.

QVod ſi quis quacumq; dignitate, & auctoritate præditus pręmiſſorum, aut alio quouis prętextu, quidquam præter, aut contra huius noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare preſumſerit, declaramus, eum ipſo facto cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis, Iuris, & immunitatis eccleſiaſticę Violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, noſtrorumque prædeceſſorum conſtitutiones ſunt promulgatæ, ſicq; per quoſcumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum facultate in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & definiri debere; nec non irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, per quoſcumq; quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari.

§. XII.

Digitized by Google

§. XII.

NOn obſtantibus præmiſſis tam Sixti; & Pij, quam aliorum quorumcumque prædeceſſorum noſtrorũ literis Apoſtolicis, priuilegijs, indultis, & facultatibus, quibuſuis perſonis, etiam Imperiali, Regia, aut alia quauis Dignitate, & Auctoritate fulgentibus, aut rebus publicis, Dominijs, Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, & Locis, eorumue Curijs, Parlamentis, Senatibus, Cõcilijs, Cõmunitatibus, Collegijs, aut Præſidẽtibus, Gubernatoribus, loca tenẽtibus, Varijs poteſtatibus, alijſq; Magiſtratibus, Officialibus, Miniſtris, aut Cõſiliarijs, ex prædictis, vel alijs etiam grauioribus, & vrgentioribus cauſis tam illorum intuitu, & contemplatione, ſiue ad eorum preces, & inſtãtiam, quam & motu proprio, & ex certa ſcientia, deq; Apoſtolicę poteſtatis, plenitudine, ac perpetuę, etiam in vim contractus, & fratruum noſtrorum Cõſilio, ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, & cum quibuſuis præſeruatiuis, reſtitutiuis, mentis atteſtatiuis, rogatoriarum derogatorijs, alijſq; validiſſimis efficaciſſimis, in ſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & alijs decretis, etiã ſi inibi caueatur expreſſe, quod illis niſi ſub certis modis, & formis, & niſi de expreſſo eorum conſenſu, ad quorum fauorem cõceſſę fuerint, derogari poſſit, ac aliter factæ derogationes nullius ſint roboris, vel momẽti, & alias quomodolibet conceſſis, etiam ſępius approbatis, & innouatis. Quæ omnia, & ſingula, ac illorum tenores pro expreſſis habentes, quatenus præmiſſis in aliquo aduerſentur, aut plures quam ſuperius expreſſos caſus cõtineant, authoritate, & tenore pręmiſſis omnino, ac perpetuò tollimus, & abrogamus, & ad terminos præſentis conſtitutionis, quoad ſuperius deſcripta dũtaxat reducimus, & nolumus, quidquam de cętero ſuffragari, & qualibet alia dictę Sedis indulgentia generali, ſeu ſpeciali, per quę præſentibus non expræſſa, vel ad verbum non inſerta effectus earum quomodolibet valeat impediri.

§ XIII.

VT autẽ præsẽtes litteræ ad omnium notitiam facilius deducantur, mãdamus illas in valuis S. Io: lateranenſis, ac Principis Apoſtolorũ baſilicarum de vrbe, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ de more affigi, & publicari, earum etiam exemplis inibi affixis; ac dimiſſis ac poſt publicationẽ huiuſmodi volumus, & decernimus, vt omnes, & ſingulos quos concernunt, & concernent in futurum, ita arctent, & afficiant, ac ſi eorum cuilibet per onaliter intimatæ fuiſſent. Eorumdem vero præsẽtium tranſumptis, etiam impreſſis Notarij publici manu ſubſcriptis, eandem fidem in Iudicio, & extra illud, vbique gentium haberi volumus, quę eiſdem originalibus literis haberentur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§ XIV.

NVlli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ moderationis, præcepti, mandatorum, decretorum, reductionum, declarationum, prohibitionis, ſublationis, abrogationis, & voluntatis infringere vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem, & omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli, ſe nouerit incurſurum. Datum Rome in Monte Quirinali anno Domini 1591. Nono Kal. Iunij Ponti. Noſtri anno primo. circa hanc Bullam.

QVÆRES I.

An prædicta Bulla fuerit lata pro omnibus Prouincijs, & Regnis Chriſtiani Orbis.

HVic quæſtioni, quam apud neminẽ exagitatam ex profeſſo vidi, ingenioſus Recẽtior, anſã dedit qui

qui inopere,quod nuper edidit circa hãc materiam *l. 1.q.1.an.23.* contendit hanc Bullam non pertinere ad vniuerſam Eccleſiam; ſed tantum ad aliquas prouincias, quibus fuerunt à Sixto V. & Pio V. & alijs Pontificibus conceſſa aliqua priuilegia circa materiam immunitatis Eccleſiarum, idque probat multis coniecturis, ad quas infra reſpondebimus. quibus tamen minimè obſtantibus ad caſum propoſitum reſpondebo.

1 Dicendum puto Gregorij conſtitutionem latam eſſe pro omnibus regnis, prouincijs, vrbibus, &c. Chriſtiani orbis, in quibus immunitas Eccleſiarum locum habet.

Hæc concluſio non poteſt aliundè probari, niſi ex coniecturis; cum enim ad legem vniuerſalem conſtituendam duo requirantur voluntas in legislatore,& verba, quibus ſufficienter ſuam explicet voluntatem, illa vt anima,& ſpiritus; hæc, vt materia, & corpus ex Bald. *l. ſcire etiam ff.de excuſat. tutor.* Rogenio *in tract. de iur. interp.q. 1.an.16.* Barth. *l. cum mulier ff.ſol.matrim.* Tiraquel *in l.ſi conq. ver. ſi libertas an.45.* quæ dum dubia ſunt ex coniecturis ſunt decidenda, quia certi iuris eſt in dubio recurrendum eſſe ad coniecturas, vt doctè Sanchez *lib.7.de matr.diſp.37.num.12.* Menochius *de præſum*,& alij.

2 Vt autem cum ordine procedamus, ſine quo nihil rectè agitur ex Baldo *in tract. ſchiſmatis*, & quo poſito omnia dilucidè intelliguntur *l.1. ff.de doli excep.*& *l.peregrè 44.ff.de acq. poſſeſſ.* noſtras coniecturas proponemus circa tria, quæ ad verum ſenſum huius Bullæ conducere poſſunt ex communi Iuriſperitorum, & Theologorũ sẽſu nẽpe circa mẽtẽ, ſeu volũtatẽ legislatoris, à qua tam ſubſtantia, quam efficacia legis pendet ex *l. iure etiam §.aliud.ff.de excuſa.tutorum*, & circa rationem, ex qua Bartolus *l. 3.§.ſi parens ff.de leg.tutel.* Decius *in l. 1.c.de edendo num.12.& in cap.ſecundo requiritis de appell.* dicunt voluntatem, ſeu mentem deduci, & circa verba quatenus ſignificatiua ſunt *l. proſpexi.ff. qui, & à quibus l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de exerci.actione*; & videri poteſt in Tiraquel *d. l. ſi vnquam libertis à n.45.* vbi alios citat. Ad concluſionem, igitur accedendo.

Prob.Gregoriũ XIV. voluiſſe ſuã conſtitutionem ad omnes dirigere, eoſque obligare.

3 Primo hanc Bullã inſtituit Gregorius vt legem: ergo voluit illam ad omnes dirigere, conſequentia probatur quia lex Pontificia de ſe obligat omnes ſiue ſæculares, ſiue Religioſos, ſiue Principes, ſiue inferiores homines; niſi Pontifex expreſsè illam dirigat ad aliqua loca particularia; vel materia ita exigat: ſi enim Pontifex ſtatuat legem circa Sacerdotes, uel Clericos, etiam ſi non exprimat ſe ad eos loqui, iã ex materia ſubintelligitur, vt ex multis probat Suarez de legibus *l.4. cap. 19.* & alij paſſim tractantes de legibus; Sed in dicta Bulla nulla ſunt verba expreſsè declarantia Pontificem illam dirigere ad aliqua tantum loca: vt vel ipſe Recentior fateatur neceſſe eſt, qui aliquas coniecturas, & à longe petitas rationes ingenioſè congerit, nec materia de ſe eſt limitata, nam agitur de immunitate Eccleſiarum, vt *nu. 7.* dicemus, ergo debemus dicere quod Papa voluit ad omnes illam Bullam dirigere.

4 Confirmatur ſecundo; quia ſi conſtat aliquem protuliſſe verba, quæ de natura ſua important aliquam ciuilem obligationem, niſi conſtet de cõtraria intentione, præſumendus eſt ad illam ſe voluiſſe obligare, argumento *l. ſi vno ff. locati vbi Bart. & DD.* Gutierez *conſ. 12. num. 26.* ergo cum lex Pontificia de ſe importet vniuerſalẽ obligationem; niſi conſtet de contraria Pontificis intentione, debet dici quod vniuerſaliter obliget; nec debet ad aliqua tantum loca, vel aliquas perſonas reſtringi; cum hoc ſi contra naturam legis ex Panor. *in rubrica de*

con-

Digitized by Google

*conſtit.*Felin.*cap.cum omnes.de conſt.nu.* 5.Iaſon.Fulg.*l.*1.*ff.de legibus.*

6 Confirmatur tertio,quia ſi epiſtola Pontificum, quamuis non ſit in corpore iuris inſerta,habet vim legis vniuerſalis, etiam ſi aliquando ad conſultationem alicuius caſus,vel ad dubium propoſitum enodandum detur, quando circumſtantiæ non oſtendunt quod tãtum ius declaret,vt certum eſt inter Iuriſtas; teſte Suarez *lib.* 4.*de leg. c.* 14. & videri poteſt Romanus *conſil.*260.multo magis debemus dicere eſſe vniuerſalem hanc Bullam quam ipſe vt legem ſtatuit. Antecedens, quod Pontifex ſuam Bullam, vt legem ſtatuerit, probatur,tum quia ipſe conſtitutionem appellat, quæ vox legem Pontificiam ſignificat ex Suario *l.* 1.*de legibus c.* 1. *&* 2. Azor *t.*1.*inſt.mor. lib.* 5.*q.* 1. *&* 2. Caſtropal.*tract.*3. *deciſ.*1.*n.*1.& alijs,tum quia vult eſſe perpetuam, in quo lex differt à præceptis,vt benè Panor.*cap. a nobis l.*1.*de ſent.excom. num.*12. Bartol. *l. omnes populi ff. de iuſt. & iure*, & alij. Verba Gregorij ſunt:*Hac itaque noſtra perpetuò valitura conſtitutione omnia &c.*& infra:*hac conſtitutione*, & infra:*contra huius conſtitutionis tenorē:*nec ipſe Recẽtior negat,immo expreſſe concedit *nu.*62.*in reſponſ.ad* 5.

7 Probatur ſecundo cõcluſio, quod Bulla hæc ad omnes vniuerſaliter extendatur ex ipſa materia conſtitutionis, quæ maximè conducit ad mentem legiſlatoris coniectandam, vt notatur *cap.*2. *de tranſ. Epiſcop. §. ſed neq.* Eſt autem materia immunitas Eccleſiaſtica, quæ quã ſit vniuerſalis, & de ſe late pateat per totum orbem, vbi & Eccleſiæ, & delinquentes ſunt, & iudicia exercentur, noſtra probatione non indiget; nec veriſimile omnino eſt, quod ſolus Gregorius, qui profitetur hanc materiam ad vnam immunitatis formam reducere tantum ad aliqua loca; vel perſonas, vt putat dictus Recẽtior, loquutus fuerit,cum omnes quotquot de hac materia tractauerint vniuerſalem legem ediderint,ſiue apud Iudæos Num. 35. Deut.19.& Ioſue 20.ſiue apud gentes, de quibus Tacitus *lib.*3.*annalium.*Statius *lib.* 2. *Thebaidos.* Ouid.*faſt. l.*3. ſiue etiam ius ciuile; ſiue canonicum antiquum ſpectes.

8 Probatur tertio concluſio ex huius Bullæ ratione, rationem hic appello motiuum ſe tenens ex parte obiecti,ex Suario *lib.*3.*cap.*20. *nu.* 10. *de legibus.*& deſumitur ex Bartolo in *d.l.*3.*§.ſi parens de legit. tu.* Decio *cap. ſecundo requiris.de appell.*& alijs, quos refert Tiraquel. *ind. l.ſi vnquam §. libertas num.* 27. quamque magnam vim habere ad coniectãdam legiſlatoris voluntatem, præſertim cum in eadem lege exprimitur.citati DD. & alij paſſim tradunt.

9 Ex hac igitur ratione probo cõcluſionẽ propoſitã: motiuum proximũ Pontificis fuit *prædictis abſurdis, & ſcandalis obuiare,abuſus tollere, & ne Eccl.iura planè cõculcẽtur,& negligãtur* & infra *vltra id quod priſca illa maiorum diſciplina*, & addit. *vetus ſacrorũ canonum norma præſcripſerat quibuſdam caſibus congrua moderatione adhibita permittamus*, aitque expreſſe ſe his cauſis eſſe motũ, *prout, etiam dictus Sixtus prædeceſſor noſter iiſdem de cauſſis motus ſtatuere decreuerat.* Sed ſi hanc Bullam ad aliqua tantum loca dirigeret, & non ad omnia, hæc ratio ceſſaret, dum aliqua hanc Bullam pro lege haberẽt, alia iuris communis diſpoſitionem iuxta variam DD. interpretationem, & conſuetudinem ſeruarent; & ſic nec vniformitas in hac re haberetur, nec ſcandala, & abuſus tollerentur, contra expreſſam Pontificis mentem:ergo.

10 Vltimo loco ad probandum, an hæc lex lata fuerit pro omnibus, ad verba ipſius legis confugiendum eſſet, quia ex illorum cognitione legis interpretatio alijs coniecturis eſt preferenda *l.*1.*§.ſi is qui nauem ff.de exercit.act.*ibi *in dubijs non eſſe recedendũ à verbis edicti*, tum quia per verba deuenimus in cognitionem voluntatis legiſlatoris, in qua indaganda plus falli poſſumus, quam in verbo-

rum intelligentia ex Bald. *in cap. licet de elec.* tum quia ſine his, vel his æquivalentibus. v. g. ſignis, ſcriptura &c. non poteſt lex conſiſtere; vt certum eſt teſte Caſtropalao *tr. 3. diſ. 1. p. 7. n. 1.* Salas *diſ. 1. de leg. ſec. 9. num. 64.* Sed hæc commodius ponderabimus reſpondendo ad obiecta, vbi & dictæ rationes plenius confirmabuntur.

10 Solum moneo lectorem, quod quamquam hæc quæſtio, quantum videre potui, à Doctoribus non fuerit hactenus exagitata; tamen fere ab omnibus noſtra ſententia ſupponitur, qui de hac materia ſcripſerunt. ita vt Ambroſius *de dimm. cap. 14.* dixerit teſte eodem Doctore *num. 63. d. l. 1. quæſt. 1.* contrariã ex ore miniſtrorum Laicorum audiuiſſe; nec ſolum, vt indubitatum ſupponunt, qui putant Bullam Gręgorij ius commune corrigere, moderare, quos quæſt. ſeq. referemus, ſed etiam qui oppoſitum docent, inter quos Gambacurta, qui ex profeſſo adductis Bullæ clauſulis, ac iuris fundamentis ſuam ſentẽtiam ſtabiliuit, vt ait Recentior, & ex hoc eius opinionem, *de qua quæſt. ſeq.* & paucorum aliorum. ait *num. 62. ver. cõtrarium vero* eſſe omnibus alijs prę ferendam. hic inquam Gambacurta *l. 5. cap. 10. num. 4.* loquens de caſibus à Gregorio poſitis ait, *Octo igitur ſunt vniuerſe caſus clare accepti; quos vbiq; ab omnibus recipi neceſſe eſt; quorum ſi quis alicubi de conſuetudine iam euanuiſſet virtute præſentis cõſtitutionis iam reuiuiſcit,* quibus verbis plane conſtat hanc Bullam in ſententia Gambacurtæ latam eſſe pro omnibus, ſi vbique obligat; nam lex non obligat eos, ad quos non dirigitur *ex l. ſi vero 64. ff. ſol. matri.* à cõtrario ſenſu, quam ipſe Recentior adducit *nu. 26.* & nos infra *num. 23.*

Proponitur obiectio contra traditam concluſionem.

11 NOſtras vt cumq; poſuimus coniecturas iam reſtat, vt quas tradidit pro ſe Hic Recẽtior afferamus, duabus enim concurrentibus coniecturis, potentiorem vincere neceſſe eſt (quod lectorum iudicio comitto) *l. diuus per de in integrum reuiſi* iuncta Gloſſa, & ex multis probat Mantica *de con. vlt. volum. lib. 12. tit. 17. nu. 7.*

Probat igitur in hunc modum: Põtifex ad hanc conſtitutionẽ edendam non fuit motus diſpoſitione iuris communis, nec à receptis conſuetudinibus, ſed à particularibus indultis, ac facultatibus, aliquibus Regnis, & Prouincijs à Prædeceſſoribus conceſſis: ergo non pertinet hæc conſtitutio ad regna, & prouincias, quorum fauore nullæ conceſſiones, nullaque indulta Prædeceſſorum emanarant.

12 Antecedẽs probat ex proemio Bullæ ibi *cum alias non nulli Prædeceſſores noſtri, & præſertim fœlicis recordationis Sixtus V. Sancto Zelo ducti diuerſas facultates, & indulta extrahendi etiam in caſibus quibuſdam à iure non permiſſis ex Eccleſijs crimino ſos, & delinquentes, quampluribus ſecularibus Principibus, eorumq; curijs, & magiſtratibus ſub varijs modis, & formis pro vt in illis plenius continetur.*

13 Conſequentia probatur, quia remedium cenſetur applicatum reſpectu loci, vbi aderat morbus; ſicuti priuatio habitum ſupponit.

14 Confirmatur quia in hac Bulla ſemper Papa ſe reſtringit ad moderanda, quæ occaſione præcedentium indultorum, ſcandala in prouincijs euenerant, vt patet in ſecunda clauſula, *ob diuerſitatem, & differentiam huiuſmodi indultorum*, & ſtatim *illa diuerſimode interpretandi*, & in fine eiuſdem clauſulæ *perturbationem in talibus locis*, ex indultis ortam concludit, & in tertia clauſula *alibi vero ne ipſos quidem Laicos indultis huiuſmodi vti voluiſſe* in quarta *ipſos* (nempe iuris ignaros) *facultatem, & indultorum huiuſmodi limites exceſſiſſe*. & in quinta clauſula ait *differentias huiuſmodi* Velle ad vniformem regulam reducere, & in ſexta clauſula reuocat, & ad vnam formam reducit,

ducit, ac moderatur *eiuſmodi indulta*, initio Bullæ relatæ, & in nona clauſula vbi loquitur de facultate extrahendi, dicit ſe illam reuocare *cum clauſula reſpectiua vt præfertur*, & in 11. ait *quod ſi quis quacumq; dignitate vel auctoritate præmiſſorum; aut alio quouis prætextu, attentare præſumpſerint*, vbi ſuam mentem aperit ſe eos perſequi, qui id indultorum, & facultatum virtute freti attentarent, & in clauſula 12. derogatiua indultorum apertiſſime, quam alibi declarat ſe tamen indultis, & facultatibus iam relatis derogare, ac iure ipſorũ quo ad loca illa vbi male ſeruata, & recepta fuerant ſuam ſubrogaſſe; ergo non eſt hæc Bulla, nec pro alijs, nec cõtra alios trahenda; quia ſi valet dicere ad hos diſpoſitio relata non eſt, bene infertur ergo illos non compræhendit *l. ſi vero 64. §. de viro. ff. ſol. matr.*

Hæc ſunt argumēta ſeu coniecturæ quæ quantum percipere potui fere iiſdem verbis, quibus ab ipſo Recentiore *d. lib. 1. q. 1.* fuere propoſita; tantum mutata forma, ad maiorem claritatem, contra me adduxi.

Propoſitæ obiectioni occurritur.

15 RESpõdeo eſto antecedēs; (nã eius germanum ſenſum mox explicabo.) Nego tamen conſequentiam. licet, enim occaſione aliquorum priuilegiorum conceſſorum quibuſdam Regnis, quibus miniſtri Principum, & alij male vtebantur; hãc Bullam Põtifex ediderit; at non fuit motus ex his formaliter loquẽdo; ſed ex abſurdis ſeu inconuenientibus, quæ contra Eccleſiæ immunitatem paſſim in Chriſtiano orbe videbãtur introduci, ſeu à priuilegijs remote, proxime ab abſurdis ſequutis; finis autem, qui eſt primum mouens fuit tot malis mederi; nam is eſt id cuius gratia, ex philoſoph. *tex. 31. 5. metaph.* & cum iſta mala, & abſurda non in vno tantum oppido, aut vno in regno fuerint; ſed in multis, quibus varia priuilegia cõceſſa ſunt a Pio V. & Sixto V. & eorum quibuſdam prædeceſſoribus; nec ſolum in his Regnis, quibus data ſunt hæc Priuilegia; ſed etiam in alijs locis, in quibus ea nec fuerunt recepta, varia ſcandala oriebantur, & perturbatio. Pontifex his omnibus prouidere decreuit, vt ex prœmio ipſo liquet. Quod vt bene ipſe Recentior ait finẽ, & mentem diſponentis demonſtrat, & late proſequitur Gutier. *in practicis lib. 3. q. 17. n. 90.*

16 At minus recte illa verba tantum, quæ ego *nu. 12.* retuli, hic Doctor pro proemio affert, nam debuit aduertere, illa verba eſſe tantum meram introductionem, ita vt habeant ſenſum pendentem, *cum alias non nulli prædeceſſores &c.* qui cõpletur vſq; ad Quintam clauſulam incluſiue. nam poſt verba ſupradicta. *cum alias &c.* ſequitur immediate, *experientia poſtmodum docuit tum ob diuerſitatem, & differentiam huiuſmodi, tum quia pleriq; eorũdẽ Principum miniſtri, ex hoc ipſo illa diuerſimode, & latius quam par erat ad ſuum libitum interpetrandi occaſionem arripuerant illiſq; abuti ceperant: ſub ortam eſſe non mediocrem in aliquibus locis libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ perturbationem.*

17 Ecce quo modo Pontifex incipit cauſas mouentes numerare, nempe perturbationem libertatis eccleſiaſticæ in aliquibus locis, quibus ſcilicet ea priuilegia conceſſa erant. *Alibi vero ne ipſos, quidẽ Laicos indultis huiuſmodi vti voluiſſe, aut potuiſſe.* extendit iam ſuum ſermonem ad loca etiam vbi indulta, aut conceſſa, aut ſaltem recepta non fuerunt, nec in vſu habita, quod certè numerat inter abſurda, quibus medendum erat. nam immediatè ſequitur, *illud etiam abſurdum ſæpe numero ſecutum eſt.* vbi dictio *etiam* abſurdum pręcedens ſupponit, & aliud exprimit ex Barboſa multis alligatis *de dict. & clauſulis. dictio. 95.*

18 Et tandem in 5. clauſula ſeu fine proemij, finem huius conſtitutionis exponit. *Quare pro commiſſo nobis à*

Digitized by Google

Domino Paſtoralis officij munere, prædictis abſurdis, & ſcandalis obuiare, ac differentias huiuſmodi ad vniformem regulam reducere, omnemq; dubitandi, ac perperam interpretandi occaſionem dilucida declaratione ſubmouere, abuſus tollere, & ne Eccleſiaſtica iura plane conculcentur, & negligantur opportune prouidere decreuimus.

Motus eſt ergo Pontifex non priuilegijs conceſſis; ſed ſcandalis, quibus nunc obuiare intendit, non mera reuocatione Priuilegiorum.

19 Quod ipſemet aperte declarare videtur dum ſubdit: *pro vt etiam dictus Sixtus Prædeceſſor noſter iiſdem de cauſis motus, ſtatuere decreuerat: licet morte præuēt⁹ hoc adimplere nequiuerit.*

Ecce quam magnum opus aggreditur, quod tantus Pontifex Sixtus V. moliebatur quidem; ſed morte fuit præuentus; ſi enim tantum de reuocatione quorumdam Priuilegiorum ageretur, ſtatim ac id aduertit poterat decernere.

20 Proſequitur Pontifex: *ita tamen vt quando præſentium temporum calamitas, & nimia, quæ iam inualuit peruerſorum hominum malitia id expoſcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentiū, & ad coercenda illorum facinora, vltra id quod priſca illa maiorum diſciplina, & vetus ſacrorum canonum norma præſcripſerat, in quibuſdā caſib⁹ cōgrua moderatione adhibita permittamus.* vult ergo non ſolum priuilegia reuocare, ſed etiam ius moderare, ad terrorem delinquentium: nec loquitur de vno loco tantum, aut de perſonis loci determinati, vt illa verba oſtendunt *præſentium temporum calamitas*, quæ vtinam vniuerſalis non eſſet *peruerſorum hominum malitia*, non dicit horū, vel huius Regni; & addit *coercendi illorum facinora vltra id quod vetus ſacrorum canonū norma præſcripſerat*, quæ ſane vniuerſaliter extendebatur.

21 Bene ergo negauimus Recentiori conſequentiam, attendendo tantum ad verba ipſius proemij.

Ponderatur Gregorij conſtitutio quoad aliquas partes.

22 VErum quoniam *l.24. ff. de legibus* dicitur *inciuile eſſe, niſi tota lege perſpecta circa aliquam eius particulā propoſita iudicare*, & reliquas clauſulas percurramus; vt ex his perpendat lector, an recte conſequentiam negauerimus.

Sequitur in Septima clauſula. *vt Laicos ad Eccleſias locaq. ſacra, & religioſa prædicta confugientibus ſi fuerint publici latrones &c. immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur.*

23 Vbi pondero verba eſſe indefinite prolata, *vt Laicis*: ergo omnes comprehendit, Iuxta iuris, & Philoſophorum regulas. Sunt etiam negatiua *Eccleſiaſtica immunitas nō ſuffragetur.* ergo ſunt vniuerſalia ad omnes *cap. ſolit. §. fin. de maior. & obed. l. de præterito ff. de public. in rem. action.* loquitur etiam de omnibus Eccleſijs non de ſitis in illis regionibus, nam ly *prædicta* eſt relatiuum ad antecedentia, vt conſtat, & vt ipſemet Recentior probat, antecedēter autem dixerat ſuper abducendis, *vel extrahendis ab Eccleſijs, Monaſterijs, ſacellis, locis ſacris, aut religioſis &c.*

24 Omiſit Doctor iſte clauſulas, quas ipſe vocat finales, quas ſi ponderaſſet, forte vidiſſet quam parum probabilitatis habuerint coniecturæ, quas ipſe antea attulerat. Nam ipſe Pontifex ſuam voluntatem adeo clare expreſſit, vt coniecturis, & præſumptionibus non ſit agendum, iuxta regulas à Menochio traditas *lib. 1. de præſum. initio.* ait enim Pontifex. *Vt autem præſentes litteræ ad omnium notitiam facilius deducantur, mandamus illas in valuis S. Io: Lateranſis, ac Principis Apoſtolorum baſilicarum de vrbe, nec non cancellariæ Apoſtolicæ de more affigi, ac publicari &c.*

25 Quibus poſitis ſic argumentor: hęc diſpoſitio ad omnes relata eſt, ab ipſo Pontifice; ergo omnes nemine excepto comprehendit. Conſequentiam pro-

probat ipſe Recentior *num.26*. vbi dicit: *in iure noſtro ita arguere licet ad hos diſpoſitio relata non eſt: ergo illos non comprætendit l. ſi viro 64. §. vnico D. ſol.matr.ſufficitq. dicere conſtitutio: de me non loquitur, quando illa ad certas perſonas relata eſt.* ergo à contrario sẽſu per euidentem illationem infertur; conſtitutio ad omnes relata eſt; ergo omnes nemine excepto compræhendit; nam ſi negatio eſt cauſa negationis, affirmatio eſt cauſa affirmationis, & contra *ex cap. non ne de præſumptionibus*, & argumentum à contrario sẽſu optime concludit in iure, vbi contrarium non eſt deciſum aliquo iure, quod hic non accidit, vt probant Abbas *ca. à nobis in l.2. de ſent.excom.nu.4.* Felin. *num.2.verſ. nota quod argumentum* Franc. *de ætat. & qualit. in 6.* Gutier. 1. *prac.q.3.num.* 14. Greg. Lopez. *l.* 17. *v.deſcendi eſſen.& ſ.p.6.* Euerar. *loco à contrario ſenſu n.* 8. & alij apud ipſos.

26 Antecedẽs probatur, quia ly *omnes* eſt vniuerſalis dictio vt probat Barb. multis alligatis *remiſſ. de dictionibus dic.* 207. & qui omne dicit nihil excludit, vt habet *in libello de principijs, & locis communibus vtriuſq. iuris litera O, num.*4. diſtringuere autem, & dicere omnes huius regionis, vel vbi Bullæ conceduntur. eſſet verba Pontificis impropriare, quod ſine nota fieri non poteſt; nam non debemus à proprietate verborum, niſi ex graui cauſa recedere; alias nihil eſſet certũ in legibus, nec per illas poſſent regulari actiones humanæ. immò nec Sacra Scriptura poſſet habere ſuam vim. vt Patres docent cum Auguſtino, niſi verba in proprio ſenſu accipienda eſſent. vide Tiraquel. *l. ſi vnquam §. libertis à num.5.*

27 Et certe ſibi Pontifex defuiſſet ſi nolens hanc Bullam ad omnes extẽdere, non deſignaſſet prouincias, & loca pro quibus loqueretur; nam cum reuocaſſet non vnum, aut alterum Priuilegium ab vno Pontifice conceſſum, (quod facile ſciri poterat) ſed omnia prorſus priuilegia hactenus per Sedem Apoſtolicam conceſſa, quanta, quæſo, perplexitas oriretur, & indeterminatio? quis enim ſciat antiqua priuilegia alicui Regno conceſſa? & ſic iſta lex ratione indeterminationis neminem obligaſſet, vt ſupponit, vt certum Suarius *l.6. de leg. c.1, num.12. circa medium*, cum vnaquæq; prouincia facile aſſerere potuiſſet ſe vti conſuetudine recepta, v. g. vel iure communi, ſic interpretato per conſuetudinẽ, & ſic de ſe bullam non loqui.

Confirmatio Recentioris contra traditam reſponſionem diluitur.

28 NEc ex eo, quod Pontifex motus fuerit ex illis inconuenientibus, ſupra numeratis: cenſetur tantum applicare remedium pro eo loco, vt Author dicit *num.* 23. motus, *quia remedium ſupponit morbum ſicuti priuatio ſupponit habitum*: nam nõ eſt nouum apud legiſlatores, quod, videntes experiẽtiam aliqua damna ſuboriri, applicent remedium, quod ſit medicina ad ea extirpãda, & præſeruatiuum ne ad alios ſe extendat. ſic in Conc. Trid. *ſeſſ.24. cap.* 11. cum Patres cognouiſſent. *Quoniam priuilegia, & exemptiones, quæ varijs titulis plerisq; conceduntur hodie perturbationem in Epiſcoporum iuriſditionem excitare &c. decernit &c.* pro omnibus fidelibus decretum vniuerſalem.

Similiter *ſeſſ. 25. cap.4. contigit ſæpe, vt quibuſdam Eccleſijs tam magnum Miſſarum numerum &c.* & ex hac inconuenientia, quæ quibuſdam contigit Eccleſijs, ſtatuit legem vniuerſalẽ.

29 Idem cõſtat, (vt multa alia iura, & Pontificum decreta omictam) *ex cap.* 1. *ſeſſ.24. de reform.* Vbi ponit decretum de Parocho, & Teſtibus aſſiſtendis matrimonio, motum ad tollẽdos abuſus matrimonij clandeſtini, vt late probaui *lib.2. de matri.diſ.37. contra Põtium.* qui ſane abuſus in multis partibus, non erat; preſertim apud Indos, qui tantum abeſt vt contrahant clandeſtine, vt numquam ipſi ſoleant cõſenſum præſtare: ſed gubernator pro ipſis

ipſis contrahit teſte Mattienzo *l.5.recopil.in rubrica gl.1.num.28.*

30 Immò nõ obſtante, quod finis fuerit his malis mederi,& nulla alia verba addantur per Concilium Trident. explicantia, quod omnes ligare intẽdat, nemo eſt qui aſſerat prædicta decreta nõ ſe extendere ad omnes; quia cum lex de ſe ſit vniuerſalis vniuerſaliter eſt intelligenda; niſi expreſſe reſtringatur: nec omnino audiendus eſſet dictus Recentior, ſi iuxta ſua principia diſcurrere volens, aſſerat illa decreta extendi pro his locis, aut perſonis; in quibus remedium eſt adhibendum.

31 Nec valet dicere, quod cum hoc ſit concilium generale, iam intelligitur generaliter prouidere; niſi cõtrarium exprimat: Quia hoc mihi fauet, nam poteſtas Pontificis eſt æque vniuerſalis; immò ex eo concilia ſuam habent auctoritatem concedẽdi vniuerſalem legem, vt probat late Suarius de fide *diſ.11.à ſec.2.*& ſic eius lex debet vniverſaliter intelligi niſi expreſſe conſtet de oppoſito vt *à num.3.* diximus.

32 Vnde ni fallor alia confirmatio allata *num.* 14. contra noſtram concluſionẽ ex illis particulis *huiuſmodi præmiſſorum,* & alijs ibi poſitis, à cit. Recentiore parum vrget, tum quia oſtendimus illa fuiſſe motiua, tum quia Pontifex alia addit verba, quæ plane oſtẽdunt ſe vniuerſaliter loqui; vt ex dictis patet, & etiam ex duodecima clauſula, vbi non ſolum ait vt dicit d. Author, *Præmiſſorum*; ſed etiã. addit, *aut alio quouis prætextu*, quod ille omiſit, quod verbum ne ſit ſuperfluum contra receptam regulam aſſerentem in literis Pontificum, nec vnam ſyllabam eſſe ſuperfluam, vt *lib.3. de matr. diſ.26.* ex multis probaui, nec poſſit referri ad priuilegia conceſſa: nam iam per ipſum Recentiorem id explicabatur per ly *præmiſſorum* debet aliquid operari. & ſane nõ niſi ſignificando, quod non ſolum pęnas incurret, qui contra hanc bullam faceret allegando data priuilegia, ſeu etiam aliam quamcumq; rationem, vt etiam declarant alia verba *ſi quis per quoſcumque iudices quauis auctoritate*, quæ dictiones ſunt adeo vniuerſales, vt non ſolum importent ſimiles caſus poſitos in lege; ſed etiam diſſimiles, vt docet Lud. Gomez *reg. de trienn. q.2.* Gloſſ. *clem. 1. v. quauis de ſen. & re. iud.* vbi Imola. *num.8.* Couarr. *q. prac. cap. 25. num.3.* Azebedo *l.4. recep. t.17. l.4. num.7.* præſertim cum illa verba *præmiſſorum huiuſmodi &c.* ſoleant poni gratia frequentationis vſus, & ſtyli curię, vt notum eſt, & ſic nec legem limitãt, nec in alijs vniuerſalem diſpoſitionem iuris mutant. vt tradũt Pelaes de Meres de Maiora *1.p. q.31. nu.4.* Valaſcus *conſ.8. num.2. t.1.* Peralta *l. lucius 1. nu. 122. ff. de legat. 2.* & alij apud ipſos.

Epitome totius quæſtionis.

33 Recolligendo igitur omnia breuiter, dico hanc Gregorij XIV. cõſtitutionem ſuper immunitatem Eccleſiarum, de ſe ad omnes extendi. cum ſit lex quæ de ſe vniuerſalis eſt. nec reſtringenda vbi Pontifex nõ reſtringit ad loca particularia. Beneuerum eſt occaſionem remotam talis conſtitutionis fuiſſe, quædam decreta Pontificum Prædeceſſorum; proximam, abuſum eorum, & ſcandalum ortum, tam in ijs Regnis, in quibus priuilegia erant, tam in alijs etiam vbi hæc priuilegia non extabant. finem vero fuiſſe totam hanc materiam ad vniformem regulam redigere, & abuſus tollere medium. ad hoc aſumptum fuit reuocare prædicta priuilegia, & alia quæuis etiam à ſe vel à Sede Apoſtolica conceſſa; moderando ius commune, aliquid detrahendo, aliquid addendo, vt ex dictis videri poteſt, & quæ. ſeq. de hoc vltimo conſtabit.

(:+:) (:+:)

QVÆ-

QVÆRES II.

An per Bullam Gregorij fuerit Ius commune quo ad Eccleſiarum immunitatem abrogatum, vel illi fuit derogatum.

NON actum agimus in hac quæſtione, licet enim ſtatuerimus quæſt. præced. Bullam Greg. vniuerſaliter obligare, non tamen ſequitur, quod infert Diana *reſ.1. par.1.tr.1.* ergo abſtulit, & correxit Ius commune, vt bene aduertit Curtelli *lib. 1. qu. 1. de priſ. & rec. Eccleſ. liber. num.62. verſ. Item ſecundo*, merito igitur hanc queſtionem inſtituimus, quæ, & à præcedente diſtinta eſt, & ad omnia, quæ infra dicturi ſumus, valde eſt neceſſaria. ad cuius deciſionem.

1 Suppono hic abrogare legem eſſe omnino eam tollere, derogare verò illam moderare, aliquid addendo, & aliquid demendo *l. derogatur. 102. ff. de verbor. ſignif.* vbi ſcribentes, vt notat Sanchez *l.8. diſ.1. nu.1.* Suar. *de leg. l.6. c.10. num.1. & 125. num.1. & 2.* Caſtrop. *tr.3. diſ. 5. qu. 2. initio.* & eſt certum, ac valde notandum ad procedendum diſtinctè iu hac re: cuius obſeruationis defectus incertum reddit lectorē, dū in erudītiſſ. Diana *p.1. re.1. in tit.* reperit. *An. conſtitutio Gregorij XIV. de Immunitate deroget Ius commune, & conſuetudines*, & poſtea in corpore, videt illum probare, quod Gregorius reuocet Ius commune ibi. *ergo reuocat Ius commune. ergo abſtulit Ius commune. ex his omnibus apparet conſtitutionem Gregorianam reuocare non ſolum Priuiuilegia, ſed etiam Ius cummune, & conſuetudines*, vbi aperte oſtendit ſe putare per Bullam Gregorij proprie fuiſſe Ius commune abrogatum, & reuocatum, ſicuti priuilegia conceſſa fuerunt abrogata; & ille Recentior multa ſumit argumenta, ex hoc, quod dicatur Ius cōmune eſſe ſublatum, quæ non militant, vt videbimus, ſi hæc res exacte explicetur. Vt igitur diſtinctè procedamus ad primum quæſitum.

An per d. conſtitutionem abrogetur Ius commune circa Immunitatem Eccleſiarum.

2 RESpōdeo negatiue. probatur, quia nec ſunt in Bulla verba aliqua expreſſa, quibus Ius commune diſponens circa Immunitatem Eccleſiarum abrogetur; nec in ea diſpoſitio Gregorij eſt cōtraria diſpoſitioni Iuris communis. Ergo per Bullam Gregorij non abrogatur Ius cummune. conſequentia eſt certa, quia commune axioma, quid Iuris correctio vitanda ſit, & abrogatio reſtringenda quo ad fieri poteſt. In hiſtamen caſibus limitatur à Doctoribus, vt videre eſt in Bart. *l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. & in repet. l. Caſar. ff. de publ. vec. col.8.* Tiraquel. *in Præf. de retrac. nu. 62.* Roman. *conſ. 392.* Card. Tuſc. *t. 4. lit. I. conſ.330. num.34.* Abb. *conſ.78. lib. 2. &* alijs relatis à Barboſa *in axioma. 60.*

3 Antecedens probatur, & prima pars ſcilicet non eſſe reuocatū verbis expreſſis patet ex tenore Bulle. Vbi non inuenitur, non obſtante iure cōmuni ex. *cap. vlt. de conſtit.* & notat optime Curtelli *lo. cit. num.15.* nec ipſi aduerſarij negabunt.

Secunda pars antecedentis.

4 PRobatur quia ſi diſpoſitio Gregorij eſſet cōtraria iuri communi non poſſet habere ſuum effectum illo ſtante; & contra ius commune non poſſet ſuum habere, ſtante Bulla Gregorij. Sed hoc eſt falſum, ergo. maior patet, quia ſi poſſent habere ſuum effectum, poſſent conciliari. Vt recte Suarius *lib.6. ca.27. num. 10.* ſed ſi poſſunt conciliari, non eſſent contraria ex. *l. mutius proſ. cio.* Menoch. *remed.3. retin. poſſ. num. 516.* & alijs paſſim, ergo.

5 Minor probatur, quia effectus Gregorianæ conſtitutionis eſt reddere immunes ad Eccleſiam confugientes, exceptis caſibus, quos etiam excipit ius commune, vt ipſimet aduerſarij fatentur, & iam dicam. ergo dum habetur

betur effectus conſtitutionis Gregorij, v. g. quod exceptis publicis latronibus, viarum graſſatoribus, agrorum depopulatoribus, in Eccleſia mutilantibus, vel occidentibus, vel proditorie, habetur etiam effectus iuris communis, cum ex iure communi hi caſus excipiantur. *cap. inter alia de Immun. Eccleſ. c. vltimo. eod. cap. 1. de Homicidio, & c. 1. de homicidio in 6.* ergo habet ſuum effectum Bulla Greg. ſtante iure communi, & contra.

6 Confirmatur ex dictis quæſt. præced. nam Pontifex non fuit motus ex obſeruantia iuris communis, ſed ex eius inobſeruantia ibi. *vltra id, quod vetus ſacrorum canonũ norma præſcripſerat* nam per ly *vltra* ſignificat Pontifex, ſe confirmare priora, & aliud addere, vt ex Rebuff. *l. munus* 50. *de verb oblig.* aduertit Curtelli *qu.* 1. *l.* 1. *num.* 33. *de priſ. & rec. Imm. Eccleſ.* atq; ita docent Gambacurta *l.* 5. *c.* 7. Caſtrop. *diſ. vn. pu.* 9. *num.* 1. *&* 5. vbi ait *conſtitutio Gregorij ad firmandum ius commune, & reuocanda Priuilegia illi contraria* expedita fuit Guttier. *prac. q. l.* 3. *q.* 1. Peregrin. *de Immun. c.* 2. *n.* 11. Idem etiam aperte ſupponit Bonacina *diſ.* 3. *q.* 6. *à* §. 3. dum numerans caſus, in quibus Immunitas non ſuffragatur, ſemper coniungit ius commune, cum Bulla Gregorij. ibi *omnes fideles Baptizati guaudent Immunitate exceptis caſibus in iure expreſſis*, & ſemper dum caſus explicat, citat Ius commune: ergo plane ſenſit per Bullam Gregorij non eſſe abrogatum, ſeu ſublatum quo ad materiam Immunitatis, & certe. Nec Diana hanc concluſionem negabit, nec ij, quos pro ſe citat, niſi ea, ad quæſtionem de nomine reducatur, quam vitare omnino intendimus, & ſolum concluſionem poſui, vt pro certo ſtabilirem omnia alia, quæ in iure communi diſponũtur circa Immunitatem Eccleſiarum, ſiue quo ad reos, ſiue quoadmodum iudicij &c. remanere, exceptis, quæ Gregorius abſtulit; iam accedamus ad ſecundam partem concluſionis, in qua eſt difficultas de re.

An fuerit iuri communi derogatum per Bullam Gregorij XIV.

7 Reſpondeo per hanc Gregorij cõſtitutionem derogatur iuri cõmuni. Cõcluſio patet ex dictis quæſt. præced. & breuiter ſic probatur. Diſpoſitio Gregorij non poteſt conſiſtere quo ad aliqua, quæ addit, ſtante diſpoſitione iuris communis integra: ergo illi derogat, conſequentia eſt euidens ex terminorum cognitione quam *num.* 1. poſuimus, & ex dictis *n.* 2. nam ea, quæ militant de correct. legis prioris quo ad totum, militãt etiã quod ad partem, vt citati Doctores tradunt, & ſumitur ex Bartol. *l. ſi conſtante ff. ſol. matr. num.* 39. Tiraquell. *in præfat. ad retin. num.* 62.

8 Antecedens ni fallor eſt manifeſtũ, quia Gregorius addit aliquos caſus, quos ab Immunitate excipit, vt crimen hæreſis, læſæ maieſtatis in perſonam Principis, aſſaſſinij, populationis agrorum, quos ius commune non excipiebat, & ſic regulam generalem *ca. inter alia quantumcũq; grauia maleficia perpetrauerit, non eſt violenter extrahendus* limitauit, vt non procederet in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ; nec in diurno agrorum populatore, cum tamen ius ſolum de nocturno locutum fuerit (vt infra ex profeſſo dicemus) ergo.

9 Confirmatur ex tenore ipſius Bullæ, *ita tamen, vt quando præſentium temporum calamitas, & nimia, quæ iam inualuit peruerſorum hominum malitia id expoſcit, aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora, vltra id, quod priſca illa maiorum diſciplina, & vetus ſacrorum canonum norma præſcripſerat in quibuſdam caſibus congrua moderatione adhibita permittamus.*

10 Ergo ſi Pontifex adhibet moderatione iuri communi, & aliquos caſus permittit vltra eos, quos antiqua iura ab Immunitate excipiebant, aperte corrigit ius commune. Nam ſi in eo; quod diſponit præter ius commune,

illud

Digitized by Google

illud non corrigeret, ſeu abrogaret, eſſet inutilis. v. g. determinat Ius commune omnes gaudere immunitate, etiam diurnum populatorem agrorum, Gregorius ait eum non gaudere. Si ius commune in hoc non corrigeretur, eſſet inutilis diſpoſitio Gregorij, nec vtraque diſpoſitio poteſt conciliari, cum ſit inter terminos contradictorios. vt omnes ſupracitati Doctores docent. quibus Adde Anton. *cap. cum delectus. nu.* 15. Imolam ibi *nu.* 12. *de conſuetud.* Alex. *conſ.* 85. *num.* 12. Gozadinum *conſ.* 45. *num.* 2. Merez *de maior.* 1. *p. quæſt.* 1. *num.* 74.

10 Hanc ſententiam tuentur Doctores communiter, quos ad ſatietatem, quo ad rem affert, & ſequitur eruditiſſimus Diana *p.* 1. *tract.* 1. *de immunit. Eccleſ. reſol.* 1. quibus adde Eliſeum Danza in pugna DD. *tit. de immunit. cap.* 7. *num.* 15. Nouar. *in ſumm. Bullar. tit. de immunit. num.* 3. contra Recentiorem *l.* 1. *quæſt.* 1. hic vbi contendit omnino illæſum remanere Ius commune poſt Bullam Gregorij XIV. & miror etiam id ſentire Gambacurtam *lib.* 5. *cap.* 44. vbi ait *num.* 1. fine. *Vt enim non ſemel in hoc Commentario dictum eſt, neque rationalibus conſuetudinibus, neque antiquo Iuri, ſed ſolum indultis, & abuſibus occaſione indultorum introductis, hac cõſtitutione detrahitur.* Miror inquam, quia hæc doctrina non poteſt conſiſtere cum ea, quam tradidit eodem *lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 10. & 14. vbi. *num.* 10. ait. *Tertio in eodẽ §. 4. diſertiſſimis verbis Pontifex, proponit ſe aliquos de nouo caſ' ab immunitatis priuilegio exceptu rum vltra illos, quos vetus ſacrorum Canonum norma præſcripſerat*, & *n.* 14. *Tertio dico Ius antiquum, quoad caſus à priuilegio immunitatis exceptos, hac conſtitutione auctum eſſe alijs de nouo exceptis caſibus; id enim Pontifex expreſſe promiſit §. 4. & §. 6. executus eſt excipiens aliquos de nouo caſus.* & ſupra *cap.* 10. *num.* 4. & *ijs*, nempe caſibus exceptis à Iure, *alios, qui excepti in iure non erant, adderet.* ex qua doctrina ſic argumentor: Si alios caſus præter poſitos à Iure communi excepit ab immunitate per Gambacurtam: ergo illam coarctauit, ergo Iuri communi derogauit, vt ex dictis *num.* 9. patet: ergo minus conſequenter, *eod. lib. cap.* 4. docuit hæreſis, & læſæ Maieſtatis crimen Iure etiam antiquo fuiſſe exceptum, quos rogo de nouo caſus Gregorius adiunxit exceptis à Iure communi caſibus, ſi hos non adiunxit, & ab immunitate non excluſit?

11 Nec poteſt Gambacurta dicere hanc reſtrictionem, ſeu adiectionem caſuum exceptorum ſolum factam eſſe pro aliquibus tantum locis, vbi erant abſurda &c. nam is hoc *lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 4. vt ſupra *n.* 10. vidimus, relatis eius verbis; putauit hanc Bullam Greg. quoad VIII. caſus clare exceptos ab omnibus, vbique recipiendam eſſe. Sed quidquid dixerit hic auctor, nobis ſatis ſunt rationes adductæ, & aliorum plurimorum doctorum auctoritas.

Obiectionibus contra dictam primã partem Reſolutionis ſatisfit.

12 Obijciës ex Diana, quem certe honoris cauſa nomino *d. reſ.* 1. *p.* 1. & *reſ.* 2. *p.* 5. *hic.* cõtra priorẽ partẽ noſtræ Reſolutionis Pontifex in hac Bulla cum particula taxatiua *tãtum* reducit omnia ad vnam formam, ergo reuocat ius commune.

Reſpondeo nego conſequentiam primo, quia hæc verba referuntur ad conceſſa Priuilegia, non ad Ius commune, ibi. *hac itaque noſtra perpetuo valitura cõſtitutione omnia, & quæcũq; priuilegia, gratias &c.* & tandem *ita ad vnam formam reducimus, ac moderamur, vt Laicis ad Eccleſias &c.* & ſic nullo modo diſponunt circa Ius commune.

Secundo dato, quod etiam circa Ius Canonicum diſponeret, non bene infertur, ergo fuit Ius commune reuocatum, ſeu abrogatum, nam tantum infertur moderatum eſſe;

& differentiam ad vnam formam redactam, iuxta ſecundam partem noſtræ reſolutionis.

13 Nec ex Breui Clem. VIII. ad Archiepiſcopum Panormitanum, quod citat Diana, deduci poteſt eſſe reuocatũ Ius cõmune. nam tantũ ibi Põtifex ait: *cũ autẽ curiæ ſæcularis Miniſtri prædictos carceratos ſibi conſignari abs re petant, prætendentes prædictam Gregorij Conſtitutionem in hoc caſu locum non habere*. & infra *Nos itaque licet omnes ſupradicti carcerati eccleſiaſtica immunitate gaudere, & frui debeant, nihilominus &c.* ex his, ni fallor, non poteſt Diana quidquam pro ſe afferre, tantum enim Pontifex ad interrogata reſpõdet debere hos gaudere immunitate eccleſiaſtica, nec addit ex vi Bullæ Greg. nec ne, & quamuis id intelligatur, tamen ad ſummum probaret aliquem caſum eſſe exceptum, vel declaratum, at nõ Ius eſſe ſublatum.

14 Obijc. ſecundo quando Summus Potifex voluit, vt Ius commune illibatum maneret, id expreſſit in hac quæſtione, & cum ait. *Quod ſi quis quacumq; auctoritate præditus præmiſſorum, aut quouis prætextu quidquam præter, aut contra huius noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, eum ipſo facto cenſuras incurriſſe declaramus*. manifeſte oſtendit ſuam intentionem non ſolum fuiſſe reuocare Priuilegia Principum, ſed etiam cõſuetudines, abuſus, aliaq; contraria omnia præter, vel contra formã traditam in præſenti conſtitutione.

Reſpondeo eſto ſint vera omnia, quæ dicit hæc obiectio, vnde infertur conſequentia, quam iuxta propoſitam à ſe quæſtionem debet Diana inferre? nimirum quod reuocauerit Ius commune, cum illud non ſit cõtra diſpoſitionem Greg. vt patet ex dictis, & vbi aliquid præter illud decernitur, tantum inferri poteſt, quod Ius commune fuerit moderatum.

15 Obijc. 3. Sum. Pontifex promulgauit illam conſtitutionẽ, vt legẽ vniuerſalem, ergo abſtulit Ius cõmune.

Reſpondeo concedo anteced. & nego conſequ. hoc enim tantum inferretur, quãdo lex poſterior vniuerſalis, eſſet cõtraria totaliter legi priori, vt ex dictis patet, & notant omnes. *l. non eſt nouum. ff. de leg. cum gloſſ. penult. cap. prim. de cognat. ſpir.* atque aduertit Curtell. *lib. 1. de priſ. & rec. eccl. im. d. q. 1. n. 62. ver. Itẽ 2. non recte.*

16 Et multo minus mouent, quæ ait, idem Diana *t. 5. reſ. 2. num. 1.* vbi dum reſpondens ad quæſitum. *An per Bullam Gregorij gaudeat quis immunitate Eccleſiarum, ſi committat aliquod delictum enorme non exceptuatum in d. Bulla.* dicit gaudere, & refellit Curtellum tenentem partem negatiuam, nil aliud addens, quam quod ob illam ſentẽtiam fuit prohibitus Gambacurta, & ex hoc ſic reſoluit. *Dicendum eſt igitur Bullam Greg. XIV. de immunitate Eccleſiarum corrigere Ius commune, vnde omnia alia delicta licet enormia non exceptuata in dicta Bulla, gaudebunt dicta immunitate*, non inquã me mouet. nam hæc quæſtio nõ depẽdet ab ea, an fuerit Ius commune derogatum, ſeu correctum nec ne, ſed an diſpoſitio in vno caſu expreſſo, extendatur, ad alium grauiorem, vt dicemus infra; nam etiam eo non correcto, ſtat quæſtio præſens, & vt hoc obiter notem, neſcio quo fundamẽto afferat, quod Gambac. fuerit à Sac. Cõgreg. prohibitus ob id, quod cõtrariã ipſi Dianę ſententiã docuerit. an hoc ſolũ tractauit Gamb? nam teſte ipſomet Diana, Sac. Cõgreg. ſic ait: *Petri Gãbacurtæ cõmentaria de im. in conſtitut.* Greg. XIV. *lib. 8.* cur ergo Diana dicit ob hanc ſententiam? an forte, quia prohibito volumine omnes opiniones ſunt prohibitæ? quod videtur Diana velle, dum ait: *videat modo Curtell. ſtãte hoc Decreto, ſi cõtra me opiniones Gãbacurtæ tuto defendere poſſit.* Sed certè nimium probat, nam Gãb. aliquas opiniones docuit, quas eo citato ſequit. ac defendit ipſe Diana. vt *in 1. par. de immun. eccl. reſ. 27. & 28.* & in 6. *par. tract. 1. hic reſol. 1. ver. ad id vero. & reſol. 5. ibid.* & alibi.

vt

vt omittam opiniones Gambacurtæ in eo libro inſertas, quas ſequitur Diana, eo non citato.

17 Immò ſi verum eſt, quod ait Diana, nimirum Gambacurtam fuiſſe prohibitum ob id, quod docuit, ob alia crimina atrociora his, quæ in Iure ſunt excepta, non gaudere reos immunitate Eccleſiarũ; debuerũt etiam corrigi Peregrin. *de immunit. c. 12. n. 6.* Guazinus *tom. 1. Defenſ. 1. c. 38. nu. 44.* Marius Italia *lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 56. & 57.* qui putant Incendiarios non frui Eccleſiaſtica immunitate, cum tamen cõſtet delictũ eſſe minus graue poſitis in Bulla Greg. & Franciſcus Martinus, quem citat ipſe Diana *reſol. 26. d. p. 6. tr. 1.* qui docet, excommunicatum non gaudere immunitate eccleſiaſtica, cum nec in Iure communi, nec in Bulla Gregorij ſit id expreſſum, quia parium eadem eſſe debet Iuris diſpoſitio *l. 1. ſocer. in fin ff. ſol. matr. l. 1. §. veteres. ff. de ac quir. poſſeſſ. & l. ſi reus. ff. de duobus reis.* Sed hęc ſatis ſint obiter dixiſſe, præſertim cũ poſt hæc ſcripta aliqua ex his apud Curtelli *de priſ. & rec. immu. Eccl. l. 1. q. 1. num. 63, ver. videndum,* notata aduerterim.

Occurritur obiectis contra ſecundam partem noſtræ Reſolutionis.

18 Obijcies primo cũ ſupra d. Neotherico, ad probandũ per conſtitutionem Greg. Iuri communi nil fuiſſe derogatum, quia Pontifex in hac Bulla, ait ſe aliquid vltra Ius cõmune permittere velle, ergo voluit antiqua iura omnino illæſa permanere, & potius confirmare. Confirm. quia Pontifex dicit ſe velle corrigere Priuilegia. ergo de Iure cõmuni nullo modo loquitur.

Reſpondeo negando conſeq. nam licet Põtifex omnes caſus Iuris communis, quoad ſubſtantiam reliquerit, tamen illos moderauit in aliquibus qualitatibus v. g. in Iure exprimebatur Nocturnus Populator agrorum. at. Gregorius ſimpliciter depopulatorem excepit, vt dicemus. ad confirmationem patet reſponſio ex dictis. *quæ. 1. præ. à numer. 7.* vbi ex ipſis Greg. verbis oſtendimus illum voluiſſe Ius commune moderari.

19 Vt autem penitus diluatur huius Authoris argumẽtum, quod ex Gambacurta videtur deſumpſiſſe, aduerte, quod quamuis dicamus nullum caſum iure antiquo poſitum, fuiſſe moderatum per Bullam Gregorij; ſed tantum aliquid vltra additum, vt d. Recentior ait; tamen adhuc dico eſſe Iuri communi derogatum, quod ſic probo. (conſiderando nunc caſus & vt ſic, & præſcindendo à conſuetudine, vel interpretatione) Ius commune diſponit, vt omnes delinquentes Eccleſiæ immunitate fruantur exceptis ſex, aut ſeptem caſibus; Gregorius hos caſus confirmat, & per ipſum Recentiorem, alios addit. ergo moderatur Ius commune. Conſequentia prob. quia plures gaudebant immunitate eccleſiaſtica de Iure cõmuni nẽpe omnes, exceptis ſex, quam nunc gaudeant ex conſtitutione Gregorij nempe omnes, exceptis octo. ergo per Bullam Gregor. fuit coarctatum Ius commune, quoad immunitatem.

Expoſitio Recentioris circa caſus per Gregorium additos, refellitur.

20 Vidit cit. Author, vt arbitror, hoc argumentum poſſe fieri, & ideo contendit *num. 37.* caſum hæreſis, & læſæ Maieſtatis contineri in Canonibus, vt ſic probaret omnes caſus Gregorij eſſe in iure, etiam exceptos, & per conſequens nullo modo illi derogatum fuiſſe per Bullam Gregorij. Primum probat, quia violatores Eccleſiæ non ſunt intelligendi de Eccleſia materiali, ſed de formali, quales ſunt hæretici; Sed hic ſenſus repugnat literæ, & rationi, nam ſi pro ly *Eccleſia* intelligeretur Eccleſia Catholica, ſeu fidelium congregatio,

Digitized by Google

tio, vt vult hic author, ſequitur, quod qui inter fideles aliquem mutilat, vel occidit, etiam in foro, & caſu aliquo, non gauderet immunitate quia hic diceretur occidere in Eccleſia iuxta *cap. legimus diſt.* 93. ex hui' Doctoris interpretatione, quod nomine Eccleſiæ venit Eccleſia formaliter intellecta. Sed dicet ille id non deduci ex hoc loco, ſed iuxta modum loquendi aliorum canonum loquentium de Eccleſiarum violatoribus.

Sed videam' an hi canones ſic poſſint intelligi, etiam verba impropriando. accipio illud, quem ponit hic Author ibi *qui quoque inter Eccleſiæ violatores continebantur* 17. *qu.* 4. *cap. ad Epiſcopos*, & ſic arguo. Si hic canon poſſet intelligi de Eccleſia formaliter accepta maximum contineret abſurdum, ergo non poteſt ſic intelligi, quia in omni diſpoſitione abſurdum eſt vitandum *l. ſi ita.* 49 *ff. de oper. lib. cap. in Geneſ. de elect.* & videri poteſt Mantic. *de coniect. vlt. volum. lib.* 5. *ti.* 7.

21 Antecedens probo, quia diceret hereticos ab Eccleſia ſeparatos, ſi ad eã confugiant ad pænitentiam, non eſſe recipiendos, quod eſt contra fidem. Nam textus ſic ait: *ad Epiſcopos ceteros direximus iuſſionem, vt eos, qui Eccleſias violaſſe perhibentur acceſſu earũ iudicent eſſe indignos* ſi ergo per cit. Doctorem per ly *Eccleſiarum* venit Eccleſia formaliter intellecta, & ſic violatores Eccleſiarum veniunt in canonibus hæretici, planum eſt etiam, quod in eodem cõtextu ly *ad eas* intelligi debet formaliter, nam ly *earũ* eſt dictio relatiua operans præcedentium repetitionem cum omnibus ſuis qualitatibus ex Decio *conſ.* 71. *incipit in caſu col.* 2 Pariſ. *conſ.* 95. *num.* 14. *vol.* 2. Galgan. & *de cond. & demonſ. p.* 2. *cap.* 1. *quæſtione* 18.

22 Accedere autem ad Catholicam Eccleſiam, eſt ad illam ſe conuertere non corporis paſſibus, ſed animi motu iuxta Paulum ad *Hebr.* 11. *accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit vt* explicat Concil. Triden. *ſeſſ.* 6. *c.* 6. ergo ſenſus eſſet iuxta hunc Doctorẽ quod qui à Catholica fide diſceſſerunt; ſi iterum ad eam ſe conuertant per pænitentiam, non recipiantur.

23 Repugnat etiam hic ſenſus à Recentiore inductus literæ textus, nam vt legenti totam illam *quæſtionem* 4. *in* 17. patebit, extra quam alios canones de violatoribus Eccleſiarum vix reperies; aperte loquitur de Eccleſijs materialibus, vt *in cap. ſicut*, vbi aſſignãtur. 40. paſſus per circuitum. &c. *c. ſi quis in atrio Eccl. cap. miror, quomodo*, vbi loquitur de eo, qui ab Eccleſia reum extraxit, *cap. Reum ad Eccleſiam confugientem, cap. frater*, In quibus loquitur etiam de extrahentibus ab Eccleſia confugientes, & idem in alijs omnibus ſequentibus, in quibus agitur de hac materia immunitatis quo ad confugientes.

Secũda aſſertio contrariorum refellitur.

24 PRobat dictus Recen. à *nu.* 40. ſecundam ſuam aſſertionem, nẽpe quod crimẽ leſæ Maieſtatis in perſonã Principis, & eius ſtatum, *non ex identitate rationis tantum*, ſunt eius verba, *ſed vi quoq; compræhenſiua in prioribus caſibus à canonib' expreſſis includatur.*

Nam, ſequitur ipſe, *cum Princeps ſit Pater patriæ: nihil in ſuam perſonam, ſtatumque molitur, quod proditorie, & inſidijs careat, ſicuti qui parentes perimũt numquam à proditione, ac inſidijs excuſantur, nec datur caſuale in huiuſmodi caſibus homicidium, vt tenent communiter, & poſt omnes* Farinacius *qu.* 97. *ex num.* 19. *ita, & qui in Principis conſpirant poſt legem Numæ Pompilii parricidam, & perduellionis reum eſſe declarantem, & è contra.*

Quod vero Parricida ſit probatur ex latè congeſtis à Farinacio q. 120. *tit. quibus modis committ. parricid. num.* 120 *ſicut ergo Parricidæ ob hoc excludũtur, quia proditorie, & ex inſidijs occidere dicuntur probat Farinac. de immunit. num.* 138. *ita, & qui in Principem conſpirant ob hoc etiam, Iure communi inſpecto, ab hac immunitate excluſi cenſentur, vt merito dici poſſit nequidquam*

nmi

Digitized by Google

noui in hac conſtitutione ſtatutum fuiſſe, nec ex iure communi ampliatum, licet forſan indultis, ac facultatibus aliquid ſuperadditum fuerit, vel expreſſius declaratum.

25 Sed vt vim huius argumenti facilius perpendamus, illud in formam ſyllogiſticã reduco. qui Parricidium committit, proditoriè occidit, ſed qui in Principem, & eius ſtatum conſpirat, Parricidium committit, ergo qui in Principem, & eius ſtatum conſpirat, proditoriè occidit. Sed qui proditorie occidit non ex extenſione; ſed ex vi verborum Iuris communis non gaudet immunitate, ergo qui in Principem, & eius ſtatum conſpirat, ex vi verborum Iuris communis non gaudet immunitate.

26 At argumentum hoc nimium probat. nam nec occidens Patrem ſpiritualem, nec fratrem, aut alios tranſuerſales vſque ad quartum gradum, nec cuniugem, gauderet immunitate, quia hi omnes dicuntur committere parricidium per adducta à Farinacio *qu. 51. à num. 30.* & *lib. 3. in tit. de homic. in materia parricidii.* tum ſic argumentor: qui parricidium committit proditorie occidit, & ſic non gaudet, ex vi Iuris ſtatuentis, ne proditorie occidens gaudeat; ſed hi omnes parricidium committunt, ex eodem Farinacio, quem pro ſe allegat dic. Author: ergo

Reſpondendo igitur in forma. nego maiorem: nam non ex eo ſimpliciter, quod quis etiam patrem necet; dicitur illum proditoriè occidere: ſed ad ſummum; quando inſidioſe, & in caute, vt bene Barboſa *de Iure Eccl. l. 2. c. 7. num. 95.* vt infra *q. 5. num. 26.* dicam latius.

27 Nec ex eo, quod occidens Principem parricidæ comparatur, quoad aliquas penas, de quibus loquitur Farinacius iuxta iura expreſſe id decidentia. ſequitur; quod in omnibus debet æquiparari, vt in ſimili docent Farinacius *to. 1. conſ. 76. num. 13.* Locatell. *de tortur. inſpect. 5. num. 38.* Clartarius. *deciſ. crim. 46 num. 72.* vbi docent nõ ex eo, quod decoctores à Pio V. publicis latronibus æquiparentur, priuandi ſunt eccleſiaſtica immunitate. quibus adde Marium Italianũ. *de immun. cap. 13. in fine num. 4.* Ambroſinum *tract. de immun. cap. 13. fine num. 4.* Caſtrop. *pu. 8. num. 6.* & multa habet ad hanc rem *pun. 10. à num. 8.* Sanch. *opuſc. lib. 6. c. 4. dub. 8. num. 24.* atq; adeo attento Iure cõmuni gaudere immunitate Reos læſæ Maieſtatis tradunt Gutier. *q. 4. pract. l. 4. num. 39. & 17.* Villagut *de extenſ. leg. cap. fin. num. 5.* Diana *tract. 1. p. 6. reſ. 19.* vbi citat Caſtrop. *pu. 10. num. 42.* ſed in toto eo puncto; nihil de hoc caſu expreſſe dicit, ſed bene ex eius doctrina colligitur. Et quamuis aliqui contrã ſenſerint, id non ex eo probant, quod hoc delictum excipiatur, & includatur in illo de occidente homine proditorie, ſed ex atrocitate delicti, & ex alijs rationib⁹; quas infra videbimus, an valeant poſt Greg. Bullam.

Soluitur Argumentum Gambacurtæ.

28 APparentius ſane idem, quod d. Recentior, probauerat antea Gambacurta *l. 5. c. 43.* hoc argumẽto, quia ſub illa generali exceptione; quod præter delicta in Iure expreſſa; *quantumcumq; grauia maleficia perpetrauerit, non eſt ab Eccleſia violenter extrahẽdus,* vt loquitur *Cap. inter alia de immunit. Eccleſ.* & habetur etiam in alijs Iuribus, non comprehenditur crimen læſæ Maieſtatis humanæ, & diuinæ, quia quæ ſpecialem habent difficultatem, tam in mãdatis, quam in gratijs, non continentur, niſi in ſpecie exprimantur, vt de eo, quod habet generale mandatum accipiendi pro eo omnia quæcumque generis, &c. non continetur, vt poſſit beneficium accipere, nec alia ſpiritualia, quia propter ſpecialem difficultatem; requirit ſpeciale mandatum, & in Iubilæo non venit hæreſis abſolutio in conceſſione, vt quis poſſit ab omnibus delictis quantumcumque enormibus abſolui, etiam in Bulla Cœnæ reſer-

reſeruatis. Nec Vicarium poſſe conferre beneficia ex vi generalis cōmiſſionis, Vicariatus, & regula generalis eſt in iure *c. in generali. de reg. iuris in 6.* quod in generali commiſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter conceſſurus, & ſimilia habentur in iure, ergo cum hoc delictum habeat ſpeciales difficultates, non cenſetur includi in illa clauſula generali compræhendente caſus, qui gaudent immunitate.

29 Hoc eſt argumentum Gambacurtæ, quo is, modeſte ſane, ait ſibi valde probabile videri ſuum placitum.

Ceterum neganda eſt conſequentia, quod ſub illa clauſula iuris generaliter excipiente, alios caſus à priuatione immunitatis nō includatur crimen hæreſis, diuinæ, & humanæ Maieſtatis læſæ.

30 Quare aduertendum eſt, quod ſpecialis, & expreſſa exceptio non ſolum eſt, quando dicitur v.g. etiam *crimen læſæ Maieſtatis* ſed etiam quando ſub generali verborum ſignificatione cōpæhēditur vt bene Gloſſ. *l. Lucius ver. non ad matrem. ff. de vulgari. & l. precibus cod. de impub. & alijs ſubſt.* Bart. *l. 1. num. 7. c. de vulgari.* Alciatus *l. nepoſ. Proculo num. 7. de verb. ſignif.* Tiraquell. *poſt leges connubial. gloſ. 7. nu. 86.* Menoch. *de præſ. lib. 4 præſump. 74. nu. 32.* alios referens. Stephanus *clem. 1. de Priuilegijs* vbi Anchar. *q. 3.* & Bonif. *n. 17.* & alij. ſic ergo in caſu noſtro expreſſe fuit compræhenſum crimen læſæ Maieſtatis in illis verbis generalibus, *quantumcumq; grauia maleficia perpetrauerint*, & per exceptuationem aliorum caſuum; quia exceptio vnius eſt alterius incluſio *l. nam quid liquide §. fin. ff. de penu legata.* ſi enim hoc crimen Papa voluiſſet exceptuare, feciſſet vtiq; ſicut de alijs fecit.

31 Ad argumenta autem, ſeu exempla poſita à Gambacurta non eſt difficilis reſponſio; nam in caſu mādati generalis recipiendi pro eo omnia &c. merito non veniunt beneficia, & alia ſpiritualia, quia cum illa receptio ſit oneroſa recipienti, obligatur enim ad officium &c. non cenſetur contineri ſub mandato generali, & ſic Panormitanus, cuius auctoritatem allegat Gambacurta, hanc meam diſtinctionem aperte tradit. *d. c. accedens de præb. & dignit. num. 5.* ibi *quia in his requiritur ſpeciale mandatum tum propter qualitatem rerum, tum propter præiudicium, vt ſenſerunt hi Doctores, & Domini de Rot. deciſ. 83.* at in noſtro caſu agitur de ſpeciali fauore ipſius Papæ, ſeu Eccleſiæ, cuius ipſe eſt caput.

32 Ad tertium vero caſum de Vicario Epiſcopi reſponſio non eſt aliunde petenda, quam ab ipſo Gambacurta, is enim dicit *in c. cum in gener. de offic. Vic. in 6. expreſſe conſtitutum eſt Vicarium Generalem Epiſcopi per generalem cōmiſſionem ſibi factam Vicariatus ſub quibuſcumque plurimis verbis non poſſe conferre beneficia, niſi de hoc ſit, & facta expreſſa commiſſio ſpecialis.* quid ergo mirum ſi non venit hæc beneficij collatio, cum ius expreſſe id ſtatuat at in noſtro caſu contrarium habetur, quia ius expreſſe ſtatuit regulam vniuerſalē per verba ſatis generalia, & per expreſſionem caſuum, quos voluit exprimere, & ſic regulam firmauit.

Et ſi Doctores dum tradunt Vicario Generali hæc non competere ex commiſſione Vicariatus; probant ex dictis iuribus id exprimentibus, vt videre eſt in multis quos citat Barboſa *p. 3. de off. & poteſt. Epiſ. all. 54. à n. 59.*

33 Ad ſecundum caſum, quod hæreſis non comprahenditur in conceſſione generali abſoluendi &c. Reſpondeo non deeſſe graues Doctores, quos citat, & ſequitur Bardi *in Bull. Cruc. p. 2. tr. 6. ſec. 3. num. 26.* qui oppoſitum tenent, & aſſignat ingenioſam rationē Bardi ad illud axioma, quod in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter conceſſurus nempe hoc intelligi, quando non eſt eadem ratio formalis ſub qua, & ita ſub generalitate non veniunt; vt ſi concedat abſolutionem ab omnibus caſibus reſeruatis Epiſcopo, non venit abſolutio à cenſuris. Verum concedamus

damus Gambacurtæ cum alijs multis non intelligi abſolutionem ab hæreſi in generali cõceſſione abſoluẽdi omnes caſus Papales, at non fauet hæc ſẽtentia Gambacurtæ, quia hi Doctores fundantur in ſtylo Curiæ Romanæ, qui in hac re habet vim legis, vt videre eſt in Caſtrop. *to.1.tr.4.diſp.4.pu.3.§.4.num.2.* ibi. *ratio præcipua deſumenda eſt ex ſtylo, & vſu curiæ Romanæ, qui in hac parte vim legis habet. at Azor. Suar. & Barboſa teſtantur ex ſtylo curiæ ſub illa generali facultate &c.* bene igitur negata eſt conſequentia, quod in generali exceptione caſuum gaudentiũ Immunitate, nõ veniat de iure cõmuni crimen læſæ Maieſtatis.

QVÆRES III.

An conſuetudines contra Diſpoſitionem Gregorij XIV. fuerint ſublatæ.

DE triplici cõſuetudine poſſumus loqui, nempe de ea, quæ ſit vniuerſaliter recepta. De aliqua, quæ ſit in diuerſis prouincijs, & regionibus; & de vtriſque quatenus ſunt immemorabiles, quia circa omnes eſt peculiaris difficultas, & varia Doctorum extant placita.

1 Dico primo conſtitutio Gregorij abrogauit omnes conſuetudines vniuerſaliter introductas, quæ erant contra præſentem diſpoſitionem. Concluſio patet ex dictis quæſ. præc. vbi egimus de abrogatione legum præcedentium; & ratio eſt, quia cũ Princeps cenſeatur ſcire conſuetudinem vniuerſalem; ex hoc ipſo, quod ſtatuit legem illi contrariã, cenſetur abſq; alijs verbis illam abrogare, ſeu in eo, quod eſt cõtraria illi derogare ex cõmuni Doctorum ſententia Baldi, & aliorum. *l.2.cap.quæ ſit longa conſuetudo.* Felin. *in cap. ſuper literis de reſcrip. num.8.* Rota. *deciſ.2.de reſcrip.in nouis. n.2.* & videri poteſt Salas *de legib. diſ. 19.ſe.13.num.98.* Suarius. *l. 7. de leg.c. 20.à num.4.* Caſtrop. *tom.1.tract. 3.diſ. 3.pu.5.num.3.* & alij apud ipſos.

2 Quod autẽ Gregorij cõſtitutio fuerit vniuerſaliter lata probauimus *q.1.* huius diſputationis, & patet ex clauſ. 5. Bullæ ibi: *vltra id, quod priſca illa maiorũ diſciplina*, quæ verba per Curtelli *l.1.q.1.num.32.de priſ. & rec.Eccl. Libert.* conſuetudines antiquas ſignificant, quas ait Pontifex velle moderari, iuxta dicta quæſ. præc. de iure communi; atq; adeo in terminis huius Bullæ docent per eam reuocari præteritas conſuetudines. Diana *p.1.trac. 1.reſ.1.* vbi citat Marium Ant. Macerat. *l.2.reſ.15.nu.5.* Giurb. *conſ.50.n.14. & conſ.70.num.9.* Ambroſinum *tract. de Im.Eccl.c.14. nu.3.* Fran. leo *in theſaur.fori Eccl.p.1.nu.27.* Bonacina in *tract.de leg.diſ.3.q.7.§.6. num. 4.* Peregrinum *tract.de Im.Eccl.c.2.à num.16. & p.6.reſ.29.ver.ſed quia omnia.* idem docet Diana *p.6.tract.1.reſ.29.* qui latè hoc probat, ſed an recte omnia, mox examinabim' in reſp.argument. Eſto aliqui oppoſitum ſentiant, vt Gambacurta. *l.5.c. 8.* qui tamen ſi attentè perpendatur hanc concluſionem non negabit *nu.6.* ſed quidquid ſit de eius mente, nouiſſime aperte pugnat Recentior dic. *lib.1.q.1.* præſertim *à num.54.* cuius argumenta infra referemus *num. 9.*

3 Dico ſecundo per Gregorianam conſtitutionem reuocãtur etiam cõſuetudines, quæ erãt in aliquibus particularibus regionibus, & prouincijs, quę ſunt extra præſcriptam formam. Hæc concluſio non eſt tam certa, ſicut, & præcedens: quia Pontifex ex vna parte nullam facit expreſſam mentionem de his conſuetudinibus reuocandis, vt legenti Bullam patebit; & ex alia hæ conſuetudines per legem generalem non cenſentur reuocatæ, quia non cenſetur eas Pontifex ſcire. Vt probant ex multis Suar. Caſtrop. & alij loco citato *num. 36.* his tamen non obſtantibus.

4 Probatur noſtra concluſio; quia non deficit Pontifici poteſtas, etiam has conſuetudines abrogandi, ſeu illis derogandi aliquid tollendo, quod eſſet contra ſuam diſpoſitionem, vt omnes ſupra citati DD. expreſſe concedunt

cedunt

Digitized by Google

cedunt; nec etiam deficit voluntas, vt ex dictis quæſ.prima, & ſecunda patet: nam voluit omnes differentias tollere, quæ occaſione quorumdam priuilegiorum in quaſdam regiones obrepſerant; & abuſus tollere redigẽdo omnia ad vniformem regulam, vt ex clauſulis ſupra explicatis.*q.*1.*&* 2. patet: ergo.

5 Probatur ſecundo; quia ideo non cenſẽtur reuocatæ particulares conſuetudines per legẽ vniuerſalem, quia non ſunt incompatibiles cum lege vniuerſali; nam ea poteſt habere ſuũ effectum in alijs partibus, vbi non ſunt conſuetudines cõtrariæ, & Princeps non cenſetur velle eas reuocare, cum cenſeatur illas ignorare ex. *c.* 1. *de conſt.in* 6. (quod tamen, vt bene ponderat Suar. *de leg. lib.* 7. *cap.* 20. non tam eſt conſtitutiuum iuris; quã eſt declaratiuum eius iuris, quod ſecundum rectam rationem, in quocumq; legislatore locum habet) ſed hæ rationes non obſtant contra noſtram concluſionem, nam lex iſta Gregorij fruſtraretur ſuo fine reducẽdi omnia ad vnam formam; & quamuis Pontifex non potuerit omnes cõſuetudines particulares ſcire, tamen aliquas ſciuit, vt ex clau. 2. *Experientia poſtmodum docuit, &c. tum quia plerię eorum Principum Miniſtri &c.* & clau. 3. *alibi vero ne ipſos Laicos indultis huiuſmodi vti voluiſſe*, & clau. 4. *illud etiam abſurdum ſæpe numero ſequutum eſt, vt infimæ conditionis Laici. &c.* Ex his ergo, quas ſciuit alias etiam reuocare voluit, quatenus fini quem intendit oppoſitæ erant, vt patet ex clauſula 5. *quare pro commiſſo nobis à Domino &c. vt differentias huiuſmodi ad vniformem regulam reducere &c.*

6 Hanc concluſionem docere videntur cit. DD. *num.*2. quatenus vniuerſaliter aſſerunt teſte Diana per Gregorianam conſtitutionem omnes conſuetudines præteritas circa immunitatem reuocari, & ad hoc tendunt argumenta Caſtropal. hìc *diſ. vn. p.* 10. *verſ. ſed tandem, &c.* & tenet expreſſe Diana 6. *p. tract.* 1 *reſ.* 29. *verſ. & tandẽ* vbi miror virum alioqui modeſtum dicere potuiſſe, *peſſimè argumentatur Gambacurta l.* 5. *cap.* 8. *num.* 5. cum non adeo ſint abſurda argumenta, nec ab homine mediocriter docto ponderata, & certe reſpõſio ipſius Dianæ *ad textum indicto capit.* 1. *de conſtit. in* 6. quo vtitur Gambacurta, & in quo Bonifacius 8. declarat quod Romanus Pontifex per conſtitutionem à ſe nouiter latam non intelligit derogare conſuetudinibus locorum, & perſonarum, niſi expreſſam fecerit mentionem, eius, inquam reſponſio quod ſcilicet dictus textus *non procedit vbi per legem conſuetudini contrariã ad ius commune primæuum reducuntur*, quam valida ſit ad dictas rationes ex oppoſito inualidandas, aliorum iudicio remitto, ſi ſemel concedant hunc textum id decernere, & per conſequens facere præſumptionem iuris, & de iure, contra quam non admittitur directa probatio in contrarium, vt eſt hæc, quam affert Diana in ſua reſpõſione; ſed tantum indirecta, nempe probando deficere qualitates requiſitas in iure, vt noſtro primo, & ſecundo argumento fecimus, ex Gloſ. *Clem.* 1. *v. fecerit. de prob.* Abb. *cap. is qui fidem num.* 5. *de ſpon.* vbi Præp. & alij. Soncinus *reg.* 314. *num.*6. Euerard. *loc. à veriſimil. nu.* 20. Couar. 4. *decret.* 2. *p. c.* 4. *§.* 1. *nu.* 7. Menoch. *de præſ. l.* 1. *q.* 6. *num.* 5. & alij, quos citat, & ſequitur Maſcard. *de probat. in prin. q.* 10.

7 Dico tertio per Bullam Gregorij tolluntur etiam conſuetudines immemorabiles cõtra formam à ſe præſcriptam: ratio eſt ex dictis clara, quia cum ſtantibus his conſuetudinibus, Gregorij lex fruſtraretur ac ſtare non poſſet, cenſetur omnes ſubſtuliſſe, ſi, & quatenus ipſi ſunt contrariæ. Hoc loquens generaliter tradit optime Suarius *de leg. l.* 7. *c. ap.* 20. *nu.* 8. ibi *addo deniq; hanc illationem non minus procedere in conſuetudine immemoriali quam in qualibet alia.* Loquitur ibi Suarius de reuocatione conſuetudinis vniuerſaliter introductæ per legem,

etiam

Digitized by Google

etiam vniuerſalem illi contrariam, abſq; expreſſa derogatione conſuetudinis, & idem eſt, poſitis dictis concl. præc. de conſuet. particulari immemorabili, cum militet eadem ratio.

8 Et confirmatur, quia in tantum DD. quos citat Suar. *d. cap. 20. nu. 18.* & Caſtrop. *trac. 3. diſ. 3. p. 3. §. 1. nu. 10.* dicunt conſuetudinem immemorabilem non reuocari, etiam ſi lex dicat, non obſtante quauis conſuetudine, quia immemorabilis cõſuetudo habet ius priuilegij à Principe conceſſi. Sed Bulla Gregorij reuocat omnia priuilegia conceſſa à Sede Apoſtolica, & à ſe, quæ ſint contra hanc Bullæ formam, vt patet, ex clau. 12. *non onbſtantibus præmiſſis tã Sixti V. & Pij. quam aliorum quorumcũq: prædeceſſorum noſtrorum literis Apoſtolicis, Priuilegijs, indultis, & facultatibus &c.* ergo. &c.

9 Atque ex his ſoluta manent obiecta Recentioris poſita ab ipſo *lo. cit. à num. 56.* vbi ait, quod ſi Pontifex voluiſſet conſuetudines abrogare expreſſiſſet. Quod non cenſetur reuocata conſuetudo immemorabilis etiamſi dicatur, *non obſtante conſuetudine.* Quod vniuerſalis Prouinciæ conſuetudo, nec per Sacrum Conc. Trid. intelligitur ſublata, ſi tantum ſimpliciter tollat conſuetudinem, (quod tamẽ probabiliter negat Gãbacurta *l. 5. c. 8. n. 3.* affertq; optimam rationem, quia cum in Concil. concurrãt Epiſcopi variarũ nationũ, cẽſentur illæ conſuetudines notæ Cõcilio) ſoluuntur, inquam, hæc, & ſimilia doctrina à nobis tradita in duabus præc. cõcluſionibus. Sed maior eſt difficultas.

An per conſuetudinem poſſit derogari conſtitutioni Gregorij.

10 RESpondeo affirmatiue ſi ſit rationi cõſona, aioq; conſuetudinẽ legitime præſcriptam poſſe non ſolũ aliquos caſus in hac Bulla exceptos demere, vel excludentes ab immunitate reos addere, v. g. addendo ſimplices fures; ſed etiam totam Bullã quoad hãc materiã abrogare.

Probatur ſecunda hæc pars: quia hæc materia eſt tantum de iure eccleſiaſtico, (non diſputo nũc an poſſit tolli, vt nullus reus gaudeat immunitate) ergo poteſt per contrariã conſuetudinẽ tolli. Antecedẽs patet, quia non eſt Iure naturæ inſitum, vt tantũ ſint hi ſex, vel ſeptẽ caſus excepti, & ſicuti hi antiquitus nõ erãt excepti; ita poſſent per alium Põtificẽ ex iuſta cauſa ſuperueniẽte non excipi; & contra poſſet Põtifex alios caſus excipere, ne gaudeãt immunitate: ergo nõ ſunt de Iure naturæ, cũ hoc ſit immutabile: nec etiam Iure diuino poſitiuo, cum nec in Sacra Scriptura tale præceptũ inueniatur: nam tantũ erãt in ea aſſignatæ quædã ciuitates pro refugio. ex Abulenſ. *c. 20. Ioſue. q. 7.* & ſi fuerit, iam ceſſauit, vt pote preceptũ cœremoniale: vt docet Suar. *c. 8.* nec tale preceptũ. in Euangelijs reperitur, vt bene Suar. argumentatur hoc. *l. 3. c. 8. n. 10.*

11 Conſequentia probatur; quia poteſt nouus Pontifex hanc cõſtitutionem Greg. ſaltem valide abrogare, vt certum eſt, & etiam licite ex *c. 1. de cõſtitutionib. in 6.* quia res per eaſdem cauſas, per quas naſcitur, per eaſdem tollitur: ergo cum Pontifex poſſit legem ſtatuere, poteſt etiam & illam abrogare, ſiue ſit idem, qui conſtituit legem, ſiue ſucceſſor. nam eadem eſt in vtroque iuriſditio argum. *c. p. innotuit de elec.* & omnes docent: ergo etiam poteſt conſuetudo legitime præſcripta hanc Greg. conſtitutionem in totum abrogare. cum ea habeat vim legis ex *c. fin. de conſ.* ex *l. de quibus ff. de legibus* ibi. *rectiſſime receptus eſt, vt leges non ſolum ſuffragio legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu omniũ per diſſuetudinẽ abrogentur,* hanc ſententiã loquentes generaliter, quod cõſuetudo poſſit legem Ciuilẽ, vel eccleſiaſticã abrogare. docẽt omnes Theologi cũ D. Th. *1. 2. q. 97. a. 3.* & Canoniſtę *in c. vlt. de*

conſuet.& Legiſtæ *in l.de quibus.ff. de legibus* teſte Suar.*l.7.c.18.n.2. de legib.* egregie probat Sãch.*l.7.de matr. diſ.4.*vbi oſtendit poſſe per cõſuetudinem impedimẽta matrimonium dirimentia tolli. Salas *de leg.diſ. 19. ſec.10.n.84.*& vt notat Caſtropalai verbis *t.1.tr.3.diſ.3.p.4.n.1.nõ opus eſt in re manifeſta authores coaceruare.*

12 Prima autẽ pars, quod poſſit cõſuetudine aliquis caſus ex dictis in Bulla demi, vel addi ad gaudẽdum, vel non gaudendũ immunitate, probata manet ex dictis, & expreſſe tenet Caſtropalaus infra cit. vbi dum querens, an ratione cõſuetudinis aliqui caſus excipiantur reſpondet negatiue, & reddit rationem *tom.1.diſ. diſ.vnica hic p.10. ver.ſed tenendum. Poſt Concilium Tridentinum,*(quod reuocauit omnes cõſuetudines iuxta Canones contra imunitatẽ Eccl.) *ante Bullam Gregorij, nec fuit tempus ſufficiens ad introducendum conſuetudinem aduerſus eccleſiaſticam legem, quæ requirit ad minus tẽpus quadragenarium*,& idem docet *p.9.n.3.*ergo ſi fuiſſet tempus ſufficiens elapſum poſſet conſuetudo aliquos caſus excipere &c.

13 Idq;ſupponit Suarius, dum multis in locis, vt ſupra vidimus, dicit eſſe conſuetudinem attendendam; nam ſicuti conſuetudo poteſt per Suariũ Iuris Canonici diſpoſitionẽ tollere, & moderare circa hanc materiam: ita poterit etiam Bullam Gregorij cum iam ſint elapſi 40. anni ab eius conſtitutione; docet etiam Couarr. ſœpi' ſupra *diſ.4.*citatus, & DD.qui paſſim dicunt ſtandum eſſe cõſuetudini dum quærunt, an in hoc, vel illo caſu intelligatur exemptio, vt ſupra vidimus.vide Clarum *in prac. l.5.fine q.30.*Farinac. *de Carce. q.28. nu.51.* Bonac. *diſ.3.q.7.§.6.à num.4.* & alios qui ſtando in Iure communi dicunt potuiſſe valere conſuetudinem ad abrogandum illud, non autem poſt Bullam Greg.quia tempus non erat elapſum.

Satis ſit obiectis P. Dianæ contra prædictam concluſionem.

14 Obijcies primo ex Diana *p.6.tr. 1.reſ.29.*Nulla conſuetudo valet, quæ eſt contra libertatem eccleſiaſticam ex *Cap.grauam. de ſentẽtia excom.* aſſerunt etiam communiter Canoniſtæ *in cap.nouerint.de.ſent.excom.*ſed cõſuetudo, de qua loquimur (nẽpe an Laici poſſint in delictis exceptuatis extrahere reos ab Eccleſia ratione cõſuetudinis) eſt contra immunitatẽ Eccleſiarum, vt obſeruat Peregrinus de immunitate, Ambroſ. *c.14.n.2.*Bonac.*t.2.diſ.3.q.8.p.10.*(voluit dicere, *q.7.§.6.à n.4.*) ergo &c.

15 Si quis vellet reſpõdere iuxta formã, quã intẽdit Diana ſeruare: conceſſa maiore, & min. poſſet negare cõſequentiã: nã aliud eſt eſſe contra libertatẽ eccleſiaſticã, aliud eſſe cõtra immunit.Eccleſiarũ, illa.n.eſt Iure diuino, vt videbimus ſuo loco, cũ Suar. cõtra Regẽ Angliæ; nã amplectitur exemptionẽ, tã in cauſis ſpiritualibus, nẽpe reſpiciẽtibus Fidẽ, Sacramẽta, Sacrificia, diuinũ cultũ, & ſalutẽ animarũ; quã in tẽporalibus, tributorũ ſolutione, punitione criminũ, &c. & notant omnes, qui de hac materia tractant inſtituuntque diuerſos tractatus, vt videre eſt apud Caſtrap.*t.2.tr.11.* vbi agit de immunitate Eccleſiarũ, & *tr.12.*vbi agit de immunitate eccleſiaſtica. Suar.*l.cit.* Gãb.*l.1.2.&3.*& alios paſſim; immunitas autẽ hæc eſt de iure tãtum eccleſiaſtico, vt probauimus *à n.45.*

16 At demus hoc, religioſo ſane viro, & de morali materia optime merito, & cõceſſa maiore, diſting. minorẽ: eſt cõtra immunitatẽ eccleſiarũ, quoad totam ſuã latitudinẽ, ita vt penitus tollatur refugiũ ad Eccleſiã nego minorẽ; eſt cõtra immunitatẽ Eccleſiarũ, quoad aliquam diſpoſitionem poſitiuam determinantem aliquos caſus, concedo min. & diſtinguo cõſequens; non poteſt introduci conſuetudo contra immunitatẽ, quoad ſuam totam latitudinem concedo conſequentiam,(nam iam dixi

dixi *nu.* 45. me de hac re non diſputare, facile enim ex dictis, poteſt conijci) non poteſt induci conſuetudo cōtra immunitatem Eccleſiarum, quoad aliquam determinationem caſuum, vt hi ſint, & non alij exēpti, & cōtra: nego conſequentiā.

17 Et quod mirum eſt ij quos affert Diana ad probandā ſuam minorē nobiſcū ſentiunt Bonac. l. à Diana cit. ait. 4. *quia huiuſmodi conſuetudo* (ante Bullam Gregorij) *ſufficienter reprobata videtur in Trid. ſeſſ. 25. c. 20. quatenus Concilium innouat: & exacte ab omnibus præcipit obſeruari Sacros Canones, & omnia Concilia Gener. in fauorem libertatis, & immunitatis eccleſiaſticæ ſancitas, & ab eo tempore, quo editum fuerat Conc. Trident. vſq; ad tempus, quo facta fuit conſtitutio Gregorij, nec dum elapſum erat tempus ſufficiens ad legitimam conſuetudinem introducendam. & videri poteſt Ambroſinus de immunitate ca.* 14. hæc Bonacina: ergo per ipſum poteſt induci conſuetudo elapſo tempore legitimo, & per Ambroſinum quem citat; non obſtante quod Cōc. Trid. reprobauerit conſuetudines.

18 Obijcies ſecundo cōſuetudo irrationabilis de iure non valet, ex *cap. fin. de conſt. in* 6. ſed conſuetudo de qua loquimur, vt pote Sacris Canonibus contraria, eſt irrationabilis, vt patet ex *cap. cum venerabilis, cap. cum audientiam de conſuet.* ergo.

19 Reſpondeo nego minorem, ad Iura citata nempe ad *cap. ad noſtram audientiam*, & *cap. cum venerabilis* Reſpondeo cum Panormitano, *quod conſuetudo inimica Canonibus* (ſunt eius verba) *præſumitur irrationabilis prima fronte*, & certe ſi conſuetudo ex hoc ipſo, quod eſt contra diſpoſitionem Canonum eſt irrationabilis; numquam poſſet præualere cōtra legem eccleſiaſticam, & tamen ipſe Diana *par. 5. tract. 14. Miſcella. reſol. 42. ver. notandum.* ait *ſi ignorante Principe conſuetudo ſtabilitur, tunc probabile eſt decem annos ſufficere non ſolum ad legem Ciuilem, ſed etiam Canonicam abolendam*. Cur ergo nunc dicit conſuetudinem contra Canones eſſe irrationabilem? eſt ergo irrationabilis conſuetudo, ſi velimus credere Gerſoni 3. *p. tra. de vita ſpirituali l. 4. Coroll. 3. alphab. 2. lit. P.* Supp. Gabriel. 4. *d. 42. q. 1. ar. 3. dub. 6.* & alijs quando eſt cōtraria iuri naturæ, aut diuino: ſi verò velimus loqui cum probabiliori ſententia; quando de ea non poteſt ferri lex iuſta, vt bene Sanch. *l. 7. diſ. 4. nu. 14.* quem laudat, & ſequitur Caſtropalaus *to. 1. trac. 3. diſ. 3. p. 2. §. 1. n. 1.* & alij apud ipſos.

Quis autem neget poſſe iuſtam eſſe legem abrogantem huic conſtitutioni, ſi à Papa ederetur ſpectatis nouis circumſtātijs temporum &c.

20 Obijcies tertio in materia immunitatis, nec Populus, nec Principes Laici, aliquid ſancire poſſunt: ergo nec conſuetudinem introducere valent.

Reſpondeo, hoc argumentum non probat non poſſe per conſuetudinem abrogari legem Gregorij; ſed quod non ſufficiat ſi ſit tantum à Laicis inducta, quod eſt veriſſimum, & tenent expreſſe Couarr. 4. *decret.* 2. *p. c. 6. §. 10. num.* 18. Lud. Lopez 2. *p. inſti. de matri. c. 46.* & alij quos citat & ſequitur Sanchez *l. cit. nu.* 11. fine.

21 Obijcies quarto, quando ius reprobat cōſuetudinem ſupponendo eſſe iniquam non poteſt ea induci; ſed hoc modo prohibet ius Canonicum conſuetudinem contra libertatem Eccleſiaſticam, ex *cap. 1. & c. ad noſtrum de conſuetudine*, & Tridentinum reprobauit *ſeſ. 25. cap. 20. de reformat.* dum innouat, & exacte præcipit obſeruari Sacros Canones: ergo. Reſpondeo diſtinguo maiorē ſi nulla adſit noua cauſa tollens talem iniquitatem, cōcedo maiorem; ſi noua ſuperueniat nego maiorem; & data minori, diſtinguendum eſt conſequens, vt in priori caſu concedatur cōſequentia, in poſteriori negetur. hanc doctrinam, quod non obſtante lege conſuetudinem futuram prohibente, vt contrariam legi hu-

Digitized by Google

humanæ poſitiuæ,& rationi, ſi noua adſit cauſa poſſit talis conſuetudo denuo introduci præter DD. quos citaui ſupra *diſ.7. num.4.* docet Dominicus *cap.1.ad finem de cōſtit.in 6.* vbi Fran.*nu.19.cap.2.de probat.n.11.* Barbatius *cap. fin. cit.nu.81.* Baldus Nouell' *de dote 6.p.priuileg.21.n.19.* Lupus. *cap.per veſtras de donat. inter vir. & vxor.notab.2.num.2.* Couarr. 3. *Variarum c.13. num.4.* Auiles *c.8. Prætorum Gloſſ. Coſtumbre num.3.* Sanchez *l.7. de matr. diſ. 4. num.14.* Pontius *l.6.de matr.cap.6.num.9.* Caſtropal. *tr.3.diſ.3.p.4. §.2.n.10.* Suar. *l.7.c.19.num.21.& 24.de leg.*alios citans Salas *diſ.19.ſec.7.ſub.n.21.*

22 Et ſic patet non ceſſare, vt putat Diana difficultatē omnem poſt Bullam Gregorij XIV. ſed tantum oſtēdere reuocatas eſſe præcedentes cōſuetudines; & ad ſummum prohibitas denuo cōtra eius tenorem induci: non autem quod non poſſit denuo induci,& valide, & licite obſeruari, eſto qui primi fuerint ad eā inducendam peccauerint ex Caſtropalao *p.2.§.1.num.6.* & alijs ibi.

23 Obijcies quinto,cū eodem Diana *d.reſol.29.* adhoc vt poſſit introduci conſuetudo contra leges Pōtificias, neceſſe eſt, vt ſit ſcientia, & expreſſus cōſenſus Papæ, ex communi doctorum ſenſu, & Rotæ Romanæ *in vna Treuirenſi Abbatiſſæ Sancti Maximini die 24. Ianuarij 1635.coram Domino meo Coccino Decano,* & alia Rota Romana *in Meſſinēſi 21.Maij an. 1641.* ergo cum Pontifex obſtet,& ſingulis annis in Bulla Cœnæ reclamet nōn poteſt conſuetudo induci cōtra Canones in hac materia.

24 Reſpondeo. nego antecedens,vt illud negat Sanchez *l.7. de matr. diſ. 4.num.11.*circa medium *diſ.82.n.20.* loquens de conſuetudine circa Sacramentalia,& ibi Palud.*4.d.42. q.3. ar.1.concluſ.3.nu.7.*vbi Supp.Gabriel *q.2.ar.2.*Couarr.*4.p.decret.2.p. cap.6.* Gaeta.*repet.cap.ad limina 30.q.1.§.4. num.550.*Caſtropal. *t.1 tract.3. diſ.3. pun.2.* vbi ait *Cæterum tenenda eſt communis, & receptiſſima ſentētia nullum alium conſenſum præter traditum in cap.vltim.de conſuet.& l. de quibus.ff. de legibus requiri,*& reddit rationem *num.4.* quia Princeps ſupremus potuit ſua lege *ſtabilire,vt quoties populus in aliqua conſuetudine rationabili Decēnio durauerit,ea pro lege ſuſcipiatur,facta autē hac lege,nemini dubium eſſe poteſt conſuetudinem rationabilem decennio durantem vim legis habere ex approbatione legali ſupremi Principis.* Idem etiam tenēt Bonacina *diſ. 1.q.1.p.vbi §.3.num.34.* Azor. *t.1.l.5. cap.18.q.1.*Salas *diſ.19.ſec.3.num.20. & 37.*& alibi Suarez *l.7.de leg. ca.13. à num.6.*vbi vocat ſententiam communem Iuris Peritorum,& citat Panorm. *cap. vlt.num.13. de conſuetud.* Barba. Dominicum Cardinalem Alexād. Rochum de Curte,& alios. ad deciſiones autem rotarum quas Diana adducit dicere poſſumus eas requirere expreſſum cōſenſum,non perſonalem Principis; ſed legalem iuxta dicta ex Caſtropalao, & alijs vel dic iuxta dicta à me *lib. 2. de de matr.diſ.37.*contra Pontium *n.19.*

25 Nec verum eſt,quod Pontifex reclamet in Bulla Cœnæ contra has conſuetudines,nempe, quæ aliquos delinquentes ab immunitate Eccleſiarum excipiunt; præter formam Gregorij; ſed clamat contra eos, qui prætextu conſuetudinis cōdunt ſtatuta contra Eccleſiaſticam libertatem,vt bene aduertit Suarius *diſ.21. ſec.2.num.86.de cenſuris* per hæc verba:*extenditur præterea in dicto textu,* (nempe *ca: Nouerit de ſentent. excōmunicationis)illa excommunicatio ad eos, qui ſeruare faciunt conſuetudines introductas cōtra Eccleſiæ libertatem, quæ perſonæ non videntur in hac Bulla Cœnæ comprehenſæ; quia aliud eſt ſeruare conſuetudinem, ſeu facere illam ſeruare; aliud vero prætextu illius legem aliquam, vel ſtatutum condere, in hac autem Bulla excommunicantur, qui prætextu conſuetudinis condunt ſtatuta contraria Eccleſiaſticæ libertati;non vero qui talem*

Digitized by Google

lem conſuetudinem, abſque lege lata ſeruare faciant. hæc Suarius: poſſet etiam dici, quod Pōtifex excommunicat eos, qui legem ferunt ſub falſo colore, quod ſit conſuetudo; nam ly *prætextu* ſignificat mendicatum colorem, ac mēntitum medium *ex cap. quoniam* 90 *de ſimon.* & tradunt in terminis huius Bullæ Duardus *in Bullam cœnæ concl.*30 Salgad. *de regia protec.p.*1.*cap.*2, adducens plures rotæ Romanæ deciſiones. Hæc ſufficiant quoad explicationē excommunicationis allatæ à Diana. cæterum

26 Neque conſuetudo, de qua loquimur nos, eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam ſeu ius Eccleſiaſticum, vt bene poteſt colligi ex Suario, & alijs DD. *num.*47. citatis, qui dicunt quidem ſtandum eſſe conſuetudini in hac materia: at cum agunt de cōſuetudine contra libertatem, & ius Eccleſiæ, dicunt *nullam conſuetudinē, etiamſi Immemorabilis ſit vllo modo contra Immunitatem Eccleſiaſticam præualere poſſe* ſunt verba Suarij *lib.* 4.*c.*3.2.*num.*23. *contra Regem Angliæ*, Idem etiā docet Caſtropalaus *tract.* 13.*diſp. vnica p.*12. vbi *nu.*3. ait *ex vi cōſuetudinis nequaquam poſſe Immunitatis Priuilegium minui*, & addit quod *quotannis Pontifex in Bulla cœnæ clauſula* 14. *& ſeq. eoſdem Iudices excōmunicationi ſubijciat*, loquitur de Immuuitate, & iure Eccleſiaſtico; & tamen ſupra *trac.*12. *diſ. vnica p.*10. oſtendit clare non eſſe abrogatam per conſuetudinem Iuris diſpoſitionem circa Immunitatem Eccleſiarum quia non erant elapſi 40. anni poſt. Concilium Trid: & ante Bullam Gregorij, & ita etiam dicunt cœteri DD. non in quam hæc conſuetudo, dequà nos loquimur eſt contra libertatem Eccleſiaſticā ſed eſt variatio diſpoſitionis circa hos, vel illos caſus per legem nouā Pontificiā; alias reſpōdiſſet hi Doctores vt dixerunt circa Eccleſiaſticā libertatem.

27 Denique ad Bullam Vrbani VIII. editam anno 1641. vbi annullat omnes conſuetudines contra Immunitatem Eccleſiaſticam, eadem eſt reſponſio, nam Immunitas Eccleſiaſtica latius patet teſte Suario *diſ.* 21. *ſec.* 2. *decenſ.* & præterea aio, ex illa tantum probari quod conſuetudines præteritæ ſint nullæ: non autem futuræ trāſacto ſpatio legitimi temporis requiſiti, quod nos non contēdimus; ſed ſolū dicimus iuxta Suarij Doctrinam poſſe per conſuetudinē legitime introductam aliquos eximi ab Immunitate Eccleſiarū, præter eos, quos Gregorius exemit; non autem dicimus poſſe per conſuetudinem Immunitatem Eccleſiarum tolli. quod vno verbo, eſt dicere, poteſt conſuetudo ſtatutum Pontificum abrogare circa hanc vel illam materiam: at non poteſt ius Eccleſiæ cōmpetens, & eius libertatem tollere, vel minuere de quo tantum loquuntur citati DD. à Diana Bulla cœnæ &c. & non de hac noſtra concluſione.

QVÆRES IV.

An diſpoſitio Gregorij XIV. correxerit ius canonicum circa alias circumſtantias Immunitatis Eccleſiarum.

CIrcumſtantiæ que, præter delictorū qualitatē, de qua iam diximus, poſſunt conſiderari, ſunt circa perſonas, circa loca, & circa modum extrahendi, & iudicādi de his.

1 Dicendum eſt tantum correxiſſe modum extrahēdi, & alias circumſtantias omiſiſſe iuxta ius commune. patet ex Bullæ tenore nam de locis nil ait: ſed tantum *vt Laicis ad Eccleſias locaq. ſacra, & religioſa prædicta confugientibus*, & de perſonis ait *ſicuti etiam prohibemus ne contra Eccleſiaſticas perſonas, ſeculares, aut cuiuſuis ordinis, militiæ etiam Sancti Ioannis Hieroſolimytani regulares, quoquo modo etiam vigore prædictorū indultorum, priuilegiorum, aut conceſſionū, quæ omnia ad terminos iuris cōmunis*

munis reducimus. Idē patet de modo iudicandi, & tantum expreſſit quod *de crimine vero hæreſis cognitio ad forum Eccleſiaſticum pertineat*.

2 Deniq; quod correxerit modum extrahendi reos patet ex clauſula nona. *Ne autem ſæcularis curia,&c.* vbi, vt diſ.11. dicemus,modum tradit tradendi curiæ ſœculari: cum attento iure communi licitum fuerit Iudicibus ſœcularibus reum extrahere, quando conſtabat,quod non gauderet Immunitate, vt præter Suarium *l.3.c.13. num.* 1. docet Couarr.Guid.Papæ, Guill. Benedictus, & alij,quos citat Suarius.

3 Hæc aſſertio ab omnibus ſupra citatis DD. qui poſt Bullam ſcripſerunt admittitur,vt ex dictis patet,& videri poteſt apud Dianam *p.* 1. *reſ.* 14 *tract.*1.ſolum obſtat quidam Recentior *l.1.hic q.27.num.*19. *&* *q.*28. *num.*8. *&* 9. & primo loco ait mirādum eſſe,quod cum moderni ſcriptores teneant per Bullam Gregorij derogatum eſſe iuri communi; tamen putāt Palatium Epiſcopi gaudere Immunitate, & ſecundo loco citato *q.* 28. ait Bulla Greg. tantum exprimit Eccleſias,loca ſacra,aut religioſa monaſteria: ergo,vel dicendum eſt accedētem ad ſacrā Eucha riſtiam non gaudere Immunitate ſi Bulla Gregorij ad amuſſim ſit ſeruanda, vel dicendum eſt ius commune cum ſuis extenſionibus incorrumptum durare; aut quod Sacerdoti ſic geſtanti ſeruatorem noſtrū, aut cubiculo vbi eſt, Immunitas nō debetur:ſic ille.

4 Hæc obiectio certe contra me nō procedit qui apertiſſime ni fallor *q.* 2.*concluſ.*1. *&* 2. explicaui ius commune tantum fuiſſe correctum, vel limitatum, & non abrogatum, ſeu ſublatum,vt alij videbantur loqui, qui tamen hoc ſolum re intendunt licet in modo loquendi plus videātur ſentire vt *dic. q.* 2. dixi:vnde iterum dico in his locis prodeſſe Eccleſiaſticam Immunitatem,vt ſupra dixi cum Suario;quia Greg. in hac Bulla non in alijs circumſtantijs loci &c. ſed tantum in modo extrahendi vt *num.*1.dixi,ius commune correxit.

5 Et certe licet nullius auctoritate fretus audeo dicere non abſonum videri,quod etiam in caſibus exceptis à Gregorio debeat gaudere Immunitate reus, qui ad SS. Euchariſtiam immediatius confugeret v. g. illam geſtando,ſi eſſet Sacerdos, vel Sacerdotem geſtātem tenendo:quia non debet Chriſtiana Pietas Gentilium ſuperſtitioni cedere; cum hi putarint grauiſſimū Lucij Syllæ ſcelus extrahētis Ariſtonem reum læſæ Maieſtatis à Mineruæ ſtatua, quo confugerat, & ob id de fœliciſſimo infelicem vitam ſemper duxiſſe, vt refert Pauſanias in acticis: ratio eſt,quia tantum iura, & Gregorius loquuntur de immunitate Eccleſiarum; non autem hunc caſum exprimunt; ſed reuerentia tanto debita Sacramento dictat; cum rariſſime contingat caſus, quo hic poſtea capi non poſſit. ſed hæc aliorum iudicio remitto.

6 Tantum noto quod valde fauent Locatellus, *in breuiar. de tortura in ſpec.* 5. qui docet non poſſe capi Sacerdotem cum cotta,& ſtola incedētem poſt crucem ad mortuum deferendum: & Diana qui *p.6.reſ.*25. *tract.*1.idem putat de portante oleū infirmis,ac ſacrā Euchariſtiam: verum hi non agunt in caſibus ab immunitate exceptis.

QVÆRES V.

Quot, & qui ſūt caſ' à Gregorio XIV. excepti,in quibus Eccleſiæ immunitas non prodeſt.

1 RESpondeo eſſe tantum ſeptem contentos in d.Bulla ibi *ad vnā tantum formam reducimus, ac moderamur,vt Laicis ad Eccleſias locaq.ſacra confugientibus; ſi fuerint publici latrones viarumq;graſſatores; qui itinera frequentata,vel publicas ſtratas obſi-*

obſident;ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, vel depopulatores agrorum; quiq; homicidia, vel mutilationes mẽbrorum in ipſis Eccleſijs, vel earum cœmeterijs committere non verentur; aut qui proditorie proximum ſuum occiderit, aut aſſaſſini, vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis rei in perſonã ipſiuſmet Principis, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur.

Antequam autem ad ſingulorum explicationem accedamus, duo sũt notanda, quæ viam ſternent ad ea, quæ dicturi ſumus.

2 Primum eſt hanc Bullam quatenus aliquos caſus excipit ab immunitate, vltra eos, quos ius commune exceperat eſſe odioſam; nam à iure communi exorbitat, & per conſequens eſt ſtricte interpretanda, nec extendenda vltra verborũ proprietatem naturalem, quam ſcilicet important verba, ex ſua primæua, & ſimplici ſignificatione; v.g. dicit crimen lœſæ Maieſtatis in perſonam Principis, ly *perſonas* proprie, & ly *princeps* proprie pro vt denotat regem, vel alios; qui Principes ex cõmuni appellatione proprie intelligũtur; ſic multis adductis Suari⁹ *l.6. de leg.cap.* 3. *à num.* 2. & videri poſſunt, quæ dixi ex Sanchez, & alijs *l.* 1. *de Matr.diſ.*1.& alibi.

3 Secũdum eſt, quod quatenus cõfirmat ius commune circa fruitionem immunitatis eſt fauorabilis: parum enim refert, quod redundet in abrogationem aliquorũ priuilegiorum: nam primaria intentio eſt attẽdenda, quæ eſt vt diximus quæſ. 1. ne iura eccleſiaſtica violentur &c. ex Gloſſ. *cap. ſi propter de reſt. in ſexto ver. primi anni* Domin. *num.* 9. ibi. Fran. *num* 6. Bart. *l. qui exceptionẽ* 40 *n.*2. *ff. de con.indeb.* vbi Alberic. & ſic eſt extendenda quantum ad ſignificationem verborum, tum naturalem, tum ciuilem, ſeu iuridicam; quæ eſt per extenſionem, parificationem, vel fictionem iuris, vt explicat Suar. *c.*1. *l.* 6. *de leg. num.* 9. & tradunt communiter DD. apud Menoch. *l.*4. *præſ.* 89. *à num.* 22. videri etiam poteſt Caſtrop. *to.*1. *tract.*3. *diſ.* 3. *p.*3. *per totum.*

4 Cæterum circa caſus, quos Greg. ab immunitate excepit, non poſſe vllam fieri extenſionem præter dictam in primo notando, patet tum ex dictis; tum quia Greg. expreſſe viſus eſt illam prohibere: *alias quam incautis hominibus certorum tunc expreſſorum criminum reis; aut fraudulentis decoctoribus in odium certorum delictorum, & pro bono pacis, & quiete publica, & ex cauſis vrgentiſſimis, & neceſſarijs, aut ex paritate, identitate, aut maioritate rationis,* quæ verba ſane denotant ſe nolle tales extenſiones &c. quia vult omnia ad vnam formã reducere; ſi enim ea tunc extenſio liceret, quæ vniformitas haberetur in hac materia? vt bene ſupponunt omnes citati Doctores cũ Diana vbicunq. agit de hac re poſt Bullam Gregorij, & nouiſſime docet Pacius Iordani *ſub.tit. de Im. Eccleſ.*

5 Eſto cõtrarium teneat Recentior *lib.*1. *in hac materia q.*2. quia eius rationes nõ vrgent attenta Bulla Gregorij. licet enim lex correctoria iuris admittat eaſdem interpretationes, quas ius correctũ admittit, vt obijcit ipſe ex multis: tamẽ id non procedit quando Pontifex, ſeu corrigens legẽ antiquam, id vetat expreſſe, vt fecit Gregorius, & ratio aſſignata conuincit, ne eius diſpoſitionis finis euaneſcat.

Aliud autem effugium, quod hæc Bulla non corrigat ius commune ſed loquitur tantum ad aliquas prouincias ſatis ſuperq; recluſi mus huic Recẽtiori *quæſtione* 1. huius diſputanis. his præhabitis.

Circa publicos latrones, viarumque graſſatores &c.

PVblicus latro is eſt, qui violenter aggreditur, & deprædatur palam, aut per inſidias in via publica, in qua ſcilicet ſolent communiter iter agere, & omnibus eſt aperta, aut per violentiam furatur in domibus priua-

priuatorum: & de hoc conſtet: ita tamen, vt non ſemel, aut bis hoc delictum cōmiſerit, quāuis ſufficiat, ſi vno furto publico, vel alijs ſecretis publice latro reputetur. vide Decianum *lib.6. tract. imm. cap.* 28. Farin. *in app. cap.* 10. *num.* 154. & ſequitur Ambr. *de immun. cap.* 2. Barboſam alios citantem *l.* 1. *cap.*3. *de iur. Eccleſiaſ. nu.* 79. qui nō placet, dum ait confitentem latrocinium in iudicio ſi poſtea cum furto deprehendatur non gaudere immunitate; nam vere hic publicus latro non dicitur moraliter iuſta terminos Bullæ.

8 Viarum graſſator eſt, qui cum impetu aggreditur viatores, eoſque ſpoliat, & renitentes occidit &c. debet autem eſſe in via publica, & vt non ſit ſemel, aut bis, vt multis relatis tradit Ambroſinus *cap.3. de imm.* & Farin. *cap.12. l. cit.* Barboſa *l. c. nu.* 83. Caſtropal. *hic p.8. nu.6.* quamuis Innoc. Hoſtienſis, & Ioan. And. *cap. inter alia. de imm. Eccleſ.* putent ſufficere ſi per inſidias aggrediatur, etiam ſi non ſit in via publica: contra quos ſentiunt Nouarius *ſumm. bullarij. tit. de imm. num.* 47. et Diana *p.6. reſ.* 15. Certum tamen mihi eſt, decoctores fallitos non venire, quia cum hæc diſpoſitio Greg. ſit à Iure communi exorbitans; debent verba explicari ſecundū ſuam naturalem ſignificationem, vt dixi *quæ. præſen. à nu.* 2. at primęua, ſeu naturalis ſignificatio publici latronis nō comprehendit hos fallitos, nec ratione debiti, nec ratione delicti, vt ait Suarius à me *diſ.* 7. relatus cū omnibus ibi citatis.

9 Eſt contra Doctū Neothericum *l.* 1. *quæſt.32. hic.* ſed eius argumenta noſtra ratione fundamentali ſoluuntur facile. Nego enim primum, nempe decoctorem, vere, & proprie eſſe latronem, eſto fuerit ante Bullam Gregorij conſuetudo, ſeu Doctorum acceptio in contrarium, & ſane probabiliter iuxta dicta *diſ.* 7. *n.*1. at poſt Gregorij conſtitutionē Doctores communiter tenent oppoſitū, & praxis contrariū oſtendit.

10 Nec ex eo, quod Pius V. hos latronibus publicis æquiparauit, facienda eſt in hac bulla extēſio, quia eſſet extendere ſignificationem latronis publici ad ciuilem acceptionem, ſeu iuridicam; quam fieri poſſe negauimus *nu.*4. ſupra.

11 Idem etiam dicas de captiuantibus homines, vt eos cōponant; nam ſi faciunt publice, & ſæpius, non gaudent, vt publici latrones. Contra ſi tantum ſecrete cōponant captiuantes perſonam, vt bene diſtinguit Diana *reſ.*15. *cit.* licet Nouarius *l. c.* abſolute dicat eos non gaudere, vtpote vere publicos latrones, quod mihi placet, quādo ipſi ſecreto morantes in aliqua etiam Eccleſia illuc tranſeuntes, vel dolo adductos cōponerent.

Circa Depopulatores agrorum.

12 Nota tales dici, qui ſegetes, ſeu fructus vinearum deſtrūt, ibi ſe abſcondendo, aut alia via igne &c. ex Deciano *l.6. c.25. nu.* 5. & alijs apud ipſum. hi non gaudent immunitate Eccleſiæ, etiā ſi occultum ſit delictum; dummodo de illo conſtet. ita Ambroſ. *c.4. n.*3. Farin. *n.*160. Caſtropal. hic *p.8. n.4.*

13 At non requiritur, quod putauit Caſtrop. *l. c. nu.*5. alijs adductis, vt ſit nocturn' depopulator: ſufficit enim diurnus; quia Greg. XIV. volens ius commune in vnam formam, quoad immunitatem reſtringere: verbum illud *nocturni*, quod erat in dicto *ca. inter alia. de imm.* omiſit, ita Farin. *cap.*11. *num.*161. Ambroſ. *d. c.*4. *nu.*5. Bonac. *diſ.*3. *q.*7. *de im.*§.4. *nu.*6. Barb. *d. c.*3. *nu.*87. & alij.

Circa homicidam, vel mutilantem membrum in Eccleſia.

14 Aduerte non priuari Eccleſiæ Immunitate grauiter vulnerantem: nam is non eſt membri mutilator, nec homicida quando mors non

non eſt ſequuta ita Boerius *deciſ.* 109.*n.*3. Farin.*c.*16. *app.de im.n.*227. Bonacina ſupra.Caſtropal. *tract.*11. *diſp.p.*9.*n.*10. ſequuta autem morte ex vulneratione vere dicitur homicida in Eccleſia, vt tradunt citati Doctores.

15 Nec refert, quod ex ſubita rixa, vel præmeditato fiat mutilatio, aut occiſio, cum in Bulla non ſit hæc exceptio.ita doctores citati.tametſi ſciã Dianam 1.*p.reſ.*11. oppoſitum ſentire cum alijs apud ipſum.*& p.*6. *reſ.*7. dicit *anno* 1639. ſic fuiſſe Romæ deciſum, & addit Sperellum *dec.*59.*num.*36.ſed non video fundamentum in Bulla: contra vero gaudebit immunitate mutilans in porticu Eccleſiæ, vel in ſcalis; nã ly *in* denotat intrinſicitatẽ ex Tiraquell. *de retract. lig.*§.1.*Gloſſ.* 11. ſic Barboſa *l.*2.*cap.*3.*de iur.Eccleſ. num.* 117. cum Megala, Peregrino, Riccio, quos ſequitur Diana *tract. de Im. Eccleſiaſtica reſ.*39.*p.*1.&facit ratio, & regula *num.*2.aſſignata à nobis.

16 Ad hoc autẽ,vt quis dicatur mẽbri mutilator non ſufficit ſi partem carnis auferat,vel ſi digitum,aut auriculam amputet, aut mediam manum,ſeu teſticulos;ſed debet amputare partẽ integram, quæ ſit inſtrumentum proximum, & integrum alicuius actionis,vt pes,manus,oculus, nares integræ, mandibula. vnde non ſufficit aurem abſcindere cum non ſit membrum; ſed pars principalis organica:aut dentes,nec mammillã fœminæ,vt voluit Salzedo *pra. c.* 99. & Couarr.loquens de auricula apud Suarium *diſ.* 44. *ſec.* 2. *num.* 9. *de cenſuris* qui oppoſitum docet de mammilla, & vere probabilius eſt eſſe membrum;nam eſt lactis inſtrumentum. hæc docent communiter Iuris periti in *cap.*1. *qui Cler. vel vouentes*. Bart. *l.*2. *ff. de publ. iud.* Bal. *l.data opera.cod. qui accuſare non poſſunt*, & alij paſſim quorum ſententia videtur præferenda in hac materia odioſa, Theologis,aliter ſentientibus de acceptione membrorum apud Suarium *l.c.* vide etiam Farin. *de delic.& pœnis q.*19.*num.*23. plures adducentem, vbi inter membrum aures ponit,quod probabile eſt quãdo integre abſcinderetur, ita vt auditionem impediret,at nullo modo priuandus eſt eccleſiaſtica immunitate,qui hæc crimina prope Eccleſiã cum ſpe confugiendi ad ipſam,commiſerit; quia licet ſtando in iure communi aliqua potuit eſſe probabilitas ob *cap. fin.de imm.*ibi.*non nulli impunitatem ſuorum exceſſuum per defenſionem Eccleſiæ obtinere ſperantes &c.* de qua re diximus ſupra cum Suario *diſ.*7.*nu.*6.tamen attenta Gregorij conſtitutione nõ eſt dicendum; quia Pontifex de hoc non loquitur, nec facienda eſt extenſio, vt diximus *à nu.* 2. ergo. quidquid contradicat citatus Recentior. *l.* 1. *q.*3 nam eius argumenta ex prima, & ſecunda quæſt. manent ſoluta.

17 Et quamuis valde probabile videatur gaudere immunitate illum, qui in Eccleſia membrum aridum alicuius amputaret v.g. brachium; contra vero ſi eſſet tantum debilitatum, & inutile, vt accidit in frigidis. quia in priori caſu membrum vere non dicitur, vt tradit Suar. *l.cit.* loquens de irregularitate, ac eſt ſi quis hominis mortui rabie membra diſcerperet; quamuis enim grauiſſimum crimen committeret; tamen non eſſet priuandus immunitate,at in poſteriori eſt vere membrum licet minus perfectum.

18 Hinc ſi quis intra Eccleſiam exiſtens occidat, vel mutilet extra exiſtentem,& contra iuxta dicta *diſ.* 7. *num.* 5. non gaudet immunitate ſecundum communem opinionem, quam ſequitur Couarr. 2. *var.c.*20. *num.*15.Farin. *de imm. cap.*15. *n.*223. Villagut *de extenſ. legum* *r.*1. *fin.n.*61. Bobad.*l.*2.*pol.c.*14.*nu.*26.& alij apud ipſos.contra Bonac. quem ſequitur, & citat Diana *reſ.*9.*p.*1. putãtes gaudere quando exiſtens in Eccleſia occidit foris exiſtentem,cum tunc foris homicidium ſit conſumatum, quod

S eſt

eſt probabile:hoc tamen poſito debent hi Doctores conſequenter dicere gaudere immunitate vulnerantem in Eccleſia,quando mors extra illam ſequitur.

19 Nec mandans hominis occiſionē, ſiue ſit in Eccleſia, ſiue extra, priuatur immunitate; nec qui vi,aut dolo extrahit inimicum ab Eccleſia,& foris occidit ex Caſtropalao *tract.* 11. *diſ. vn.p.9.num.*18.cum Bonacina *to.* 2.*diſ.*3.*q.*7.*p.*6.*§.*2.*num.*4. Diana *tr.* 1. *p.*6.*reſ.*7.quamuis alij ſentiant oppoſitum apud ipſum. Sed re vera ſtādo in terminis Bullæ probabilius, & mihi certum eſt mandātem gaudere immunitate; quia re vera non dicitur in Eccleſia mutilare , aut occidere , qui id mandat niſi ex iuris interpretatione, at vt diximus, *num.* 1. *&* 4. verba Gregorij excipientis ab immunitate caſus aliquos ſunt accipienda in propria ſignificatione , & ſic tenet etiā nouiſſime Pacius Iordani *ſub tit.de Imm.Eccleſiar.nu.*339. vbi *num.*340. bene addit multo magis gaudere immunitate conſulentes in Eccleſia fieri mutilationem, vel occiſionem.

Quid autē dicendū ſit de aſſociātibus,vel adiuuantibus mox dicam.

Tantum aduerte,quod ſi quis ſe ipſum membro mutilet in Eccleſia, propabile mihi eſt gaudere immunitate, (licet neminem de hoc caſu viderim.) ducor ; quia licet Bulla Gregorij loquatur abſolute de mutilante,& nō minus ſit mutilans, qui membrum ſibi amputat,quam , qui alteri mutilat, *ex cap.ſi non licet* 23. *q.* 30. tamen cum lex non attendat ad ea,quæ rarò accidunt, nec qui ſe ipſum mutilat pæna ordinaria puniri ſoleat, dicendum probabiliter eſt in hac exceptione,quæ vt *num.*1. vidimus eſt odioſa non comprahendi.ſaluo ſemper.

Circa Proditorie occidentem.

20 VIDE quæ dixi ex Suar. ſupra *diſ.*7.*num.*7.*& ſeq.*vbi duas retuli opiniones , quiſnam diceretur proditorie occidens,& ambæ etiam poſt Bullam Greg. ſunt probabiles ; quia probabile eſt , etiā proprie dici proditorium occiſorem illum , qui à tergo , & incautum occidit , & in hāc ego valde in clino;nam hoc verbum ex ſua primæua,& veluti naturali ſignificatione hoc videtur importare. Tamen contraria ſententia eſt apud Doctores communior vt præter citatos DD.d.*diſ.* 7. *num.*8. docet multis relatis Pacius Iordani *tit.de Imm.Eccleſiar.num.*347. *& ſeq.*

21 Adde dictis primo proditorie occidere eum , qui veneno occidit , & ſic non gaudet immunitate ; vt præter DD.citatos d. *diſ.*7. *num.* 7. docet Gauantus *add.ad Manual.Epiſc.n.*10. *bic.*Caſtillo *dec.* 154. *num.* 2. & extat declaratio Cardinal.Anno 1632. die 3.Decem.quam affert Diana *p.*6.*reſ.* 12. ipſe tamen putat guadere quando inimicus occiditur. Sed merito cæteri Doctores non faciunt hanc limitationem,vt videri poteſt nouiſſime apud Pacium Iordani *ſub tit. de Im.Eccleſiar. num.*82. *&* Curtellū *lib.*1.*q.*36.*de priſ.& rec.Eccl. Imm.* nā in hoc caſu ſemper moraliter occiſio fit per ſpeciem amicitię; venenū enim aut datur dum potus , aut cibus miniſtratur,aut aliquid offertur, quæ ſunt ſigna amicitiæ ; nec ab inimicis cibus ſumitur , aut poculum propinatur.

Adde ſecundo etiam ſi quis infidelem proditorie occidat non gaudere immunitate ; cum in Bulla dicatur non gaudere eū,qui *proximum ſuū occiderit* , quia infideles ſūt vere noſtri proximi , quos ex præcepto ſecundo decalogi tenemur diligere: ſic Mar.Ital. *l.*1 *cap.*5.*§.*4. *numer.*20. Farin. *de imm.cap.*8.*nu.*120. Caſtrop. *p.*9.*num.*31.

22 Quod ſi inimicum occidas , cui dediſti fideiuſſionē , ſeu impunitatem de illo non occidendo,aut poſt factam reconciliationem non gaudebis immunitate , vt docet Pereg. *de imm.eccleſ.cap.*4.*num.*10. Caſtrop. *n.*28.

*num.*28. Farin. *l.*2.*conſ.con.*168.*n.*75. contra Dianam *reſ.* 34. *tract.* 1. *de immu.part.*4. vbi citat Antonium de Marinis,ſed re vera non placet eius ſententia, quia iam ille tutus erat poſt reconciliationem, quæ poteſt fieri expreſſe, & tacite,vt ſi habeant inter ſe familiaritatem, vel ſi ſe ſalutent, vel ſi comedant data opera; mittantur ſibi mutuo literas,oſculū habeant, vel tactus manuū ex *l.item apud labionem §. iniuriarum,* vbi DD. vnde non placet Nouarius *ſum.Bull. de imm. nu.*80. dum ait ſalutationes non eſſe ſignum amicitiæ, nam poſt inimicitiam ſunt ſignum amicitiæ; ſi nulla vero præceſſit inimicitia ex hoc ipſo eſt proditorius occiſor, quando ſunt inſidiæ. ſicuti diſplicet Recentior ſupradictus. *l.* 1. *q.* 4. *de priſ.& recent.lib. Eccl.* vbi ait attentantē proditorie occidere non gaudere,quia ſtante Bulla Gregorij hoc ſuſtineri non poteſt. cum verba ſint in ſua ſignificatione recipienda, nec d. Recentior probat niſi facta ſuppoſitione, quod ea non derogauit iuri communi, & præter doctores citatos cum Suario *d. diſ.* 7. adde Spirellum *deciſ. fori eccleſiaſtici. deciſ.* 22.*num.*4. Ciarlinum *controu.forenſi cap.*14.

23 Vtrum autem abortū cauſantes priuentur immunitate variant Doctores: nam aliqui putant hos proditores eſſe:ſic Farinac. *appen.cap.*8. *num.*138.Peregrinus *de imm. c.*3.*n.*8. at Bonacina,Franciſcus leo,quos refert, & ſequitur Diana *reſol.* 72. *p.* 3. putāt gaudere, quia non ſunt capaces proditionis infantes in vtero, cū nequeant ſibi præcauere.ambæ ſunt probabiles;ſed prior mihi magis placet,quæ enim maior proditio,quam eum, quem proprijs viſceribus incluſum tenes,vt alas ſanguine natura dictante,occidere,(nam intelligo de cauſante abortum animatum,) & ſic intelligo declarationē Sacræ Congreg. ſub die 3. Decemb. 1632. apud Dianam *p.* 5. *fine.* non enim procurans abortum etiam animati partus ſi nō ſequatur eſt immunitate priuandus, ſed procurans effectu ſequuto. Eadē eſt ratio de matribus filios infantes occidētibus,vt eadem Sacra Congregatio declarauit die, vbi ſupra, at negat Franciſcus Leo, *in Theſau.fori Eccleſ.p.*1.*cap.*13.*n.*25. Trullench. *l.*3.*in decal.c.*11.*dub* 3.

Id tamen puto omnino certum non gaudere immunitate, vtpote proditorios occiſores eos, qui pueros alliciunt munuſculis, & poſtea occidunt: vel ſi infantes aliorum occidant, cum hi nec inimicitiam potuerint habere; nec ſe defendere queant; atq; adeo de his verificatur, quod hominem omnino incautum, & nil tale præcauentem occidunt.

Quid dicendum de mandante proditoriam occiſionem, conſulente, adiuuante &c.

24 DE mandante, & conſulente proditoriam occiſionem gaudere eum puto ob dictas rationes in ſimili.*num.*19.*& num.*2. quia iuxta terminos Bullæ requiritur, vt ly *occidens* accipiatur iuxta ſuam naturalem, & primæuam ſignificationē, ac communem vſum loquendi, & non large, & ſecundum iuridicam acceptionē,vt *n.*2. dixi.at mandans, & conſulens, tantum moraliter, & ex iuris interpretatione dicitur occidere; nec vllam actionem phyſicam exercet ad occiſionem; inter enim actionem phyſicam, & moralē,hæc eſt differētia, vt illa ſit talis attenta natura rei,hęc ex hominum exiſtimatione,& imputatione,quod confirmat Riccius *conſ.* 81. *nu.* 8. *l.*4. vbi ait ſtatutum, quando loquitur in perſonā,vt eſt in caſu noſtro, non extendi ad mandantem.

25 De adiuuante puto non gaudere v.g.ſi illum occidendum teneat,vel timorem incutiat ſua præſentia gladio ſtricto, ne ſe defendat ab occidente, & vulnus infligente; quia re vera hic dicitur occidere, & actionem phyſicā exercet immediate tē-

S 2 dens

Digitized by Google

dens ad occiſionem, & idem omnino hic facit, ac ille, qui tenet: nam re vera tenet illum, ne ſe poſſit mouere; dum mortē intentat mouenti, & multo magis non gaudebit ſi aliquod vulnus infligat, licet ex eo nō exanimetur, ſed ex vulnere ſequenti inflicto à ſocio, omnes enim hi sūt proditorie occiſores, actione cōmuni, licet vnus magis influat, quam alius, vt ſunt multi trahētes nauim. At non eſt priuandus immunitate, qui volenti proditorie occidere arma det, valde enim remote concurrit, ſicuti nec aſſociantes, & nullam actionem phyſicam exercentes priuandi ſunt immunitate, etiam ſi, & verbis, & preſentia audaciorem reddant ad occidendum, at non impediunt ne ille occiſus ſe defendat, puta quia iam occidens eſt ſatis potens; nec faciunt vnum cum occiſore; quia non ex compacto omnes aggreſſi ſunt; ſed vnus tantum elongans ſe ab alijs, vt ſuppono, & accidit non multis ab hinc annis in quadam Ciuitate Siciliæ; ſi enim quatuor v. g. conueniant, & ſub colore amicitiæ aliquē occidant, licet vnus illum teneat, alter aliorū defendentium ingreſſum armis impediat, tertius vulnus infligat, & quart' adſtet; omnes quatuor priuandi ſunt immunitate, vt proditorie occiſores. Ratio prædictorum eſt, quia ex eo, quod ex compacto, & præcedente tractatu occiſionis omnes hominē aggrediuntur, & omnes ſuo modo adiuuāt, omnes dicuntur occiſores, non ex mera iuris fictione; ſed proprie, & re vera hic non dicitur occiſus ab hoc, vel illo ſingulariter accepto; ſed ab omnib' vnitim sūptis, & vnum quid facientibus: vnde quāuis iura, & DD. quos late citat, & ſequitur Farin. *q.* 96. putent in aliqua rixa digladiantes nō dici omnes occiſores, ſed ille, qui vulnus inflixit, & ſic hic ſolus eſt per ipſos pœna ordinaria puniendus. at quando omnes ſimul ex compacto, & præcedenti tractatu aggrediuntur, ait Clarus *§. homicidium.* quem citat, & ſequitur Farinac. *d. q. n. 72. fine* certi iuris eſſe, quod omnes pęna ordinaria puniūtur, ſicut is qui occidit, quod non ex alio prouenire poteſt, niſi quia tunc ſunt vnum cum illo occidente ob illam antecedentem vnionem. ſaluo tamen &c.

26 Vnum deniq; circa hanc materiam notandum valde duco, quod dum DD. aliqui dicunt, tunc eſſe proditoriam occiſionem, quando nullus preceſſit rancor inter occidētem, & occiſum: intelligendi ſunt, ita vt ſi nullus rancor fuit, certe proditoria fuerit occiſio; at non contra ex hoc ipſo, quod aliqua leuis præceſſit ſimultas, occiſor excuſandus eſt à proditione; nam etiam retenta communiori ſentētia, quod ad proditorium requiritur, vt nō fuerit inimicitia; tamen id debet intelligi de inimicitia tali, qua quis prudenter poſſit dubitare, quod alius ſit paraturus ſibi mortem; nam ſi leuis rancor (qui communiter inter amiciſſimos ſœpe ſolet accidere) præceſſerit, non excuſat occidentem à proditione, ſi cœtera concurrant. & quo maior eſt coniunctio amicitiæ, vel cognationis; eo maior debet eſſe cauſa, quæ det anſam præcauendi. atq; hanc partem docēt omnes, qui dicunt ſufficere ad proditionem, ſi homo incautus aggrediatur; etiam ſi ſit inimicus; & illi, qui dicunt requiri, vt non ſit inimicus, vltro concedent; cum ipſa naturalis ratio, & iura tradant aliquas eſſe inimicitias capitales, alias non itē, ſed leues; at quis ob has mortem timeat? certe omnes deberent cum ſollicitudine viuere, ſi hoc eſſet.

Hinc, vt ſupra *q. 2. n. 26.* innuimus, quamuis occidens patrem (& idem dic de matre, & de occidente filios, aut fratres) non ſit immunitate priuandus, ſi occiſio ſequatur ex aliqua rixa, vel ſubita ira v. g. at ſi fiat per inſidias, etiam ſi aliquis rancor preceſſerit, eſt occiſio proditoria: quia pater (& idem de matre &c.) tutiſſimus

mus eſt à filio, niſi forte grauiſſimã cauſam dederit, puta cum nuru rem habuit, vel litem criminalem, aut de ſtatu mouerit, & alia huiuſmodi. & ſic bene dixit Barboſa *lib. 2. cap. 3. num. 95. de iur. eccl.* non gaudere immunitate filium, qui patrem iſidioſe, & incaute occidit: quia nimirum regulariter eſt homicidium proditorium; ex hoc ipſo, quod filius inſidioſe patrem occidit, & contra: & Diana *p. 6. tr. 1 reſ. 26. ver. quæro prim.* dum ait non gaudere filium immunitate, quando patrem occidit inſidioſe, & incautum, ſi nulla præceſſit inimicitia: debet intelligi, ſi nulla præceſſit valde grauis inimicitia, quæ patrem poſſit prudenter reddere timidum à filio. iuxta dicta exempla à me allata, & ſimilia. argumento *§. cauſas. auth. vt cum de appellatione cognoſcitur.*

Recentioris ſententia de occidente appoſtate perpenditur.

27 DIſplicet etiam ingenioſus Neothericus quatenus *lib. 1. q. 33.* ait etiam poſt Bullam Gregorij occidentem ex præparatione, & appoſtate abſque inſidijs, priuari eccleſiaſtica immunitate, nam eſto ſtando in iure communi, hoc ſit probabile, vt videri poteſt apud Doctores, quos citaui *diſ. 7. num. 7.* ſaltem authoritate multorum Doctorum: tamen attenta Gregorij conſtitutione; quæ tantum de proditorie occidente, & de aſſaſſinis loquitur, non eſt hæc extenſio facienda, per ea, quæ ſatis dicta ſunt *quæſ. præſ. à num. 1.* nam, qui appoſtate, & per magnam præparationem, occidit hominem, non occidit proditorie, nec eſt aſſaſſinus, nam poteſt illum vocare ad pugnã poſt factã preparationem, & cõflictus diẽ indicere &c.

28 Argumenta autem, quibus hanc ſententiam probat d. Recentior sũt certè ingenioſo viro aliena, & quia à fortiori contra Suarium militant, qui vt vidimus *d. diſ. 7. num. 7.* etiam ſtando in iure communi tenet occidẽtem appoſtate immunitate gaudere; illa ſubdam.

Arguit ergo hic Recentior *nu. 2. Gambacurta, qui prior ad Bullam Gregorij XIV. ſcripſit, vt abſurdum correctionis iuris diuini vitaret loco relato* (nempe *lib. 4. cap. 4. à nu. 13. ad 17.*) *non eſſe à verbis Exodi recedendum putauit*, & ſequitur immediate. *at Peregrinus, expreſſius vero Diana reſ. 33. nulla iuris diuini ratione habita: non tantum à receptiori intelligentia &c.* nu. 4. addit *argumẽtis vero Gambacurtæ ex hoc tantũ ſatisfactum putauit Diana, quod ius commune correctum fuerit; nec iam ex loco illo exodi inter canones recepto licite argumentũ deſumi poſſe: cum tamen verius ſit illud ius ſicuti prius diuinum manſiſſe, nec de mero iure communi agi quando ius diuinum inter canones reperitur.*

29 Num. 5. ait *in quo certe pareat mihi Peregrinus egregie cæcutijſſe non aduertens, caput illud primum ex diuino iure deſumptum eſſe, ac inter canones relatum, cui ſummi Pontifices obſequi potius, quam detrahi debere profitẽtur,* & citat D. Aug. in *lib. 2.* de Baptiſmo, vbi ait ſacram Scripturam ita proponi, vt de illa dubitari non poſſit. adducit etiã Hilarium, & alios in hanc ſententiam.

Et num. 7. concludit *non eſt ergo vbi Pontificis ſententia cum iure diuino, & Scriptura ſacra conuenire poſsũt, per ſcribentes correctio ſomniãda.*

Et num. 8. ait *Rurſus ſi Imperatorũ leges à canonibus probatæ ſint, tantum apud hos ponderis habent, vt peruerti minime poſſe exiſtiment, vt docet idem Peregrinus cap. 12. num. 10. quam minus aliquid aduerſus diuinas leges in canone probatas intentandum eſt, vbi præcipue communi eccleſiarum conſenſu receptæ ſint, & circa moralia verſentur.*

Et tandem num. 9. *addo indecorum eſſe nos Chriſti ſectatores Iudæis in moralibus cedere.*

Ex quibus omnibus apparet argumentum d. Neotherici præcipuũ eſſe,

Digitized by Google

eſſe, quod cum hoc ſit præceptum Iure diuino datum, & circa moralia verſetur, illi ſtandum eſt; neç per conſtitutionem Gregorij debet eſſe reuocatum;cum,quę ſunt iure diuino, & in Canonibus reperiuntur,nō ſint ius commune; ſed remaneant diuinum, cui Pontifices derogare non poſſunt.

30 Confirmat, quia non debemus in rebus moralibus eſſe minus pij, quã fuerunt Iudæi.

Satisfit obiectioni propoſitæ.

31 VIdetur hìc dicere d. Recentior per ea quæ affert, alterutrum ex his, vel quod præceptum hoc Exodi 21.fuerit morale: vel indifferēter putare legem veterem, quoad omnia pręcepta iam rationem iuris diuini habere: ſi enim alterum ex his non ſupponeret,quorſum ait, & ſæpe repetit ex eo, quod *cap.* 1. de homicidio ad Exod. 21. alludit, vitandam eſſe correctionem iuris diuini,vt fecit Gambacurta: Dianam putaſſe gaudere immunitate confiſum tātum nudis verbis Gregorianę Conſtitutionis, *nulla Iuris diuini ratione habita.* Quorſum nu.4. ius illud Exodi *ſicuti prius diuinum manſiſſe nec de mero iure communi agi quando ius diuinum inter canones reperitur.* Quorſum refert verba Vrbani Papę. ibi. *ſciendum vero ſummopere eſt,quia inde nouas leges condere nō poteſt: vnde Euangeliſtæ aliquid, aut Profetæ nunquam dixerunt. vbi vero aperte Dominus, vel eius Apoſtoli, & eos ſequentes Sancti Patres ſentētialiter aliquid diffinierunt ibi non nouam legem Romanus Pōtifex dare:ſed potius quod prædicatum eſt vſq; ad animam, & ſanguinem cōfirmare debet.* Quorſum denique addit: *in quo, & Chriſti Domini exemplum ſecuti ſunt*, nempe Pontifices, *dicentis ſe veniſſe legem adimplere non ſoluere:* Ergo hunc doctorem dum Pontifices ſtatuerunt occidentem appoſtate, vel ſi velis etiam per inſidias immunitate priuari,nō cōſtituunt canonicum præceptum; ſed diuinum explicant, legemq;diuinam confirmant, & non ſoluunt Chriſti exemplo. Sed hæc quã ſint à veritate aliena videamus.

32 Ius illud diuinū,ſeu lex vetus tria generis præcepta continebat moralia,Iudicialia, & cęremonialia iuxta Deuter.6.ibi. *præcepta cæremoniæ atq; iudicia.* moralia præcepta ad legem naturalem ſpectāt: vt ſunt præcepta decalogi: cœremonialia ſunt, quæ continent omnia, quæ proxime ad Dei cultum pertinent, vt præcepta Sacrificiorum, Sacramentorum, & aliorum huiuſmodi: iudicialia denique, quæ ad regimen reipublicæ, & ad iuſtitiam cum proximo ſeruandam data fuerant, vt bene Sanctus Thom. *1.2.q.*99.quem omnes ſequuntur, vbi declarat rationem, & ſufficientiam talium præceptorum. quam quia non eſt huius loci omitto.

33 Porro lex vetus: iam poſt Chriſtum mortua eſt, & ceſſauit, idque eſt de Fide ſtabilitum non ſolum, quoad præcepta cœremonialia (ſecundum quæ lex vetus etiam mortifera eſt; quia ſcilicet peccatum mortale eſt eam nunc obſeruare: vt ſupra diximus *tract.* 1. cum de obſeruatione feſtorum;) ſed etiam quoad præcepta iudicialia,vt docet D. Thom. 1. 2. *quæſt.*103. *art.* 3. & *quæſt.* 104. *artic.* 3. cum omnibus Theologis ex illo Pauli ad Hæbr. 7. *tranſlato Sacerdotio neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat*, & ad Epheſ. 2. *medium parietem maceriæ ſoluens legem mandatorum euacuans*, & eſt aperta definitio Apoſtolorum *Actor.* 15. & docent Patres ad vnum Cyprianus *lib.*1,*contra Iudæos cap.* 9. Iuſtit. Matyr. *Dialog. cum Tryphone contra Iudæos*: Tertull. *lib. contra Iudæos* Ephiphan. *hereſi* 30.Auguſtinus, *in libris contra Fauſtum*, & alij lateque, & erudite, vt ſolet, oſtendit Suarius de legibus *lib.*10.*à cap.*8.

&

Digitized by Google

& ſolum difficultas eſt,an præcepta moralia legis veteris prout ibi præcepta ceſſauerint; alijs probabilius affirmantibus;alijs etiam probabiliter negantibus. videri poſſunt Bellarminus *l.4.de iuſt.c.6.* Vaſquez *diſ.* 180.c.3.Tolet' *ad Rom,*3.Barradus t.1.l.2.c.21.Salmeron *ad Rom.7. diſ.6.* Suarius *loc.cit.cap.* 11.

34 His ergo breuiter poſitis,venio ad id quod propoſueram; nimirum in altrerutro ex his Recentiorem hunc errare grauiter neceſſe eſſe; ſi enim quæ dicit ad confirmationem vera ſunt;debet conſequẽter aſſerere hoc præceptum exodi 21.eſſe morale, quod falſiſſimum omnino eſt, tum, quia nõ eſt per ſe malũ, & iure naturæ vetitum non extrahere reum ab altari, quando per inſidias, vel vt vult Curtell. appoſtate hominẽ occidit: vt *in d.c.21. Exodi* præcipiebatur *ſi quis per induſtriã,& per inſidias occiderit proximũ ab altari meo euelles eum, vt moriatur;* tum, quia ipſamet Scriptura id exprimit *hæc ſũt iudicia,quæ propones eis;* circa quem locum Nicolaus de lyra aduertit. *hic ponuntur iudicialia præcepta,* idque eſt indubitatum apud omnes; alias ſequeretur, quod hoc præceptũ eſſet immutabile,etiam per Pontificẽ, vt ſunt cætera præcepta moralia; & ſic Pontifex, nec etiam ad petitionẽ Regum poſſet concedere appoſtate occidenti immunitatem, ſeu Eccleſiæ refugium;videte D.Thom. *1.2. qu.*104. Suarium *lib.9.de legibus c.5.*

35 Quod ſi dictus Recentior, vt debet,fateatur eſſe iudiciale, plane fateri debet cum Catholicis,non amplius illud prout eſt diuinum, obligare:ac penitus ceſſaſſe,nec vim aliã habere;niſi de iure canonico; voluit enim Põtifex ad imitationem illius præcepti iudicialis (quod poſſe fieri docet Lyranus loco citato, & Suari' *lib.3.de obſeruatione Sabbati* vt ex ſupradictis cum eo,conſtat) hoc ius canonicum ſtatuere;vnde Abulenſis in d.c.21.exodi *queſt.*16.*&* 21. bene ait legẽ illã exodi fuiſſe canonizatã, nempe iam eſſe ius canonicum poſitiuum; & non diuinum præceptũ, vt aſſerit dic.Author ſæpius repetẽs illud præceptum; ſicut diuinum manſiſſe, Pontificem illi derogare non intendere, &c.nam hæreticum eſt dicere nunc in lege noua præcepta illa iudicialia obligare, prout diuina præcepta erant. nam lex illa mortua eſt; vt ſupra oſtendimus ex D.Paulo,& alijs.& tantum remanẽt præcepta naturalia, nec Chriſt' Dominus in Euangelio dedit alia præcepta poſitiua præter Fidei,& Sacramentorum, vt eſt commune Doctorum axioma. cũ D.Thom. *quodl.*4.*a.*13.*&* 1.*&* 2.*q.*108.*ar.*1.vnde Sãchez *l.7.diſ.52.num.*4. non dubitauit dicere hæreticum eſſe aſſerere, ideo prohibitos eſſe gradus matrimonij, quod in Leuitico prohibiti ſunt:non alia motus ratione, quia lex vetus ceſſauit ſecundum fidem.ſed excuſemus d.Authorẽ aliquatenus, quia forte inaduertenter calamo indulſit, nec vltra ad eius argumenti confutationẽ addemus,cum ſapienti pauca ſufficiant.

Circa Aſſaſſinij reos.

36 ASſaſſin' eſt qui pecunia,aut alio pretio conductus aliquem incautum occidit ex Maſcard. *de prob. c.*138. etiam ſi non proditorie occidat.nec ad hoc vt dicatur aſſaſſinus requiritur vt iam pretium receperit,ſed ſufficit ſi acceptauerit;neque eſt neceſſe vt ſit in pecunia numerata;ſed ſatis erit ſi ſit aliqua res certa, & determinata v.g.medietatem bonorum meorum dabo, domum, vel dabo aliquam in vxorem iuxta veriorem ſentẽtiam; dummodo ea promittatur pro ipſa occiſione, & non pro expenſis,vel pro liberando à morte occiſorem,vel etiam ſi quis promittat officiũ intercedere,quando eſt moralis certitudo. vide Dacianum *l.9.c.3.nu.*16. quamuis Diana *p.6.reſ.*11.cõtrarium teneat, quia rem pendentem ab alterius voluntate

Digitized by Google

tate promittit; ſed hoc parũ obſtat, quia eſt iam res pretio æſtimabilis.

37 Nec ſolum mandatarius, ſed etiã mandans occidere mediante pecunia &c; vt ſupra, dicitur aſſaſſinus, & immunitate priuatur ex *cap. 1. de homicidio in 6.* poſita Doctorum communi intelligentia, quæ vim magnam habet licet ex textu non tam clare habeatur (eſto Boccerius nouiſſime *in tract. de homicidio l. 1. cap. 3. num. 4.* doceat mandantem non dici aſſaſſinum) ita Daciã *lib. 6. cap. 28. num. 18* Farin. *de imm. c. 8. à nu. 1. nu. 12. & q. 123. num. 26.* Caſtropalaus hic *à n. 32.* Bonac. *diſ. 3. q. 7. de imm. §. 4. n. 4. à n. 18.* Alex. Ambr. *hic c. 7. à n. 5.* Ital. *l. 2. c. 5. §. 5.* Anaſt Germon. *de Sacror. im. l. 5. c. 16.* Vulpell. *conſ. 143.* Baiard. ad Clarum *in §. aſſaſſinum à n. 2.* Bozius *tit. de mãdatis ad hominem n. 34.*

38 Immo aſſaſſinus erit, & immunitate priuandus receptator, defendẽs, vel occultans aſſaſſinum; quando eſt cauſa mortis illatæ, vt ex Farin. docet Caſtropalaus *num. 4.* & ipſe mandans, quamuis reuocauerit mãdatum ante ſecutum effectũ ex eod. Farin. *q. 123.* nam vere hi ſunt aſſaſſini *ex d. c. 1. de homicidio in 6.* & à fortiori erũt aſſaſſini aſſociãtes ad delictum patrandum; etiam ſi ipſi pecuniam nõ acceperint; quia faciunt vnum cum aſſaſſino moraliter; & quoad malum inferendum, & tenet Lezana dicens complices eſſe reos aſſaſſinij *v. immunitas num. 13.* Contra vero non erit aſſaſſinus, qui hominem, quem habet inimicum occidit, etiam ſi ſit inimicus mandantis, vel ſi coram mandante occidit; quia tunc non occidit incautum, vel ſi nulla promiſſione interueniente, ſed tantum, vt amico gratum faciat, aut ſpe lucri, vel vt ait Diana *reſ. 18. hic* ſolis precibus.

39 Nec ſi pecuniam accipiat tãtum ad vulnerandum; vel ſi ad occidendum acceperit. at ſolum vulnerauit: aut deniq; ſi infidelem occidit: cum in rigore textus *cap. 1. de homicidio in 6.* ad quod alluſit Bulla Greg. loquatur de occidẽte Chriſtianum, qui in dubio talis eſt cenſendus, quando eſt occiſus in fidelium territorio, vbi nõ ſolẽt infideles habitare, vt putat Clarus *§. aſſaſſinum, ver. bene verum eſt,* & Ioan. Gutier. *prac. quæ. ciuil. l. 3. q. 7. num. 8.* contra Ambr. *d. c. 7.* videte de his Vulpellum, Farinac. Baiard. ad Clarum. Couar. *var. reſ. l. 2. c. 20. num. 10.* Gabr. *conſ. 170. l. 1.* Zeuallum *com. contra com. q. 140. à nu. 5.* & alios *loc. cit.* quamuis multi apud Dacianum *l. 6. c. 28.* putent eſſe aſſaſſinum, qui prædictis modis, quos diximus aſſaſſinum cõſtituere, infidelem occidat, vt dixi de proditorie occidente ſupra. & non eſt improbabile.

40 Nec aſſaſſinus erit mediator ex Gambac. *l. 5. c. 34. n. 14.* Maſullo *addit ad capic. deciſ. 122.* & Rouito *prag. 1. de aſſaſſinio num. 49.* vbi ait ſic fuiſſe deciſũ in ſacro cõciſt. ann. 1615. cõtra Peregrinum hic *ca. 7. num. 37.* & alios apud ipſum.

Et contra ſupra dictum Recentiorem putantem probabiliter eſſe aſſaſſinũ, quãdo mors nõ ſequitur. *l. 1. q. 18. de priſ. & recen. Im. Eccl.* quod etiam docuit Diana *1. p. tract. 1. reſ. 18.* licet ſe pæniteat *p. 6. tract. 1. reſ. 11.* & Theſaurus *in prat. ecol. de pænis pa. 2. ver. aſſaſſinium cap. 1.*

Circa Hæreſis, & læſæ Maieſtatis &c. Reos.

41 DE hæretico nil eſt dicendum, ſatis enim liquet apud omnes, hunc non gaudere immunitate Eccleſiæ.

Solum aduerte primo, quoad alia crimina non excepta in Bulla Greg. gaudere immunitate, vt etiam docuit Suar. *cap. 10. num. vlt.* Bonac. *diſ. 3. q. 7. §. 3. num. 3.* Azor. *p. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 9.* Contra Peregrinum, Zanareum, & Bobadillam, quos refert Diana *reſ. 29. hic.*

42 Aduerte ſecundo, etiam vehemẽter ſuſpectos de hæreſi non gaudere immunitate; vnde nec ij, qui auxilium præbent hæreticis, quia ſunt vehe-

Digitized by Google

vehementer ſuſpecti, *ex cap. excommunicamus. de hær. & cap. nouerint. de ſent. excomm.* quod autem ſuſpecti vehementer de hæreſi non gaudeāt immunitate, ratio eſt, quia ſunt rei criminis hæreſis, quos Greg. gaudere non vult, docet Caſtropalaus *nu.41. p.9.* hic Farinac. *cap.13. num.175.* hic Diana *reſ.38.* cum Mario Itali. Ambroſino, & alijs apud ipſum. quos ſequitur Lezana *v. immunitas. n.14.*

43 Reus læſæ Maieſtatis tunc priuatur imm. quando offendit perſonam ipſius Principis non recognoſcentis ſuperiorem, vt eſt Imperator, Rex, Dux Sabaudiæ, Florentiæ, &c. de quibus infra q. ſequenti non tamen cœteri Duces, & Principes, quos titulatos vocamus. Videte Dianam *reſ. 7. p.1.* Caſtrop. *l.c. à num.45.* & alios infra citan.

QVÆRES VI.

An præter dictos caſus ſint alij, qui ab immunitate excipiantur ſtante Bulla Gregorij.

HAnc queſtionem inſtituo, quia video Recentiorem dictum plures caſus ab immunitate excipere præter dictos, non obſtante Bulla Gregorij.

Primus eſt de committente ſodomiam in Eccleſia.

1 REſpōdeo hunc gaudere immunitate. vnica ratio eſt toties repetita, quia attenta Gregorij Bulla, non poteſt fieri extenſio de caſu ad caſum; ſi enim Pontifex voluiſſet excipere, expreſſiſſet vtiq; præſertim cum ad vnam formam reducere voluerit hāc materiam. ita docet Diana *par.6. tra.1. reſ.26. ver. quær.4.* vbi citat Marantam *in contro. iuris p.2. reſ.36. num.22.* qui reprobat Caſtillum *p.2. deciſ.155.* dicentem: ita fuiſſe deciſum in Curia Archiepiſcopali Panormitana; nam illa deciſio non in iure fundata erat; ſed in literis arbitrarijs conceſſis Archiepiſcopo tunc temporis, à Pontifice.

2 Obijcies 1. ex dicto Recentiore ex noſtra ſententia habebunt occaſionem hæretici, ac cæteri nouatores obijcere nobis, quod huic delicto daremus impunitatem, & incentiuum infamibus ad huiuſmodi patranda; nam Chriſoſt. ait, *impunitas maxima peccandi illecebra eſt.*

Reſpondeo, negando hæc ſequi; nam cordati homines noſtram Religionem erga Deum laudabunt, cuius intuitu Eccleſiæ habetur reuerētia, noſtram erga Pontificum præcepta obedientiam, eorum ſtatuta, vt oracula habendo; & non ad libitum eorum verba detorquendo; noſtrum zelum admirabuntur, ac debitam ſubmiſſionem, vt ſi quando acciderit caſus tam enormibus circumſtantijs veſtitus, ad Summum Pontificem recurramus; cum in his puniendis nō ſoleat eſſe periculum in mora: nec Chriſoſtomus ait *Eccleſiarum immunitas eſt illecebra. Sed delictorum impunitas*, at quis dicat eſſe impunitum delictum, quod igne, & morte plectitur?

3 Obijcies 2. non benè infertur: hoc delictum nō eſt in Bulla exceptum: ergo remanet in regula fauorabili: tum quia nefandum crimen, vtpote omnium atrociſſimum, ac fœdiſſimum in generali delictorum mentione, vt illi fauor aliquis, vel venia tribuatur nequaquam venit; nec eſt credendum Pontificem voluiſſe loqui de illo, dum de eo in ſpecie non quærebatur: ita dictus Recentior.

Reſpondeo nego non benè inferri; vt ex dictis patet. debuit tamen aduertere hic Author, quod regula fauorabilis non eſt ipſi delicto; ſed Eccleſiæ, & ſic eſto ſodomia non veniat, vt vult ipſe in mentione generali fauoris illi attributi; at non probat non venire in illa exceptione *quantumcumq; grauia delicta commiſerint*, quando agitur præcipuè de Eccleſiæ; & Religionis fauore; deniq; quodnam atrocius eſt crimen

hæreſis, an ſodomiæ? & tamen non eſt veritus Pontifex crimen hæreſis exprimere: ergo etiam poterat crimen ſodomiæ exprimere; & ſi tam ſcrupuloſus eſt, hic Doctor, vt dicat illud nominari non poſſe, poterat Pontifex vti illo verborum circuitu, quo dicit ipſe doctor vſam fuiſſe *l. cum vir. cod. ad l. iuliam.* ſed ſatis friuola ſunt hæc: nam re vera Pontifex hos caſus excepit, vtpote frequentiores, & Reipublicę valdè perniciosos; & ſi voluiſſet ſodomiam excipere expreſſiſſet iuxta dictum *l. ſeruus §. Prætor ait ver. non dixit ff. de accep. hæred. & ca. 2. de transac.* vt latè probat Menochius *conſ.* 30. *n.* 8. Armendar. *in proem. addit. ad recopil. legum Nauarræ. num.* 150. Tiraquell. *l. ſi vnquam. ver. liberis nu.* 3. *cod. de reuo. donat.*

4 Obijcies tertio dato, quod Bulla corrigat ius cõmune; tamen admittet illas interpretationes, quas ius commune admittet; ergo ſi iuxta ius commune, quodcumq; Sacrilegium in Eccleſia eſt exceptuatũ ab immunitate, vt docent graues DD. etiam ſodomia erit excepta iuxta Bullam Gregorij.

Reſpondeo nego antecedens; tum quia, vt ex dictis patet non haberetur finis intentus à Gregorio reducendi omnia ad vnam formam; tum quia Pontifex expreſſe id vetuit, vt vidimus initio præc. queſt. tum quia multi Doctores, & non penitendi id negant, attento etiam Iure communi; nam non debet dari extenſio ex maioritate rationis in his pęnalibus diſpoſitionibus. vt docent Suar. *l.* 3. *cap.* 11. *num.* 15. Fran. Leo, *in Theſ. fori Eccleſ. c.* 13. Reb. *de immunitate Eccl. num.* 27. Farin. *in appen. de imm. c. vlt. num.* 753. Ioan. Gutier. *prac. q. l.* 3. *ca.* 4. *num.* 12. Ambroſ. *de imm. & lib. Eccleſ. cap.* 1. *num.* 13.

5 Denique Authores, quos pro ſe citat dictus Recentior, non faciunt, vt hæc ſentẽtia ſit probabilis, ob eorũ ſaltem auctoritatẽ: quia & rationes aſſignatæ, & Bulla Gregorij vehemẽter obſtant: vt erudite ſatis argumẽtatur Del Vgo de pœnit. in ſimili contra ſententiã putantẽ poſſe Religioſos, vti Bulla ad abſolutionem caſuum reſeruatorum.

6 Tantum aduerto, quod ratio, ob quam Suarius, & alij antè Bullam ſcribentes dixerunt, vt *diſp.* 7. *num.* 5. vidimus committentes alia delicta grauia in Eccleſia, non gaudere immunitate; contrarium oſtendit poſt Bullam; nam ea fuerat, quod ex tenore *capitis fin. de imm. eccl.* deducebatur homicidiũ, & mutilationem exempli cauſa poſita fuiſſe; at ex Bulla Gregorij, cum apertiſſime dicat ſe velle omnia ad vnam formam reducere; & tantum hos caſus excipere, oppoſitum ſuadetur omnino; non enim coniecturis eſt opus, vbi clarè ſe explicat legiſlator *l. non aliter ff. de legat.* 3. & probant Soncinas *conſ.* 13. *nu.* 38. *vol.* 1. Paris. *de reſignat. beneſ. lib.* 12. *q.* 5. *nu.* 16. & alij.

Secundus eſt de cõmittente crimen læſæ Maieſtatis in perſonã Cardin. S. R. E. Epiſcoporum, & aliorũ Dominorum.

IN hoc caſu mordicus tenet præfatus Recẽtior *l.* 9. *q.* 6. hic immunitatem non ſuffragari, etiam poſt Bullam Gregorij, aitq; *n.* 2. Farinacij opinionem animaduerſione; immò, & cenſura indigere: ſed quia hæc Recentioris dicta militant contra dicta; *quæſt. præc. n. vltimo.*

Videamus, quæ hic Auctor afferat.

7 OBijcies primo, *hanc ſententiam*, (ſunt verba ipſius) *dare latam anſam turbandi reſpublicas, viduandi Eccleſias Paſtoribus, vniuerſum fidelium cœtum columnis, ac maioribus adminiculis*, proſequitur etiam, *hæc quãuis vera eſſent taceri debere*, quod probat ex aliquibus Pontificum dictis; ſed circa hoc vltimum, quod nimirum etiam ſi vera eſſent, deberẽt taceri videat, quæ dixi reſpondendo Texedæ *lib.* 9. *de matrim. diſ.* 17.

Re-

Digitized by Google

Reſponſio ad argumentum patet ex dictis *nu.2.* nam non ex eo, quod dicatur ex vi Bullæ, aut iuris communis hos gaudere immunitate Eccleſiæ ſequitur, quod iam Paſtores Eccleſiæ occidentur; ſatis enim prouiſum eſt in *cap.fœlicis.de pœnis.in 6.* vbi qui illos offendũt, declarãtur rei læſæ Maieſtatis, infames perpetuo, eorũ deſcendentes priuantur dignitatibus, &c.& per Bullam Cenę, quę omnes ligat; & qua magis deterrentur hi, qui Cardinalium, aut Epiſcoporum necem machinari poſſent, quam ſi ſcirent non gaudere immunitate: quia talium perſonarum homicidæ non ſunt de plebe, aut communales homines; & ſiue dicamus eos occidentes gaudere immunitate, ſiue non, parum timerent; & Cardinalium, aut Epiſcoporum defenſioni nil prodeſſet; cum talium perſonarum homicidia, non niſi in publico tumultu, & rariſſime fiant, vel veneno, & ſecreto; vnde pœnis excommunicationis, & ſpiritualibus ſatius fuit Pontifices cõſuluiſſe. deinde etiam ſi ad Eccleſiam confugerent, poſſent inde extrahi de Papę conſenſu, qui facillimus erit in tam graui delicto. Tertio nũquã hoc delictum ſolet accidere, niſi per aſſaſſinium, aut proditorie, & per inſidias, & ſic opus non fuit Gregorio excipere hunc caſum, cum lex non reſpiciat ad ea, quę raro accidſit *l.nã ad ea ff.de legibus.*

Obijcies 2. *ſicut Pontifex crimen læſæ Maieſtatis in perſonam Principis excepit: ita non videtur attendiſſe ad perſonarum qualitatem, ſint ne illi ſupremi Principes, vel ſubalterni, dummodo tales in aliquo loco ſint, vt merito viri Principes dici poſſint.* Probat hanc illationem 1. *quia lex Chriſtiana* (ſunt verba ipſius Neotherici) *non modo omnibus Superioribus parendum eſſe iubet, verum in ſpecie de ſubordinatis cauet, ſecundum Apoſtolorum doctrinam, Petri 1.c.2. ſubiecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deũ: ſiue Regi &c. Pauli ad Rom. 13. omnis anima poteſtatibus ſuperioribus ſubdita ſit &c. arguendum vero eſt à dictis Apoſtolorum ad præcepta Pontificũ, vt ſemper quoad fieri poſſit, idem ſenſiſſe exiſtimemus, nec putemus illos diſtinguere, quos Apoſtoli non diſtinxerunt, vt diſerte ait Vrbanus Papa cap. ſunt quidem 25. videmus enim Principes, & poteſtates, & Reges, & Duces æquiparari, quoad hoc, vt æque eis pareamus, eoſq; in honore habeamus, ſiue principales, ſiue ſuffecti, ſiue qui propriam, ſiue qui datam iuriſditionem exercent: nempe propter Deum fieri, qui loco ſui in hoc ſæculo hos Principes inſtituit. nam ſi in hac doctrina, & conſtitutionis interpretatione ſoli Reges, ac Reguli, qui neminem recognoſcunt inuiolabiles redderentur; dictis Apoſtolicis poſthabitis, impijs, ac peruicacibus aditus pateret occidendi cæteros Principes viros, ac poteſtates, qui loco regum Populis præſunt, ac iura dicunt, dum tẽplorum perfugium promittitur.*

9 Hoc eſt ſecundum argumentum huius Recentioris, quod ipſiuſmet Authoris verbis adduxi, vt lectoris iudicio committerem; an is recte ex his præmiſſis concludat, quod immediate intendit probare: nempe in Bulla Gregorij nomine Principis, cõtra quem committitur crimen læſę Maieſtatis, ab immunitate exceptũ, venire Cardinales, Duces, Marchiones, Comites, Barones omnes &c. vt aũt vis dictorũ hui' Authoris appareat, ad ſingula breuiter reſpõdeam'.

Ad antecedẽs nego Pontificẽ non attendiſſe ad perſonarum qualitatem; nam dum Principem expreſſit, plane ſuum ſenſum explicauit, verba enim ſunt noſtræ voluntatis teſtimonium, vt multis oſtendit Tiraquel. *in l.ſi vnquã.ver.liberis.n.15. cod.de reuocand.donat.* Rota apud Farinacium *deciſ. 130.nu.3.p.1.recen.* Et cum ly *Princeps* abſolute prolatus ſignificet proprie in iure ſupremũ, nõ recognoſcentem Superiorem; vt omnes fatentur *in tit.de cõſtit.Principũ,* & docet Cardinalis *Clemen.vnic. de baptiſmo.* Anchar. Imola *n.8.* Gloſſ.

late diſputans *verb.regum*. Suar. 3.*p*. *q*.71.*diſ*.31.*ſec*.2.*colum*. 4. non eſt ad alios extendenda ſignificatio; tum quia hic ſumus in correctione iuris antiqui,& ſic in lege odioſa,vt ſupra quæſt.præc.*num*.1.dictum eſt,in qua verba ſunt ſtricte,& proprie, intelligenda,vt diximus ibidem:tum,quia verba ſunt interpretanda naturaliter,proprie;& vere ex Crauetta *conſ*. 149.*num*.7 Nicol.Garſia *de beneſ.p*.7. *c*.9.*n*.32.Tuſco *prac.conc.tom*.8.*lit.v.* *conclu*.102.

Ad primam Probationem Antecedẽtis.

10 RESpõdeo.cõcedo,quod lex Chriſtiana precepit nos ſubiectos eſſe debere omni humanæ creaturæ &c.cõcedo etiã Põtifices ſemper intelligendos eſſe iuxta Apoſtolorum Doctrinam, quis hæc niſi hæreticus neget? concedo omnibus ſiue Regi, ſiue Duci, &c.dominantibus obſequendum.Nego tamen ex his ſequi quod quando Gregorius excipit ab immunitate Eccleſiæ reũ læſæ Maieſtatis in perſonam Principis,debẽt venire omnes,qui habent dominiũ; Marchiones,Duces,Cardinales,&c. nam ſi hic modus argumẽtandi valeret, etiã qui occideret ſuum Prælatum ſuperiorem,eſſet immunitate Eccleſiaſtica priuandus, vel ſi occideret quẽcunq; alium: vt ſi ſcholaris magiſtrum, famulus ſuum herum,vxor maritum,nam Apoſtolus ait omni humanæ creaturæ,& Paulus *obedite Dominis carnalibus cum timore,& tremore*:ergo ſi ex eo,quod teneamur Ducibus, & Marchionibus &c.obedientiam, & ſubiectionẽ præſtare,infert Recentior citatus nõ gaudere immunitate,qui eos offendunt; etiam infertur non gaudere, qui Dominum &c.offendit.

11 Nego etiam, quod ex hoc,quod dicamus nomine Principum in hac Bulla,venire tantum ſupremos non recognoſcentes ſuperiorem, vt dixi quæſ. præc.fine, & infra dicam latius, reddantur inuiolabiles ſoli hi Principes,vt pateat aditus offendendi cæteros Principes &c. Vnde hoc probatur? non ſatis enim eſt aſſerere; ſed oportet probare *ex l.ſi prius ff. de noui ope. nunciat.* vbi Iaſon.*nu*. 97. Paris.*conſ*.115.*vol*.1.ſtat ſane vtrũq; & Eccleſiaſticam immunitatem in reuerẽtiam Deo debitam concedere reis, & delicta non remanere impunita,vt dixi in primo caſu, de ſodomita *à num*.1.

12 Alias conceſſio immunitatis eſſet per ſe, & intrinſece mala, quod eſt magnum abſurdum concedere, nã ſi valet huius Doctoris argumentũ *impijs, & peruicacibus aditus pateret occidendi cæteros Principes viros, ac Poteſtates, qui loco Regum populis præſunt,ac iura dicunt, dum templorum perfugium promittitur*, ſequeretur etiam, quod dum Pontifex concedit refugiũ Eccleſiæ per ipsũ Doctorem *loc.cit.num*.21.reis crimen læſæ Maieſtatis committentibus, in conflandis ſtatutis, falſificando publicas tabulas, & alia huiuſmodi,daret aditum ad hæc mala, quæ ſunt contra rectam rationem perpatranda,vel homines occidendi, & ſimilia,in quibus Eccleſiaſtica immunitas per ipsũ Recentiorẽ cõceditur.

Secunda confirmatio ad antecedens reijcitur.

13 COnfirmat ſecundo ſuam aſſertionem hic Author *nu*.24.*quia nomen illud Principis proprie ad primarios Ciuitatis viros late patet, vt eſt apud Pliniũ l.7.c.3.fuit inter Principes Ciuitatis, & Ciceronem Philip. 8. ò Dij immortales, quam magnum eſt in Ciuitate locum, tueri Principes. vnde ſine huius tituli conceſſione proprie Princeps appellari debuiſſet, quicunque primum in Ciuitate aliquã locum obtinet, quem obtinere Barones omnes in ſuis oppidis, & Ciuitatibus, qui imperium conceſſum habent,nullus negabit.*

Ad hoc argumentum Reſpondeo cum Gloſſ. *in clem. vnica de Baptiſmo*

Digitized by Google

m ibi, ſi large Principatus ſumatur pro dominio, vel dominatione Populi iam videtur, quod omnis Baroniam habens ſit Princeps, ſic & large omnis Regens Prouinciam, dominium, gentem, Prolem, vel plebem dici poteſt Rex 23. q.4. duo iſta. Apes etiam, & grues habent Principem 7. q. 1. in apibus, vt in his multum poſſet inſtari: ſed non expedit. Hæc Gloſſa.

14 Nec ego inſtabo: tantum videatur Tiraquellus de nobilitate *cap.3. n.3. & l. ſi vnquam. ver. facultatum. à n.1. cod. de reuoc. donat* Molina *l. 1. de primog. c.2.* vbi ait hos ex larga ſignificatione vocari Principes, & non proprie, vt putat dictus Recentior: niſi cum grammaticis velis dicere, ſignificare quemcunq; primũ, quod attẽta grãmaticalis vocabuli Ethymologia, concedam; at in legum interpretatione magis eſt attendenda vſualis ſignificatio, desũpta ab vſu, & cõſuetudine loquendi, ſecundum quam in iure tam Canonico, quam Ciuili, nomine Principis venit ſupremus, vt patet *in l. beneficium. ff. de cõſt. Principum. cap ſi motu proprio. de præb. in 6.* & videri poteſt Gratianus Marchiæ *deciſ. 66. à num. 5.* Menochius *de ſucceſſ. tit. de teſtam. potẽt. l. 1. §. 6. n. 13.* Gambar. *de off. & poteſt. legati l. 8. num. 61.*

15 Nec veriſimile eſt Gregorium addentem duos caſus non gaudentes immunitate Eccleſiæ vltra iuris cõmunis diſpoſitionẽ, hæreſim, & crimen lœſæ Maieſtatis in perſonam Principis; intellexiſſe de offendente perſonam Baronis alicuius, qui vix haberet triginta focos, vel baſſium, aut Capitaneum Terræ alicuius, vbi vix ſunt centum habitatores.

16 Adde ſi Gregorius, vt putat dictus Author voluit tantum remouere ſpecies lœſæ Maieſtatis, quæ perſonam non reſpiciunt, nec attendit ad qualitatem perſone, dum ab immunitate excepit reos lœſæ Maieſtatis in perſonam Principis, poterat tantum dicere committentes crimen lœſæ Maieſtatis in perſonam Superioris, vel alterius, & ſic haberet ipſe Author intentum, ſufficienter enim oſtendiſſet, ſe velle immunitate priuare omnes, qui cõmittunt crimen lœſæ Maieſtatis cõtra perſonam eorum, qui aliquo modo Maieſtatem participant; ad differẽtiam eorum, qui committunt crimen lœſæ Maieſtatis conflando ſtatuas &c. quæ perſonam non attingunt, quos vult gaudere Pontifex, ipſo Recentiore concedente; at dum addit *Principis*, ne hoc verbum ſit ſuperfluum, & fruſtratorium, contra commune Doctorũ axioma Gloſſ. *ver. tãquam cap. ſolitæ. de maior. & obed.* quam omnes ſequuntur, & alias dixi ſupra: plane oſtendit ſe aliud velle; nempe facere differentiã inter crimen leſæ Maieſtatis in perſonam Principis, & in alias perſonas; ſciebat enim Pontifex crimen lœſæ Maieſtatis varijs modis poſſe committi cõtra perſonam iuxta *ff. & cod. ad legem Iuliam Maieſtatem,* (nam Princeps preſumitur omnia iura habere in ſcrinio pectoris ſui) Nempe, *cuius dolo malo obſides iniuſſu Principis interciderunt: magiſtratus Populi Romani, quiue Imperium poteſtatemue habeat occidatur. qui ciuem hoſti tradidit*, vt legit Paulus Manutius *in l. antiq. Roman. de legibus. qui tribuno plebis intercidenti non paruit &c.* quos videre eſt in citatis Iuribus. attendit ergo Pontifex ad qualitatem perſonæ, dum ait. *in perſonam Principis*, & omiſit alios caſus criminis lœſæ Maieſtatis, contra perſonas aliorum.

27 Tertiam addit *nu. 25.* hic Author confirmationem nimirum, quod vt vitetur abſurdũ de occiſoribus Cardinalium Legatorum à latere, Epiſcoporũ, Coniugis, Regis Filiorum, Fratrum; nomine Principis non debet venire ſupremus non recognoſcens Superiorem, ſed alij etiam inferiores, quamuis verba eſſent impropriãda.

Huic tamen confirmationi patet reſponſio ex dictis *num. 6. & 7.* nec eſt cur immoremur, ſatis enim oſtẽdimus

dimus nullum ſequi abſurdum; & addimus abſurdum, (quod vitari in legis interpretatione debet,) nō eſſe quodlibet iudicium ſcriptorum: ſed quando lex contraria diceret, aut fruſtratoria eſſet; niſi verbum à propria ſignificatione recederet iuxta Roland. à Valle *conſ.68.num.43.l.1, & conſ.53.num.17.lib.2.* Suarez *lib.6. cap.1.num.17. & 7.* Salas *diſ.21.ſec.3. num.4.* Maſc. *de probat, concluſ.596.* & alios quod in Bulla Gregorij intellecta modo dicto non reperitur.

Explicatur quam probabilitatem habeant d. Recentioris dicta.

18 TAntum addo, quod ſententia hæc quatenus ait offendentes Cardinales in caſu, quo committitur crimen lœſæ Maieſtatis iuxta diſpoſitionem *cap. fœlicis. de pœn. in 6.* non gaudere immunitate, eſt probabilis, quia habet aliquod fundamentum: nempe eos eſſe ſupremos Eccleſiæ Principes, & Regibus in iure æquiparari, & habet etiam non mediocris literaturæ DD. Gambacur. *l.5. cap.44. num.5.* Marium Italiam *l.1. cap.5. nu.16. & §.7. nu.21.* (quem immerito præfatus Recentior. *q.17. num.12.* vocat inferioris notæ, & nullius auctoritatis ſcriptorē) Peregrinum *de imm. cap.11.* & ſic in hac ſententia non gaudet mandans Cardinalem occidi; etiam non ſequuta morte, vt tenent Peregrinus quem ſequitur Diana *§.5. tra.2. reſ.87.* quia per dictum caput cenſetur committere crimen lœſæ Maieſtatis, & ex dictis in perſonam Principis: ergo.

19 Secundo puto nōn gaudere immunitate Eccleſiæ occidentem, vel lœſæ Maieſtatis crimen in perſonam vxoris Principis committentem, nā ea habet eādem dignitatem, quam habet maritus arg. *l. cum quadam Puella ff. de iuriſdit. omnium iudicum,* & tradunt DD. communiter *l. fœmina ff. de Senatoribus* Tiraquell. *de nobil. cap.19. num.9.* & alij, quod etiam intelligo quando Princeps maritus mortuus fuerit, ea in viduitate manente ex *l. vlt. cod. de bonis maternis* vbi Pinellus *numer.4.*

Eſto contrarium ſentiat de vxore Diana *§.6. tract. de Imm. reſ.18.*

De cōmittēte crimen lœſæ Maieſtatis, in perſonam filiorum Principis, fratrum &c. (quando hi non sūt Principes abſoluti) vt ſolent eſſe, vt plurimum progeniti, puto ſentiendum cum Diana nēpe gaudere immunitate ob dictas rationes, quod etiam docent Farinacius *de Im. cap. 14. num.190. & 192.* Caſtropalaus *p. 9. num.42.* & alij apud Dianam *l. cit.* ratio eſt, quia nec Priuilegium cōceſſum perſonæ patris cenſetur filijs conceſſum, cum ſint perſonæ diuerſæ, vt tradunt Gloſſ. *l.2. cod. de Epiſ. & cler.* vbi Bald. *num.5.* Alex. de Neuo, *in cap.2. de foro compet. num.22.*

21 Probabile etiā mihi eſt non gaudere immunitate cōmittentes crimen lœſæ Maieſtatis, in perſonam Pro Regis Siciliæ, Neapolis, vel alterius Regni, ſi habeant æqualem poteſtatem; nam hi propter abſolutam poteſtatem, quam habent à Rege Principes vocantur, inde diſpenſant in his, in quibus ſolus Princeps poteſt, condunt leges nouas, iubent de mandato Principis &c. ita, etiam tenet Gambacurta *l.5. cap.44. numer.9.*

22 Quamuis oppoſitum teneat Diana *reſol. 18. cit.* ductus illa ratione, quod nō ſint Principes abſoluti. lōge etiam probabilius puto non gaudere immunitate committentem crimen lœſæ Maieſtatis, in Rempublicam ſuperiorem non recognoſcentem; vt eſt Reſpublica Veneta Genuenſis, & Lucenſis, aut in Ducē, qui eius Maieſtatem repræſentat, vt tenet etiam Gambacurta *loc. citat.* quia vere iſti committunt crimen lœſæ Maieſtatis, in perſonam Principis ſuperiorem non recognoſcentis, quod omnino amplectetur à dicto Doctore.

23 Deniq; omnino improbabile puto, quod ait *cit.* Recentior *l. cit.* non gaudere immunitate offēdentes Barones

rones, regios Conſiliarios &c. licet enim crimen læſæ Maieſtatis committant, at nullo modo in perſonā Principis, vt tradunt communiter Doctores, quos ſequitur, *& citat* Diana *p.1.& p.6.d.reſ.*18.neq;in hoc attendēda eſt conſuetudo, quæ fuiſſet alicubi ante Bullā Gregorij, quia ea iam per Bullam fuit ſublata,vt diximus ſupra *q.* 3.

24 Hæc nō debent Recētiori noſtro admirationem parere, nam cum in iure communi committētes crimen læſæ Maieſtatis fruerentur immunitate, vt fuſe probauimus *hac diſp. q.*2.& tenet Ioan.Gutier. *prac.quæſt. l.4.quæſt.4.num.*3.*iuncto nu.*9. *&* 17. Villagut *de extenſ.leg. cap.fin.num.*5. Caſtropalaus *t.2.tract.*11.*diſp. vnica p.*9.*nu.*42. vbi citat Boſſium *tit. de captura.nu.*3.Diana *p.6.tract.r.ſ.* 18. & alij. Gregorius voluit tantū hunc caſum de offendēre perſonam Principis excipere, vt iuxta iuris regulas *c.cum dilectus.de conſuet.*& DD. *in l.ſi conſtante ff.ſol. matr. & l. Cæſar.ff. de publicis iudicijs*, minus læderetur ius commune, ad cuius vniformem obſeruationem hanc Bullam ediderat, vt diximus *diſp.hac qu.*1. *&*... & per hoc remanent ſoluta argumenta ingenioſi Recētioris poſita *q.*21.

Tertius caſus eſt de rebellibus quibuſdam, vel offendentibus ſtatuas, vel imagines Principi dicatas.

25 PVtat d. Recentior *l.*1.*q.*7.*hic* hos omnes non gaudere immunitate eccleſiaſtica:ad id mouetur duplici argumento,primo toties decantato ab ipſo,cui ni fallor ad ſatietatem ſatisfecimus in hac, & in præc.quæſt. Eſt autem huiuſmodi, *ab initio naſcentis eccleſiæ, ac quouſque primario charitatis feruore noſtra religio viguit, ſemper magnā fuiſſe habitam curam, vt non ſolum Principum, ac præpoſitorum perſonæ; ſed imperia atq; Prouinciæ, in quas dominarentur ſalua eſſent,neq; à Chriſtianis quoquo modo publica pax; etiā religionis prætextu, vel ſtudio illam prouehendi turbaretur: idque ſemper tradidit eccleſia, id Pontifices reſcripſerunt, docuerunt Patres*. Sequitur adducens in hanc ſententiam multos Patres; quaſi vero id ipſi negaretur, aut etiā nunc ſummi Pontifices omni ſtudio, ac vera Parentum cura,& prouidentia ad id nō incumberent, nullis ſumptibus,ac laboribus parcentes,omitto exempla, quia ab hac materia longiſſime diſtandum mihi puto: tantum addo non ſequi vllam perturbationem Regnorum, aut pacis ex eo,quod dicamus ex vi Gregorianæ conſtitutionis hos,& non illos caſus eſſe ab immunitate exceptos; nam modus argumentandi huius Recētioris omnino eſt reijciēdus: hic caſ' eſt grauis,eſt Reipublicæ nociuus: ergo excipiēdus eſt ex vi Bullę Gregorij, & non gaudere immunitate: quia hoc pacto nihil haberemus in iure certum, vt notaui toties:fruſtra conditores legum ad caſus particulares deſcendiſſent in pænis imponēdis &c.fruſtra læſæ Maieſtatis crimina numeraſſent. ſatisfuiſſet huic Recentiori argumentari tali pacto: hoc crimen eſt illo pernicioſius:ergo habet maiorem pænā: ergo eſt crimen læſæ Maieſtatis: ergo incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ 22
&c.quæ ſequelę,quam ſint alienę in iure,quis neſciat? nam vt ait Baldus *conſ.*337.*lib.*3.*& conſ.*197.*ſuper primo quæſito num.*21 *ver.ſi liceret l.*41.non eſt licitum ex proprio capite æquitatem producere, & *conſ.*338.*& d. lib.*3.*conſ.*433. *lib.* 5. explicat id fieri, cum ſine lege, quis loquitur, ſine ſtatuto, & ſine conſuetudine.

26 Hinc ipſe Imperator *authent. de trien.& ſemiſſ. coll.* 3. *verſ. conſideremus autem*:ait.*multi namq; moleſti ſūt nobis ſemper preceſq; crebræ, & flentes filij, & ſemper equidem clemens. aliquid definimus: ſed quia cum hoc non lege agimus erubeſcim'* attendat nūc dictus Neothericus,an ipſi tam liberum ſit,prætextu ęquitatis querēde, ſine

Digitized by Google

ſine textu, vel potius contra conſtitutionem Gregorij diuagari ad caſus ibi non expreſſos : nam in iure caſus omiſſus habetur pro omiſſo ex Tiraquell. *de iur. primoge: qu.* 40. *num.* 194. Alex. *conſ.* 123. *num.* 21. *l.* 4. *conſ.* 50. *l.* 1. & alijs, nec quod lex non dicit, eſt ab homine præſumendum *cap. illa, ne ſede vacan.* Surdus *conſ.* 219. *num.* 21. atq; hæc pro reſponſione ad dictam primam rationem.

Satisfit ſecundæ rationi.

27 SEcũda ratio præfati Doctoris eſt *perſona in iure capitur, vt plurimum pro rebus ad perſonam pertinentibus, perſona vero exprimitur, vt notum ſit cuius gratia, diſpoſitio proceſſit, ex l. iuris gentium.* 7. *§. utrum autẽ ff. de pactis.* 1. *ergo licet actiones, in perſonam in oppoſitionem earum, quæ in rem ſunt præſtentur, attamen quoties de perſona quæritur, non vt diſtinguantur actiones ciuili hoc modo: ſed vt quidquid ad perſonam attinet, vel in eam delinquitur comprehendatur: toties ab indiuiduo illo ſimpliciter ſũpto recedendũ eſt, & ad perſonam pertinere dicitur quidquid illam tangit: etiam reſpectu rerum, perſonarumue ei attinentium, vt eleganter Vlpianus in l.* 1. *§. omneq; iniuriam ff. de iniurijs.*

28 Quod argumentum ni fallor poterat hic Author clarius ponere in hunc modum: licet in iure ciuili diuerſæ ſint actiones in perſonam, ab actione in rem, & ſic vna actio datur vt condiſtincta ab alia; tamen quoties ſermo eſt de perſona non ad diſtinguendum actiones ciuiles in rem vel in perſonam: ſed vt comprehendatur, quidquid ad perſonam attinet, vel contra eam fit, toties non venit indiuiduum: ſed perſona accipitur omne, quod ad illam pertinet; ſiue res ſint, ſiue aliæ perſonæ ipſi attinentes : hanc conſequentiam probat ex Vlpiano, *in l.* 1. *§. omneq; iniuriam ff. de iniurijs* , & *ex cap. literis* 29. *de leg.*

Reſpondeo primo hoc argumento non probari ab iſto Doctore intentũ, dabo enim vltro, quod quoties quæritur de perſona, vt comprehendatur quidquid ad eam attinet vel in ea delinquitur, toties ad perſonã pertinere dicitur, quidquid ad illam attinet; non eſt in hoc difficultas; ſed an quando dicitur perſona præſertim in lege exorbitanti, à iure communi, in qua verba, vt toties dictum eſt, ſunt in propria ſignificatione accipienda, veniat nomine perſonæ quidquid ad eam attinet, & ſic Regnum, famuli, veſtes, prata, equus, lectica, quibus vehitur, ignis, quo calefit, medicamenta, quibus medetur; amici cũ quibus verſatur &c. quandoquidẽ, vt ait d. Author nomine perſonæ debet venire, *quidquid ad illam tangit, etiam reſpectu rerũ perſonarumue ei attinẽtiũ,* & addit *inde ex perſona vxoris, filij, ac ſerui, pati dicitur, quis in ſe iniuriã.*

29 Reſpondeo ſecundo directe negando antecedens nomine ſcilicet perſonæ venire, quidquid ad eam attinet: niſi valde impropriè. Vnde Suarius, licet in cenſurãdis alijs modeſtiſſimus, *lib.* 1. *de Trinitate cap.* 1. non dubitauit aſſerere Vallam grauiter erraſſe in ſua facultate, dum putauit perſonæ nomine ſignificare, qualitatem, & addit iura, non in alia ſignificatione vſurpare nomen perſonæ, niſi quatenus ſignificat ſubſtãtiam indiuiduã rationalis creaturæ, cuius ſane negatiuum teſtimonium mihi inſtar legis eſt, & ſic in Bulla cœnæ dum excommunicantur imponentes onera perſonis eccleſiaſticis; nemo intelligit, quod excommunicentur, qui imponunt onera ipſorum coniunctis, quod ſequeretur manifeſte ex ſententia huius Recẽtioris, volentis, quod nomine perſonæ in iure venit quidquid ad eã in pertinet.

30 Nec textus allati ab ipſo in aliquo illi fauent: non prior *l. iuris gentium §. vtrum autem,* nam ibi traditur diuiſio pactorum, & dicitur: alia eſſe realia, alia perſonalia, ibi *pactorum*

qua-

quædam in rem, quædam in perſonam & dicitur, quod pacta in rem ſunt, *quoties generaliter paciſcor, ne rem petam*, in perſonam vero ſunt, *quoties ne à perſona, ideſt ne à Lucio, Titio, petam*, & addit, quod in dubio vtrum pactum fuerit perſonale; an reale, attendēda ſunt verba, & mens: ex Gloſſa ibi. *ver. non minus*. Et quoniam dixerat textus pactum perſonale eſſe quoties paciſcitur ne à Titio v. g. petam. nunc addit declarationem, nimirum, quod in dubio non ſtatim ac inuenitur expreſſa perſona in pacto, debeat cenſeri perſonale; redditque rationem: *quia plerumque perſona pacto inſeritur, non vt perſonale pactum fiat; ſed vt demonſtretur cum quo factum eſt*, v. g. ſi dicam promittis Titio te rem non petiturum, & ille dicat promitto; hoc pactum erit reale, licet Titius exprimatur; nam exprimitur vt ſignificetur, cũ quo fiat pactum. vide Bartolum *in l. qui in futurum. ff. de pactis*, & Iaſonem *in d. l. iuris gentium*, valde ergo remotus eſt hìc textus ab eo, quod d. Author probare debet; nempe perſonam in iure accipi pro omnibus ad illam attinentibus.

31 Nec magis fauet huic Neoterico poſterior textus ex *l. 1. §. omnemq; iniuriam. ff. de iniurijs*. nam ibi tantum dicitur, quod *omnis iniuria fit, aut in corpus, aut ad dignitatem, aut ad infamiam: in corpus fit cum quis pulſatur, ad dignitatem cum comes matronæ abducitur*, hoc eſt ille qui matronam comitatur honoris cauſa, remouetur: ita vt cum ea non ſit iuxta *l. item apud labeonem eod. tit. §. ſi quis Virgines*, ſequitur tex, *ad infamiam, cum pudicitia attentatur: item aut per ſemetipſum alicui fit iniuria, aut per alias perſonas per ſemet cum directo ipſi, cui Patrifamilias, vel matrifamilias fit iniuria per alias, cum ſit per conſequentiam, fit cum liberis meis, vel ſeruis meis, aut vxori, nuruiue; ſpectat enim ad nos iniuria, quæ ijs fit, qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubiecti ſunt.*

32 Ex quo textu aliud non poteſt inferri. niſi quod iniuria non ſolum fit alicui immediate, ſed etiam mediate; nempe offendendo eius coniunctos; immò ex hoc ſumo argumentum pro me: nam textus dicit, quod directe fit iniuria perſonæ in ſe ipſa, per conſequentiam, & indirecte in alijs, & quando fit in alijs, non dicit textus, quod fiat ipſi perſonæ, ſed quod ſpectet ad illam; vnde Gregorius volens ius commune moderari quatenus omnibus committentibus crimen læſæ Maieſtatis Eccleſiæ immunitas concedebatur; eos tantum priuat, qui Principem directe offendunt; quod explicauit per ly *in perſonam Principis*. alios vero, qui committunt, quidem læſæ Maieſtatis; ſed indirecte faciunt contra Principem offendendo ſcilicet eos, qui ad Principem pertinent, reliquit iuxta ius commune, & ſic caute non dixit *committentes crimen læſæ Maieſtatis in Principem*, quo caſu poterat intelligi vt cumq; de offenſione facta Principi circa alios. ſed addit in perſonam Principis: at iniuria facta perſonis coniunctorum, non eſt facta perſonæ Principi; vt patet ex hoc textu: diſtinguit enim inter iniuriam, quæ fit perſonæ immediate, & illam, quæ fit mediate: illam vocat, *per ſemetipſum*, quod idem eſt ac contra ipſam perſonam: hanc vocat factam per alias perſonas, ſeu contra alios.

33 Quid vero probet ex *cap. ex literis 29. de offic. deleg.* prorſus ignoro; nam ibi agitur de caſu longe diuerſo; nempe quod ſubdelegatus, à delegato Papæ poteſt impedimentum coercere, vt textum legenti patebit, & tantum ab eſt, vt Pontifex putet propriam offenſam eam, quæ fuit facta Patriarchæ Grādenſi, vt dicit hìc Author *num. 11.* vt potius oppoſitum aſſerat, ibi: *donec eidem Patriarchæ de iniurijs irrogatis ſufficien-*

ter fuerit ſatisfactum, & non dicit *nobis fuerit ſatisfactum pro iniuriis irrogatis Patriarchæ*, quid ergo ex hoc textu collegit d. Recentior? ſtet igitur ly *perſonam* accipi pro ſubſtantia indiuidua non ſolum à Theologis, & Philoſophis ex Boetio *l. de duabus naturis*; ſed etiam in iure Ciuili, & Canonico; adde etiam in Sacra Scriptura, vt aduertit Suar. *d. l. 1. de Trin. cap. 1. num. 4.* & ſi quando aliquid aliud ſignificat, id eſt impropriè., & per quamdam analogiam ad ipſum indiuiduum. patet autem ex ſupradictis verba huius Bullæ accipienda eſſe in proprio ſenſu.

Duæ confirmationes à Neotherico allata diluuntur.

34 CONfirmat propoſitum argumentum eruditus Recentior. *num.* 9. dupliciter. primo, *quia Principis perſona in hoc à cæteris differt, quod reſpectu dignitatis, iam non rationalem, ac indiuiduam tantum ſubſtantiam, prout homo quilibet præſefert; verum etiam dignitatem, & ſic accipitur eius perſona; ſicut & eius, qui in ſcæna aliquid repræſentat. vnde Cic. de lege Agraria. Vos mihi Pratori biennio ante Quirites, hoc eodem in loco perſonam hanc impoſuiſtis; quo fit, vt hac appellatione omnia, quæ ad dignitatem conſeruandam, & per quæ illa ſuſtinetur, incluſa videantur, ſine quibus licet perſona eſſet, non tamen Principis perſona, dici meritò poſſet. fitque per id, ne putemus offenſam ſolum cenſeri debere perſonam Principis, cum eius indiuiduum tangitur; Atque hic pertinet, quæ Tacitus in morte Germanici innuere vult, dum illum cum amicis loquentem; ita introducit. flebunt Germanicum etiam ignoti, vindicabitis vos, ſi me potius, quam fortunam meam fouebatis. Plin. quoque in Paneg. Agnouit enim, ſentitque ſibi, non Principi dici. innuens Principis perſonam extra indiuiduum conſiſtere, ac quid ſeparatũ conſtituere.*

35 Fateor ingenuè difficile mihi eſſe huius Doctoris ſenſum percipere: & ideo ignoſcendum erit, ſi hic, & alibi, eius verba integra tranſcripſi. nolo enim aliqua verba omittere, quæ fortè vim argumenti continerent, & ex quorum omiſſione auctoris ſenſus obſcurus fieret. Videtur hic d. Author pro ly *perſona* Principis, accipere Principatũ in abſtracto, nam tandem concludit, *Principis perſonam extra indiuiduum conſiſtere, & quid ſeparatum conſtituere*, & ſupra, *& ſic accipitur eius perſona, ſicut eius, qui in ſcæna aliquid repræſentat.* in quo videtur appræhendi dignitas vt ſic, abſtrahendo à perſona illa, quæ partes Principis agit, num ſit Plebeia &c. licet etiam nec in hoc perſiſtat; nam videtur dignitatem accipere in concreto, dum ait. *Iam non rationalem, ac indiuiduam tantum ſubſtantiam rerum etiam dignitatem repræſentat.*

36 Quidquid autem ſit de eius mente, concedo vltro quod perſona Principis non ſignificat tantum indiuiduum, ſed indiuiduum cum illa dignitate: nego tamen venire nomine perſonæ Principis omnia, quæ ad Principis dignitatem conſeruandam requiruntur: vt ſupra probaui. *à nu.* 28. nec video quomodo dici poſſit, quod perſona Principis accipitur, ſicut eius, qui in ſcæna aliquid repræſentat. nam cum dicimus, v. g. Titius agit in ſcæna perſonam Regis, nil aliud volumus ſignificare, niſi quod Titius repræſentet in ſcæna perſonam Regis, nempe illam ſubſtantiam indiuiduam tali dignitate affectam, vt bene Suarius *l. 1. de Trin. cap. 1. nu. 1.* aduertit; cum autem dicimus Regis perſonã intelligimus ipſammet ſubſtãtiam Regia affectã dignitate: neq; Cicero, quẽ allegat hic Author aliud dicit, niſi quod illa dignitas, quam habebat, data ſibi fuerit à Populo Romano, vt aduertit Calepinus

nus

nus in eo loco, nec ex hoc aliquid poteſt d. Author deducere, niſi quod ita ait Calepinus, quod perſonam alicui imponere, eſt illi Prouinciam demandare, quod ſi ex hoc is velit inferre quod dum Gregorius in Bulla excipit ab immunitate committentem crimen læſæ Maieſtatis in perſonam Principis intelligatur per ly *perſona* in Principatum, ſeu eius ſtatum; poterit etiam inferre, quod intelligatur etiã offendens Laruam, vulgo Maſcheram Principis, quia eà etiam, vt notat ibi idẽ Calepinus, venit nomine perſonæ.

37 Alia etiam, quæ adducit ex Tacito, & Plinio, non probant quod ipſe concludit, nẽpe Principis perſonam conſtituere quid ſeparatum ab indiuiduo. Nam bene Germanicus poterat dicere: *Vos vindicabitis meam mortem, ſi me diligebatis, non quia Princeps eram, ſed vt talem amicum*. At non ex hoc ſequitur, quod cum dicebatur perſona Principis, non veniebat Germanicus, ſed eius Principatus, & ea, quæ ad illum cõſeruandum quoquo modo pertinent. Sic Doctores paſſim dicunt aliquando Pontificem loqui, vt priuatum Doctorem, & illi, vt tali, contradicunt; at non ſequitur, quod Pontificia dignitas ſit ab hoc indiuiduo diſtincta; vt videri poteſt apud Suarez de Rom. Pontif. Denique Chriſtus Dominus ſe vt hominẽ cogitabat cum dixit: *Pater maior me eſt*. at nõ ſequitur, quod natura diuina fuerit extra hoc ſuppoſitũ indiuiduum, & quod offendens illam ſubſtantiam indiuiduam, Deũ non offenderit. ſic etiam ſi Princeps aliquando conſideretur ſub ratione particulari v.g. vt frater, at non ſequitur, quod Perſona eius non dicat ſubſtantiam cum illa dignitate, & multo minus ſequitur, quod quando dicitur perſona Principis intelligatur eius Principatus in abſtracto, id ſane ſequitur, quod ſi quis offenderet perſonam Principis, abſque eo quod ſciret illum eſſe talem, neque potuiſſet, aut debuiſſet aduertere, gauderet immunitate, quia tunc non dicitur offendere perſonam Principis, niſi tantùm materialiter, nec vlla Principi irrogatur iniuria. *l. illud relatum ff. de iniuriis. & fam. lib.* ibi. *Cum iniuria ex affectu facientis conſiſtat. &c.* & tradunt in ſimili, nempe, quod non incidant in pœnam Bullæ Cœnæ percutientes Clericum, ſi talem eſſe ignorẽt. Rebuff. *prax. benef. ar.* 8. Vgolin. *de Caſib. Pont. reſeru. cap.* 11. *p.* 2. *num.* 9. & alij paſſim.

Secunda confirmatio ſoluitur.

38 Addit d. Recẽtior. *d. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 10. ſecundã cõfirmationem, quam putat eſſe fortiorem ibi. *Tertiò fortius. Quia læſa Maieſtas non datur niſi eius, qui habet Maieſtatem, at ſi tollimus imperiũ, prouincias, ac ſtatum, auellimuſque à perſona Regnum, alia ſuſſecta, Maieſtatem conſequenter præſcindamus; qua præciſa, & perſona licitè ludi poteſt, vt illa, quæ Maieſtate deſtituta eſt, nec crimen huiuſmodi incurreretur, efficiturque vt quod vna via negatum eſt, altera concedi videatur, quod conſtitutioni apertè repugnat. vt vitetur hæc repugnantia, dicendum eſt perſonam hic repræſentatiuè intelligendam, vt immunitate priuetur, qui dignitatẽ perſonæ annexã auellere conat.*

Proſequitur eſſe priuandos immunitate eos, *qui coniunctiſſimas Principum perſonas, & vnum cum ipſa reputantur, vt ſunt Senatores, offendunt; nã perſona Principis his adminiculis ſuſtentatur, & iis ſublatis, deſinit eſſe talis; vnde hæc non ſunt nomina appellationis, ſed ſubſtantiæ*, & adducit ad ornatum huius propoſitionis Ciceronem, Ouidium, Tacitum, dicẽtes nomina debere conuenire ſubſtantiæ; & tandem cõcludit. *Idque ipſum in cauſa fuit, cur Innocentius III. cap.* Petitio *de Iur. Iuran. cum defenſionem rerum Eccleſiæ iure iurando Regi præſtito excepiſſet, vt illa aduerſus eum defendere liceret, hæc addidit verba:*

cohercēdo vos à machinatione dumtaxat, perquam idem Princeps deberet læſionem perſonæ, vel ſui incurrere Principatus; nam ne in hoc committantur, lex diuina reſiſtit. Principibus obedientiam præſtandam præcipiens.

39 Hoc argumētum cœteris fortius dicit Præfatus Doctor, quia putat per illud reducendum eſſe ad contradictoria, qui dicit, reum lœſę Maieſtatis in ſtatum, & in alios extra perſonam Principis gaudere immunitate ex vi Bullæ Gregorij: nam quantum ex verbis allatis colligere poſſum in formam reducendo eius argumenta, ſic arguit: ſi auferamus à Principe Imperium, & ſtatum, tunc offendens perſonam Principis, vel gaudet immunitate, vel non: primum dici non poteſt, quia præciſo Regno non eſt Princeps, nec contra hunc committit crimen lœſæ Maieſtatis, quia non habet Maieſtatem. Secundum eſt contra conſtitutionem Gregorij volentis apertè immunitate priuari offendentem perſonam Principis.

40 Videamus an æque nobis facile ſit hoc argumentum ſoluere, ſicuti & alia feciſſe videmur. Dico igitur dupliciter poſſe Regnum, Prouincias, ſeu ſtatum adimi, Iure, & ab eo qui habet poteſtatem illum ea dignitate ſpoliandi; vel iniuria. In primo caſu Regno ſpoliatus, nō remanet adhuc Rex, ſed homo communalis, & ſi Regnū, ſeu Dominatum, ac Prouincias haberet, nō eſſet Rex, aut Princeps, ſed Tyrannus, & iniuſtus inuaſor, vt fuit Iugurta, qui per iniuriam Regnum occupauerat. Secundo modo poteſt quis priuari iniuria Regno, ſeu Prouincijs, vt ſi expellatur per vim &c. & tunc Regno, ſeu dignitate Regia, aut Principis non priuatur; nam cum ea dignitas, vel cum ſanguine tranſeat, & Iura ſanguinis nō dirimantur, vel per legitimam electionem, ſemper remanet, etiam deſtructo Imperio, ſeu Regnis Imperialibus. Hac poſita diſtinctione corruit Recentioris argumētum. nam ſi ponas Principem per iniuriam priuatum eſſe principatu, ſeu ſtatu, adhuc dico, ex vi Bullæ Gregorij ſtatum eius inuadētem non priuari immunitate, dum perſonam non offendat. Contra vero qui perſonam Principis etiam ad incitas redacti, & ad ſummam inopiam, læderet; immunitate priuatur; quia verè lædit Principis perſonam. at ſi Princeps iure fuit priuatus Principatu; tunc eius perſonam offendens, vel occidens non eſt reus criminis lœſæ Maieſtatis, & ſic non ſequitur illa repugnantia ex doctrina à nobis tradita; nec eſt quod ex hoc capite à noſtra ſentētia recedamus. neque ex his, quæ addit, nam ex dictis paulo ante manent ſoluta. Tantùm aduerto textum illum ex Innocentio allatum ab hoc Doctore eſſe contra ipſum; nam Pōtifex ponit, vt quid diſtinctum perſonam Principis à ſtatu. ibi. *læſionem perſonæ, vel ſui incurrere Principatus*, nam ly *vel* de ſua natura, non ponitur niſi inter diuerſa ex Igneo. *in authent. ex cauſa num. 7. C. de liber. præter.* Bartol. *l. ſupra. §. officium in fine. ff. de aqua pluuia arc.* Gonzal. *ad regul. Cancell. Gloſſ. 48. num. 17. & Gloſſ. 52. num. 3.* Ferrer. *in conſt. Cataloniæ Gloſſ. 4. nu. 122.* Rota *deciſ. 770. num. 4.* apud Farinaciū *in 1. Coll. nouiſſ.* & alijs, quos citat Barboſa *dict. 415.*

41 Aſſero igitur iterū rebelles, cōmittentes crimen lœſæ Maieſtatis, ſiue monetā falſam cudēdo, ſiue ſtatuas Principis euertendo, ſiue eius oratores occidendo, gaudere immunitate Eccleſiaſtica ob rationem dictam qu. præc. fine, & toties decantatam, & præter citatos Doctores ibi tenēt Syluius *in reſol. var. ver. immunitas fol. 108.* & Bonacina *diſp. 7. qu. 7. §. 4. num. 22.* quem citat, & ſequitur Diana *p. 4. reſol. 103.*

42 Quamuis probabilitate non careat, vt hoc demus d. Recentiori tractātem de eligendo Rege, & expellēdo præſentem legitimum, non gaudere immunitate, quia poteſt pro-

priè

Digitized by Google

priè dici committere crimen læſæ Maieſtatis directè in perſonam ipſius Principis; licet enim perſonam nō offendat illum occidendo, vel mutilando, offendit tamen immediate in ſe ipſa, è ſolio deijciēdo, & ſic tutum eſt hunc poſſe immunitate priuari.

Examinatur an non ſubditus ſaltem ratione originis priuiter immunitate?

43 IN hac re Doctores communiter tradunt non priuari immunitate eum, qui Principem offendit, ſi non eſt ſubdictus illi ſaltem ratione originis, quia hoc requiritur ad crimen læſæ Maieſtatis ex cōmuni DD. ſententia, teſte Claro *in §. læſæ Maieſt. ver. vidi quandoque dubitari*, citat Gigātem *tr. de crimine læſæ Maieſt. q. 68. numer. 2.* illam etiam tenet Rolandus *conſ. 4. num. 5. l. 1.* Gambacurta *l. 5. cap. 4 num. 2.* Cardin. Zabarella, Imola, Gloſſa, & alij ſcribentes *in Clem. Paſtoralis §. denique, & §. ſeq. de ſent. & re iudic.* vbi Pontifex ex hoc *cap.* etiam probat ſententiā Hērici latam contra Robertum dictum Siciliæ Regem, fuiſſe nullam, quia is non erat ſubditus, nec quoad originem, nec quoad habitationem ipſius Imperatoris. Idem tenet Diaz *prac. c. 119.* Ant. Gomez *de delictis, c. 2. num. 19.* Farinacius *q. 112.* vbi multos citat *in append. de im. c. 14. nu. 191.* Marius Italia *de Imm. lib. 1. cap. 5. §. 7.* Diana *p. 1. tr. 1. reſ. 7.* Bonacina *diſp. 3. qu. 7. §. 4. num. 22.* Caſtropal. *diſ. vn. de im. eccl. pu. 9. num. 42.* & alij plures.

44 Contrarium tamen tenet mordicus d. Recentior *lib. 1. hic q. 7. à n. 17.* vbi primo de more exagerat dari anſam per hanc ſententiam perdēdi Principes Chriſtianos; ſed circa hoc ſatis ſupra diximus *à num. 7.* ſecundo ait omnes fere contrarium docere, nec ex vno Rolando Principum perſonæ in manifeſtum diſcrimen adduci debere, quod tamen falſum eſt, nam præter Rolandum eā docent grauiſſimi Iuriſperiti, nec per tranſennam, vt aiunt: ſed ex profeſſo materiam hanc tractantes, & habent ſatis probabiles rationes, nec Principum perſonæ in manifeſtum, aut remotum vitæ diſcrimen per eā adducuntur, vt ex dictis ſupra videri poteſt præſertim *à num. 25.* vnde ſi teſte ipſo Doctore *l. 1. quæſt. 1. numer. 63.* iuxta iuris axioma potius ſtandum eſt pro ea ſententia, quam pauci ex profeſſo tractantes tenuerunt, certe nullus dubitabit hanc ſequi, quam tot, tantique Doctores inſignes ex profeſſo docuerunt; immo ſi quis Menochium conſulat, vtram potius ſententiam ſequi debeat, hanc huius Recētioris, an aliorum antiquiorum, reſpondebit vir doctiſſimus *l. 2. præſ. 71.* attendendos eſſe Doctores antiquos, & præponendam eſſe opinionem Doctoris, qui de illa materia plus ſcripſit, ac quis neſciat quot ſcripſerit doctiſſim' Farinacius de hac re, & alij Doctores cit.

45 Tertio addit d. Neothericus ingenioſam textus. *Clem. Paſtoralis de ſent. & re Iudic.* explicationem, quæ ſane multo magis mihi placeret, ni omnino reijciendam diceret aliorū opinionem, quam ex hoc textu grauiſſimi Doctores tuentur, quorum auctoritas in expoſitione iurium multum valet, in tātum vt aliquando inducant obligationem ſeruandi legem iuxta talem interpretationem, vt bene Suar. *lib. 6. de leg. cap. 1. num. 5. & 6.* & ego probaui contra Pontium *lib. 5. de matrim. diſp. 17.*

Dico igitur vtramque ſententiā tuto amplecti poſſe in Praxi, cum & Doctoribus fulciatur, & rationibus ſatis probabilib'. Mihi vero magis placet poſterior ſententia ſtando in vi textus d. *Clem. Paſtoralis*, quem aliqui allegāt, cum re vera ibi Pontifex, vel nil de his dicat, vel valde à longe, vt optimè ponderat. Curtelli *lib. 1. q. 1. à num. 63. de priſ. & rec. eccl. immunit.*

Petes

Petes.

An qui ſcit machinationem fieri contra perſonam Principis, & non reuelat, gaudeat immunitate?

46 RESpōdeo negatiue, quia de hoc verificatur, quod ſit Reus læſæ Maieſtatis in perſonam (poſito vt communiter cōcedunt, hanc omiſſionem eſſe crimen lęſæ Maieſtatis) quia iam offenſio, quæ tractatur eſt contra eius perſonam, & non reuelans, quamuis ad illam phyſice non influat, influit tamē moraliter, cum poſſit, & debeat illud malum à perſona Principis auertere. Sic peccabit in iuſtitiam, qui tenetur furtum impedire, & non impedit, etiam ſi ipſe non furetur. ita Farinac. *de immun. cap.* 14. *num.* 186. Mar. Italia *lib.* 1. *c.* 5. *§.* 7. *num.* 52. Curtelli *lib.* 1. *q.* 7. *à n.* 40. *de priſc. & rec. Eccleſ. immun.* Contra Bonacinam, Peregrinū, Ghilinum, quos citat, & ſequitur Diana *reſol.* 18. *p.* 6. *tr.* 1. putantes gaudere immunitate, quia ly *in* ſignificat actionem poſitiuam.

Quartus caſus eſt. An ſi captus à Satellite intret cum ipſo ſatellite in Eccleſiam, gaudeat immunitate ſi illum vulneret?

47 RESpondeo affirmatiue, quia ſicuti fugiēs è carceribus ad Eccleſiam gaudet, vt diximus ex Suar. *diſp.* 7. *circa finem.* ita etiam in hoc caſu; nec ex eo quod vulneret in Eccleſia ſatellitem, priuandus eſt immunitate (dummodo homicidium, aut mutilationem non committat) per Bullam Greg. Ita etiam Diana *reſol.* 13. *p.* 1. *tr.* 1. Caſtrop. *diſp.* 1. *de reu. deb. locis ſacr. pu.* 7. *num.* 11. *circa finem.* vbi citat Farinac. *in appen. de immun. cap.* 15. *num.* 196. Marius Ital. *lib.* 1. *c.* 6. *§.* 2. *num.* 70.

48 Contra d. Recentiorem *lib.* 1. *q.* 13. vbi citat Gābacurtam, & Villadego eius argumēta ex ſupradictis ſoluta manent. nam primo exagerat obediētiam debitam Miniſtris Iuſtitię. Secundo, quod iſte non liber ad Eccleſiam peruenit, & eſt ſicut ille, qui duceretur per Eccleſiam à Satellitibus, de quo diximus *diſp.* 7. *fine*, non gaudere. Sed hoc eſt falſum, nam hic confugit ad Eccleſiam, & Satellitem ſecum rapit, ille non confugit. ſed ab alio ducitur, vt bene Guttierrez *lib.* 3. *pr. q. ciuil. q.* 6. per totam. Ambroſ. *de imm. Eccleſ. c.* 10. *nu.* 10. Tertio ait, quod Bulla Gregorij, aut non derogat iuri communi, aut debet intelligi iuxta illius tenorem, vtrumq; nos ſupra ſatis ſuperque excluſimus.

49 Tantum reſtat dicendum, quod etiam attento Iure cōmuni fugiens, & ſecum trahens ſatellitem gaudet immunitate, ſi illum non feriat grauiter, & enormiter in Eccleſia iuxta Suar. & alios volentes de Iure communi, etiam alia grauia delicta facta in Eccleſia priuari immunitate, vt *diſp.* 7. vidimus. at iuxta alios volentes tantùm homicidium, & membri mutilationem eſſe Iure cōmuni excepta, gaudebit hic immunit. cū nō occidat, nec mutilet, vt ſupponimus.

Quintus caſus eſt. An cōfugiens ad Eccleſiam geſtādo ſclopettones, & alia arma prohibita, appellātes ad futurum Concilium, & furantes in ipſa Eccleſia res eius, aut aliorum gaudeant immunitate.

50 RESpōdeo gaudere, quia hęc delicta non ſunt per Gregorium exceptuata, immò neq; iure cōmuni; & licet per aliquos DD. quos citat d. Recentior, attēto iure cōmuni furtū in Eccleſia cōmiſſum immunitate priuatū fuerit, & ex dictis ſup. *diſp.* 7. cum Suario probabile fuerit; at poſt Grég. cōſtitutionē, per quam diximus à *quæſt.* 1. formam induci, *et q. præc. initio* omnes extenſiones per DD. reſpui, dicendū eſt eos gaudere cum Farin. *appen. de imm. c.* 16. *n.* 208. Boerio *deciſ.* 109. *n.* 3. Caſtr. *to.* 2. *tr.* 11. *diſp. vn. pun.* 9. *n.* 9. Diana *p.* 1. *reſol.* 17.

De

51 De geſtantibus ſclopettones docet;etiam poſt Dianam *par.1.reſ.17.* Peregrin.de *imm. cap. 12. numer. 11.* Guazzinus *t.1.defen.1.cap. 29. nu. 7.* Spirell. *deciſ. 59. numer. 11.* dictus Recentior *lib.1.q.17. hic* Vbi tamen *numer.10.*minime placet, quatenus ait in ſtatu Eccleſiæ, & apud Hiſpanos geſtantes hoc armorum genus, non gaudere immunitate, quia primi habentur, ac rei lœſæ Maieſtatis, hi apud Hiſpanos tamquam proditores; non inquam hæc dicta placent,quia vt paulo ante diximus attenta Bulla Gregorij, tãtum rei lœſæ Maieſtatis in perſonam Principis excluduntur,& ad hoc vt priuentur immunitate, non ſufficit ſi ex iuris fictione proditores cenſentur, niſi verè tales ſint vt diximus ſupra in hac *diſ.* 8. circa publicos latrones.

52 Et ob eãdem rationem diſplicet, dum ait, appellantem ad futurum Conciliũ immunitate priuari, quia non eſt crimen lœſæ Maieſtatis, in perſonam; etiam dato quod ſit crimen lœſæ Maieſtatis ex conſtitutione Pij II. & Iulij II.

53 Deniq; eius rationi ad tuendum, quod fures in Eccleſia, non gaudent immunitate, nimirum, quia Bulla Gregorij Doctorum interpretationes non reſpuit, nec receptas ſuſtulit, iam ſatisfactum eſt, tota hac diſputatione.

Sextus caſus eſt, de teſte, qui ſuo falſo teſtimonio fuit cauſa mortis.

54 DE hoc indiſtincte ait noſter Recentior *lib.1.q.19.num.12.*non gaudere immunitate, ſiue mors ex falſo teſtimonio ſit ſequuta, ſiue poſſet ſequi, ſiue pecuniam acceperit; quo caſu quando accepit pecuniam:putat Diana 1.*par.reſ.* 19. non gaudere, quia eſt aſſaſſinus ex Peregrino *de imm.ca.7.num.*43. ſiue non. Ducitur hic Doctor, quia hic per compræhenſionẽ continetur in Bulla Greg.& non per extenſionem, nã eſt naturali compræhenſione idem, cum homicida proditorio.

55 Verum mihi lõgè probabilius videtur in omnibus dictis caſibus falſum teſtem guadere immunitate, quia nec eſt proprie proditorius occiſor,nec aſſaſſinus: ſed per quamdã extenſionem, quod poterat etiam dictus Neothericus aduertere ex Tiraquello,quem citat *de pœnis temperandis.cauſa 31.num.23.* vbi ait *quod eſt affinis, & cognata proditionis*, vt refert ipſe Doctor,& tamen non dubitauit illum citare, ac ſi dicat eſſe idem naturaliter teſtimonium falsũ dicere in cauſa mortis, cum proditorie occidente.

56 Allegat etiam dictus Recentior *cap.per exemptionem de Priuil.lib. 6.* ſed hic textus cum ibi notatis potius eſt contra ipſum; quia Pontifex ſic explicat,quod per exemptionem Eccleſiæ à iuriſditione Epiſcopi intelliguntur,quidem Monachi, *ut non eiuſdem Eccleſiæ Præsbiſter &c.*& caſus ille erat in materia fauorabili, & tamen opus fuit Pontificis explicatione, qui alios compræhenſos voluit, alios excluſos,at hic ſumus in materia odioſa, & vbi verba proprie ſunt intelligẽda, vt toties dictum eſt. Ita docet Caſtropal.*diſput. vn. pu.8. num.8.*Diana *reſol.26.ver. quæro vndecimo p.6.tract.1.* vbi reuocat,quod *in 1.p.reſ.19.*dixerat cum Farinaceo in hoc caſu recurrendum eſſe ad Papam, dicet Caſtropalaus loquatur, quando habuit pecuniam pro falſo teſtimonio, at ratio,quam aſſignat, etiam militat in hoc caſu.

Septimus caſus de fugiẽte è carceribus.

57 DE hoc diximus,cum Suario *diſ. 7.num.10.*gaudere immunitate; etiam ſi dederit fidem: ſeu iuramentum de redeundo ad carcerem, & nunc addo gaudere,quamuis carcerem frangat,vt bene Correa *relec. de imm.p.2.num.*13,Nouar. in *Bullar. ſum.tit.de imm.c.10.num. 11.* Tuſcus *ver.Eccleſia concl.10.num.* 30. Diana

par.6.

Digitized by Google

p.6.tr.1.reſol.26.ver. quæro quinto. & alij apud ipſum, & poſt hos doctus Neothericus *lib. 1. de Priſc. & recent Eccleſ. Libert. q. 19. initio*, vbi ait ſibi nullum de hac re poſſe eſſe dubium.

58 Vbi nota, quod, quamuis Suarius *cap. 11. nu. 19. fine* ex Angelo, Sylu, Abbate, Io: Andrea, & alijs, adductus à me *diſ. 7.* circa vltimum caſum, putauerit reum iuſte damnatum, (nam iniuſte non tenetur ſecundum omnes) ſi dederit fidem cuſtodi de redeũdo ad carcerem, vel eundi rectà ad illum, ſi liber dimittatur, poſſe ab Epiſcopo tradi Iudici, præſtita cautione de impunitate pœnæ corporalis, abſque vllo morali periculo talis pœnæ. Idque ſit probabile, non obſtante Bulla Gregorij, quia hoc non eſſet aliquẽ caſum addere præter conſtitutos per Gregorium, neq; reum abſolute immunitate priuare; ſed veluti quædam prouidentia paterna, ex quadam æquitate, quod ille euaſit è carcere fide violata, & abuſus eſt alterius bona fide, poſſetque fieri ob aliquam concordiam, v.g. ne iudex illuderetur; vel cuſtos carceris grauiſſime puniretur ob irã Iudicis volentis, vt reus omnino ad carcerem redeat promittendo impunitatem, quam ſẽtẽtiam ſequutus eſt etiam Fagundez *2. præc. Eccl. lib. 4. cap. 4. num. 58.*

59 Tamen Caſtropalaus, & alij citati à me *diſp. præc. fine.* tutius ſentiunt oppoſitum, quia negari non poteſt, quin aliquantulum immunitas Eccleſiarum lęderetur, nam re vera hic inuitus redit ad carcerem, & à ſuo confugio auellitur, ſi enim ipſo reo conſentiente fieret, non eſſet dubium, vt dicam *diſp. ſequ.*

60 Verum, quia dictus Recẽtior abſolute putat *d. q. 19.* reum è carcere fugientem *debere Curiæ ſæculari tradi, impetrata mortis, ac corporali pœna*, quod verbum *debere* importat neceſſitatem ex Gloſſ. *c. prop ſuit. ver. non debet, de appellat.* Rebuff. *de verb. ſignific.* Tiraq. *lib. 1. de retr. §. 1. gloſſ.* 15. vbi multos refert, & perconſequens peccabunt Prælati non tradẽtes Iudici reum è carcere fugientem, ſecundum cit. Recentiorem dicentẽ *num. 2. Cenſeo poſſe, immo, & debere impretrata vita, ac membris reum ad aliquam coercitionem tradi*, vbi vides nõ temere d. Auctorẽ dixiſſe *debere*.

Sed vel vt ly *poſſe* corrigeret, & extenderet ad ly *debere*, vt denotat dictio *immo, &* ex Bartol. *in l. 1. cod. de nouo oper. facien. §. quibus. num. 17.* Alciat. *conſi. 577. num. 4.* & alijs, quare videamus, quæ ſint argumenta, ipſius; quibus conatur hoc debitum prælatis inducere.

Reſpondetur ad primum Argumẽtum.

61 OBijcies primo, quia *Eccleſia iuſtitiæ ſummè cultrix, nequaquã vni cum alterius damno fauere ſolet: at ſi huic, qui carcerem fregit cum commentarienſis detrimento faueret, grauius damnum incurreret, quam Domino ſerui, huic enim noceret, quoad dominium pretio æſtimabile, vilique iactura: at alterius quidem periculum: ſummum eſſet ob pœnæ corporalis grauitatem, ac vitæ ſæpius diſcrimen quoties ergo maius foret damnum, quod inde timeretur in perſonam cuſtodis carcerum, quam eius qui aufugit; ſi impetrato vitæ diſcrimine traderetur Sacris Canonibus, vt dixi, conforme eſſet, ne huic reo in damnum alterius faueatur, neue ad aliquam coercitionem vitandam, vita aliena periculum ſuccederet, vt patet ex ratione D. Hieronymi cap. ſed illud. d. 45. eſtq; apertiſſima regula Iuris Põtificij cap. quod ob gratiam de reg. Iuris in 6: vitæ autem innocui ſeruandæ ratio, vt ſupra immediata quæſt. nu. 16. dictum eſt, iure immunitatis potior ſemper deberet eſſe, argumento dicto ex Can. cõſtitut. 29. 17. q. 4.*

Hoc eſt primũ argumentũ huius Recentioris pro cuius exacta ſolutione ad ſingula. Reſpondeo concedo Eccleſiam eſſe Iuſtitiæ cultricem, & ex hoc infero, non eſſe fugientem è carcere tradendũ manibus

Digitized by Google

bus Iuſtitiæ, vt commẽtarienſi conſulatur. nam hic fugiens nullam commiſit Iniuſtitiam ex communi omnium ſenſu teſte Leſſio *lib.2. de Iuſt.cap.31.dub 5. núm.* 32. vbi citat D.Tho. 2.2.*q.*69.*ar.*4.Gaet. & alios, idem tenentes, poſtquam reus fuit condemnatus, & de frangente carceres tenẽt Gaetanus.Sotus,Nauarr. Leſſius, & Recen. paſſim. nec vtens Iure ſuo facit commentarienſi iniuriam, quamuis ex illa fuga damnum ipſi ſequatur, quia vt bene ait Leſſius, *ille ſuæ negligẽtiæ id aſſignet, vtque melius illum non cuſtodiuerit.* quare ex hoc ſequitur, quod omnia ea, quæ Recentior pro ſua maiore adducit, nempe quod Eccleſia non ſolet fauere vni cum damno alterius; quod ſit Iuſtitiæ cultrix; probant non debere fugientem è carcere ab Eccleſia tradi, quia committeret iniuſtitiam priuando hunc fugiẽtem iure, quod habet ſecundum omnes Doctores, è vinculis fugiendi; peccaret etiam contra Religionem, quia cum hic ex fuga ad Eccleſiã cõfugerit, & nullã alteri iniuriam fecerit fugiendo, non poteſt excuſari Epiſcopus, aut alius hunc immunitate eccleſiæ priuans.

62 Hinc corruit minor d.Recentioris, quod grauius damnum inureret Eccleſia commẽtarienſi, quam Domino, ſi non reſtitueret ſeruum fugitiuum; nam ipſa damnum non fecit commẽtarienſi: ſed ipſe ob ſuam negligentiam illud parauit, nec cõmentarienſis ius habet, ſeu dominium fugientis, ſicuti Dominus ſerui, qui poteſt eum à quocumque poſſidente condicere,& ſi ab Eccleſia ſeruus non daretur;etiam ſi vnius tantum aurei pretio eſſet,iniuſtitia cõtra ius in re Domini committeret.

63 Quod autem addit hic Author pro concluſione, eſt alia quæſtio ab ea,quæ primo debet probare, ipſe enim propoſuit debere fugientem tradi quãdo carceratus negligentia commentarienſis aufugit: nunc cõcludit,quod ſi grauius eſt damnum, quod patitur cuſtos carceris eo, quod timetur in perſonam fugientis,deberet tradi.eſt inquam hęc alia quæſtio, & in vno tantum caſu poſſet habere probabilitatem, quando ipſe fugiens ex præcepto charitatis ad vitandum graue damnum proximi, teneretur ad carcerem redire, iuxta Doctores in materia iuſtitiæ, & nos late dicemus cum de iuramẽto promiſſorio infra *trac.*4.& in hoc caſu innuit Leſſius *d. nu.* 32.at moraliter id rariſſime accidit, quia nũquam fugiũt è carcere,niſi quid graue timeant.

64 Aduerte etiam dictum Authorẽ in hac concluſione perſiſtere; nam addit. *ſi impetrato vitæ diſcrimine traderetur.* innuens ex hoc, quod ſi triremes timeret, vel longiſſimum carcerem,vel fuſtigationem,aut narium abſciſſionem, vita conſeruata, deberet tradi,quod certe falſum eſt, nam non tenetur cum magna ſua iactura alterius graue damnum vitare,quando illud non intulit,vt eſt in caſu noſtro,vt ex traditis per Doctores in materia de iuſt. & charitat. conſtat. Videte Caſtropalaum *tr.*6. *diſp.*1.*pu.*8.Coninch. *diſp.* 25. *dub.* 6. *nu.*79. Leſſium *lib.2.cap.9.dub.16.*

65 Denique ſicuti primum Recentioris dictum pro noſtra ſtetit ſententia, ſic vltimum quo argumentum concludit, nimirum *vitæ innocui ſeruandæ ratio iure immunitatis potior eſſe debet.* ſtat inquam hoc argumentum pro me;Nam fugiens eſt innocens,vtiturq;iure ſuo,eſt in poſſeſſione immunitatis, & in eccleſiæ tutela; ergo non eſt tradendus cõtra ius,faſq;omne,cur enim commentarienſis,poti' quã miſeri iſtius habẽda eſt ratio? Immo cur commentarienſis, quam Pontificum decretorũ, eccleſiaſticæ immunitatis, Religionis Deo debitæ, habenda eſt ratio?

66 Quid conſuleret hic Doctor,ſi filium,quem habet v.g. cariſſimum apud ſe confugientem haberet,& in ſuo ſinu tutum; traderet ne illum ad carcerem, ad exilium, ad alias

X gra-

Digitized by Google

graues pœnas ; vitæ tantum diſcrimine impetrato, ne tertius quidam ſuſpendatur, etiam innocens? certe aliter tunc ſentiret, quam ſcripſerit, de his, qui ad eccleſiæ omnium matris gremium, confugiunt, quando nec ratione delicti admiſſi, nec alterius culpæ ſunt indigni. Certe inter omnes morales virtutes præcipua eſt religio, quę ſi cum alijs concurrat, præferenda vtique eſt, vt *tr.* 1. *lib.* 1. ſatis dictum eſt ex Suario.

Secundum Argumentum refellitur.

67 EX dictis facile eſt ſecundum argumentũ diſſoluere, quod ponit d. Recentior in hunc modum: ſi fugiens è carcere erat incarceratus ob delictum, ob quod non debuiſſet gaudere immunitate, debet omnino reſtitui Iudici, quia cum delictum non ſit per pœnam deletum, iam remanet: ſi vero tale erat, ob quod immunitate gauderet, *cum ſupponatur pœnam mortis non mereri; cuſtodem vero ad mortem naturalem duci poſſe, non eſſet æquum, vt vulgo aiunt, vt altare vnum pro altero veſtiendo exueretur: immò hic, qui aufugit, tamq; grande cuſtodis damnum meditatus eſt, non abs re proditor proximi diceretur, per eaſdem rationes, quibus id tenent Italia, & Peregrinus adducti per Dianam reſol.* 19. *p.* 1. *tr.* 1. *in teſte, qui falſum contra proximum depoſuit, qui ad mortem ductus eſt, & in his terminis proprie docet Auguſtin. Epiſt.* 54. *ad Macedonium relatus in cap.* 18. *cum homo.* 23. *q.* 5. *Aliquando qui cauſa mortis fuit, potius in culpa eſt, quam ille, qui occidit, veluti ſi quiſpiam decepit fideiuſſorem ſuum, atque ille pro iſto legitimum ſupplicium luat. Vnde maius delictum reputatur, quam homicidium ab Auguſtino cauſam mortis præſtare fallendo.*

68 Reſpõdeo de primo caſu nullum eſt dubium, vt aduertit Diana ex Correa *p.* 4. *reſol.* 47. *ver. ſed ego iterũ.* de damnatis ad triremes. niſi fortè tantum quæreretur reus pro mera fuga è carcere, & non pro delicto commiſſo excepto ab immunitate; tunc enim gauderet, vt ex ſupradictis conſtat, & ſupponunt Doctores, qui dicunt hæreticos ob alia crimina preter hæreſim gaudere, quos ſupra *diſp.* 6. *citaui* cum Suar. quibus addo Caſtropal. *to.* 2. *tract.* 11. *diſ. vn. p.* 7. Trullench. *tom.* 1. *decal, l.* 1. *ca.* 11. *dub.* 2. Ludou. Corream, *relec. de immun. p.* 3. *num.* 3.

69 De ſecundo caſu mihi eſt difficultas; & primo quoad illa verba, quæ habet d. Author. *& tunc cum ſupponatur delictum pœnam mortis non mereri, cuſtodem vero ad mortem naturalem duci*, nam illa ſuppoſitio, neſcio vnde procedat, non ex dictis ab ipſo Neotherico; nam ſupra ait in cõcluſione, & in primo argumento. (*impetrato vitæ diſcrimine*) ergo ſupponit delictum aliquando pœnã mortis mereri; non ex eo, quod gaudeat immunitate, nam ſtat delictum gaudere immunitate, & pœnam mortis mereri, vt vidimus de occidentibus prope Eccleſiam, de rebellibus, & non in perſonam Principis, de ſodomita &c. Quod ſi hęc ſit noua limitatio, ſententia huius Doctoris tantum procedet in cauſis ciuilibus, vel leuibus, & ſic recedit in hoc ſecundo argumẽto à ſua prima ſententia, quod in omnibus deberet tradi *impetrata vita ac membris.*

70 Secũdo mihi valde placet dictum Recẽtioris huius, quod *non eſt vnum altare ſpoliandum, pro alio veſtiendo*, ſed hoc eſſet, ſi compelleretur reus redire, qui eſt in ſuo Iure fugiendi, vbi datur occaſio, nec peccat, nec tenetur de damno lato Reipublicæ, vel alijs actoribus ob fugam aliorum reorum factam, occaſione ſuæ fugæ; quia illa damna per accidens euenerunt. vt cum Salonio 2. 2. *q.* 69. *ar.* 4. docent omnes, & addo ſi non poteſt præcipi, vt carceratus maneat in carcere, eſſetq; *inhumanum, & quodammodo ſuperans humanam conditionem.* vtor verbis doctiſſimi Leſſij *lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 5. *num.* 33. ex D.Th.

Digitized by Google

D. Tho. Gaet. Soto. Couarr. & alijs. quæ foret Eccleſiæ pietas? quæ humanitas? cogere fugitiuum in tuto poſitum, vt redeat ad carceres, relinquendo certam ſuam conditionem, pro incerta voluntate Iudicis, qui poteſt poſtea nouarum cauſarum prætextu reum vita priuare; vt nō ſemel accidit in hoc Regno. Quid tunc miſero cenſuræ à Prælato latæ proderunt poſt mortem? cogitet dictus Author.

71 Nec poſſum admittere, quod Recentior citatus dixit, hunc fugiētem non abs re dici poſſe proditorem proximi, quippe meditatus eſt graue damnum cuſtodis; eſſeque ſimilem falſo teſti, qui ſuo falſo teſtimonio, eſt in cauſa, vt alter ad mortem tradatur: quid ſimile? cum hic iure ſuo vtatur, & fugiat ad pœnam vitandã? (nam vt ſupponimus ſupra, fere nunquam fugiunt è carcere, niſi delictum, ob quod ibi detinentur, ſit valde graue,) & vt ex dictis patet, non obſtante damno Reipublicæ; vel Commentarienſi dato per accidens ex eius fuga, ad nullam teneatur reſtitutionem, niſi ad reficiendum damnum carceris fracti, ſoluendo pretium pro refectione, ratione taciti contractus, vt docet Leſſius vbi ſupra, nec iſte eſt meditatus damnum cuſtodi carceris; ſed effugium ſuo malo; nec humanæ leges inueniuntur, quæ præcipiāt carceratos ibi manere; immò, & DD. probabilius putant de hoc legem ferri non poſſe, vt bene Sotus *lib.* 5. *de Iuſ. q.* 6. *art.* 4. *cum alijs.* cum tamen teſtem falſum Iura humana, & diuina deteſtentur: ſed diſparitates in hac re inueſtigare, eſſet tempus terere.

Denique (quod eſt vltimum Recentioris argumentum.)

OBijcies. Cuſtos carceris loco depoſitarij eſt, ac ſub eadem pœna depoſitum reum reſtituere tenetur, depoſitum vero vbicumque etiam in loco ſacro repertum, repeti poteſt, quod à Canonibus, nec à Bulla immutatum eſt; nam per hæc fauetur confugis, qui iam delicta in proximorum damnum patrauere, nec nouum ex fuga ad Eccleſiã proximorũ damnũ timetur.

Reſpondeo eſto maior, & minor. at non bene infertur conſequentia, quia depoſitum à Domino poteſt, vbicumque eſt, repeti; vnde non datur actio ipſi depoſitario. *§. inſt. de vi* 60. *rapt. §. Sed is, ad quem,* vt notant ibi ſcribentes. nec datur reiuendicatio. *§. actio inſt. de actionibus,* quis autem rei fugitiui Dominus eſt? & & potius fauendum eſt fugienti, vt toties diximus, qui vtitur iure ſuo, quam Commenrarienſi, qui ſuæ negligentię debet imputare damnum, non fugienti ex *l.* 3. *ff. de tranſac. Cod. non debet. ff. de reg. Iuris.*

Octauus caſus de incendiarijs.

73 HI ſunt, qui violant Eccleſias frangendo eius fores, & comburendo &c. de his attenta Bulla Gregorij, dico gaudere immunitate; quia hunc caſum Gregorius non expreſſit, & vetuit ne alij adderentur ex maioritate rationis &c. quã uis iure communi attento ſit probabile eos immunitate priuari, quia vt diximus cum Suario *diſp.* 7. homicidium, & membrorum mutilatio ponitur loco exempli. hæc concluſio patet ex dictis. nec nouam habet difficultatem, quæ in ſuperioribus non ſit ſoluta. eam tenet Caſtropal. *tom.* 2. *tract.* 11. *diſ. vn. pun.* 10. *num.* 9. Bonacin. *tom.* 2. *diſp.* 3. *quæſt.* 7. *p.* 6. Farinac. *de immunit. c.* 60. *nu.* 105. Diana *p.* 6. *reſol.* 16. vbi citat Nouarium, & Peregrinum.

74 Quamuis non deſint graues Doctores oppoſitum ſentientes quos citat, & ſequitur Neothericus *lib.* 1. *hic quæſt.* 21.

(+)(+)(+)

Digitized by Google

Nonus caſus eſt. De confugiente è triremibus.

75 DE hoc reſpondeo, ſi ſit condemnatus ad eas ob delictum, ſiue illud fuerit ex his, quæ immunitate nō gaudent, ſiue ex alijs, gaudere immunitate; quia iam illud delictum fuit in pœnam illam commutatum, nec remanet iam, cum per pœnam deleatur; vnde tantum eſt conſideranda illa fuga, quæ non eſt illicita, vt bene Leſſius *l. 2. cap.* 37. *dub.* 5. quia non ſunt ibi poſiti, vt ſpōte maneant, ſed inuiti. Ita docent Giurba. Antoninus de Marinis. Nouarius Siena, & alij. quos citat Diana *tr. 1. par. 4. reſol.* 47. *& p. 6. reſol.* 22.

76 Si vero ſit ex his, qui habēt mercedem, & ludentes ſe manciparunt triremibus, videtur aliquam habere ſpeciem probabilitatis ſentētia Recentioris *l. c. num.* 17. putantis non gaudere, quia ſunt veluti ſerui; ſed rectè conſiderando, iſti tantum tenentur ratione commodati, nec ſe vendiderunt in ſeruos, nec tales reputantur, ſed ſunt ac debitores Regis, atque adeo hos gaudere optime tenet Giurba, quem citat, & reprobat d. Recentior *loc. cit.* qui etiam concedit hos gaudere immunitate, ſi fugiant poſt tempus expletum, quod omnino certum eſt.

77 Atque ex his, quæ dicta ſunt, facile eſt ad alios caſus deſcendere, dicimus enim gaudere immunitate Eccleſiæ quoſcumq; reos quorumcumque criminum, exceptis præciſe ijs, qui excipiuntur per Gregoriū, vbi eius cōſtitutio viget; aut per ius commune, aut per conſuetudinem legitime præſcriptam cum ſcientia, & patientia Pōtificis, inceptam poſt Bullam Gregorij, vt ex dictis qu. 3. patet, gaudere immunitate; vt ſunt adulteri, ſacrilegi, periuri, occidētes eum, qui actu confitetur, ſtuprum committentes, falſificantes, vel tondentes monetas, negantes tributum Principi, Banniti, ſi non ſunt publici latrones, aut alia delicta excepta non commiſerint; fraudantes Regia tributa; ſimoniaci, qui in duello aliū occidit, raptores Virginū &c. quorū omniū ratio ex dictis tota hac diſputatione eſt manifeſta. videte Caſtropal. *hic diſp. vn. pu.* 10. vbi hæc multis examinat. Dianam varios adducentem *tr. 1. p. 6.*

78 Qui tamen mirari deſinet *reſol.* 14. *fine.* Suarium dixiſſe raptorem virginum, poſſe aliquo pacto reuocari ad latrocinium, cum rapina in genere ſit latrocinium, & ſic poſſe hūc immunitate priuari, accedente præſertim cōſuetudine. Si aduertat Suarium loqui, ſpectato iure communi, & legat quæ ſupra diximus, præſertim *q. 3. hac diſput. & diſp.* 7. Et mihi etiam poſt Gregorium videtur valde tuta ſententia, quod nō gaudeat, qui inſtar publici latronis in via publica puellarum honorem teneret, ac raptum committeret, nam verè dicitur publicus latro.

79 Nec placet hic Author *reſol.* 12. dum ait *ver. Notandum* gaudere immunitate, qui deducit hominem per inſidias, vt ab alio occidatur, & ſequitur homicidium, nam re vera iſte eſt proditorius occiſor magis, ac mandans, atq; ita docet Peregrinus *de immunitate ca.* 7. & diximus ſupra *diſ.* 7. ex Suar. *num.* 7. videriq; poſſunt dicta *in q. 5. à n. 24. diſ. præſent.*

80 Denique aduerto 1. mulieres in omnibus caſibus, in quibus diximus immunitatem non valere, ea non gaudere, quia iura vniuerſaliter loquuntur: & ſupponunt omnes DD.

81 Aduerto ſecundo non eſſe negandum poſſe caſum euenire, in quo videatur iure defenſionis naturalis, eſſe licitum reum alias per Gregorium gaudentem immunitate capere in Eccleſia, & punire, ſi ita bono cōmuni expediret, nec eſſet alia via euadēdi, & non eſſet recurſus ad Pontificem; ſed talis caſus magna indiget diſcuſſione, an talis ſit reuera; ſubditi tamen quando vident Principes timoratæ conſcientiæ, & pios ſic pro-

procedere, debent æſtimare magna diſcuſſione id facere, nec temere eos iudicare.

DISPVTATIO IX.

Quænam habeat priuilegia, ſeu immunitates confugiens ad Eccleſiam.

1 DIco primo cōfugiens ad Eccleſiam in caſu, quo gaudeat immunitate non poteſt ab ea inuitus extrahi, neque poteſt illi aliqua violentia fieri v.g. ligando illū, vel impediēdo ne habeat victualia, requiē &c. *ex l. præſenti c. de his, qui ad eccleſ. conf.* aut extrahendo ſi forte pedem extra Eccleſiam portat, vel habeat veſtes foris, aut manus, ita Couarr. *l. 2. var. c. 20. numer.* 12. & alij apud ipſum, & poſt Suar. *trac. 2. lib. 3. cap.* 12. *num.* 1. 2. & 3. omnes recent. citandi.

2 Immo, quamuis Iudex Sæcularis, dum examinatur ab ordinario, num reus gaudeat immunitate, poſſit extra Eccleſiam cuſtodiam apponere: vt docet Suar. *num.* 5. quem citandi DD. ſequuntur; non tamen poterit in Eccleſia cuſtodire, aut in tuto illum ponere ne fugiat. hoc nō tradit ſub his terminis Suarius; ſed docet Caſtropalaus *p. 11. nu.* 6. citans Suarium *num.* 2. forte ex eo, quod is abſolute dicat nō poſſe incarcerari &c. in Eccleſia exiſtentem. Bonac. *diſp. 3. q. 7. §. 5. de imm.* Fagundez 2. *p. eccl. l. 4. num.* 55. Diana *p. 1. reſ. 8. de immu. eccleſiar.* Peregrin. *de imm. cap. 12. n.* 8. Farinac. *de imm. eccleſ. cap. 19. nu.* 299. Megala 3. *p. lib. 4. cap. 2. q. 1. numer.* 29.

3 Dico ſecundo neq; poteſt ſpoliari rebus, aut bonis, quæ ſecum tulerit: niſi ea bona eſſent alterius, vt ſi mulierem alienam ſecum ducat, vel niſi arma prohibita contra legem ferret; poſſunt hæc auferri à Iudice laico: non enim in hoc defendere reum Eccleſia intendit; ita etiam Couarr. *num. vlt. §. 36. cap. 20. l. 2. var.* Suariū *num.* 3. ſequuntur Gambacurta *lib. 4. cap. 26. num.* 11. Villadieg. *Polit. cap. 3. nu.* 214. Graff. *t. 3. l. 3. conſ. vnico. n.* 19. *de imm. eccl.* Portelli *dub. reg. v. eccleſ. immunitas nu.* 15. Fagundez *de præ. eccl. pr. 2. l. 4. cap. 4. num* 55. Ioannes la Cruz *direc. conſ. p. 1. præc. 8. q. 3. art. 1. dub.* 1. Sanchez in opuſc. *t. 2. lib. 7. c. 1. dub.* 14. Villalobos *ſum. tom. 2. tra. 34. diff. 5. num.* 11. & nouiſſime eam tenet Curtelli *l. 1. q.* 8. validis probans rationibus; etiam poſt Bullam Greg. XIV. quia hæc tantum diſponit ne extrahantur rei, nec cōtrariatur Canonibus antiquis, & Iuribus Ciuilibus *l. 3 §. arma c. de his, qui ad eccleſ. ſ.* ab eccleſia non reprobatis.

4 Contra Farinac. *c. 16. num.* 248. hic Caſtropalaum *hic p. 9. num.* 10. fine Pereg. quem citat, & ſequitur Diana *tract. 1. de imm. reſ. 8. p. 1.* putantes non poſſe ſpoliari ſupradictis rebus à Iudice laico. Cæterum Suarij ſententia, & aliorum eſt tuta, & probabilis: tantum aduerto non debere Iudicem ſæcularem irrequiſito eccleſiæ Prælato intrare &c. niſi quando is culpabiliter nollet licentiam concedere, aut nollet reum armis &c. ſpoliare: vt in *diſ. ſeq. num.* 1. patet. at poſita ſententia Farinacij, & aliorum vix poterit dari caſus, in quo Prælatus denegans ingreſſum in eccleſiam Iudici volenti reum armis, ſpoliare, culpam committat, & ſic tutius tunc eſt ad ſuperiorem eccleſiaſticum recurrere, eritq; cōformius Epiſtolæ Cardin. Geiſi 24. Iulij 1634. quam Diana *p.* 5. ponit inter declarationes ſacræ congregationis.

5 Dico tertio dum confugiens ad eccleſiam ibi eſt, vel ſi exit fide data à Iudice de impunitate: non poteſt pæna corporali afflictiua damnari: ſed tātum pæna aliqua pecuniaria: vel non habente reo pecuniam, aliqua pæna miti, non exilij, carceris perpetui, vel triremium, aut ſeruiendi ei, cui iniuriam intulit: quia hæc pæna tātum pro raptore Virginum eſt impoſita *c. reum. 17. q.* 4. & nunc non eſt in vſu. vide Panor. & alios *c. inter alia. de imm eccleſiæ.* Suarium *hic num. 5. & 6.* ſequuntur omnes, vide Dianam *p. 6. tract. 1. reſ.* 33. contra

Sar-

Digitized by Google

Sarpum: vide etiam Marium Curtel. *q.12.l.1. cit.* qui re vera Suario non contradicit, dum ait poſſe, quando ita conuenirent Iudices laici, & eccleſiaſtici adhibita moderatione, & ad ſeditiones ſedandas.

6 Addo huic Suarij Doctrinæ hanc pœnam debere dari à Iudice eccleſiaſtico, quando reus nollet exire ab eccleſia, ita Farinac. *app. de imm. c.21. num.*338. & ea ſemel data: non poteſt iterum delictum puniri, aut Iudicari ex Decian. *l.6. cap.29. crim. num.* 6. & Farinac. *num.* 340. at de conſuetudine Iudex ſæcularis reum inquirit, & ſi non comparet, profert ſententiam tamquam in abſentem, quæ ob immunitatem eccleſiæ executioni non mandatur: ita ex Farin. & alijs Caſtropalaus *p.*11. *num.* 11.

7 Vide Curtelli *num.* 21. negantem poſſe talem pœnã per Iudicẽ eccleſiaſticum infligi, dum ille eſt in eccleſia, & putãtẽ, quod ſi foris eſt, poteſt capi à Iuſtitia ſæculari, & puniri.

DISPVTATIO X.

De pœna, & culpa extrahentium reos ab Eccleſia.

1 SVppono hìc grauiſſimum eſſe ſacrilegium reũ per vim extrahere, quando gaudet eccleſiæ immunitate: contra vero iure communi (iuxta, quod loquitur Suarius, nã iuxta Bullã Gregor. XIV. infra dicemus) non peccare Iudicem reum vi extrahentem in delictis non gaudentibus immunitate: aut ſi blanditijs &c. volentem reum ſecum foras ducat, Clericis cõtradicẽtibus: quia in primo caſu habet à iure facultatem, in ſecundo non fit contra immunitatem; quia tantum violentia prohibetur, nec beneficium immunitatis conceditur inuito, aut demũ; ſi habita legitime licentia Paſtorum eccleſiæ, nempe data ſecuritate, & iuramento de impunitate, quod ad vitam, membra, & corporalem pœnam, reum vi extrahat (ſi ſtet promiſſis, nam alias peccabit grauiter, & debet illum reſtituere cogique poterit ab eccleſia) ita Couarr. *d.l.2. cap.20. num.*18. Guid. Papa, & Guill. Bened. Nauarr. *cap.*15. *numer.*21. Syl. *ver. immunitas* 3. *q.*4. docet Suar. *cap.* 13. *ad num.*4. quem ſequũtur Decia. *l.6. cap.* 26. *num.*11. Farin. *app. cap.*19. *num.*301. Bonac. *diſp.*3. *q.*7. *de im.* §.2. Caſtropal. *p.*11. *nu.*3. & 5. *pun.*12. *n.* 1. Marius Curtelli *l.*1. *q.*14. id tenens in terminis Bullæ Greg. de qua infra.

QVÆRES I.

An Iudex extrahens reum gaudentem immunitate, teneatur reſtituere illum Eccleſiæ, & reo ſatisfacere.

2 REſpondeo affirmatiue, & quidem, quod teneatur reum Eccleſiæ reſtituere, eſt manifeſtum; nam alias non reſarcitur iniuria illi facta, nec ſi Iudex dare velit cautionem de indemnitate rei, eſt audiendus: donec ipſum Eccleſiæ reſtituat, & ad hoc cenſuris eſt compellendus. eſtque communis omnium ſententia cum Suario hìc *num.*6.

3 Addo quod eſt ex mente Suarij, dum abſolute ait Eccleſiæ reſtituendum eſſe, ſufficere ſi Iudex alteri Eccleſiæ ab ea, à qua reum abſtraxit illum reſtituat, vel Epiſcopo, aut eius Vicario, ita Caſtropalaus *p.*11. *n.* 13. Bonac. & alij apud ipſum, quamuis Diana citet Farinacium *tom.2. conſil.* 168. *num.* 49. diſtinguentem, quod ſi reus petat reſtitui ad eamdem Eccleſiam debet illi reſtitui: contra vero ſi non petat, & placet mihi hæc diſtinctio, nec eſt contra hanc declaratio Cardinalium *an.* 1632. quam citat Barboſa *lib.2. de iur. eccleſ. cap.* 3. *numer.* 54. quia poteſt ſic intelligi.

4 *Quod teneatur ad reſtitutionem bonorum, expenſarum, ac rerum ſublatarum reo.*

Probatur, quia dum extrahit illum de Eccleſia, quando non poteſt facit

facit illi iniuriam cōtra Iuſtitiam commutatiuam; ergo tenetur ad reſtitutionem omnium prædictorum bonorum, & præterea famæ iacturæ honoris &c. iuxta regulas in tract. de Iuſtitia ob iniuſtam damnificationem; niſi proceſſerit ex ignorantia excuſabili, vel ex probabili Doctorum opinione, in quo maxime debet attendere: ne potius trahatur à ſua voluntate. hæc conſequentia eſt manifeſta. Antecedens probatur, quia exiſtens in Eccleſia eſt extra Iudicis ſecularis territoriū: ex *cap. Epiſcopus de off. ord. in 6.* ergo non habet in eum iuriſditionem ex *cap. 2. de conſti. in 6. & lib. vltim. ff. de Iur. omn. iud.* ergo facit illi iniuriā contra Iuſtitiam commutatiuam.

5 Confirmatur, quia quamuis Priuilegium immunitatis ſit Eccleſiæ conceſſum principaliter: tamen redundat in reos quatenus ibi ſunt, nec Canones excludunt hanc Iniuſtitiam, quamuis ſolum dicant eſſe ſacrilegium: nam ſolum agunt de hoc peccato quatenus ipſis contrarium eſt, vel ſecundū ſuam primam malitiam, vt etiam videtur conſiderasse D. Thomas 2. 2. *q. 99. art. 2. ad 3.* hæc Suar. *d. cap. 13.* quem ſequuntur Farinac. *in app. de imm. c. 20.* Ambroſ. *de imm. cap. 15. num. 7.* Bonac. *quæſt. 7. de immun. §. 6. num. 1.* Caſtropal. *p. 11. num. 14.* & alij.

6 Immò addo non ſolum Iudicem per vim extrahentem teneri ad reſtituendum reum Eccleſiæ &c. ſed alios etiam priuatos, reos extrahentes vi, aut dolo: quamuis ſi Iudex eos inueniat extra Eccleſiam extractos per vim ab alijs, vel per deceptionem v. g. dicendo hæc eſt Eccleſia, & non illa, vt accidit annis elapſis, poterit eos capere; ſi Iudex eos nō miſit ad decipiendum, vel capiendum: quia re vera is non decepit; ſed foris inuenit. ita Suar. quem quoad extractum dolo, vel blanditijs ſequuntur Decian. *l. 6. cap. 26. num. 11.* Fagund. *l. 4. cap. 4. nu. 56. in 2. Eccleſ. præc.* Bonac. *§. 2. v. 6.* & alij: qui tamen oppoſitum tenent quando vi ab alio eſt extractus cum Diana *p. 1. de immun. Eccleſiar. reſ. 16.* citante Megalam, & Peregrinum ſentientes non poſſe carcerari reum, etiam ſi tantum dolo fuerit extractus ab alijs, & non à Iudice: ſed nouiſſime hanc Suarij ſententiam; etiam de extracto ab alijs per vim latius explicans Suarij probationes ſequitur Curtelli *l. 1. quæſt. 16. de pri. & re. Eccleſ. immunit.* quod habet verum etiam poſt Bullā Greg. XIV. quia de hoc caſu non loquitur, & de extracto per dolum *q. 26.* vbi citat Duardum in Bullam Cœnæ *l. 2. can. 15. quæſt. 16. nu. 34.* Filiuc. *to. 1. tract. 15. cap. 6. num. 154.*

QVÆRES II.

An actus capiendi reum per vim ab Eccleſia ſit nullus, & omnes actus Iudiciales poſtea facti.

7 RESpondeo affirmatiue; quia illa extractio non eſt actus iuriſditionis: ſed violentiæ, & ſic reus non tenetur reſpondere veritatem, ſicuti ſi eſſet interrogatus in Eccleſia, & per conſequens Iudex non interrogat Iuridice. ita Suarez *c. 13. num. 12.* cum omnibus citatis Doctoribus.

8 Hinc infertur poſſe reum reſiſtere, ne capiatur, armis, & alia vi, quod tamen non debent facere clerici; ſed tantum debent claudere oſtium, cenſuras fulminare, & alia media vim Iudicis repellentia, adhibere abſque eo, quod ipſi armis pugnent, vel Laicos ad arma capienda conuocent: niſi in caſu valde vrgenti, ita poſt Suar. cit. Recentior. cum Mar. Ital. *l. 1. cap. 6. §. 2. n. 45.* Bobadi. *l. 2. c. 15. n. 3. p. 1. ſuæ polit.*

(:§:)(:§:)

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES III.

Quaſnam pœnas incurrant extrahentes reos ab Eccleſia.

9 RESpondeo iure communi ciuili olim fuiſſe pœnam capitalem: tanquam contra reos læſæ Maieſtatis, quæ hodie non eſt in vſu: de iure vero Canonico pœnam pecuniariam, *ex c. ſi quis contumax* nulla autem videtur cenſura impoſita. videte D.Thomam 2.2.*q.* 99. *artic.* 4. quē citat,& ſequitur Suar.*nu.*7.*c.*13.

10 At poſt conſtitutionem Gregorij XIV. ante quam ſcripſit noſter Suarius; verius eſt ipſo facto incurri excommunicationem, ab ipſo Iudice mandante, vt reus extrahatur; à ſatellitibus, & alijs priuatis perſonis per vim extrahētibus, ſeu attentantibus extrahere: quia Bulla Gregorij dicit ipſo facto incurrere pænas canonum, inter quas eſt excommunicatio ferenda: ergo ad hoc vt ly *ipſo facto* aliquid operetur probabilius eſt, quod incurratur ipſo facto, à qua poteſt Epiſcopus, & alius confeſſarius de eius facultate abſoluere; cum nullibi habeatur vt ſit Papæ reſeruata, vt voluit Farinac.*in app.c.* 20.*num.*315.ex quadam decl.Cardi. *Anno* 1617. ita Genuen. prax. Arch. *cap.*26.*num.*7.Mar.Ital.*l.*1.*cap.*6.§.2, *num.*38.hic Caſtropal.*p.*12.*numer.*7. Bonac.*d.diſp.*3.*q.*7.§.6.*n.*8, Peregrin, *cap.*14.*nu.*7.Ambroſ.*hic.cap.* 15.*n.* 6, & expreſſe tenuit Diana *p.*1. *reſ. vltima*; nam relata priori ſententia negatiua, affert hanc,& ſoluit argumēta incontrarium: ſed *in* 6.*par.tract.*1. *reſol.*34.negat ſe in ea ſententia fuiſſe, quidquid ſit de eius opinione, certe quæ affert iam ſoluta fuere à Caſtropalao.*loc.cit.*nec Epiſtola Cardinalis Galli ad Epiſcopum Liparenſ. cogit à ſententiā hac recedere, cum ibi non dicat, quod non poterat: ſed quod nō debebat abſoluere,& ſi fuiſſet Papæ reſeruata, cur Cardinalis Gallus non dicit, quod iterum, vel à Papa, vel ab Epiſcopo de eius licentia abſoluatur? nā abſolutio fuiſſet nulla. eſt contra Gambacurtam, *l.*8.*c.*13.& quēdā Recētiorē hic, qui quāuis aſſerat *q.*51.non eſſe excommunicationē Papæ reſeruatam; tamē putat nō incurri per attentationem *q.* 15. ſed eius fundamentum, quod ſcilicet Papa loquatur de illis, qui vigore Priuilegiorum extrahūt, corruit ex dictis *q.*1.*diſp.*8.

DISPVTATIO XI.

Quomodo poſt Bullam Gregorij XIV. tradendi ſint Iudici ſæculari confugientes ad Eccleſiam, quando non gaudent eius Immunitate.

HANC queſtionem inſtituo preter dicta ex Suario, quia is, vt alias dixi, ſcripſit ante Bullā Gregor.

1 Dico igitur primo, quando reus immunitate non gaudet, non poteſt Iudex ſæcularis propria auctoritate illum capere niſi, quando Epiſcopus requiſitus culpabiliter nollet dare, tunc enim poteſt reum extrahere, & in carcere eccleſiaſtico retinere, donec decidatur an gaudeat immunitate. ita Farinac.*app.de imm.c. vltim. num.*359.Mar.Ital.*l.*1.*cap.*8.*numer.* 8. Ambroſ. *de imm. cap.* 14.*per totum*. Duar.in Bullam cœnæ *l.*2.*can.*15. *q.* 16.*num.*31.Lazar.*tract.de blaſph.q.*5. *numer.* 71. Farinac. Zipæus *in anat. iur.Can.l.*3.*de Imm.Eccleſ. numer.* 12. quem citat,& ſequitur Diana *trac.*1. *p.*1.*reſ.*14.& loquūtur; etiam ſi conſtaret, quod reus non gaudeat immunitate. Nec in hoc eſt audiendus quidā Recētior *q.*14.*l.*1.quia fūdatur in illo falſo principio, quod communi iuri per Gregorium non derogatum ſit.

2 Dico ſecundo ſolus Epiſcopus, vel eius Vicarius Generalis, poteſt hanc licentiam concedere,& debet eſſe interuētus perſonæ eccleſiaſtice ha-

habentis ab eo auctoritatem. & in loco exempto ſub poteſtate alicuius ordinarij; Epiſcop' vicinior, aut eius Vicarius; & hi poſſunt reos tradere abſque vlla cautione præſtanda à Iudice, ſine formidatione irregularitatis. Ita expreſſe Gregor. XIV. & tradunt doctor. cit. cum Bonacina *diſ.* 3. *quæſt.* 7. *§.* 7. et alij apud ipſum, Caſtropalaus *p.* 13. *num.* 3. Quod ſi conſtaret non commiſiſſe delictum ſufficiens; eſt reſtituendus Eccleſiæ per Iudicem ſæcularem, vt optime dicit Diana *reſol. quæſt.* 7. *par.* 4. cum Ant. de Marinis.

QVÆRES I.

An poſſit Epiſcopus reum tradere, ſi tantum coniecturis, & præſumptionibus probabiliter cognoſcat reum non gaudere.

3 REſpondeo non poſſe: ſed requiri probationē concludentem. quia dum non conſtat eſſe caſum exceptum, iniuſte reus aufertur ab Eccleſia, quæ habet ius tutandi omnes niſi in caſibus exceptis. Ita Bonac. Farinac. Marius Ital. *loc. citat.* Merenda *conſ.* 585. *vol.* 2. *num.* 7. Rimin. iun. *con.* 685. *n.* 9. *lib.* 6. Auerdan. *de exeq. mand. p.* 1. *cap.* 22. *num.* 9. quos ſequitur Barboſa *l.* 2. *cap.* 3. *de iur. Eccleſ. num.* 168. dicens eſſe pro hac ſententia omnes fere Doctores. Diana *p.* 3. *reſol.* 38. *tract.* 1. alios citans.

4 Vbi aduerte poſt Bullam Gregor. certum eſſe cognitionem an gaudeat reus, pertinere ad Epiſcopum, vel ad deputatum ab eo, vt notant citati Doctores præſertim Diana cum Caſtropal. *p.* 13. *num.* 7. Bene extendit Diana *p.* 6. *reſol.* 30. hic, cognitionem huius cauſæ ad Epiſcopum electum, & confirmatum, ad Vicarium Capituli Sede Vacante, quando eſt delinquens in eorum Diœceſi. vide Peregrinum *de immu. cap.* 3. *à num.* 33. contra Italiam *l.* 1. *cap.* 6. *§.* 1. *num.* 88. & *num.* 42. ſicuti ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat cognoſcere, an locus ſit Sacer, & Religioſus, ad hoc, vt reus gaudeat. Marius Giurba *conſ.* 10. *num.* 7. & alij contra Pereiram de manu regia *p.* 2. *cap.* 56. *num.* 16.

QVÆRES II.

An Iudex eccleſiaſticus teneatur ſtare proceſſui facto à Iudice Laico in cognoſcendo, an Reus gaudeat immunitate.

5 REſpondeo non teneri, ſed poſſe præſertim, quando informatio fuit capta à Iudice ſæculari ante, quam reus ad Eccleſiam confugerit; tunc enim non eſt ſuſpicio falſitatis. ratio eſt; quia per Bullam Gregorij cōceditur Epiſcopo facultas cognoſcendi de qualitate delicti. ergo poteſt ſumere probationes. ita Farinac. *conſ.* 76. *num.* 1. & *cap. vlt. num.* 375. *in app. de immun.* Bonac. *diſ.* 3. *quæſt.* 7. *§.* 7. *num.* 3. qui videtur ſentire non poſſe Epiſcopū ſtare proceſſui Laicorum; ſed in Regno Siciliæ obſeruatur pro praxi, vt Iudex eccleſiaſticus ſtet proceſſui Laicorum teſte Caſtillo *deciſ.* 156. *num.* 1.

6 Debet tamen Iudex eccleſiaſticus, citare reum ad ſe defendendum: quia licet immunitas primario ſit conceſſa Eccleſiæ, tamen directe etiam, & per ſe competit delinquentibus. ita Farinac. *conſ.* 16. *à num.* 48. Caſtropalaus *num.* 11. & 12. Peregrinus *de immunit. cap.* 3. *à nu.* 9. Diana *p.* 4. *tract.* 1. *reſol. vlt.* contra Nouarium, Merlinum, & alios, apud Dianam putantes citandam eſſe Eccleſiam, ſeu Fiſcalem Procuratorem eius, non tamen reum, at conueniunt, quod ſi reus nō citatus compareat, ſit audiendus.

***

(:+:) : (:+:)

Digitized by Google

QVÆRES. III.

Qualiter procedere debeat Epiſcopus in danda ſententia.

7 DE hac vide Farinacium *conſ. 168. à num. 63.* breuiter autem dico non eſſe neceſſariam libelli exhibitionem, ac litis conteſtationem. quia hæc cauſa poteſt ſummarie tractari, at debet dilationes ſufficiẽtes delinquenti, & Eccleſiæ concedere, vt ſe defendant, & proceſſum publicare. vide Caſtropalaum *p. 13. hic num. vltimo.*

QVÆRES IV.

An reus poſſit à ſententia Epiſcopi appellare, vel Iudex.

8 REſpondeo, ſi detur ſententia contra reum, puto nõ prodeſſe appellationem. ducor, quia in Bulla dicitur ipſum eſſe tradendum *quacumque appellatione propoſita*, & Epiſcopus deferens appellationi huiuſmodi incurrit pœnas impoſitas contra violatores immunitatis, & grauiter peccat contraueniendo Papę pręcepto, vt tradit Gambacur. *lib. 8. cap. 12. nu. 15.* qui bene addit limitationem, niſi forte Epiſcopus ex odio declaraſſet, delictum non gaudere immunitate; & adde, vel eſſet error manifeſtus in ſententia data, quod reus non gaudeat, tunc enim Epiſcopus tenetur appellationem admittere, & vt ſcandalum vitet, & ne videatur contemptor Pontificis decreti aliquẽ prætextũ coloratũ afferre, at ſi detur in fauorẽ rei poterit Iudex laicus appellare; id enim eſt commune in omni ſententia, nec in Bulla contrarium innuitur. ita Bocina citatus à Diana *reſol. 97. tr. 1. p. 4.* ſed non potui in eo loco à Diana citato, id videre nempe *diſp. 3. de legibus quæſt. 7. p. 7. nu. 11.* citat etiam Diana Guazzinum *de modo defend. reos tom. 1. defen. 1. cap. 31.*

FINIS LIBRI QVARTI.

TRAC-

Digitized by Google

TRACTATVS SECVNDVS
DE
VITIIS RELIGIONI
CONTRARIIS, AC PRÆCEPTIS,
quibus illa prohibentur.

ACturi de vitijs Religioni oppoſitis, ad tria capita ea reducimus, ad Irreligioſitatem, Superſtitionem, & Sacrilegium. In quorum explicatione præcepta negantia omnem deformitatem contra diuinum cultum patebunt.

LIBER PRIMVS
DE
IRRELIGIOSITATE,
ET EIVS SPECIEBVS.

DISPVTATIO I.

Quid ſit Irreligioſitas, & quotuplex.

NOMINE Irreligioſitatis intelligimus quodlibet vitium, per quod Deo irreuerentia exhibetur: quod tripliciter poteſt conſiderari, & intelligi.

1 Primo modo quatenus conuenit ſub vnica hac ratione irreuerentiæ Deo exhibitæ, & vnico conceptu poteſt concipi, & ſic eſt genus generaliſſimum continens ſub ſe varia genera vitiorum v. g. idololatriam, ſacrilegium, periurium, blaſphemias &c. ſingula enim horum ſunt Irreligioſitas, neq; vnam malitiam ſpecificam continet, alias in confeſſione blaphœmiæ, & periurij v. g. ſatis eſſet dicere cōmiſſi duas Irreligioſitates, quod eſt abſurdum ex omnium ſenſu, & ratio eſt quia Irreligioſitas hoc modo accepta complectitur omnem materiam Religionis, & omnem modum deſtruendi in illa honeſtatem Religionis, quod non accidit in vitijs alijs cōtra Religionem, nam v. g. ſacrilegium non opponitur reuerentiæ Dei in ſe. Periurium non opponitur adorationi

Digitized by Google

&c. at Irreligioſitas hoc modo accepta omnib' modis Religioni opponitur, quatenus omnes has ſpecies,& genera media includit.

2 Secundo modo vniuerſaliſſime accepta poteſt accipi Irreligioſitas, quaten' opponitur Religioni, provt ea reſpicit cultum Dei in ſe,& ſuum primarium obiectum: & ſic omne vitium, quod cultum ipſius Dei irreuerenter,ac male tractat poteſt dici Irreligioſitas,pro vt diſtinguitur à ſacrilegio, per quod male,& irreuerenter tractantur res Deo ſacratæ: quæ ſane irreuerentia eſt diſtincta à prima. quis enim non videat peius eſſe Deum in ſe irreuerenter tractari quam in ſuis rebus? & ſic erit veluti genus medium continens ſub ſe alia genera ſubalterna, & ſtat ſub genere generaliſſimo Irreligioſitatis ſupra dictæ.

3 Tertio deniq; modo poteſt vſurpari hoc nomen magis ſtricte,nam in ipſa irreuerentia Deo exhibita poteſt peccari,vel per exceſſum, vt dicemus cum de ſuperſtitione, vel per defectum,quãdo ſcilicet in actu quo Deus in ſe colendus eſt, defectus committitur, & hoc modo Irreligioſitas eſt à ſuperſtitione diſtincta, eſtque veluti genus vltimum continens ſub ſe varias ſpecies Irreligioſitatis,nempe tentationem Dei, periurium, Blaſphœmiam, infidelitatem, ſeu perfidiam in promiſſis Deo factis,ingratitudinẽ ad Deum: omnes defectus,qui in oratione contingunt: (vt malitiam diuinæ iniuriæ, quæ in omni peccato includitur,omittamus, de qua Suarius *in 4. tom.3. part.*diſputat.) hæc Suarius *tract.3. lib.1. cap.1. tom.1. de rel.* cuius doctrinam omnes fere citandi DD. ſequuntur, aut ſupponunt: dum agentes de Irreligioſitate prædictas ſpecies, vt diſtinctas numerant. nos eas de quibus Suarius in hoc opere tractat percurremus.

DISPVTATIO II.

De Tentatione Dei.

1 NOn loquimur hic de tentatione Dei actiua,qua Deus dicitur tentaſſe v.g. Abraham,vt palam fieret alijs, hominum virtus non adhoc,vt ipſe illam cognoſcat iuxta communem expoſitionem in illo *Gen. 22. Nunc cognoui*: id eſt nunc cognoſcere feci; ſed de tentatione Dei paſſiua, qua is ab homine tentatur, quod dupliciter poteſt fieri primo modo illum prouocando ad iram, iuxta *Pſal.77. tentauerunt, & exacerbauerunt Deum*, vt ibi notat Janſen; quæ tentatio non habet ſpecialem malitiam, vltra eam, quam habent peccata, quibus ad iram illum prouocamus, vel quando volumus veluti inducere Deum ad aliquod malum v. g. oramus, vt auxilium præſtet ad concubinam inueniendam,&c. cuius peccati malitia aduerſatur proprie orationi, & hæc dicitur tentatio inductionis; qua dicitur Deus neminem tentare.

2 Secundo modo poteſt Deus tentari,quando, quis aliquid petit, aut facit, vt ſumat aliquod experimentum de ipſo Deo: an ſit bonus v. g. veridicus &c. quod eſt intrinſece malum, & dicitur proprie tentatio Dei ad differentiam tẽtationis Dei, qua quis dubitans de effectibus Dei ad extra, qui ex libera eius voluntate pendent, tentat hos ſcire v. g. an Deus velit,vt fiat Religioſus, poteſt enim id aliquando bene facere, vt dicemus, & eam appellabimus tentationem voluntatis,aut actionem Dei, hæc Suar. *trac.3. lib.1. cap.2.* cum Diuo Thom. 2.2. *q.97.* quem omnes ſequuntur ex recentioribus. quoniã autem hæc tentatio poteſt fieri ex expreſſa intentione explorandi Dei attributum &c. vel non ex expreſſa.

(:) : ✝ : (:)

Digitized by Google

QVÆRES I.

An, & quale peccatum ſit tentatio Dei expreſſa, & formalis.

3 DIco primo tẽtare Deũ expreſſe, & ex formali intentione experiendi aliquod eius attributum, eſt per ſe graue peccatum, (niſi fiat ex ſubreptione, vel ex ignorantia inuincibili) formaliter contra Religionem, cauſaliter prouenit ex infidelitate, & tandem reduci poteſt ad defectum orandi ex parte materiæ orationis, quæ debet eſſe de re licita, vt dicemus *tract.* 3. *lib.* 1. nam; etiam tentatio Dei factis exhibita eſt quædam oratio interpretatiua, dum homo habet deſiderium experiendi, & facit illud opus.

4 Et quidem, quod ex infidelitate procedat patet; nam procedit ex dubio, & dubi⁹ in fide eſt infidelis; quod autem ſit cõtra Religionem formaliter patet, quia diuerſus actus eſt dubitare de Deo, & in hoc ſiſtere, ac ex vi illius dubij vlterius procedere, illum tẽtando, & petendo modum nouum cognoſcendi eius attributum. Primus eſt actus infidelitatis: ſecundus irreuerentiæ, & contra Religionem. Vnde ſemper erit mortale ex parte materiæ: vt dixi. nec obſtat hunc actum eſſe imperatum ab infidelitate, quia poteſt habere malitiam ex ſuo obiecto *ex* 1.2. ita S.Thom. 2.2.*q.d.*97. Gaet. ibi Valentia *diſp.*6.*q.*14 Azor. *t.*1.*l.*9.*inſt. mor. c.*2.*q.*7. & alij comm. Suarium hic *c.* 2. ſequuntur Caſtropal. *tom.* 3. *diſp.*2. *de tent. p.*1. Sanches *ſum. lib.*2.*cap.* 34. Bonac. *diſ.*3.*de dec. praec. q.*9.*pu. vnico* Reginal. *lib.*1.*cap.*2.*tract.*3.*numer.*24. Clauis Regia *lib.*4.*cap.*7.*num.* 12.

5 Hinc infertur non eſſe peccatum tẽtationis Dei ab eo petere aliquod ſignum ad cognoſcendam aliquam veritatem non ſufficienter propoſitam, vel naturalem, quã quis ignorat, vt Gedeon. 6. *Iud.* feciſſe dicitur ibi; *da mihi ſignum, quod tu ſis, qui loqueris ad me*, aut cum quis eſt omnino certus de veritate; tamen poteſt deſiderare, & petere maiorem illuminationem per aliquod ſignum, vel ad aliorum eruditionem, quod etiam multi fecerunt, vt Abraham *Gen.* 15. ibi *vnde hoc ſciam.* Gedeon. *Iud.*6. qui duplex ſignum petijt Velleris poſt fidem acceptam, nec à Deo fuit reprehenſus, & Deus ipſe inſpirat ad petendum Iſai. 7. *pete tibi ſignum à Deo tuo.*

6 At ſunt neceſſariæ debitę circumſtantiæ: prima eſt ex parte finis, vt veritas illa ſit neceſſaria ad ſalutem, ſaltem aliorum, vel ad voluntatem Dei implendam. Secunda, vt non omittantur media ordinaria v. g. petere à viris doctis &c. tertia vt fiat cum humilitate ex Gaet. 2.2.*q.*97.*a.*2. non determinando Deum ad hoc potius ſignum, quam ad aliud, quod ſi aliqui ſancti id fecerũt, vt Elias, id ex peculiari Dei inſtinctu factũ credimus. Ita Suarius ab omnibus receptus, præſertim à Sanchez ſupra ad vnguem.

7 Dico ſecundo tentare Deum volẽdo indebite, & irrationabiliter noſſe voluntatem Dei in aliquo caſu, & ob id expreſſe aliquod ſignum petere, quamuis ſit minus peccatum tẽtatione primo modo *n.*3. *dicta*; cum non contineat dubitationẽ de Deo, neque craſſam ignorantiam: tamen eſt per ſe, & ex genere ſuo peccatum mortale contra Religionem, quia multum derogat Diuinæ reuerẽtię, eſtque proprie tentatio Dei, cum ſit exploratio Diuinę volũtatis expreſſe intenta per modum improportionatum, & præterea poteſt eſſe mortale ex fine malo, vel ex aliorũ ſcandalo. Ita Gaet. *ſumma v. tentatio Dei.* Toletus *l.*4.*c.*19. & alij cum Suario *d. tract.*3.*lib.*1.*cap.*2. *à num.*9. quem ſequitur Sanchez *lib.* 2. *c.* 34 *num.*8. Caſtropal. *diſp.*2. *par.*1. *hic* Bonacina *loc. cit. num.*4. Clauis Regia *lib.*4.*cap.* 7. *numer.* 12. & 14. Leſſius *lib.*2.*cap.*45.*dub.*1. & alij.

Quamuis non deſint, qui putent

teſte

teſte Suar. eſſe tantum veniale peccatum, cum non fiat grauis iniuria Deo, & proprie nõ eſſe tentationem, cum non procedat ex infidelitate: ſed Suarij ſententia eſt inter Recent. communis, vide infra *num.* 15.

QVÆRES II.

In quo conſiſtat tentatio Dei interpretatiua.

8 RESpondeo cum D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 97. & omnibus ibi: tentationem Dei interpretatiuam eſſe, quando aliquis, & ſi non intendat ſumere experientiam de Deo: tamen petit, vel facit aliquid, quod ad nihil aliud eſt vtile, niſi ad probandam Dei poteſtatem, & bonitatem; vt in exemplis *num.* 10. apponendis patebit.

9 Vnde vides, quod ad hoc, vt aliqua operatio ſit tentatio Dei interpretatiua; neceſſarium eſt, vt fiat cum aliquo ordine ad Deum, ex intentione operantis: nam alias non erit tentatio Dei, vt ſi quis ex quadam temeritate ſe proijciat in ignẽ, vt comburatur, hic non dicitur Dei tentator, ſed ſui occiſor; niſi velit incolumis euadere ſine concurſu cauſarum ſecundarum, vt eſt intelligendus Caet. dum *ar.* 1. *d. qu.* 97. ait formale huius tentationis Dei interpretatiuæ conſiſtere in hoc; quod quis ſine vtilitate, vel neceſſitate, reſpuat cauſas ſecundas: intellige, inquam, & vult effectum; hæc Suar. *lib.* 1. *tract.* 3. *cap.* 3. *vſq. ad nu.* 5. quem laudat Sanchez *in ſum. li.* 2. *cap.* 34. *num.* 2. Trullench. *in decal. lib.* 1. *c.* 11. *dub.* 4. *num.* 3. & alij.

Afferuntur exempla aliquot tentationis Dei interpretatiuæ.

10 VAria ſolent à Doctoribus, & Sacris Canonibus exempla tradi; non quia alia ibi non poſita, non ſint mala, & prohibita: nam prohibitio ratione materię ęquiualet vniuerſali ex Abb. Anch. & alijs *cap.* 3. *de purgat. vulgari*, & quidem interpretatiue tentat Deum, qui vellet ſine cibo, & potu per longum tempus vitam ſuſtinere, vel nolit vti remedijs debitis in graui morbo, vel ad actionem aliquam honeſtè exercendam, vel ſi concionetur omiſſa præuia conſideratione, vel ad orationem accedit ſine præparatione, vnde dicitur *Eccl.* 1. *c.* 6. quaſi tẽtans Deum.

11 Similiter tentant implicite Deum qui ferrum cadens, &c. tangunt ad ſuæ innocentiæ probationem, vel duellum inſtituunt.

12 Nec refert, quod aliquando Deus miraculo confirmarit purgationem delicti, ex Mart. del Rio *l.* 4. *diſq. mag. cap.* 4. *quæſt.* 2. *ſec.* 3. nam Deus voluit innocentiæ fauere, etiam ſi illi male fecerint. & in lege veteri *Num.* 5. Deus tradidit hũc purgationis modum, vnde tunc ſic facientes non dicebantur tentare Deum, nam vtebantur medio ab ipſo conſtituto. ſicuti, nec diceretur tẽtare Deum, qui ex ſpeciali Dei reuelatione *nunc* opus miraculoſum à Deo vellet; & quamuis purgatio per ſuſceptionem Euchariſtiæ olim fuerit licita *ex C. ſæpe* 2. *q.* 5. & nunc verius ſit, non eſſe datam prohibitionem; tamen non eſt conueniens propter periculum irreuerentię Sacramenti hæc omnia Suar. quem *d. l.* 1. *tr.* 3. *c.* 3. cit. DD. ſequuntur cũ Valentia 2. 2. *di.* 6. *q.* 14. *pu.* 1. Clau. Reg. *l.* 4. *c.* 7. *n. vlt.* & alijs.

13 Addo Suarij dictis, & ſane ex eius mẽte, eſſe tentationem Dei ſe offerre martirio in cõfirmationem fidei, quando martyrium nõ eſt ſub præcepto, vt cum eſt neceſſarium ad fidem multorum; vel quando non eſt ſub concilio, quod tunc eſt quando ex eo nil aliud, niſi Dei exaltatio, & fidei conſequitur. ita Sanchez *l.* 2. *cap.* 34. *num.* 15. cum Nauar. *cap.* 11. *num.* 4. Lud. Lopez 1. *p. inſtru. cap.* 41. & alijs, quia prouocantur infideles abſque iuſta cauſa, ad grauiter peccandum.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES III.

Quale peccatum ſit tentatio Dei interpretatiua.

14 Reſpondeo eſſe peccatum contra Religionem ſpecie differens à tentatione expreſſa, quæ procedit ex aliqua dubitatione, hæc autem ex nimia confidentia: ratio eſt, quia in eo modo operandi interuenit ſaltem virtualis imploratio Diuini auxilij indebita, & impertinens ad Dei honorem; ergo eſt contra reuerentiam ipſi debitam, vnde etiam merito à Theologis appellatur modus iſte procedendi tentatio Dei interpretatiua ex Augu. *l.* 22. *contra Fauſtum c.* 96. ſic Suar. *d.c.*3.*l.*1.*tr.*3. & poſt eum Caſtrop.*t.*3.*d.*2.*pu.*1. hic Sanch.*d.l.*2.*cap.*34.& alij.

15 Verum an ſemper hoc peccatum ſit mortale, & non poſſit eſſe veniale non ſatis explicat Suarius, quamuis id videatur ſupponere; vnde miror Caſtropalaum *num.*9. vbi probat tentationem Dei interpretatiuam ſemper eſſe peccatum mortale, citare Suarium *c.* 2.*nu.*16. is enim ibi loquitur de tẽtatione expreſſa voluntatis Dei cognoſcendæ abſq; dubio eius potentiæ &c. non autem de interpretatiua tentatione. puto igitur non eſſe ſemper peccatum mortale cõtra Religionem, niſi quando magna eſt temeritas illa, à qua procedit; quia non habet rationem tantæ irreuerentiæ; cum non ſit expreſſa tentatio. atq; hanc partem docet à fortiori Toletus *l.* 4. *c.*19.*n.*7. vbi ait etiam tentationem expreſſam eſſe peccatum veniale, *quando dubium eſſet leue, & non omnino deliberatum*, vel quando *materia eſt leuis*, & ſic bene dixit Caſtropalaus *l. c.* Toletũ loqui de tentatione interpretatiua. docet etiam Sayrus *clau. reg. lib.* 4. *cap.*7.*num.*14.& Sanch.*l.*2.*ca.*34.ſupponit dum *num.*16. ſine ait eſſe mortale prædicare ſine cauſa, & præuia meditatione, *quando animo Dei tentandi id fieret, ſecus ſi nõ eo animo, nec ſcandalum notabile ſequatur, & n.*15. ait mortaliter peccare offerendo ſe ad martyrium, quia eſt tentatio interpretatiua in rè graui: ergo aliter diceret, *ſi eſſet in re leui*, & *num.*15. ait cum Leſſ. *l.* 2. *c.*45. *dub.*1.*num.*4. eſſe veniale in leui morbo nolle medicinis vti ſperãdo vane ſalutem à Deo, non petito miraculo, & idem tenet Trullench. *l.*1.*in decal.cap.*11. *dub.*4. *num.*4.

Argumento Caſtropalai contra Sanchez allato ſatisfit.

16 Obijcit Caſtropalaus ad probandum tentationem Dei etiam interpretatiuam numquam poſſe eſſe veniale peccatum; & eſſe intolerabile hoc Sancij exemplum; tota malitia huius tẽtationis æquanimiter procedit ex ſigno leui expoſtulato in liberationem leuis periculi; ac procedit in ſigno graui pro grauis periculi liberatione expoſtulato: ſed cum graue ſignum pro liberatione grauis periculi indebitè expoſtulatur, omnes docent peccatum mortale committi: ergo etiam committitur cum leue ſignum pro leui periculo expoſtulatur. Maiorem probat; quia malitia huius vitij in eo ſita eſt, vt opus facias, quod ad nil aliud vtile eſt, niſi ad probandam Dei bonitatem, & poteſtatem; ſed ad hanc probationem impertinens eſt, eſſe opus graue, vel leue, magnũ, vel paruum. Immò quo effectus vilior eſt, eo magis videtur irrogari iniuria Diuinæ omnipotentiæ.

17 Reſpondeo hoc argumentum nõ æquè probare de tentatione Dei expreſſa, & interpretatiua; vt erat concluſio poſita à Caſtropalao. Sed tantum de expreſſa, quod vltrò concedo: nam ſi loquatur de tentatione Dei interpretatiua nego maiorem, quia hęc eſt quæſtio probanda à Caſtropalao. Ad eius probationem diſtinguo maiorem malitia huius vitij in eo ſita eſt &c. ſi loquamur de tentatione expreſſa, & formali nego maio-

maiorem; de tentatione interpretatiuâ, concedo maiorem. Nam malitia tentationis expreſſæ nõ conſiſtit in hoc tantum, ſed requiritur formalis, & expreſſa intentio experiendi Diuinam potentiã, v. g. Deus eſt potens, ſanabit me ſine vllo remedio: & ſic valde differt à tentatione interpretatiua; per quam, licet fiat opus, quod in ſe nõ eſt ad aliud, niſi ad Diuinam potentiam experiendam; tamen non prouenit ex ea praua intentione; ſed potius ex nimia cõfidentia Diuinæ potentiæ, vt dictum eſt ex Suario: quia autem hæc confidentia eſt irreuerentia, & irreligioſitas contra Deum; inde eſt, vt ſit ex genere ſuo graue peccatũ. cum hac tamen limitatione, quod quo maior eſt temeritas, eo grauius ſit peccatum; quo minor, eo magis malitia decreſcat. & quia poteſt hæc ratio irreuerẽtię, ſeu audaciæ, in ſperãdo Diuino auxilio, eſſe parua; ideo dicimus cum Sanchez, quod poſſit eſſe peccatum veniale; vt ſi in leui morbo ſperes à Deo ſalutem, & ob id nolis vti medicamentis; quia non videtur tanta audacia, & temeritas, quanta eſſet ſi in grauiſſimo, & periculoſiſſimo malo nolles vti medicamentis.

DISPVTATIO III.

De Blaſphemia.

1 Blaſphemia generaliter importat quamcũq; maledictionem, ſeu conuicium etiam contra homines prolatum, dicitur enim à Budoeo *nocens dictum, & ſacrilega infamatio*, & S. Aug. *lib. 2. de moribus Manich. ca.* 11. ait *iam vulgo blaſphemia non accipitur, niſi mala verba de Deo dicere.* quia Deus ſine controuerſia bonus eſt. & in hoc ſenſu blaphemiã accipimus, quatenus eſt contra Deum, de qua.

(:) : + : (:)

QVÆRES I.

Quid ſit Blaſphemia.

2 Reſpõdeo *eſt verbum maledictionis, conuicij, ſeu contumeliæ in Deum.* eſt cõmunis omnium, & ſolum aliqui variant: quia aliquas particulas addunt, vt videbimus. dicitur *verbum*, quia ſicuti religio Deum verbis honorat: in quo laus Dei conſiſtit *pſal.* 33. *ſemper laus eius in ore meo*: ita malitia oppoſita laudi Dei, quæ eſt Blaſphemia verbis Deum inhonorat, & infamat. verbũ autem hic accipitur ſtricte pro verbo oris externe prolato, aut ſcripto, ſeu mẽtis, quæ eſt locutio interna, & actus intellectus, non voluntatis; nam voluntas ſolum poteſt appetere Blaſphemare Deum; at vere, & realiter blaſphemia eſt, cum verbum mentis profertur, & eſt quid ab actu voluntatis diſtinctum. ad differentiam iniuriæ, quæ fieret Deo factis, vel ſignis, modo ea ſigna, vel facta non ſint inſtituta ad voces, ſeu mentis conceptus exprimendos, quæ de facto nulla ſunt; nec ſi aliqua ſint, eſſent attendenda ex D. Aug. *li.* 2. *c.* 3. *de doctr. Chriſ.* Nec in Sacra Scriptura dicitur aliquis blaſphemaſſe, ob id quod aliqua ſigna fecerit irreuerentiæ, niſi etiam verba addiderit, *Ex.* 32. *hi ſunt dij tui Iſrael.* dixerunt de Idolis, & Mat. *c.* 27. *blaſphemabãt eum mouentes capita, & dicentes.*

3 Dicitur *verbum conuicij &c.* quia blaſphemia proprie eſt non ſolum, quando Diuinæ Maieſtati, bonitati &c. per verba detrahitur: ſed etiam per conuicium, maledictionem, & contumeliam; quia in his eſt Irreligioſitas, contra Deum per verbum inhonoratiuum. Siue enim per verba modi indicatiui aliquid de Deo affirmes, quod illi non conuenit, vt Deus eſt iniuſtus: vel negas, quod illi conuenit, vt Deus, non eſt bonus, vel quod illi conuenit, tribuis creaturæ; vt ſi dicas de Idolo; hic eſt

Digitized by Google

Deus, vel denique ſi vocas indubium ea, quæ pertinent ad eius perfectiones, ſemper blaſphemiam cõmittis.

Siue etiã per verba optandi, aut deſiderandi, aut imprecandi Deo malum, aut carentiam alicuius boni. In his omnibus committur blaſphemia: quia cedunt in contumeliam Creatoris. Neque eſt neceſſe, vt falſitas ſit de propria ratione blaſphemiæ, nam etiam in modo imperatiuo, aut optatiuo nõ eſt falſitas, & ſi quis ignominioſe nominet Chriſti Domini pudenda membra blaſphemat, & nullam dicit falſitatem, cum vere Chriſtus ea habuerit. niſi ad ſummum falſitas practica, quæ in omnibus peccatis inordinati affect' reperitur, eſt cõmunis ſẽtẽtia.

Dicitur *in Deum*, vt intelligas hoc peccatum eſſe contra Religionem, & diſtinctũ à contumelijs factis hominibus. hæc Suar. *cap. 4. lib. 1. tr. 3. de Irrelig.* Caſtrop. *d. 2. p. 2. §. 1.* Sanch. *l. 2. c. 32. n. 4. & 5.* Barb. *de poteſ. ep. p. 3. all. 51. numer. 86.* Reginaldus *tract. 3. lib. 1. cap. 5.* & ante Suarium Couarr. *c. quamuis pactum. 1. par. §. 7. numer. 8.* Gaet. *in 2. 2. q. 13. artic. 1.* Caſtro *lib. 1. de iuſ. hær. pun. cap. 12.* Cordub. *q. l. 1. q. 17.* Azor. *cap. 1. inſt. moralium lib. 9. cap. 28.* quamuis aliqui ex his Doctoribus putent etiam eſſe blaſphemiam factis ignominioſis, & aliqui ſemper in blaſphemia conentur falſitatem oſtendere.

Tantum hic noto, quod ad hoc, vt quis blaſphemaſſe dicatur, requiritur, vt ſit voluntatis conſenſus; accidit enim ſępe, vt aliquis Dœmonis ſugeſtione patiatur ſpiritum blaſphemiæ, ita vt verba occurrant contumelioſa contra Deũ, vel ſanctos, at hic blaſphemus non erit: ſed ſi reſiſtat meritum habebit: ſignum autem reſiſtentiæ, & defectus conſenſus eſt, ſi quis dum hæc verba occurrũt, doleat ſe habere talem propenſionem, quomodo autem reſiſtendum ſit docet Bonauen. *opus. de prof. religioſ. cap. 3.* & Gerſon. *de fæda tentat. alphab. 62. lit.* o. nempe deſpiciendo illas ſugeſtiones, & ſe habere ac ſi nil mẽti occurreret, & ſupra illas non reflectere nec diſcurrere vide Sanchez *lib. 2. cap. 7. num. 13.*

QVÆRES II.

Quotuplex ſit blaſphemia.

4 Reſpondeo duplex eſt blaſphemia, altera, & pręcipua in Deũ, altera in ſanctos eius, quæ non ſolum committitur, quando expreſſe intendimus Dei honori detrahere in ſãcto, ſuo qui mod' eſt rariſſimus, & tunc iniuria principaliter fit Deo: vel quando ſanctus cogitatur cum aliquo ordine expreſſe ad Deum v. g. quod ſit eius peculiaris amicus: ſed etiam, quando ſolum conuicium profertur in ſanctum, non intendendo niſi contumeliam eius, quoniam eo ipſo cedit hæc contumelia contra Deum, & ſufficit habere voluntatem obiecti, quod quantum eſt ex ſe cedit in opprobrium Dei, licet ſit leuior culpa duabus precedentibus, vt dicam.

5 Rurſus blaſphemia alia eſt hæreticalis, & eſt quæ falſitatem formaliter, vel virtualiter contra fidem continet, quæ maxime fit per enunciationem iuxta dicta *quæſt. præc. nu. 3.* & per omnia verba per quæ virtute aliquid de Deo negatur, vel affirmatur, quod illi non conuenit, vt ſi per exclamationem dicas, *ò Deum iniuſtum.*

6 Alia non hæreticalis, eſtque omnis illa, quæ non continet errorem, neque formalem, neque virtualem, vt ſunt illæ *quæſt. præc. numer. 4.* explicatæ: exempla habes *§. 2. infra* hæ diuiſiones habentur *ex cap. 2. de maledicis* vbi Doct. ex D. Thom. *quæſ. 13. art. 1. ad. 2,* Gaet. ibi, & omnibus ſupra cicatis Doctoribus cum Suar. *cap. 5. l. 1. tract. 3.* & alijs infra citandis quibus adde Valentiam *2. 2. diſp. 1. q. 13. p. 2.* Vaſquez *l. 1. de ador. diſp. 6. cap. 4.*

7 Qui tamen cum Caſtropalao ſupra putant non eſſe blaſphemiam quan-

quando quis Sanctos afficit verbis iniurioſis, præſcindendo, ſeu non conſiderando reſpectum ad Deum. at Suarij ſententiam præter Gaetanum *l. cit.* Couarr. §.7.*cit.n.*9. Sylu. *v. Blaſphemia*, vbi Armilla. Nauarr. *cap.*12.amplexantur Barboſa *all.*51. *num.*91.Bonac. *diſ.q.*8.*p.*1.*num.*1. & alij communiter abſolute dicentes blaſphemiam committi in Deum, & Sãctos. nec addunt limitationem hanc reſpectus ad Deum, quam tamen addunt, quando dicunt maledicere creaturis eſſe blaſphemiam, nempe quando conſiderantur, vt opera Dei.

Accuratius perpenditur, quid de cõtumelia in Sanctos ſenſerit Suarius loc. citat.

8 NOn poſſum tamen intelligere, quid ſibi velit Sanch. *l.*2.*c.*32. *cit.num.*7.*&* 27.dum ait cum Suario eſſe blaſphemiam Sanctis maledicere; etiam ſi non ſit expreſſa habitudo,ſed ſola implicita ad Deum. & in fine numeri 27. addit, *Si tamen contumelioſa verba in Sanctos proferens præſcindat expreſſe habitudinem, quam ad Deum habent, ſolamq; Sanctorum excellentiam ſpectet quaſi hominum excellentiorum, adhuc dicit Suarez.ibi eſſe blaſphemiam; ſed verius eſt non eſſe blaſphemiam &c.* nõ inquam intelligo, ſi enim Sanchez per ly *expreſſe præſcindere* intelligit, quod male dicens v. g. S. Petro dicat: Pereat D.Petrus, nõ vt Sanctus Dei, & amicus ipſi. tunc forte nõ erit Blaſphemia: quia conſideratur D.Petrus, vt homo communalis eſt: & per illam exceptionem expreſſam iam oſtenditur reuerentia Deo.at hoc non eſt contra Suarium; qui non dicit eſſe blaſphemiam, quando expreſſe excluditur reſpectus: ſed quando non habetur expreſſus reſpectus ad Deũ, quod eſt valde diuerſum: ait enim *n.6.cit.*à Sanch. *tertio igitur fieri poteſt, vt cogitatio de Sancto, non ſit expreſſe reſpectiua in ordine ad Deum; ſed tantum de illa excellentia Sanctitatis, in qua talis reſpectus fundatur,* tres igitur caſus poſuit Suarius, in quibus vult eſſe blaſphemiam: primus eſt, quando quis vellet in Sãcto Deum inhonorare. ſecundus quando, quis cogitaret de Sancto cum aliqua expreſſa habitudine ad Deũ. tertius quando non habetur hic reſpectus expreſſe: ſed tamen Sanctus cogitatur ſecundum ſanctitatem; quod vero ait Sanchez eſt quartus caſus, nempe quando expreſſe excluderet illam habitudinem, ſeu reſpectum, de quo non loquitur Suarius, quod ſi Sanchez per ly *expreſſe præſcindere* intelligit, vt non habeatur in actu ſignato, & reflexo reſpectus ad Deum; ſed ſatis ſit virtualis implicite contentus in vituperio Sãctorum; idem certe dicit, quod Suarius probat, vt vidimus *nu.* 4. & ipſe Sanchez ſequitur *eodem nu.*27.*initio*, laudans in hoc Suarium ibi. *idque optime explicat Suar.&c. dicens non opus eſſe expreſſa habitudine ad Deũ, qui in Sanctis relucet: ſed ſatis eſt virtualis, & implicitè contenta* propoſui difficultatem quam habeo; at virũ inſignem non audeo notare.

Examinantur aliquæ propoſitiones num ſint blaſphemiæ hæreticales, nec ne.

9 DIco primo.blaſphemia hereticalis eſt, non Credo in Deum, renego Deum, vel Deus eſt iniuſtus non infinitus, renego Chriſtum. ita Suar.*lib.*1.*tract.*3.*cap.*5.*num.*7. & *c.*6. *nu.*7.*&* 8.ſequitur Peirynus.*t.*2. *conſ.* 9.*Pauli V. num.* 16. Direc.Inqui.*p.*2. *q.*41.*num.*2.

10 Addo Suarij dictis eſſe blaſphemiam hereticalem renegare Crucẽ, Euangelia, vel aliam Fidei veritatẽ, v.g. Sanctiſſimę Virginis puritatem vocando illam adulteram &c. tunc enim iam negas puritatem: ſimiliter iurare ſerio per falſos Deos Mercurium, Martem &c. vel per creaturas ſiſtendo in ipſis, quaſi vero habeant

beant infallibilem veritatem.ita Caſtropal.*hic* §.3.*tom*.3.*tract*.17. Bonacina *quæſt*.8.*pun*.1. Sanchez *l*.2.*c*. 32. *num*.36.& de renegante Crucem, vel Chriſma, quod fronte recepi, Peña *in direc.comm*.66. ſuntq; iuxta Suarij dicta *cap*.5.& 6. relata à me *num*. 5. quamuis ipſe dum ponit aliquot ex his, non explicet num ſint hereticales blaſphemiæ.

11 Erit blaſphemia hæreticalis dicere: hoc nec Deus poteſt facere, ſi ſermo non ſit de aliqua re impoſſibili, v.g. de chimera, hoc eſt iuxta Suarij, & omnium mẽtem; nam negatur de Deo attributum eius, & notat Sanchez *num*.16. vel ſi hoc non eſt renego Deum: quamuis Salazar neget, *cap*.5.*num*.28. eſſe hereticalem hanc vltimam propoſitionem.

12 Dico ſecundo, erit blaſphemia hereticalis dicere, hoc eſt ita verum ſicut Deus eſt verus; vel ex Virgine natus, quando proferens vellet æquiparare certitudinem ſui dicti, cum illa infallibili veritate; ſecus autem erit ſi quis loqueretur per exagerationem, & vellet ſimilitudine quadam denotare veritatem ſui dicti. ita Suar. *ca*.6.*num*.12. quamuis ibi non explicet, num ſit hereticalis; & Barboſa *all*. 51. *p*. 3. *num*.92. dicat eſſe ſimplicem blaſphemiam: at melius Caſtropalaus dicit eſſe ex ſe hereticalem, quia creaturæ tribuitur, quod eſt Creatoris. Cœterum Sanch. *n*.31. & ipſe Caſtropalaus *l. c.* cum Bonacina *num*.13.*p*.2. putant non eſſe cõmuniter blaſphemiam talem modum loquendi, ſicuti nec hunc; ſum innocens ſicuti Diuus Franciſcus, & niſi conſtet de mente loquentis praua non eſſe blaſphemias iudicandas, nec eſſe culpam mortalẽ ita loqui, vbi nõ eſt animus æquiparandi omnino. ita cum Alcozer. *ſum. cap*.15. *pag*.3. Lud.Lop. 1.*p.inſ.c*.282.& alijs. contra Azorium *t*.1. *l*.11. *inſt. moral. ca*.3.*quæſt*.2. Azebedum *l*.8.*rec.tit*.4. *num*.40. putantes præſumi blaſphemiam.

13 Dico tertio, iuxta Suarij mentem, quamuis is non afferat hæc exempla: blaſphemias hereticales eſſe dicere de amaſia: tu es mea Dea, ſummum bonum meum &c. nam hæc verba ſonant, quod tribuatur creaturæ, quod eſt proprium Dei; & ſic expreſſe Sanchez dicit eſſe blaſphemias, & dum ait ideo eſſe: quia negat illud attributum eſſe proprium Dei, ſatis oſtendit eſſe hereticalem, & Caſtropalaus *nu*. 2. id expreſſe tradit. quamuis Hurtadus, & Lorca, quos refert Diana. *reſ*.10.*trac*.13.*miſ.par*.5. dicant non eſſe blaſphemiam, quia dicuntur per exagerationem, & non in ſenſu proprio, & nõ caret probabilitate. at in rigore verborum blaſphemus hereticalis erit, qui hæc profert; ſicuti, qui Dœmonem diceret omnipotentem, vel Sanctum, quamuis Ioſeph Auguſtinus in ſuo opuſculo loquens de blaſphemia dicat, quod in Sicilia per abuſum huius vocis non ſit blaſphemia hereticalis; nihilominus Illuſtriſſimi Inquiſitores per generale edictũ præcipiũt, vt hic denũcietur, vel qui fato diceret omnia gubernari; iam videamus, quæ ſint.

Blaſphemiæ non hæreticales.

14 EX regula *num*. 3. aſſignata, & ex dictis in hoc §. facile poteſt cognoſci blaſphemia non hœreticalis v. g. diſpliceat hoc Deo, ad deſpectum Dei: per vitam Dei: nam per hæc verba ſignificatur velle, aliquid fieri contra Dei voluntatem; aut ſubijciendo vitam Dei morti, & defectioni ſi ita res non ſit ita Suar. *cap*.5.*num*.8.*lib*.1.*trac*.3. quem ſequitur Caſtropalaus *num*.6. Sanchez *d.l*.2.*cap*.32. *nu*. 56. referens Petrum Ledeſma, Bañez. Salzedo, & alios. Barboſa *p*.3.*alleg*.51.*num*.9. videtur idem ſentire Bonacina *nu*.4. *prop*.1. hic, & alij.

15 Contra Dianam *reſ*. 8. *tract*.7. *part*.4. vbi citat Floronum *de caſibus*

reſer.p.2.cap.3.nu. 8. Naldum *in ſum. verſ. blaſphemia num.1. &c.* aſſerentes eſſe blaſphemias hæreticales, quia videtur derogare Diuinæ Omnipotentiæ,eſtque probabile.

16 Et contra Dacianum *tract.2.crim. lib.2.cap.2.num.*15.putantem per vitam Dei non eſſe blaſphemiam, aut per vitam Sancti Petri,quia ſenſus eſt ille ſæpius in ſcripturis repetitus, viuit Dominus, quod Caſtropalaus *tract.* 17.*diſp.2.pu.2.§.4.nu.6.* putat probabile: ſed contrarium cũ Suario tenendum, & alijs ſupra.

17 Similiter blaſphemia non hæreticalis eſt,iurare,ſeu nominare verba pudenda Chriſti Domini vel Dei, cum quodam contemptu, & iurare per caput, & ſanguinem Domini, quando non eſt cum reuerentia, vel ſi dicas *Corpo di Dio*, cũ indignatione contra aliquem hominem, nam ſatis eſt ad blaphemiam, vt verba ſint ignominioſa, & hoc denotent ita Suar.*cap.6.numer.*11.*lib.*1.*tract.*3. cum quo, quamuis omnes conueniant, quando nominantur partes inhoneſtæ.

18 Tamen Sanchez *d.l.cap.*32.*nu.*29. cum alijs,quos ibi citat, putat non eſſe blaſphemiam iurare per membra honeſta Dei v. g. caput &c. immo nec eſſe peccatum veniale, quãdo cum debita reuerentia fiat.

19 Ego ſic diſtinguerẽ,iurare per mẽbra honeſta Dei, quæ ſolent communiter, vt diſtincta nominari v. g. per corpus, & ſanguinem; niſi ſit irreuerentia,& indignatio proferentis contra Deum,nõ erit blaſphemia, & ſic vera eſt ſententia Sanchez, & aliorum,nec Suarius eam negat: at iurare per alia membra, & partes; etiam honeſtas, quæ communiter non ſolent nominari diſtinctæ v.g. per caput Dei, per brachium, per Nares capillos &c. erit blaſphemia; quia ex modo loquendi videntur he partes cum quadam contumelia, & irriſione nominari. Sicuti erit blaſphemia vera Dei attributa irriſorie dicere v.g. Deus eſt bonus, ironicè.

Nec credo,quod Sanchez hoc negabit, tenetque expreſſe Sotus *lib.* 8. *de iuſ.q.2.artic.*3.quem ſequitur Barboſa *part.3.all.*51. *numer.* 992 *de Pot. Epiſcop.*

20 Denique erit blaſphemia promittere Deo facere peccatũ in eius honorem: vel verba profana dicere ad laudem Dei, vt tradit Nauarr.*c.* 12. *num.*87.niſi hæc verba turpia,& cantilenæ cum alijs veris Dei laudibus miſceantur, tunc non erit blaſphemia. Sicuti nec erit blaſphemia abuti verbis Sacræ Scripturæ ad actiones ludicras,vel ad libellos infamatorios;ſed ſacrilegium graue, ita Suar. *num.*17.*cap.6.lib.*1.*tract.*3.*tom.* 1. *de relig.* quem ſequitur Bonacina *diſp.* 3.*q.6.pun.2.num.* 10.

21 His adde non eſſe blaſphemiam ſi quis dicat *riniego tal,por vida de tal* niſi hic intendat loqui de Deo, aut ſanctis,quod nõ debet in dubio preſumi, vt bene ait Caſtropalaus *nu.*5. *v.de illis.*quod etiam Sanchez *n.* 23. confirmat dum vult ex coniecturis præſumi, & idem docet Bonacina *num.*11.& addit *num.*12. de hoc verbo *al diſpetto di quel becco che mi tiene nel mondo*, & citat Cornæum, & Alexandrum apud Lazariũ *q.*3.*n.*36. 37.*nn.*15.16. non eſſe blaſphemiam in dubio, cur enim debet præſumi loqui de Deo? licet in hoc vltimo caſu non ſtet præſumptio adeo fauorabilior pro blaſphemante.

22 Similiter erit blaſphemia ſimplex negare ſanctos v.g. D. Petrus pereat &c.ita Sanchez *nu.*36. dicens,inquiſitores de hoc crimine non cognoſcere,cui videtur Diana aſſentiri *par.* 4.*reſ.*8.*tract.* 7. dum illum refert, & non improbat, contra Caſtropalaũ *num.3.d.tract.7.diſp.2.p.2.§.*3. putantem eſſe hæreticalem: ſed Sancij ſententia eſt tenenda.

23 Nec erit blaſphemia Creaturis maledicere irrationalibus v.g. vento pluuiæ &c. ſed tantum veniale, & multoties nullum peccatum ſi maledicantur pro vt graue damnum nobis afferunt, ſine reſpectu ad Deũ (nam

Digitized by Google

(nam ſi hic eſt,iã diximus, eſſe blaſphemiã) ſicuti nec erit blaſphemia dicere de ſanctis aliqua,quæ illis in vita acciderunt v. g. fuiſſe pauperes laſciuos &c.niſi ob contemptum dicantur, vt notat Reginald. *lib.* 18. *numer.* 198.Aragon.2.2. *q.* 13.*artic.*2, vide Clauim Regiã hic,Caſtropalaũ *num.*7.& alios paſſim.

24 Non ſunt autem audiendi,qui dicunt iurare per intemeratam virginitatẽ Deiparæ, eſſe blaſphemiam, vel omne falſum iuramentum, aut cum accidit aliquod infortunium dicere *ſic futurum erat*. Videte hic Doctores præſertim Sanchez *nu.*32. *&* 33.*& ſeq.*

Similiter iſta *Meretrix Dei*, putatur à Peyrino *conſtitut.* 9.*Pauli* 5. *numer.* 16,non eſſe hæreticalis;nam ait ipſe communiter non ſignificatur Deum meretricem habere: ſed ſignificatur aliqua mulier, quæ fuit meretrix,& nunc eſt gratia Dei conuerſa, quod non diſplicet.verum illa verba pro vt ſonant ſunt hæreticalia,& ea proferens grauiter eſſet puniendus. Hæc ſunt attẽte notãda;vix enim apud alium ſic diſtincta reperies, multum tamen faciunt ad hoc, vt ſciatur quando ſit Inquiſitoribus deferenda blaſphemia,quando non, vt bene notat Bonacina *pu.*1.*num.*4. *loc.cit.*Barboſa,& alij vt *diſ.ſeq. q.vl. dicemus.*

DISPVTATIO IV.

De qualitate malitiæ blaſphemiæ, & eius pænis.

QVÆRES I.

An blaſphemia ſit de ſe ſemper mortale,& maius omni peccato.

1 RESpond.ſemper eſſe mortale, & mai' omni peccato cõtra Religionẽ; nõ tamen peccatis cõtra virtutes Theologales odio Dei,infidelitate, & deſperatione.ex Hieronymo Iſaię 18. *nihil horribilib' blaſphemia &c.* ita Suar. *loc.citan.* quod intelligo facta cõparatione inter peccata oppoſita Religioni; per quæ non excluditur factis,& ex vi operãtis,& re ipſa, Diuina excellentia, & cultus illi debitus, vt eſt in idololatria expreſſa de qua infra.

2 Hinc patet, quod licet poſſit eſſe blaſphemia coniuncta cum infidelitate, vt cum quis profert blaſphemias hæreticales, idque intellectu etiam tenet; aut oppoſita confeſſioni fidei, licet non ſit contra fidem: quando ſcilicet verba exterius prolata ſunt hæreticalia, at qui profert non ita intelligit, vel etiam poterit eſſe coniuncta cũ odio Dei,& deſperatione; tamen id non eſt neceſſariũ in omni blaſphemia,vt patet in blaſphemijs nõ hæreticalibus, & in blaſphemijs prolatis ſine directa intẽtione Deum inhonorandi, vbi non eſt odium Dei;& contra;licet in blaſphemia ſit heresis, aut odium Dei; non tollitur ratio peccati blaſphemiæ, quæ eſt contumelia in Deum; quia formaliter, nec infidelitas, nec odium Dei eſt contra honorem. ſed contra fidem, & contra amorẽ Deo debitum; vnde habent malitiam diſtinctam; & idem dicas de periurio, nempe nec ipſum eſſe blaſphemiam, nec ſemper in blaſphemia reperiri: quia non ſemper in blaſphemia adducitur Deus, vt teſtis, vt diſ. præc. patet in exemplis allatis,vbi aliquæ proferuntur cum iuramento, vt per *vitam Dei* aliæ ſine iuramento, vt ſi dicatur *impotens eſt Deus*. Et quãuis D.Th. 2.2.*q.*13.*ar.*1. ponat blaſphemiam,vt contrariã fidei confeſſioni, tamen alij ab eo recedũt,vt Toletus *lib.*4.*c.*12.alij vt Azor. *l.*9. *c.* 28. *q.*1. eum explicant loqui de blaſphemia hęreticali, quod eſt probabile. ita Suar. *l.*1.*tr.*3. *to.*1.*c.*6. ſequit. Bonac. *diſ.*3.*q.*8.*p.*3.*n.*1.*&* 2.Sanch. *ſum. l.*2. *c* 32.*n.*2.*&* 3.*& n.*38. Clauis Regia *lib.*6.*c.*13.*n.*1.& ſequitur plures citãs Caſtropal.*diſ.*2.*p.*2.*§.*2.*& n.*1.*& n.* 2. & alij communiter apud ipſos.

Tra-

Digitized by Google

3 Traditæ doctrinæ; quod blaſphemia ſit maius peccatum omnibus alijs contra Religionem, & per conſequens periurio, non obſtat S. Aug. *Epiſt.* 154. *ad Publici*. vbi ait iurare verum per falſos Deos, (quod eſt blaſphemia ex Soto apud Suarium *nu.* 13.) eſſe minus peccatum, quam iurare falſum per verum Deũ: nam poteſt intelligi eſſe minus extẽſiue; quia in iuramento vero per falſos Deos eſt tantum malitia blaſpemiæ: at in iuramẽto falſo per verum Deum ſunt multæ malitiæ nempe mendacij, & iniuſtitiæ ex parte iurãtis in caſu poſito à S. Augu. & adductio Dei in teſtem falſitatis. Immò ſi ponas iuramentum falſum per falſos Deos, & iuramẽtum falſum per verum Deum, grauius erit hoc ſecũdum, quia licet in vtroq; ſit malitia periurij ob conſcientiam erroneam iurantis: tamen eſt grauior malitia periurij, per verũ Deum; quia eius Sanctitas eſt maior, quam illa falſi Dei, etiã prout à iurante cõcipitur; at ratio blaſphemiæ, quæ eſt in iuramento per falſos Deos ſemper eſt maior, continet enim iniuriam veri Dei, vt habentis ſupremam excellẽtiam. ita Suarius *d.c.6.num.*15.

An ratione materiæ ſit veniale.

4 NEc excuſatur à mortali ob paruitatem materiæ, ſed ſolum ex ſubreptione, & indeliberatione voluntatis, vt quando quis ex ſubita paſſione, aut ex praua cõſuetudine prius dicit verbum, quam perfecte aduertat; nam ſi aut ioco, aut materialiter tantum verba dicantur: tunc non erit blaſphemia; nam ea formaliter debet proferri per modum cõuicij, ſed ad ſummum erit leue peccatũ ratione irreuerentiæ: hæc Suar. *d.c.6.n.*1.*&* 2. quem omnes Recent. ſequuntur vide Gord. *ſum.t.2.l.6.q.8. c.*2. Hurtadum *t.1.diſ.91.ſec.11.§.*48. Trullench. *expoſit. decal. l.* 1. *cap.* 2. *dub.2.num.*2.

Doctrina hæc Suarij limitari videtur à Sanchez *lib.* 2. *cap.*32.*nu.*42. in blaſphemia contra ſanctos, non vt ſancti ſunt, quæ poteſt eſſe veniale ex paruitate materiæ, vt ſi quis dicat de SS. Ioanne, & Paulo fuiſſe Eunuchos, & hoc multis relatis docet Diana *reſ.3.tra.5.de par.mat. par.* 5. ſed nil contra Suarium dicunt: nã vere non eſt blaſphemia, vt diximus *diſp.præc.numer.*4.*&* 23. vnde etiam Sanchez dicit eſſe blaſphemiam aliquo modo, & materialiter, & Bagnez. 2.2.*q.*13.*art.*2. cum alijs. Clauis Regia *n.*5. negant eſſe blaſphemiam.

5 Similiter Doctrina Villalobos apud Dianam *l.citat.* improbabilis eſt quatenus aſſerit dari paruitatem materiæ in blaſphemia; at exemplũ eſt verum de vſurpante verba ſcripturæ ad locum, vel de muſico, defectu alterius rei, dicente in Miſſa aliquam cantilenam; hæc enim blaſphemiæ nõ ſũt, vt diximus ex Suar. *numer.*20. *diſp.præc.*

6 Deniq; putat Caſtrop. *d.diſp.2.p.2. §.2.* cõtra Suariũ ſentire, dum docet cum Sanchez *lib.2.cap.32.n.*41. eſſe mortale blaſphemiam ioco prolatam: niſi locus tollat diminutionem diuini honoris. Sed hoc voluit Suarius, putatq; verba illa ioco prolata non eſſe blaſphemiam, quod etiam tenet Valentia *diſp.1.q.13.* vnde Suarez addit, *ſi humano modo fiat ſemper eſſe grauiſſimum peccatũ*; quia ſcilicet moraliter iocus raro tollit rationem blaſphemiæ, ſeu diminutionem diuini honoris.

QVÆRES I.

An omnes blaſphemiæ ſint eiuſdem ſpeciei.

7 REſpondeo. valde probabile eſt non eſſe eiuſdem ſpeciei blaſphemias hæreticales, & non hæreticales (quamuis Gaet. *in ſum. v. blaſphemia* doceat eſſe omnes eiuſdem ſpeciei cũ multis Doctoribus) quia hæreticales continent iniuriam longe diuerſæ rationis, à non hæreticalibus

Digitized by Google

libus, at hœreticales ſunt eiuſdem ſpeciei,& non hereticales inter ſe, & tantum differunt ſecundum magis, & minus,in ratione contumeliæ, vt vna contineat maiorem irreuerentiam, quam alia in eadem ſpecie ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 13. *art.*1.*ad* 3.

At pro confeſſione explicandum eſt num blaſphemia fuerit contra Deũ,aut contra Sanctos; quia quando eſt contra Sanctos directe, dato, quod non differat ſpecie à blaſphemia in Deum;tamen continet præter contumeliam in Deũ, malitiam contra duliam, nempe contra Sanctum, qui iniuria etiam afficitur; & idem dicas quãdo blaſphemiæ alias habent malitias v.g. odium Dei &c. hec Suarez *d.c.6.n.*18.*&* 19.qui plura deſiderat,videat Sanch. *n.* 39. qui tamen ſtrictius loquitur. Caſtropal. *d.§.2.fine diſ.2.p.2.*hic, & de Lugo *de pœnit.* Dianam 1. *p. tract. de circumſtantiis rer.* 50. & alios apud ipſos; nam hoc pertinet ad *tract.de pœnit.*

QVÆRES.

Quæ ſint pœnæ contra Blaſphemias.

8 RESpondeo, quod attinet pro foro conſcientiæ nulla,nec reſeruatio,nec cẽſura impoſita eſt iure communi ipſo facto: & quod in Concil. Lat. *ſeſſ.*9. dicitur non eſſe abſoluendos,niſi prius ſit impoſita grauiſſima pœna à Confeſſario,iam non eſt in vſu, neq; hoc peccatum eſt irremiſſibile:ſed tantum de blaſphemia in Spiritum Sanctum hoc dicitur, quia directe opponitur diſpoſitioni neceſſariæ ad remiſſionẽ, & ſic reddit illam difficilem. vide Suarium *diſ* 8.*de pœn.ſec.*1.

9 Pœnæ autẽ pro foro externo tam de Iure Ciuili, quam Canonico videri poſſunt apud Couarr. *c. quamuis pactum.de pactis* 1.*p.§.*7. *num.* 10. Bernardum Diaz cum Salſedo *c.*10. *prat.* Iul. Clar. *lib.*5. *§.blaſphemiam* Simãcas *in Catholicis inſt.tit.*8. hec Suar. *cap.*7.*tract.*3.*l.*1.quem ſequuntur in his Caſtropalaus,Sãchez,Bonacina, Barboſa, Diana plures allegans, & alij locis ſupra citatis. vide etiam doctiſſimũ Farinaceum *q.*20. erudite hæc omnia pertractantem pro foro iudiciali.

10 Solum addo Suarij dictis denunciationem blaſphemi,quando non eſt publicus, & ſperatur emendatio poſſe omitti facta correctione fraterna,& in blaſphemia hereticali denunciationẽ faciendam eſſe Inquiſitoribus; quia de hac ipſi tantum cognoſcunt,in alijs faciendam Epiſcopo,vel Iudici ſæculari, nec ex eo, quod in edictis dicatur vt blaſphemi ad Inquiſitores,vel ad Epiſcopos referantur,tollitur quin alijs,ſi Iudices ſunt competẽtes,poſſint defferri, ſic Sanchez *l.*2.*c.*32.*n.*47.

11 Rurſus poterunt iuſtiſſime Iudices competentes imponere pœnam extraordinariam proferentibus blaſphemiam, ſeu verba ſapientia hœreſim ioco,vel ludibrio, & ad ipſum delinquentem ſpectat probare fuiſſe ioco. vide Royas *ſingulari* 103. Sinmanchas *Catol. inſtit.t.*17. *nu.*23. Farinac.*de hæreſi q.*179.*§.*4.*n.*8.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS

DE

SVPERSTITIONE, ET VARIIS EIVS SPECIEBVS.

CONſtat apud omnes ſuperſtitionem eſſe vitium contra Religionem Deo debitam, complectens ſub ſe varias ſpecies. vnde autem ſic dicta ſit, non conſtat inter Doctores, aptior aliquibus eſt viſa Lucretij ethymologia apud Iſid. *l.* 8. *c.* 3. à ſuperſtando quaſi nimius cultus procedat ex nimio timore Dei, ſupernos ſtantis: quamuis ipſe vt Epicurçus, impie vanum putauerit timorem Dei de nobis nil curantis. Sed quidquid ſit de nominis deriuatione, conueniunt omnes ſuperſtitionem nimium Dei cultum ſignificare. Iuxta Aurum Gellium, *lib.* 10. *Noc: Att. importunam, & ineptam Religionem*, duobus autem modis poteſt quis in cultu Dei errare, vel alium adorando, & hæc dicitur Idololatria, de qua infra, vel verum Deum; ſed in modo colendi non ſe debito modo gerit, & hoc vitium appellatur ſuperſtitio vide Suar. *l.* 2. *trac.* 3. *c.* 1. *ad. n.* 3. cum S. Tho. 2. 2. *q.* 92. *ar.* 2. & alijs ibi.

DISPVTATIO I.

De ſuperſtitione circa Verum Deum.

QVÆRES I.

Quot modis poteſt eſſe ſuperſtitio circa verum Deum.

1 RESPONDEO duobus. primo modo exhibendo illi cultum falſum, quem S. Tho. *d. q.* 92. vocat ſuperſtitionem pernicioſam, quæ ſcilicet mendacium continet in rebus cõtra Religionem, & ſic pernicioſum, ex D. Auguſtino *lib. de mend. c.* 14. quam in duas ſubdiuidit, in eam, quę continet falſitatem ex parte rei, & in eam, quæ ex parte colentis continet falſum.

2 Secundo modo poteſt eſſe ſuperſtitio exhibendo cultũ ſuperfluum, quamuis aliam falſitatem non includat offerendo ſcilicet Deo, quod nec ad eius gloriam ſpectat, nec hominem ſubijcit Deo modo, quo lege, aut conſuetudine debet, & ſic eſt contra illud Ioan. 4. *in ſpiritu, & veritate oportet adorare*, nam per falſitatem non adoratur Deus in veritate, per ſuperfluitatem non adoratur in ſpiritu: ſed modo, quo homo ſpiritui non ſeruit.

Explicatur in quo conſiſtat falſitas ſuperſtitionis pernicioſæ ex parte rei.

3 NE data diuiſio videatur incongrua: nam nulla videtur eſſe ſuper-

Digitized by Google

ſuperſtitio,quæ nõ ſit falſa ex Lactã. *l.4.inſt. cap.28.* ibi *religio veri cultus eſt ſuperſtitio falſi*,& nulla,quæ non ſuperflua : cum eam Seruius *ſuperfluum timorem* appellet : aduertendum eſt falſitatem illam,qua cultus dicitur ſuperſtitioſus, non eſſe falſitatem cultus: ſed falſitatem rei,quæ aliquam falſitatem ſignificat, v. g. circumciſio nũc eſt ſuperſtitio falſa, non ſolum, quia cõtinet falſitatem, ſeu nullitatem cultus:ſed quia eſt ſignum gratię futuræ,quod eſt falſum quia iam data eſt per Chriſtum.

4 Ad quod non eſt neceſſe, vt operans habeat formalem intentionem mentiendi: ſed tantum requiritur, vt,qui ea re vtitur,eam adhibeat ad ſignificandum id, quod à principio ex Dei impoſitione ſignificauit; & nunc iam non ſignificat, vt eſt circumciſio, quæ nunc non ſignificat gratiam futurã per Chriſtum, & ſic Paulus circumcidens Thimoteum non fuit ſuperſtitioſus, cum non ad hanc ſignificationem circumciſionem adhibuerit, at qui nunc illa actione vteretur, non excuſabitur à ſuperſtitione pernicioſa; quia ſimpliciter, & materialiter,vt ſic dicam falſum profert, licet aliam ipſe habeat intentionem v. g. vt ſimilis ſit Chriſto. Satis enim eſt ſi vtatur re, quæ nũc communiter ſignificet falſum ex communi ſenſu Eccleſiæ.

5 Neq; oportet,vt tale mendacium ſit ſemper in materia religionis: ſed ſatis eſt,vt ſit in alia materia,& vſurpetur ad Deum colendum:nam hoc ipſo eſt pernicioſum contra Dei honorem, licet poſſit eſſe veniale ex materia,vt dicemus.

Optime igitur dicimus ſuperſtitionem, quæ in re ipſa mendacium cõtinet pernicioſam:illam vero,quę tãtum habet falſitatem in cultu appellamus nomine generis ſuperfluã; quia aliud mendacium nõ continet. ita Suarius *l. 2. tract.3. to. 1. cap.2.* & DD.infra citan.

Explicatur falſitas ſuperſtitionis pernicioſæ ex parte colentis.

6 Falſitas hæc ſolum poteſt inueniri in eo, qui coleret Deum nomine Chriſti,vel Eccleſiæ;cum tamẽ id nõ poſſit facere, vt eſt v.g. Sacerdos excõmunicatus, vel depoſitus, qui nomine Eccleſiæ offert ſacrificium, & in eo publice orat;In hoc enim eſt falſitas, ſeu mendacium in ipſa ſubſtantia;cum offerat nomine alterius, quod re vera ſibi commiſſum nõ eſt,ad differentiam eius, qui tantum in modo deficeret, v.g. ſi Sacerdos offerat calicẽ ſine aqua, qui non falſarius, ſed ſacrilegus, aut ſuperſtitioſus dicitur.

7 Vnde ſi quis priuato nomine oraret,ac Deum coleret,non eſſet falſus hac falſitate, ſe tenente ex parte colentis:quia nõ coleret Deum nomine alterius.Sed ad ſummum eſſet ſuperſtitio pernicioſa ob falſitatem in re ſignificata,vt eſſet ieiunare in Dominica ex ſuperſtitione, nam denotaretur Chriſtum non dum reſurrexiſſe vt Manichæi dicebant, vel non eſſe eius reſurrectionem colendam, vel falſas reliquias proponere,aut rebus ſacris abuti, vel ſi quis oraret, & nõ pro omnib' dicẽdo *Pater Noſter*, qui inſtitutus eſt,vt pro omnibus dicatur;etiã ſi eſſet Sacerdos, nõ eſſet mendax: ſed tantum deficeret à ſuo officio.ſicuti nec concionator vtens falſis miraculis ad fidem cõfirmandam,diceretur ſuperſtitioſus:ſed potius contra fidei confeſſionem peccare. quãuis hæc omnia putet Gaet. ſuperſtitionẽ pernicioſam ex parte colẽtis.Hæc Suar.*d.c.2.*cuius doctrinam omnes Recẽtiores fere ſupponunt,quamuis aliqua tantum attingant, ipſumq;citent, & ad ſummum in concionatore dicente falſa miracula varient,dicentes peccare cõtra cultum diuinum: ſed non multũ intereſt.nam omnes docent eſſe mortale.ita Caſtrop.*diſ.1.tr.13.p.1.* Sãch. *ſum.l.2.c.37.à nu.2.* Bonac.*diſ.3. q. 5. p.1.*Barb.*3.p.all.51.n.122.* ad Suar. re-

remittẽs. Filiuc. *tr.* 45. Villalobos *p.* 2. *trac.* 37. Baldelli *t.* 2. *in decal. l.* 4. *diſ.* 1. Fagund. *in decal. lib.* 1, *c.* 34. *n.* 6. & 9.

QVÆRES II.

Quo pacto cultus circa verum Deum poſſit eſſe ſuperfluus.

VIdetur ſane durum, quo modo poſſit peccari contra cultum Dei per exceſſum, cum ipſe ſicuti eſt ſuper omnia amandus: ita eſt ſuper omnia colẽdus; & nullus nec in actu interno, nec externo poteſt eſſe exceſſus, & ſic quo pacto verũ eſt dari ſuperſtitionem cultus ſuperflui?

8 Reſpondeo licet ex parte Dei, qui colitur, non poſſit eſſe exceſſus in cultu, modo cõcipiatur verus Deus ab ipſo colente, ſaltem quo ad ſubſtantiam, eſſentiam, ac exiſtentiam eius confuſe acceptam; etiam ſi de illo aliqua ignorentur, vel falſo, exiſtimẽtur; vt ſunt Iudęi illum vnum, & non trinum apprehendentes, & Gentiles multa falſa credentes.

Tamen poteſt eſſe exceſſus in ipſo cultu, quo ad res, quas ad illũ colendum adhibemus. quatenus non ſunt aptę ad id, neq; vere Deus honoratur illis; ſiue ſint in adoratione exteriori, ſiue in interiori, vt ſi quis multum zelum haberet, vel timorem inordinatum, vt ſi Gẽtilis vitulum offeret, Iudæus Sabbata ſeruaret, vel alius in Sacramentis aliqua adderet contra Chriſtũ, & Eccleſiam: nam multum intereſt ad adorationem ſpectare, quo modo colas: quidquid contradixerit Lactantius.

9 In quo caſu nõ dicitur ſuperſtitio per exceſsũ ex cultu formaliter, quaſi vero detur verus cultus Dei, qui excedat, hoc enim eſſe non poteſt ex S. Th. *q.* 93. 2. 2. *a.* 2. vbi ait ſecundum quãtitatem abſolutam, nempe ſupponentẽ verum cultũ, non poſſe eſſe exceſſum: ſed ſecundũ quantitatem proportionatam, nimirum in cultu materiali: hoc eſt, illa, quæ aſſumuntur ad cultũ, cum illũ non præſtent, tranſeunt in ſuperſtitionẽ, & ſic ſunt ſuperflua, vt ſi quis bis in die ſe communicet, vel ſi offerat Corpus, & nõ Sanguinem in Miſſa, vel illam ſine veſtibus cantet volẽs nouum ritum in cultu introducere contra legem, vel conſuetudinem: tunc enim licet materialiter ſit defectus, at in ratione cult⁹ eſt exceſſus, ſeu ſuperfluitas, hęc aũt vel poteſt eſſe turpis, aut vana. turpis ſuperſtitio ſuperflua erit, quando quis vteretur actibus turpibus v. g. hominis homicidio ad Deũ colendũ, vel ex iniuſte acquiſitis illi offerat. vana eſt modis ſupradictis.

10 At non eſt idololatria appellandum hoc vitium, vt volunt heretici, nám idololatria eſt Idoli adoratio ſuprema, vt optime oſtendit Valen. *t.* 3. *diſ.* 6. *q.* 11. *p.* 1.

11 Nec erit ſuperſtitio omnis cæremonia aſſumpta ad Deũ colendum in euangelio non contenta, aut non præcepta, vt perperam Recentiores hæretici aſſerunt, quando nõ eſt cõtra præcepta; neq; fauet illis locus Deuter. 12. *quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino &c.* nam ibi Deus prohibuit vti cęremonijs Gentium, nõ autem ijs, quæ nõ ſunt pręcepta, modo non ſint cõtra ipſa præcepta, & Paulus *ad Col.* 2. nõ dãnat omnem cultum voluntarium: ſed ſuperſtitioſum cultum, fundatum in hypocriſi, & in irrationabili voluntate, vt Gaet. & alij volunt. videte Suar. *tr.* 2. *l.* 2. *c.* 1. & 2. quem cit. DD. ſequũtur.

QVÆRES. III.

Quanta ſit grauitas ſuperſtitionis.

12 REſpondeo ex ſe eſſe peccatum mortale, & tale ſemper erit ſuperſtitio turpis, de qua *num.* 9. dixi, & vt plurimum erit mortale etiam pernicioſa cuius exempla tradidimus *à num.* 2. ad octauum quamuis ex leuitate materiæ poſſit eſſe veniale, vt ſi mendacium non ſit contra doctrinam Catholicam, ſed in facto aliquo, v. g. aſſumit confeſſionem

Digitized by Google

nem ad repræſentandum Deum eſſe iudicem, & ad illum colendum, at dicat per mendacium pœnitentem debere ſtare pronum in terra; ſuperflua vero, & vana de qua *à num.* 8. ordinarie erit veniale, niſi contẽptus interueniat, vel ſit contra expreſſum Eccleſiæ præceptum in graui materia, preſertim ſi fiat intentione, ad ritum nouum introducendum, vt debẽt intelligi Toletus *l.*4. *ſum.cap.*14. Nauarrus Manual.*ca.*24 *nu.*11. Caet. *ver. ſuperſtitio* dicẽtes eſſe mortale.

13 Id vero neceſſarium omnino eſt in confeſſione modum ſuperſtitionis aperire ob multas rationes, præſertim, quia aliquæ ſupponunt hœreſim, vel cũ ſacrilegio ſunt admixtæ, & ſpecie cenſentur differre. hæc Suar.*ca.*1.*per totum, & c.*2.*à num.*20. ſequitur Trullench.*l.*1.*in dec.cap.*10. *dub.*1.*num.*6. Filiucc.*tract.* 24. *cap.* 1. *q.*10. Baldelli *in decal.t.*1.*lib.*4. *diſ.*1. *nu.*5. Layman.*l.*4.*tract.*10.*c.*1. & alij.

14 Quale autem peccatum ſit ieiunare die Dominico ex deuotione, vel voto, dicemus *tr.*5. agẽtes de voto, nũc breuiter dico: ſi ieiunes omnib' diebus dominicis, vel frequẽter in illis, & non alijs, erit veniale, vel ſi in die aliquo Dominico ſine cauſa: contra vero erit licitum, & bonum ſi ieiunes ob aliquem profectum ſpiritualem, vel deuotionem. ſic Metina *Co.de ieiu.q.quando neceſſe eſt ieiunare* Valentia 2.2. *diſ.* 9. *q.*2.*pu.*4. *dub.*2. Leſſius *lib.* 4. *de iuſ. c.*2. *dub.*9. *num.*68. Sanchez *l.*2.*c.*37. *à num.* 12. Caſtropal.*tr.*17.*diſ.*1.*pun.*1.*n.*6.

DISPVTATIO II.

De Idololatria.

QVamquam hoc nomen accipiatur aliquando metaphorice, & ſignificet aliqua vitia, vt auaritiã ingluuiem ex Paulo, *ad Eph.* 5. *& Phil.*3. hœreſim, &c. ex Aug.*lib.de vera Relig.c.*18. proprie tamẽ ſignificat *Idoli latriam*: quibus terminis cognitis patebit, quid ſit idololatria.

QVÆRES I.

Quid ſit Idolum, & latria.

1 AD primum reſpondeo ſi ſpectemus primœuam Idoli ſignificationem, id ſignificat ſtatuam, ſeu effigiem, ſiue hominis, ſiue alterius rei, leonis, &c. vel etiam alicuius fictæ imaginis v.g. Chymeræ ad cultum indebitum deſtinatam. *ex ſap.* 13.*aſſimilat illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus, illud comparat,* vnde recte dicũt *Orig.hom.*8.*in Exod.* & Theod.ibi.*qu.*38. ex Paulo *ad Corin.*8. Idolum ſignificare imaginem, nec ſubſiſtentem, nec poſſibilẽ: quia cum ea Imago hominis v.g. cœleſti deſtinetur ad colendum illum, vt Deum, vel vt Sanctum; ſub ea ratione erit Imago falſi Dei, ac non ſubſiſtentis.

2 Verum facta eſt iam extenſio ad ſignificandum quamcumq; creaturam, quæ tamquam Deus proponitur colenda, etiam ſi non ſit imago, vel ſtatua: ſed ignis, Lapis, Venus, & cœteri Gentium Dij ex Tertul.*lib.de Idolis c.* 3. vbi ait idololatriam fieri poſſe *ſine Idolo*; ideſt ſine aliquo ſimulacro. ad ſecundum quæſitum.

Quid ſit Latria.

3 DIco eſſe adorationem ſoli Deo debitam ex Auguſt. *l.*5. *loc.de deut.* quæ tum internis, tum externis actibus fieri poteſt, vt *lib* 1. dictũ eſt *trac.*1. vnde ad idololatriam veram, hæc tria concurrere debent: vt res, quæ proponitur adoranda talis exiſtimetur. ſecundo, vt voluntas velit illam adorare; tertio, vt ſigna adorationis exhibeantur hæc Suar. *d.lib.*2. *cap.* 3. quem apertiſſime ſequitur Sanchez *l.* 2.*cap.*27.*à num.*21. & fere omnes ſupponunt.

(✝):(.✝.):(✝)

Digitized by Google

QVÆRES II.

Quotuplex ſit Idololatria.

4 RESpondeo duplex, vera, & ficta; vera non quidem ex parte rei adoratæ; nam omnis idololatria eſt falſa, cum creatura non ſit digna ſuprema adoratione: ſed ex parte adorantis, qui ex vera intentione adorandi Idolum, tãquam Deum, illi incenſum offerat, quod nõ eſt impoſſibile æſtimare poſt naturæ corruptionem; non quaſi ipſas ſtatuas ex hominibus factas putarẽt eſſe Deos: ſed numen ſuperius, vel homines, qui cum illis ſtatuis coniungebantur, & licet re vera vnus tãtum poſſit eſſe ſupremus Dominus, ac moderator: potuerunt errare cogitando, quod vnuſquiſque Deus in aliquo munere habuerit ſupremam gubernationem; &c. varij enim fuerunt errores Gentilium in hac re, quos in triplicem Theologiam diſtinxerunt Philoſophi, nẽpe in Phyſicam, Ciuilem, & Fabuloſã. ex Varrone apud Aug. *l. 7. de ciuit. c. 5. & 6.*

Phyſica, ſeu naturalis Theologia.

5 HÆC errores Philoſophorum continet, vel quatenus putabant totum mũdum animari ab ipſo Deo, & ſic ipſum mundum, ſeu præcipuas eius partes colebant, vel vt Pythagorici forte putabant; varia numina eſſe in Sole, Luna, elementis &c. iuxta illud *ſapien.* 13. non quidẽ colentes hæc propter ſe ipſa: ſed vt veriſimilius eſt de viris aliquo modo doctis dicere, propter animas; vel cũ Platone colebant minores Deos, vocatos Dœmones, aut intelligentias, aut homines mortuos illuſtres, vel denique multi adorabant ſubſtantias ſeparatas, quas Angelos vocamus. Vnde apparet hanc idololatriam ex imbecillitate humani diſcurſus Dœmonum induſtria ortum habuiſſe. ex *cap. 13. ſap. Vani ſunt omnes homines &c.*

Ciuilis Theologia.

6 HÆC erat circa cultum Idolorũ veluti communi ciuium conſenſu introducta, & in hoc conſiſtit, quod forte putarint ineſſe ſimulacris ab hominibus factis Diuinitatem; ſaltem per aliquam vnionem inuiſibilium ſpirituum, & in hoc à Dœmonum reſponſis, nõ per diſcurſum Philoſophicum decipiebantur. ad quam Theologiam pertinet, illud Pſal. 95. *omnes Dij Gẽtium Dæmonia*, vt notauit Euſeb. *lib. 4. de præp. Euang. cap. 6.*

Theologia Fabuloſa.

7 AD hanc ſpectabat adoratio hominum mortuorum veluti eſſent Dij. & per Antonomaſiam dicitur fabuloſa, per quam gentes ex D. Thom. *q. 95. art.* 1. adorabant homines per imagines repreſentatos, & de his innumeras fabulas comminiſcebantur: Ex qua potiſſimum habuit occaſionem idololatria per imagines; nam ex nimio affectu parentum in filios, ac amicorum mortuorum &c. fecerunt ſibi ſtatuas mortuorũ, quæ fuerunt cẹptẹ venerari accedẽte preſertim Tyrannorum potentia, ac Principum aſsẽtatione, & quamuis ſapiens 14. de nimio affectu parẽtum meminerit, id fuit cauſa exẽpli, vel vt dicit Author *lib. 1. Mytholog.* voluit ſapiens ibi hiſtoriam narrare cuiuſdam Diophanis diuitis, qui filij mortui ſtatuam ſibi fecit.

Quid ſit ficta Idololatria.

8 FIctam, ſeu falſam idololatriam dicimus, quæ tantum fit, quoad act⁹ externos, vel ſine ei⁹ exiſtimatione, quod Creatura illa ſit cultu digna, vel etiam ſine voluntate, vt poteſt accidere in homine fideli, qui ob timorem, incenſum offerat Idolo, quod ſcit eſſe falſum Deum, & honore indignum, nec illum vult honorare: ſed potius dirigit ſuam intẽtio-

tionem ad verum Deum; nam cum iam ſint aliquæ res ex communi cõſuetudine ad Diuinam Excellẽtiam manifeſtãdã, vt tẽplũ, ſacrificiũ Sacerdotiũ, &c. qui illis vtitur in ordine ad Creaturam, cõmittit idololatriam; etiam ſi ficte, & nõ ex animo faciat.

9 Vnde Eccleſia nunquam ſanctis, aut ſacrificium, aut templa instituit: ſed ſoli Deo; licet aliqua, quæ non ſunt ad latriam determinata, vt incenſus, candelarum accenſio, &c. ad ſanctorum venerationem adhibeat. hæc Suar. *tract.3.lib.2.cap.4.& cap.5.* ad *num.* 7. quem ſequitur Caſtropalaus dum *punt.2.fine tract.* 17. *diſp.*1. ad illum ſe remittit. Bonacina *pun.2. diſp.3.q.5. in* 1.*præcep.* Reginald. *lib.* 17.*num.*147. & alij, quamuis ſolum meram concluſionem attingant,

QVÆRES III.

A quo tempore Idololatria inceperit,

10 DE hac re varia eſt Doctorum opinio, vt videri poteſt apud Lact.*l.*1.*cap.* 22. Euſeb. in chron. anno ter milleſimo ſexcẽteſimo quinquageſimo. 3650. quod aliqui dicunt ab Enos incepiſſe, non videtur habere fundamentum, quia ipſe *cæpit nomen Domini inuocare Gen.*14.

11 Id videtur probabilius, idololatriam per imaginem fuiſſe omnium primam, quia *ſap.*14. dicitur *initium fornicationis Idolorum inuentio*, quãuis Euſeb. Cæſar. *lib.*1.*de præp. Euang.* putet prius fuiſſe in vſu idololatriã ſine imaginibus: ſed hoc de priuato cultu poteſt eſſe probabile; non de publico per templorum dedicationem &c. videte Suar. *c.*5.*à nu.*7.*d.l.*2.

QVÆRES IV.

Quale peccatum ſit Idololatria.

12 REſpondeo certum eſt de fide eſſe grauiſſimum, quia eſt directe contra Dei honorem, & nec poteſt excuſari ob ignorantiam inuincibilem: niſi forte in eo, qui nullam prorſus haberet cognitionem veri Dei, nec per ſe valeret diſcurrere, vt ſunt quidam in Braſilia &c. qui enim cognoſcit eſſe verum Deum, quomodo poteſt errare in dando alteri ſupremum honorem, quem cognoſcit dandũ Deo? vnde Paulus *ad Rom.*1. ait fuiſſe inexcuſabiles Philoſophos, *qui cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt.*

13 Inter tres modos autem idololatriæ ſupra explicatos, nempe *cum infidelitate* exiſtimando plures Deos &c. *ſine infidelitate* cognoſcendo v.g. Dæmonem non eſſe Deum: ſed nihilominus velle ex quodam affectu, vel neceſſitate illum adorare, vel denique *ſine voluntate adorandi*: ſed exhibendo ſigna adorationis ob timorem, vel intereſſe, vt de Seneca refert Aug. *lib. de ciui. cap.*6. & de Cicerone Lactant. *lib.*2.*de origine err, cap.* 3. inter hos inquam modos, ſecundus eſt grauius peccatum idololatriȩ, quam primus, quãuis hic ſit deterior modus peccandi, in quantum ſupponit infidelitatem. tertius eſt per ſe duobus modis leuius peccatum, quia in primo, & ſecundo modo committitur vera idololatria, at in tertio tantum eſt ficta, & minus malũ eſt oſtẽdere affectum adorandi Idolũ, quã vere illud adorare.

Nec ſanctus Aug. *loc. cit. c.*10. dum ait Senecã eo damnabilius coluiſſe Idola, quo id mendaciter agebat; eſt contra dicta; nam eius mens fuit dicere peccatum Senecæ eſſe grauius, quam Populi peccatum ob circumſtantiam perſonæ generantis maius ſcandalum, quod eſt per accidens, & in tertio modo, vt plurimum reperitur, atque in hoc videtur primum excedere.

14 Quamuis ſit de fide nunquam licere; etiam ad mortem vitandam idololatriam ſimulare tertio modo dicto, quia eſt intrinſece malum, cum ſit Deo iniurioſum, & hominibus valde ſcandaloſum. ex D. Thom. 2.2.*q.*94.*art.*2. neque, qui hoc peccatum

reſer.p.2.cap.3.nu. 8. Naldum *in ſum. verſ. blaſphemia num.*1. *&c.* aſſerentes eſſe blaſphemias hæreticales, quia videtur derogare Diuinæ Omnipotentiæ,eſtque probabile.

16 Et contra Dacianum *tract.2.crim. lib.2.cap.2.num.*15.putantem per vitam Dei non eſſe blaſphemiam, aut per vitam Sancti Petri,quia ſenſus eſt ille ſæpius in ſcripturis repetitus, viuit Dominus, quod Caſtropalaus *tract.* 17.*diſp.2.pu.2.§.4.nu.6.* putat probabile: ſed contrarium cũ Suario tenendum, & alijs ſupra.

17 Similiter blaſphemia non hæreticalis eſt,iurare,ſeu nominare verba pudenda Chriſti Domini vel Dei, cum quodam contemptu, & iurare per caput, & ſanguinem Domini, quando non eſt cum reuerentia, vel ſi dicas *Corpo di Dio*, cũ indignatione contra aliquem hominem, nam ſatis eſt ad blaphemiam, vt verba ſint ignominioſa, & hoc denotent ita Suar.*cap.6.numer.*11.*lib.*1.*tract.*3. cum quo, quamuis omnes conueniant, quando nominantur partes in honeſtæ.

18 Tamen Sanchez *d.l.cap.32.nu.29.* cum alijs quos ibi citat, putat non eſſe blaſphemiam iurare per membra honeſta Dei v. g. caput &c. immo nec eſſe peccatum veniale, quãdo cum debita reuerentia fiat.

19 Ego ſic diſtinguerẽ,iurare per mẽbra honeſta Dei, quæ ſolent communiter, vt diſtincta nominari v. g. per corpus, & ſanguinem; niſi ſit irreuerentia,& indignatio proferentis contra Deum,nõ erit blaſphemia, & ſic vera eſt ſententia Sanchez, & aliorum,nec Suarius eam negat: at iurare per alia membra, & partes; etiam honeſtas, quæ communiter non ſolent nominari diſtinctæ v.g. per caput Dei, per brachium, per Nares capillos &c. erit blaſphemia; quia ex modo loquendi videntur hę partes cum quadam contumelia, & irriſione nominari. Sicuti erit blaſphemia vera Dei attributa irriſoriè dicere v.g. Deus eſt bonus, ironicè. Nec credo,quod Sanchez hoc negabit, tenetque expreſſe Sotus *lib.* 8. *de iuſ.q.2.artic.*3.quem ſequitur Barboſa *part.3.all.*51. *numer.* 992 *de Pot. Epiſcop.*

20 Denique erit blaſphemia promittere Deo facere peccatũ in eius honorem: vel verba profana dicere ad laudem Dei, vt tradit Nauarr.*c.* 12. *num.*87.niſi hæc verba turpia,& cantilenæ cum alijs veris Dei laudibus miſceantur, tunc non erit blaſphemia. Sicuti nec erit blaſphemia abuti verbis Sacræ Scripturæ ad actiones ludicras,vel ad libellos infamatorios;ſed ſacrilegium graue, ita Suar. *num.*17.*cap.6.lib.*1.*tract.3.tom.* 1. *de relig.* quem ſequitur Bonacina *diſp.* 3.*q.6.pun.2.num.* 10.

21 His adde non eſſe blaſphemiam ſi quis dicat *riniego tal por vida de tal* niſi hic intendat loqui de Deo, aut ſanctis,quod nõ debet in dubio preſumi, vt bene ait Caſtropalaus *nu.*5. *v.de illis* quod etiam Sanchez *n.* 23. confirmat dum vult ex coniecturis præſumi, & idem docet Bonacina *num.*11.& addit *num.*12. de hoc verbo *al diſpetto di quel becco che mi tiene nel mondo*, & citat Cornæum, & Alexandrum apud Lazariũ *q.3.n.36.* 37.*nu.*15.16. non eſſe blaſphemiam in dubio, cur enim debet præſumi loqui de Deo? licet in hoc vltimo caſu non ſtet præſumptio adeo fauorabilior pro blaſphemante.

22 Similiter erit blaſphemia ſimplex negare ſanctos v.g. D. Petrus pereat &c.ita Sanchez *nu.*36. dicens,Inquiſitores de hoc crimine non cognoſcere,cui videtur Diana aſſentiri *par.* 4.*reſ.8.tract.* 7. dum illum refert, & non improbat, contra Caſtropalaũ *num.3.d.tract.7.diſp.2.p.2.§.3.* putantem eſſe hæreticalem: ſed Sancij ſententia eſt tenenda.

23 Nec erit blaſphemia Creaturis maledicere irrationalibus v.g. vento pluuiæ &c. ſed tantum veniale, & multoties nullum peccatum ſi maledicantur pro vt graue damnum nobis afferunt, ſine reſpectu ad Deũ

(nam

(nam ſi hic eſt,iã diximus, eſſe blaſphemiã) ſicuti nec erit blaſphemia dicere de ſanctis aliqua,quæ illis in vita acciderunt v. g. fuiſſe pauperes laſciuos &c.niſi ob contemptum dicantur, vt notat Reginald. *lib.* 18. *numer.* 198.Aragon.2.2. *q.* 13.*artic.*2, vide Clauim Regiã hic,Caſtropalaũ *num.*7.& alios paſſim.

24 Non ſunt autem audiendi,qui dicunt iurare per intemeratam virginitatẽ Deiparæ, eſſe blaſphemiam, vel omne falſum iuramentum, aut cum accidit aliquod infortunium dicere *ſic futurum erat*. Videte hic Doctores præſertim Sanchez *nu.*32. *&* 33.*& ſeq.*

Similiter iſta *Meretrix Dei*, putatur à Peyrino *conſtitut.* 9. *Pauli* 5. *numer.* 16.non eſſe hæreticalis;nam ait ipſe communiter non ſignificatur Deum meretricem habere: ſed ſignificatur aliqua mulier, quæ fuit meretrix,& nunc eſt gratia Dei conuerſa, quod non diſplicet.verum illa verba pro vt ſonant ſunt hæreticalia,& ea proferens grauiter eſſet puniendus. Hæc ſunt attẽte notãda;vix enim apud alium ſic diſtincta reperies, multum tamen faciunt ad hoc, vt ſciatur quando ſit Inquiſitoribus deferenda blaſphemia,quando non, vt bene notat Bonacina *pu.*1. *num.*4. *loc.cit.* Barboſa,& alij vt *diſ.ſeq. q.vl. dicemus.*

DISPVTATIO IV.

De qualitate malitiæ blaſphemiæ, & eius pænis.

QVÆRES I.

An blaſphemia ſit de ſe ſemper mortale,& maius omni peccato.

1 RESpond.ſemper eſſe mortale, & mai' omni peccato cõtra Religionẽ; nõ tamen peccatis cõtra virtutes Theologales odio Dei,infidelitate, & deſperatione.ex Hieronymo Iſaię 18. *nihil horribilib' blaſphemia &c.* ita Suar. *loc.citan.* quod intelligo facta cõparatione inter peccata oppoſita Religioni; per quæ non excluditur factis,& ex vi operãtis,& re ipſa, Diuina excellentia, & cultus illi debitus, vt eſt in idololatria expreſſa de qua infra.

2 Hinc patet, quod licet poſſit eſſe blaſphemia coniuncta cum infidelitate, vt cum quis profert blaſphemias hæreticales, idque intellectu etiam tenet; aut oppoſita confeſſioni fidei, licet non ſit contra fidem: quando ſcilicet verba exterius prolata ſunt hæreticalia, at qui profert non ita intelligit, vel etiam poterit eſſe coniuncta cũ odio Dei,& deſperatione; tamen id non eſt neceſſariũ in omni blaſphemia,vt patet in blaſphemijs nõ hæreticalibus, & in blaſphemijs prolatis ſine directa intẽtione Deum inhonorandi, vbi non eſt odium Dei;& contra;licet in blaſphemia ſit hereſis, aut odium Dei; non tollitur ratio peccati blaſphemiæ, quæ eſt contumelia in Deum; quia formaliter, nec infidelitas, nec odium Dei eſt contra honorem. ſed contra fidem, & contra amorẽ Deo debitum; vnde habent malitiam diſtinctam; & idem dicas de periurio, nempe nec ipſum eſſe blaſphemiam, nec ſemper in blaſphemia reperiri: quia non ſemper in blaſphemia adducitur Deus, vt teſtis, vt diſ. præc. patet in exemplis allatis,vbi aliquæ proferuntur cum iuramento, vt per *vitam Dei* aliæ ſine iuramento, vt ſi dicatur *impotens eſt Deus*. Et quãuis D.Th. 2.2.*q.*13.*ar.*1. ponat blaſphemiam,vt contrariã fidei confeſſioni, tamen alij ab eo recedũt,vt Toletus *lib.*4.*c.*12.alij vt Azor. *l.*9. *c.* 28. *q.*1. cum explicant loqui de blaſphemia hereticali, quod eſt probabile. ita Suar. *l.*1.*tr.*3.*to.*1.*c.*6. ſequit. Bonac. *diſ.*3.*q.*8.*p.*3.*n.*1.*&* 2.Sanch. *ſum.l.*2. *c* 32.*n.*2.*&* 3.*& n.*38. Clauis Regia *lib.*6.*c.*13.*n.*1.& ſequitur plures citãs Caſtropal.*diſ.*2.*p.*2.§.2.*& n.*1.*& n.*2. & alij communiter apud ipſos.

Tra-

3 Traditæ doctrinæ; quod blaſphemia ſit maius peccatum omnibus alijs contra Religionem, & per conſequens periurio, non obſtat S. Aug. *Epiſt.* 154. *ad Publici*. vbi ait iurare verum per falſos Deos, (quod eſt blaſphemia ex Soto apud Suarium *nu.*13.) eſſe minus peccatum, quam iurare falſum per verum Deũ: nam poteſt intelligi eſſe minus extẽſiue; quia in iuramento vero per falſos Deos eſt tantum malitia blaſphemiæ: at in iuramẽto falſo per verum Deum ſunt multæ malitiæ nempe mendacij, & iniuſtitiæ ex parte iurãtis in caſu poſito à S. Augu. & adductio Dei in teſtem falſitatis. Immò ſi ponas iuramentum falſum per falſos Deos, & iuramẽtum falſum per verum Deum, grauius erit hoc ſecũdum, quia licet in vtroq; ſit malitia periurij ob conſcientiam erroneam iurantis: tamen eſt grauior malitia periurij, per verũ Deum; quia eius Sanctitas eſt maior, quam illa falſi Dei, etiã prout à iurante cõcipitur; at ratio blaſphemiæ, quæ eſt in iuramento per falſos Deos ſemper eſt maior, continet enim iniuriam veri Dei, vt habentis ſupremam excellẽtiam. ita Suarius *d.c.*6.*num.*15.

An ratione materiæ ſit veniale.

4 NEc excuſatur à mortali ob paruitatem materiæ, ſed ſolum ex ſubreptione, & indeliberatione voluntatis, vt quando quis ex ſubita paſſione, aut ex praua cõſuetudine prius dicit verbum, quam perfecte aduertat; nam ſi aut ioco, aut materialiter tantum verba dicantur: tunc non erit blaſphemia; nam ea formaliter debet proferri per modum cõuicij, ſed ad ſummum erit leue peccatũ ratione irreuerentiæ: hæc Suar. *d.c.*6.*n.*1.& 2. quem omnes Recent. ſequuntur vide Gord. *ſum.t.*2.*l.*6.*q.*8. *c.*2. Hurtadum *t.*1.*diſ.*91.*ſec.*11.§.48. Trullench. *expoſit. decal. l.* 1. *cap.* 2. *dub.*2.*num.*2.

Doctrina hæc Suarij limitari videtur à Sanchez *lib.* 2. *cap.*32.*nu.*42. in blaſphemia contra ſanctos, non vt ſancti ſunt, quæ poteſt eſſe veniale ex paruitate materiæ, vt ſi quis dicat de SS. Ioanne, & Paulo fuiſſe Eunuchos, & hoc multis relatis docet Diana *reſ.*3.*tra.*5.*de par.mat.par.* 5. ſed nil contra Suarium dicunt: nã vere non eſt blaſphemia, vt diximus *diſp.præc.numer.*4.& 23. vnde etiam Sanchez dicit eſſe blaſphemiam aliquo modo, & materialiter, & Bagnez.2,2.*q.*13.*art.*2. cum alijs. Clauis Regia *n.*5. negant eſſe blaſphemiam.

5 Similiter Doctrina Villalobos apud Dianam *l.citat.* improbabilis eſt quatenus aſſerit dari paruitatem materiæ in blaſphemia; at exemplũ eſt verum de vſurpante verba ſcripturæ ad locum, vel de muſico, defectu alterius rei, dicente in Miſſa aliquam cantilenam; hæc enim blaſphemiæ nõ ſũt, vt diximus ex Suar. *numer.*20. *diſp.præc.*

6 Deniq; putat Caſtrop. *d.diſp.*2.*p.*2. §.2. cõtra Suariũ ſentire, dum docet cum Sanchez *lib.*2.*cap.*32.*n.*41. eſſe mortale blaſphemiam ioco prolatam: niſi locus tollat diminutionem diuini honoris. Sed hoc voluit Suarius, putatq; verba illa ioco prolata non eſſe blaſphemiam, quod etiam tenet Valentia *diſp.*1.*q.*13. vnde Suarez addit, *ſi humano modo fiat ſemper eſſe grauiſſimum peccatũ*; quia ſcilicet moraliter iocus raro tollit rationem blaſphemiæ, ſeu diminutionem diuini honoris.

QVÆRES I.

An omnes blaſphemiæ ſint eiuſdem ſpeciei.

7 REſpondeo. valde probabile eſt non eſſe eiuſdem ſpeciei blaſphemias hæreticales, & non hæreticales (quamuis Gaet. *in ſum. v. blaſphemia* doceat eſſe omnes eiuſdem ſpeciei cũ multis Doctoribus) quia hæreticales continent iniuriam longe diuerſæ rationis, à non hæreticalibus

libus , at hœreticales ſunt eiuſdem ſpeciei,& non hereticales inter ſe, & tantum differunt ſecundum magis, & minus,in ratione contumeliæ, vt vna contineat maiorem irreuerentiam, quam alia in eadem ſpecie ex D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 13. *art.*1.*ad* 3.

At pro confeſſione explicandum eſt num blaſphemia fuerit contra Deū,aut contra Sanctos; quia quando eſt contra Sanctos directe , dato, quod non differat ſpecie à blaſphemia in Deum;tamen continet præter contumeliam in Deū , malitiam contra duliam, nempe contra Sanctum , qui iniuria etiam afficitur ; & idem dicas quādo blaſphemiæ alias habent malitias v.g. odium Dei &c. hec Suarez *d.c.*6.*n.*18.*&* 19.qui plura deſiderat,videat Sanch. *n.* 39. qui tamen ſtrictius loquitur . Caſtropal. *d.*§.2.*fine diſ.*2.*p.*2.hic, & de Lugo *de pœnit*. Dianam 1. *p. tract. de circumſtantiis rer.* 50. & alios apud ipſos; nam hoc pertinet ad *tract.de pœnit.*

QVÆRES.

Quæ ſint pœnæ contra Blaſphemias.

8 RESpondeo , quod attinet pro foro conſcientiæ nulla,nec reſeruatio,nec cēſura impoſita eſt iure communi ipſo facto: & quod in Concil. Lat. *ſeſſ.*9. dicitur non eſſe abſoluendos,niſi prius ſit impoſita grauiſſima pœna à Confeſſario,iam non eſt in vſu , neq; hoc peccatum eſt irremiſſibile:ſed tantum de blaſphemia in Spiritum Sanctum hoc dicitur , quia directe opponitur diſpoſitioni neceſſariæ ad remiſſionē, & ſic reddit illam difficilem . vide Suarium *diſ* 8.*de pœn.ſec.*1.

9 Pœnæ autē pro foro externo tam de Iure Ciuili , quam Canonico videri poſſunt apud Couarr. *c. quamuis pactum.de pactis* 1.*p.*§.7. *num.* 10. Bernardum Diaz cum Salſedo *c.*10. *prat.* Iul. Clar. *lib.*5.§.*blaſphemiam* Sinmācas *in Catholicis inſt.tit.*8. hęc Suar. *cap.*7.*tract.*3.*l.*1.quem ſequuntur in his Caſtropalaus,Sāchez,Bonacina, Barboſa , Diana plures allegans, & alij locis ſupra citatis. vide etiam doctiſſimū Farinaceum *q.*20. erudite hæc omnia pertractantem pro foro iudiciali.

10 Solum addo Suarij dictis denunciationem blaſphemi,quando non eſt publicus , & ſperatur emendatio poſſe omitti facta correctione fraterna,& in blaſphemia hereticali denunciationē faciendam eſſe Inquiſitoribus ; quia de hac ipſi tantum cognoſcunt,in alijs faciendam Epiſcopo,vel Iudici ſœculari, nec ex eo, quod in edictis dicatur vt blaſphemi ad Inquiſitores,vel ad Epiſcopos referantur,tollitur quin alijs,ſi Iudices ſunt competētes,poſſint defferri, ſic Sanchez *l.*2.*c.*32.*n.*47.

11 Rurſus poterunt iuſtiſſime Iudices competentes imponere pœnam extraordinariam proferentibus blaſphemiam, ſeu verba ſapientia hœreſim ioco,vel ludibrio, & ad ipſum delinquentem ſpectat probare fuiſſe ioco . vide Royas *ſingulari* 103. Sinmanchas *Catol. inſtit.t.*17. *nu.*23. Farinac.*de hæreſi q.*179.§.4.*n.*8.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

LIBER SECVNDVS

DE

SVPERSTITIONE, ET VARIIS EIVS SPECIEBVS.

COnſtat apud omnes ſuperſtitionem eſſe vitium contra Religionem Deo debitam, complectens ſub ſe varias ſpecies. vnde autem ſic dicta ſit, non conſtat inter Doctores, aptior aliquibus eſt viſa Lucretij ethymologia apud Iſid. *l.* 8. *c.* 3. à ſuperſtando quaſi nimius cultus procedat ex nimio timore Dei, ſupernos ſtantis: quamuis ipſe vt Epicureus, impie vanum putauerit timorem Dei de nobis nil curantis. Sed quidquid ſit de nominis deriuatione, conueniunt omnes ſuperſtitionem nimium Dei cultum ſignificare. Iuxta Aurum Gellium. *lib.* 10. *Noc: Act. importunam, & ineptam Religionem,* duobus autem modis poteſt quis in cultu Dei errare, vel alium adorando, & hæc dicitur Idololatria, de qua infra, vel verum Deum; ſed in modo colendi non ſe debito modo gerit, & hoc vitium appellatur ſuperſtitio vide Suar. *l.* 2. *trac.* 3. *c.* 1. *ad. n.* 3. cum S. Tho. 2. 2. *q.* 92. *ar.* 2. & alijs ibi.

DISPVTATIO I.

De ſuperſtitione circa Verum Deum.

QVÆRES I.

Quot modis poteſt eſſe ſuperſtitio circa verum Deum.

1 RESPONDEO duobus. primo modo exhibendo illi cultum falſum, quem S. Tho. *d. q.* 92. vocat ſuperſtitionem pernicioſam, quæ ſcilicet mendacium continet in rebus cõtra Religionem, & ſic pernicioſum, ex D. Auguſtino *lib. de mend. c.* 14. quam in duas ſubdiuidit, in eam, quę continet falſitatem ex parte rei, & in eam, quæ ex parte colentis continet falſum.

2 Secundo modo poteſt eſſe ſuperſtitio exhibendo cultũ ſuperfluum, quamuis aliam falſitatem non includat offerendo ſcilicet Deo, quod nec ad eius gloriam ſpectat, nec hominem ſubijcit Deo modo, quo lege, aut conſuetudine debet, & ſic eſt contra illud Ioan. 4. *in ſpiritu, & veritate oportet adorare*, nam per falſitatem non adoratur Deus in veritate, per ſuperfluitatem non adoratur in ſpiritu: ſed modo, quo homo ſpiritui non ſeruit.

Explicatur in quo conſiſtat falſitas ſuperſtitionis pernicioſæ ex parte rei.

3 NE data diuiſio videatur incongrua: nam nulla videtur eſſe ſuper-

ſuperſtitio,quæ nõ ſit falſa ex Lactã. *l.4.inſt. cap. 28.* ibi *religio veri cultus eſt ſuperſtitio falſi*,& nulla,quæ non ſuperflua : cum eam Seruius *ſuperfluum timorem* appellet : aduertendum eſt falſitatem illam,qua cultus dicitur ſuperſtitioſus, non eſſe falſitatem cultus: ſed falſitatem rei,quæ aliquam falſitatem ſignificat, v. g. circumciſio nũc eſt ſuperſtitio falſa, non ſolum, quia cõtinet falſitatem, ſeu nullitatem cultus:ſed quia eſt ſignum gratię futuræ,quod eſt falſum quia iam data eſt per Chriſtum.

4 Ad quod non eſt neceſſe, vt operans habeat formalem intentionem mentiendi: ſed tantum requiritur, vt,qui ea re vtitur,eam adhibeat ad ſignificandum id, quod à principio ex Dei impoſitione ſignificauit; & nunc iam non ſignificat, vt eſt circumciſio, quæ nunc non ſignificat gratiam futurã per Chriſtum, & ſic Paulus circumcidens Thimoteum non fuit ſuperſtitioſus, cum non ad hanc ſignificationem circumciſionem adhibuerit, at qui nunc illa actione vtererur, non excuſabitur à ſuperſtitione pernicioſa; quia ſimpliciter, & materialiter,vt ſic dicam falſum profert, licet aliam ipſe habeat intentionem v. g. vt ſimilis ſit Chriſto. Satis enim eſt ſi vtatur re, quæ nũc communiter ſignificet falſum ex communi ſenſu Eccleſiæ.

5 Neq; oportet,vt tale mendacium ſit ſemper in materia religionis: ſed ſatis eſt,vt ſit in alia materia,& vſurpetur ad Deum colendum:nam hoc ipſo eſt pernicioſum contra Dei honorem; licet poſſit eſſe veniale ex materia,vt dicemus.

Optime igitur dicimus ſuperſtitionem, quæ in re ipſa mendacium cõtinet pernicioſam:illam vero,quę tãtum habet falſitatem in cultu appellamus nomine generis ſuperfluã; quia aliud mendacium nõ continet. ita Suarius *l. 2. tract. 3. to. 1. cap. 2.* & DD. infra citan.

Explicatur falſitas ſuperſtitionis pernicioſæ ex parte colentis.

6 Falſitas hæc ſolum poteſt inueniri in eo, qui coleret Deum nomine Chriſti,vel Eccleſiæ;cum tamẽ id nõ poſſit facere, vt eſt v.g. Sacerdos excõmunicatus, vel depoſitus, qui nomine Eccleſiæ offert ſacrificium, & in eo publice orat;in hoc enim eſt falſitas, ſeu mendacium in ipſa ſubſtantia;cum offerat nomine alterius, quod re vera ſibi commiſſum nõ eſt,ad differentiam eius, qui tantum in modo deficeret, v.g. ſi Sacerdos offerat calicẽ ſine aqua, qui non falſarius, ſed ſacrilegus, aut ſuperſtitioſus dicitur.

7 Vnde ſi quis priuato nomine oraret,ac Deum coleret,non eſſet falſus hac falſitate, ſe tenente ex parte colentis:quia nõ coleret Deum nomine alterius. Sed ad ſummum eſſet ſuperſtitio pernicioſa ob falſitatem in re ſignificata,vt eſſet ieiunare in Dominica ex ſuperſtitione, nam denotaretur Chriſtum non dum reſurrexiſſe vt Manichæi dicebant, vel non eſſe eius reſurrectionem colendam; vel falſas reliquias proponere,aut rebus ſacris abuti, vel ſi quis oraret, & nõ pro omnib' dicẽdo *Pater Noſter*, qui inſtitutus eſt,vt pro omnibus dicatur;etiã ſi eſſet Sacerdos, nõ eſſet mendax: ſed tantum deficeret à ſuo officio. ſicuti nec concionator vtens falſis miraculis ad fidem cõfirmandam,diceretur ſuperſtitioſus:ſed potius contra fidei confeſſionem peccare. quãuis hæc omnia putet Caet. ſuperſtitionẽ pernicioſam ex parte colẽtis. Hæc Suar. *d. c. 2.* cuius doctrinam omnes Recẽtiores fere ſupponunt,quamuis aliqua tantum attingant, ipſumq; citent, & ad ſummum in concionatore dicente falſa miracula varient, dicentes peccare cõtra cultum diuinum: ſed non multũ intereſt. nam omnes docent eſſe mortale. ita Caſtrop. *diſ. 1. tr. 13. p. 1.* Sãch. *ſum. l. 2. c. 37. à nu. 2.* Bonac. *diſ. 3. q. 5. p. 1.* Barb. *3. p. all. 51. n. 122.* ad Suar. :e

remittẽs.Filiuc.*tr.*45.Villalobos *p.*2. *trac.*37.Baldelli *t.*2.*in decal.l.*4. *diſ.*1. Fagund.*in decal.lib.*1,*c.*34.*n.*6.*&* 9.

QVÆRES II.

Quo pacto cultus circa verum Deum poſſit eſſe ſuperfluus.

VIdetur ſane durum,quo modo poſſit peccari contra cultum Dei per exceſſum,cum ipſe ſicuti eſt ſuper omnia amandus: ita eſt ſuper omnia colẽdus;& nullus nec in actu interno, nec externo poteſt eſſe exceſſus, & ſic quo pacto verũ eſt dari ſuperſtitionem cultus ſuperflui?

8 Reſpondeo licet ex parte Dei,qui colitur, non poſſit eſſe exceſſus in cultu, modo cõcipiatur verus Deus ab ipſo colente, ſaltem quo ad ſubſtantiam, eſſentiam, ac exiſtentiam eius confuſe acceptam; etiam ſi de illo aliqua ignorentur, vel falſo, exiſtimẽtur; vt ſunt Iudęi illum vnum, & non trinum apprehendentes, & Gentiles multa falſa credentes.

Tamen poteſt eſſe exceſſus in ipſo cultu,quo ad res,quas ad illũ colendum adhibemus.quatenus non ſunt aptę ad id,neq;vere Deus honoratur illis; ſiue ſint in adoratione exteriori,ſiue in interiori, vt ſi quis multum zelum haberet, vel timorem inordinatum, vt ſi Gẽtilis vitulum offeret, Iudæus Sabbata ſeruaret,vel alius in Sacramentis aliqua adderet contra Chriſtũ, & Eccleſiam:nam multum intereſt ad adorationem ſpectare, quo modo colas: quidquid contra dixerit Lactantius.

9 In quo caſu nõ dicitur ſuperſtitio per exceſsũ ex cultu formaliter,quaſi vero detur verus cultus Dei, qui excedat,hoc enim eſſe non poteſt ex S.Th.*q.*93.2.2.*a.*2. vbi ait ſecundum quãtitatem abſolutam, nempe ſupponentẽ verum cultũ,non poſſe eſſe exceſſum: ſed ſecundũ quantitatem proportionatam, nimirum in cultu materiali:hoc eſt,illa,quæ aſſumuntur ad cultũ,cum illũ non præſtent, tranſeunt in ſuperſtitionẽ,& ſic ſunt ſuperflua,vt ſi quis bis in die ſe communicet,vel ſi offerat Corpus, & nõ Sanguinem in Miſſa,vel illam ſine veſtibus cantet volẽs nouum ritum in cultu introducere contra legem, vel conſuetudinem: tunc enim licet materialiter ſit defectus,at in ratione cult' eſt exceſſus,ſeu ſuperfluitas, hęc aũt vel poteſt eſſe turpis,aut vana. turpis ſuperſtitio ſuperflua erit, quando quis vteretur actibus turpibus v.g.hominis homicidio ad Deũ colendũ,vel ex iniuſte acquiſitis illi offerat.vana eſt modis ſupradictis.

10 At non eſt idololatria appellandum hoc vitium,vt volunt heretici, nám idololatria eſt Idoli adoratio ſuprema,vt optime oſtendit Valen. *t.*3.*diſ.*6.*q.*11.*p.*1.

11 Nec erit ſuperſtitio omnis cœremonia aſſumpta ad Deũ colendum in euangelio non contenta, aut non præcepta, vt perperam Recentiores hœretici aſſerunt,quando nõ eſt cõtra præcepta; neq; fauet illis locus Deuter.12. *quod præcipio tibi hoc tantum facito Domino &c.*nam ibi Deus prohibuit vti ceremonijs Gentium, nõ autem ijs, quæ nõ ſunt pręcepta, modo non ſint cõtra ipſa præcepta, & Paulus *ad Col.*2. nõ dãnat omnem cultum voluntarium: ſed ſuperſtitioſum cultum, fundatum in hypocriſi,& in irrationabili voluntate, vt Caet.& alij volunt. videte Suar.*tr.*2. *l.*2.*c.*1.*&* 2. quem cit.DD. ſequũtur.

QVÆRES III.

Quanta ſit grauitas ſuperſtitionis.

12 REſpondeo ex ſe eſſe peccatum mortalẽ,& tale ſemper erit ſuperſtitio turpis, de qua *num.* 9.dixi, & vt plurimum erit mortale etiam perniciosa cuius exempla tradidimus *à num.*2.ad octauum quamuis ex leuitate materiæ poſſit eſſe veniale, vt ſi mendacium non ſit contra doctrinam Catholicam, ſed in facto aliquo, v. g. aſſumit confeſſionem

nem

Digitized by Google

nem ad repræſentandum Deum eſſe iudicem, & ad illum colendum, at dicat per mendacium pœnitentem debere ſtare pronum in terra; ſuperflua vero, & vana de qua *à num.* 8. ordinarie erit veniale, niſi contẽptus interueniat, vel ſit contra expreſſum Eccleſiæ præceptum in graui materia, preſertim ſi fiat intentione, ad ritum nouum introducendum, vt debẽt intelligi Toletus *l.*4. *ſum. cap.*14. Nauarrus Manual. *ca.*24 *nu.*11. Caet. *ver. ſuperſtitio* dicẽtes eſſe mortale.

13 Id vero neceſſarium omnino eſt in confeſſione modum ſuperſtitionis aperire ob multas rationes, præſertim, quia aliquæ ſupponunt hœreſim, vel cũ ſacrilegio ſunt admixtæ, & ſpecie cenſentur differre. hæc Suar. *ca.*1. *per totum, & c.*2. *à num.*20. ſequitur Trullench. *l.*1. *in dec. cap.*10. *dub.*1. *num.*6. Filiucc. *tract.* 24. *cap.* 1. *q.*10. Baldelli *in decal. t.*1. *lib.*4. *diſ.*1. *nu.*5. Layman. *l.*4. *tract.*10. *c.*1. & alij.

14 Quale autem peccatum ſit ieiunare die Dominico ex deuotione, vel voto, dicemus *tr.*5. agẽtes de voto, nũc breuiter dico: ſi ieiunes omnib' diebus dominicis, vel frequẽter in illis, & non alijs, erit veniale, vel ſi in die aliquo Dominico ſine cauſa: contra vero erit licitum, & bonum ſi ieiunes ob aliquem profectum ſpiritualem, vel deuotionem. ſic Metina *Co. de ieiu. q. quando neceſſe eſt ieiunare* Valentia 2.2. *diſ.* 9. *q.*2. *pu.*4. *dub.*2. Leſſius *lib.* 4. *de iuſ. c.*2. *dub.*9. *num.*68. Sanchez *l.*2. *c.*37. *à num.* 12. Caſtropal. *tr.*17. *diſ.*1. *pun.*1. *n.*6.

DISPVTATIO II.

De Idololatria.

QVamquam hoc nomen accipiatur aliquando metaphorice, & ſignificet aliqua vitia, vt auaritiã ingluuiem ex Paulo, *ad Eph.* 5. *& Phil.*3. hœreſim, &c. ex Aug. *lib. de vera Relig. c.*18. proprie tamẽ ſignificat *Idoli latriam*: quibus terminis cognitis patebit, quid ſit idololatria.

QVÆRES I.

Quid ſit Idolum, & latria.

1 AD primum reſpondeo ſi ſpectemus primœuam Idoli ſignificationem, id ſignificat ſtatuam, ſeu effigiem, ſiue hominis, ſiue alterius rei, leonis, &c. vel etiam alicuius fictæ imaginis v. g. Chymeræ ad cultum indebitum deſtinatam. *ex ſap.* 13. *aſſimilat illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus, illud comparat,* vnde recte dicũt *Orig. hom.*8. *in Exod.* & Theod. ibi. *qu.*38. ex Paulo *ad Corin.*8. Idolum ſignificare imaginem, nec ſubſiſtentem, nec poſſibilẽ: quia cum ea Imago hominis v.g. ſceleſti deſtinetur ad colendum illum, vt Deum, vel vt Sanctum; ſub ea ratione erit Imago falſi Dei, ac non ſubſiſtentis.

2 Verum facta eſt iam extenſio ad ſignificandum quamcumq; creaturam, quæ tamquam Deus proponitur colenda, etiam ſi non ſit imago, vel ſtatua: ſed ignis, Lapis, Venus, & cœteri Gentium Dij ex Tertul. *lib. de Idolis c.* 3. vbi ait idololatriam fieri poſſe *ſine Idolo*; ideſt ſine aliquo ſimulacro. ad ſecundum quæſitum.

Quid ſit Latria.

3 DIco eſſe adorationem ſoli Deo debitam ex Auguſt. *l.*5. *loc. de deut.* quæ tum internis, tum externis actibus fieri poteſt, vt *lib* 1. dictũ eſt *trac.*1. vnde ad idololatriam veram, hæc tria concurrere debent: vt res, quæ proponitur adoranda talis exiſtimetur. ſecundo, vt voluntas velit illam adorare, tertio, vt ſigna adorationis exhibeantur hæc Suar. *d. lib.*2. *cap.* 3. quem apertiſſime ſequitur Sanchez *l.*2. *cap.*27. *à num.*21. & fere omnes ſupponunt.

(+):(.+.):(+)

Digitized by Google

QVÆRES II.

Quotuplex ſit Idololatria.

4 Reſpondeo duplex, vera, & ficta; vera non quidem ex parte rei adoratæ; nam omnis idololatria eſt falſa, cum creatura non ſit digna ſuprema adoratione: ſed ex parte adorantis, qui ex vera intentione adorandi Idolum, tãquam Deum, illi incenſum offerat, quod nõ eſt impoſſibile æſtimare poſt naturæ corruptionem; non quaſi ipſas ſtatuas ex hominibus factas putarẽt eſſe Deos: ſed numen ſuperius, vel homines, qui cum illis ſtatuis coniungebantur, & licet re vera vnus tãtum poſſit eſſe ſupremus Dominus, ac moderator: potuerunt errare cogitando, quod vnuſquiſque Deus in aliquo munere habuerit ſupremam gubernationem; &c. varij enim fuerunt errores Gentilium in hac re, quos in triplicem Theologiam diſtinxerunt Philoſophi, nẽpe in Phyſicam, Ciuilem, & Fabuloſã. ex Varrone apud Aug. *l. 7. de ciuit. c. 5. & 6.*

Phyſica, ſeu naturalis Theologia.

5 HÆC errores Philoſophorum continet, vel quatenus putabant totum mũdum animari ab ipſo Deo, & ſic ipſum mundum, ſeu præcipuas eius partes colebant, vel vt Pythagorici forte putabant; varia numina eſſe in Sole, Luna, elementis &c. iuxta illud *ſapien.* 13. non quidẽ colentes hæc propter ſe ipſa: ſed vt veriſimilius eſt de viris aliquo modo doctis dicere, propter animas; vel cũ Platone colebant minores Deos, vocatos Dœmones, aut intelligentias, aut homines mortuos illuſtres, vel denique multi adorabant ſubſtantias ſeparatas, quas Angelos vocamus. Vnde apparet hanc idololatriam ex imbecillitate humani diſcurſus Dœmonum induſtria ortum habuiſſe. ex *cap. 13. ſap. Vani ſunt omnes homines &c.*

Ciuilis Theologia.

6 HÆC erat circa cultum Idolorũ veluti communi ciuium conſenſu introducta, & in hoc conſiſtit, quod forte putarint ineſſe ſimulacris ab hominibus factis Diuinitatem; ſaltem per aliquam vnionem inuiſibilium ſpirituum, & in hoc à Dœmonum reſponſis, nõ per diſcurſum Philoſophicum decipiebantur. ad quam Theologiam pertinet, illud Pſal. 95. *omnes Dij Gẽtium Dæmonia*, vt notauit Euſeb. *lib. 4. de præp. Euang. cap. 6.*

Theologia Fabuloſa.

7 AD hanc ſpectabat adoratio hominum mortuorum veluti eſſent Dij. & per Antonomaſiam dicitur fabuloſa, per quam gentes ex D. Thom. *q. 95. art.* 1. adorabant homines per imagines repreſentatos, & de his innumeras fabulas comminiſcebantur: Ex qua potiſſimum habuit occaſionem idololatria per imagines; nam ex nimio affectu parentum in filios, ac amicorum mortuorum &c. fecerunt ſibi ſtatuas mortuorũ, quæ fuerunt cepte venerari accedẽte preſertim Tyrannorum potentia, ac Principum aſſẽtatione, & quamuis ſapiens 14. de nimio affectu parẽtum meminerit, id fuit cauſa exẽpli, vel vt dicit Author *lib. 1. Mytholog.* voluit ſapiens ibi hiſtoriam narrare cuiuſdam Diophanis diuitis, qui filij mortui ſtatuam ſibi fecit.

Quid ſit ficta Idololatria.

8 FIctam, ſeu falſam idololatriam dicimus, quæ tantum fit, quoad act' externos, vel ſine ei' exiſtimatione, quod Creatura illa ſit cultu digna, vel etiam ſine voluntate, vt poteſt accidere in homine fideli, qui ob timorem, incenſum offerat Idolo, quod ſcit eſſe falſum Deum, & honore indignum, nec illum vult honorare: ſed potius dirigit ſuam intẽtio-

tionem ad verum Deum; nam cum iam ſint aliquæ res ex communi cõſuetudine ad Diuinam Excellẽtiam manifeſtãdã, vt tẽplũ, ſacrificiũ Sacerdotiũ, &c. qui illis vtitur in ordine ad Creaturam, cõmittit idololatriam; etiam ſi ficte, & nõ ex animo faciat.

9 Vnde Eccleſia nunquam ſanctis, aut ſacrificium, aut templa inſtituit: ſed ſoli Deo; licet aliqua, quæ non ſunt ad latriam determinata, vt incenſus, candelarum accenſio, &c. ad ſanctorum venerationem adhibeat. hæc Suar. *tract.* 3. *lib.* 2. *cap.* 4. *&* *cap.* 5. ad *num.* 7. quem ſequitur Caſtropalaus dum *punt.* 2. *fine tract.* 17. *diſp.* 1. ad illum ſe remittit. Bonacina *pun.* 2. *diſp.* 3. *q.* 5. *in* 1. *præcep.* Reginald. *lib.* 17. *num.* 147. & alij, quamuis ſolum meram concluſionem attingant.

QVÆRES III.

A quo tempore Idololatria inceperit.

10 DE hac re varia eſt Doctorum opinio, vt videri poteſt apud Lact. *l.* 1. *cap.* 22. Euſeb. in chron. anno ter milleſimo ſexcẽteſimo quinquageſimo. 3650. quod aliqui dicunt ab Enos incepiſſe, non videtur habere fundamentum, quia ipſe *cæpit nomen Domini inuocare Gen.* 14.

11 Id videtur probabilius, idololatriam per imaginem fuiſſe omnium primam, quia *ſap.* 14. dicitur *initium fornicationis Idolorum inuentio*, quãuis Euſeb. Cæſar. *lib.* 1. *de præp. Euang.* putet prius fuiſſe in vſu idololatriã ſine imaginibus: ſed hoc de priuato cultu poteſt eſſe probabile; non de publico per templorum dedicationem &c. videte Suar. *c.* 5. *à nu.* 7. *d. l.* 2.

QVÆRES IV.

Quale peccatum ſit Idololatria.

12 REſpondeo certum eſt de fide eſſe grauiſſimum, quia eſt directe contra Dei honorem, & nec poteſt excuſari ob ignorantiam inuincibilem: niſi forte in eo, qui nullam prorſus haberet cognitionem veri Dei, nec per ſe valeret diſcurrere, vt ſunt quidam in Braſilia &c. qui enim cognoſcit eſſe verum Deum, quomodo poteſt errare in dando alteri ſupremum honorem, quem cognoſcit dandũ Deo? vnde Paulus *ad Rom.* 1. ait fuiſſe inexcuſabiles Philoſophos, *qui cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt.*

13 Inter tres modos autem idololatriæ ſupra explicatos, nempe *cum infidelitate* exiſtimando plures Deos &c. *ſine infidelitate* cognoſcendo v.g. Dæmonem non eſſe Deum: ſed nihilominus velle ex quodam affectu, vel neceſſitate illum adorare, vel denique *ſine voluntate adorandi*: ſed exhibendo ſigna adorationis ob timorem, vel intereſſe, vt de Seneca refert Aug. *lib. de ciui. cap.* 6. & de Cicerone Lactant. *lib.* 2. *de origine err, cap.* 3. inter hos inquam modos, ſecundus eſt grauius peccatum idololatriẹ, quam primus, quãuis hic ſit deterior modus peccandi, in quantum ſupponit infidelitatem. tertius eſt per ſe duobus modis leuius peccatum, quia in primo, & ſecundo modo committitur vera idololatria, at in tertio tantum eſt ficta, & minus malũ eſt oſtẽdere affectum adorandi Idolũ, quã vere illud adorare.

Nec ſanctus Aug. *loc, cit. c.* 10. dum ait Senecã eo damnabilius coluiſſe Idola, quo id mendaciter agebat; eſt contra dicta; nam eius mens fuit dicere peccatum Senecæ eſſe grauius, quam Populi peccatum ob circumſtantiam perſonæ generantis maius ſcandalum, quod eſt per accidens, & in tertio modo, vt plurimum reperitur, atque in hoc videtur primum excedere.

14 Quamuis ſit de fide nunquam licere; etiam ad mortem vitandam idololatriam ſimulare tertio modo dicto, quia eſt intrinſece malum, cum ſit Deo iniurioſum, & hominibus valde ſcandaloſum. ex D. Thom. 2. 2. *q.* 94. *art.* 2. neque, qui hoc peccatum

Digitized by Google

tum cõmittit eſt ſicuti, actor in tragædia; nam licet illam exteriorem actionem faciat ſine intentione adorandi, at ſerio, & voluntarie facit, quod in actore non reperitur, hæc omnia Suar *d.lib.2.cap.6.ad numer.9.*

15 Vbi *numer.* 17. aduertit his tribus modis tantum committi formale idololatriæ peccatum, vt conſideranti patebit, at alijs modis poſſe committi cooperando, vt Tyrannus, qui vult, vt Deus adorari idololatriæ vitium incurrit, grauiuſque in hoc genere peccat, quam, qui ipſum adorant, quia maiori ſuperbia contra Deum eleuatur, ſimiliter conſulens idololatriam, & alio modo ad illam cooperans, iuxta regulas de ſcandalo, quæ tractantur 2.2.*quæſt.*43. & in 1.2.*quæſt.*6.*&* *quæſt.*73.

QVÆRES V.

An Idololatria ſit maximũ inter alia peccata contra Religionem, & contra alias virtutes, præſertim Theologales.

16 RESpond. exceptis peccatis contra Fidẽ, Spem, & Charitatem maximum inter alia eſt idololatria, ſi conſideretur in tota ſua latitudine, & in ſupremo gradu malitiæ, quã intra ſuũ genus habere poteſt, quia eſt crimen lœſæ Maieſtatis Diuinæ, eiuſq; excellentiæ maxime contrarium, eſtque maxime periculoſum; cum ſoleat eſſe radix omnium fere vitiorum, magnam in illa occaſionem habentium ex *ſap.cap.*14. *initiũ fornicationis eſt exquiſitio idolorum &c.* nec in eo datur paruitas materiæ, vt patet; & ſupponunt omnes.

17 Dixi exceptis peccatis contra fidem &c. quia hæc cum opponantur virtutibus præſtantioribus Religione, vt ſupra *tract.*1.*lib.*1.dictum eſt ſunt grauiora peccata; inordinatior enim affectus eſt Deum odiſſe, quã alium colere, & infidelitas maiorem irrogat Deo injuriam non habendo illi fidem. ex D.Thom.2.2.*q.*10.*ar.*3. *&* *q.*20. ſimiliter, vt ait, idem Suar. (cuius ſũt, hæc omnia loc.infra cit.) *d.*2. *de ſpe ſec.*2. deſperatio eſt grauius peccatum omnibus alijs contra virtutes morales, quia auerſio à Deo in hoc peccato eſt quaſi directe, eſtque per ſe intenta, vt ibi fuſe probat, & hic ſuppoſuit, & tantum de odio, & infidelitate expreſſe contra Gaetanum loquitur.

18 Et quamuis D.Thom. *d.q.*94.*a.*3. dicat peccatum idololatriæ ex ſua ſpecie eſſe grauiſſimum inter omnia peccata cõtra Deum, & aliqui Thomiſtæ cum Gaet. ibi putent eſſe maius odio Dei, & infidelitate: tamẽ in alijs locis apertiſſime D.Thomas noſtram docet ſententiam 2.2. *q.*34.*ar.*4. & hic *ar.*3. forte dixit grauiſſimum peccatum inter peccata oppoſita moralibus virtutibus, & *in ſolutione ad* 1. *&* 4. conſiderauit quaſi malitiam extenſiuam iuxta dicta *num.* 16.

19 Cœterũm ratio Gaetani, & ſequacium non procedit. primo, quia poteſt eſſe idololatria abſq; odio Dei, & infidelitate, vt ſupra dictum eſt *quæſt.* 3. ſecundo dato, quod idololatria fiat ex odio, vel infidelitate non ideo eſt maius peccatum, nec amittit propriam rationem, ſicuti furtum propter fortificationem habet veram malitiam furti, ſpecialiter diſtinctam à fornicatione; ſed ad ſũmum illa peccata includit, & idololatra eſſet magis peccator. tertio ſi dicas includere odium Dei, & infidelitatem interpretatiue, nil dicitur: nam omne peccatum mortale eſt huiuſmodi quatenus includit auerſionem à Deo, & ponit vltimum finem in creatura ita Suar. *lib.*2.*tra.*3. *cap.*6.*à num.*9. ſequitur Trullench. *in expoſit. decal. l.* 1. *cap.* 10. *dub.*2. Caſtropal. *tract.*17. *diſ.*1.*p.*2. *num.*1, vbi eam appellat ſummã blaſphemiam. Baldell. *l.*1.*l.*4.*diſ.*2.

(:+:) (:+:)

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES VI.

Quæ pœna incurratur ob Idololatriam.

20 LOquor hic de pęna iure humano lata contra baptizatos; nam pro infidelibus non baptizatis nulla eſt lata, & dico ſi idololatria committatur cum hęreſi à fide, tũc omnes pœnæ contra apoſtatas à fide, & hœreticos latæ incurruntur. At ſi non committatur peccatum hœreſis, & apoſtaſiæ à fide ſicuti nulla eſt lata pæna à iure contra idololatras, ſic nulla incurritur; nam leges pænales ſunt reſtringendæ quantum vis verborum fert. ergo latæ contra infideles, hæreticos &c. non ſunt extendendæ ad ſimplicem idololatriã, ita cum Suar. *à num. 20. cap. 6. d. lib. 2. tract. 3.* contra Gaetanum tradit Nauarr *man. cap.* 11. citans alios, Angel. *apoſtata quæſt.* 9. Tabiena *ver. Apoſtaſia q.* 3. eſtque communis, & præter hos, quos citat Suarez ſequitur Bonacina *diſp. 3. q. 5. par. 2. num.* 5. vbi citat Valentiam. Clauis Regia *l. 3. c. 5. Leſſ. lib. 2. cap. 43. dub. 2. n.* 11. Caſtrop. *diſp. 1. de ſuperſt. par. 2. tom. 3. tract. 17.* Baldelli *tom. 1. l. 4. diſ. 2.* Sanchez *lib. 2. c. 22. vbi cap. 7. num.* 10. ait extare extrau. Ioan. 22. apud direc. Inquis. *p. 2. q. 43. poſt. num.* 9. per quam aliæ pęnę contra hæreticos pręter publicationẽ bonorũ latæ ab idololatra incurruntur: ſed bene ex Arag. 2. 2. *q. 12. art.* 1. ait non eſſe eam in vſu, quod ex Suarez dicemus *diſp. vltim. numer.* 1. huius libri.

DISPVTATIO III.

De ſuperſtitione Diuinatiua.

EA eſt tacita idololatria; nam cũ Diuinus cultus; etiã referatur ad obtinendum à Deo, quod ipſe ſolus poteſt præſtare, qui id ab alio, quam à Deo petit, idololatriam tacitam committit, & quidem ſi petat, & aliquid faciat eo fine, vt aliqua faciat, quæ vim cauſarum naturalium excedunt committit vanam obſeruantiam, ſeu magiam, de qua *diſ. ſeq.* ſi vero petit, & facit aliquod ad cognoſcenda occulta, in ſuperſtitionem Diuinatiuam incidit. de qua

QVÆRES I.

Quid ſit Diuinatio.

1 REſpondeo eſt vſurpatio indebita prænotionis, ſeu prædictionis rerum futurarum, ſeu occultarum, quæ Diuinitatis eſt propria.

2 Dixi *Diuinatio eſt vſurpatio &c.* quia loquor de Diuinatione vſu Scripturæ, & Theologorum accepta, qui hoc nomen licet de ſe, & ſecundum ſuam ethymologiam, nempe Diuina notio indifferens; tamen accipiunt in malam partẽ, & pro uitio de quo agimus. ex D. Thom. *2. 2. q. 95. ar.* 1. & D. Hierony. *cap. 3. Mich.*

3 Dixi *vſurpatio indebita*, vt explicarẽ malitiam huius vitij nõ conſiſtere in appetitu ſciendi occulta; quia hic licet ob fines prauos, vel ob nimiam curioſitatem ſciendi poſſit eſſe malus: tamen malitiam ſuperſtitionis non continet; & de ſe eſt indifferens, ex *Orig. homil. 16. in Numeros.* ſed in modo acquirendi talem cognitionem totam malitiam diuinationis conſiſtere. ita Suar. *tract. 3. l. 2. cap. 7.* & alij infra citan.

In quo conſiſtat peruerſio modi acquirendi cognitionem prædictam.

4 MOdus autem peruerſus in hoc conſiſtit, quod per Dœmonis inſtructionem, & doctrinam talis cognitio procuretur, vel per tacitam cum eo communicationem, de qua diſ. ſeq. vel per expreſſam petendo ſimpliciter à Dœmone taliũ rerum cognitionem, vel paciſcendo cũ eo, & habendo reſponſionem, vel ſimplicem, vel cum alio pacto, faciendo vnctiones, figuras, ſacrificia, profumos &c. quibus ſignis poſitis ſtatim Dœmon reſpondet promiſſis: niſi à Deo

Digitized by Google

Deo impediatur; ſed etiam ſi non reſpondeat iam peccatum eſt commiſſum.

5 Quod autem talis cognitis à Dæmone petatur eſt manifeſtum; nam ſi petatur à Deo, quamuis modo ſuperfluo; erit Dei tentatio, aut indiſcreta petitio; vt facere conſueuerant Apoſtoli ante Spiritus Sancti aduentum; & ob id Chriſtus eos increpabat, *nō eſt veſtrum noſſe tempora*, & Matth. 24. dixit de die Iudicij *de illa die nemo ſcit, nec filius*; voluit enim exageratiue loqui iuxta Doctores ad retundendā curioſitatem. ſi vero petatur ab Angelis, vel ab alijs hominibus Sanctis: iam hęc petitio eſt ſubordinata Diuinæ voluntati: cum ipſi nil doceant; quod ab eius voluntate diſcrepet: ab alijs certe hominibus peti non poteſt, cum ipſi ea ignorēt; & vel à Deo inſtruuntur; vel à Dœmone, & ſic omnes Patres, & Eccleſia ex eo damnat hanc artem diuinatoriam, quod à Dœmone procuretur *cap. Epiſcopi.2. q.5.* Aug. *lib.2. de doct. Chriſtiana cap. 22. & 23.* Cyprian. *lib. de idolor. vanit.* & alij. ſic Suarius *d. cap. 7.* quem omnes Recent. ſequuntur. Reginal. *lib. 17.* Bonac. *punct. 3. q. 5. diſ. 3.* Baldelli *l. 4. diſ. 3.* Layman, *tra. 10. l. 4. c. 30.* & alij.

Petes.

Quot modis ſoleant Dæmones reſpondere?

6 RESpondeo duobus modis generaliter: vel per auditum, vel per aſpectum; per auditum, vt cum Dęmones loquuntur expreſſe, abſq; eo quod aliqua figura ſenſibilis appareat; ſed tantum verba audiātur; vel apparendo in ſpecie figuræ humanæ; quam ex aere &c. formant, aut intrando in corpus hominis viui, qui pythones appellantur, aut in cadauer, & hic diuinationis modus ſolet Necromantia appellari: aut deniq; loquendo per vera, aut ficta animalia, vt locutus eſt cum Eua, aut per ſtatuas marmorum &c. formando in contiguo aere ſonum. ita, vt Idolum viuens, ac loquens ignaris hominibus appareret.

7 Per aſpectum vero habetur inſtructio per varia ſigna à Dęmone exhibita iuxta conuentionem factam cum ipſo diuinatore; v. g. inteſtinis animaliū, quod dicitur auſpicium, per ſomnium præſtigium, & deluſionem imprimēdo oculis aliquam ſpeciē v.g. canis, ignis &c. vel in imaginatione applicādo actiua paſſiuis medio motu locali; nempe mouendo vnam rem, ſeu qualitatem habētem virtutem actiuam, vt calorem, & applicando paſſo v. g. ligno illudendo phantaſiam &c. ex Caet. *d. q. 95. ar. 3.* Alex. *2 p. q. 93. mem. 3. ar. 1.* vel habetur talis inſtructio per ſortes, & dicitur Sortilegium, aut per ſigna quædam, quę ſi fiant in terra dicitur Geomantia; ſi in aqua Hydromantia; in aere Æromantia; in igne Pyromantia; in volatu, garritu, aut ſonitu auium, & dicitur Augurium, Omen, Auſpicium, quæ etiam ſigna ſolēt per tacitum pactum cum Dęmone haberi. ita Suar. *cap. 8. tract. 3. l. 2.* & cit. DD.

Quarum rerum occultarum, vel futurarum cognitio ſi petatur à Dæmone ſit diuinatio.

8 DIxi *rerum futurarum, ſeu occultarum*. Quia diuinationis ſuperſtitioſæ malitia conſiſtit quando à Dœmone poſtulatur cognitio certa rerū per ſe occultarum. ſiue eas Dœmon neſciat, aut neſcire valeat niſi tantum coniecturaliter, & ob aliqua ſigna: vt ſunt futura cōtingentia, quæ pendent à voluntate alterius, vel actus liberi mentis humanæ, quorum cognitionem Deus ſolus habet iuxta 2. Paral. 6. *tu ſolus noſtri corda filiorum hominum*, & Iſa. 21. & 22. ponitur, vt ſiguum diuinitatis cognitio certa futurorum contingentium, vt tradunt Theologi communiter cum Patribus.

Siue

9 Siue eas ſcire poſſit virtute ſua naturali; vt ſunt res, quæ fiunt nunc v.g. in India, vel in loco abditiſſimo, & futura contingentia, quæ ex ſolis cauſis naturalibus fiunt, & etiam effectus, quos ipſe Dæmon vult facere: quæ omnia poteſt ipſe infallibiliter cognoſcere ſua vi naturali in complexu cauſarum, & cum hac conditione niſi ipſe mutetur, aut maior vis impediat.

10 Et quidem, quod petere à Dæmone ea, quæ ſcire non poteſt vt futura, vel abſcondita cordis, ſit grauiſſima malitia diuinationis probatur, quia hæc cognitio eſt propria Dei, vt diximus *nu.*8. ergo, qui eam petit à Dæmone illi attribuit, quod eſt proprium Dei; ac in illo diuinam recognoſcit excellentiam: conſequẽtia clara eſt, quamuis enim aliquis operetur ex ignorantia æſtimãs Dæmonem hæc poſſe naturaliter ſcire, (quæ tamen in Chriſtianis raro non eſt culpabilis, & craſſa) tamen conſideramus, quod eſt per ſe, & ex vi obiecti, neq; requiritur formalis intentio colendi Dæmonem, ſed ſatis eſt ea operari; quæ ad eius cultum pertinent: vt eſt talis deprecatio cognoſcendi ab eo taliter occulta, atq; hoc eſt certum apud DD. cum D. Thom. 2.2. *quæſt.*95. & 96. & ſcribentibus ibi. probo iam.

Prædictam malitiam ſuperſtitionis inueniri; etiam ſi quis velit à Dæmone ſcire ea, quæ ipſe cognoſcere poteſt naturaliter.

11 PRobo inquam: quia licet petens non conſulat Dæmonem, vt veritatem infallibilem, vel ſcientem certo, & ex ſe omnia: tamen ipſe quantum poteſt ad ea homines intendit inducere, & ſic qui cum Dæmone quomodocunq; ſocietatem contrahit, aut pactum; iam exponitur huic periculo, & fit ex hoc ipſo hoſtis Dei contra eius honorem, cum ſciat Dæmonem eſſe hoſtem Dei, ac illius cultum affectare; & tamen illi adhæret. ita ſumitur ex D. Thoma *quæſt.* 95. *d. art.* 2. vbi Gaet. docetq; hæc omnia Suar *tract.*3. *l.*2 *cap.* 8. quem etiam in hoc vltimo ſequitur Sanchez *cap.* 38. *lib.*2. *nu.*9. Caſtropalaus *pun.*3. *num.*12.

12 At contra Suarium in hoc valde probabiliter ſentit Valentia *diſ.* 6. *quæſt.*12. *p.*6. & videtur Leſſius ſequi *cap.*43. *dub.*5. *num.* 28. *lib.* 2. *de iuſt.* quia harum rerum cognitio non eſt propria Dei, eſtque Dæmoni naturalis; ergo, qui petit licet peccet habendo commercium cum Dæmone; at non tribuit illi Diuinum honorem: vnde Doctores definientes diuinationem aiunt, eſſe cognitionem ope Dæmonum rerum, quæ naturaliter ab his acquiri nõ poteſt, vt videre eſt in Duardo in Bullam Cœn. *Can.* 1. *quæſt.* 22. *num.* 46. vel prædictionem inordinatam eorum, quæ ad ſolum Deum ſpectant, vt Trullench. *l.* 1. *in dec. cap.* 10. *dub.*3. *num.*2. & Baldelli *l.*4. *diſ.*3. *nu.*12. putat probabilem.

QVÆRES II.

Quãta ſit huius diuinationis malitia.

13 REſpondeo eſſe grauiſſimã contra Religionem, tum Iure naturali Diuino prohibitam, ac per ſe, & intrinſice malam, & iure poſitiuo Diuino *Deut.*18. *Leu.* 20. duratque adhuc talis prohibitio iure Canonico. 26. *quæſt.*5. & Ciuil. *cod. de maleficis* multis pœnis confirmata, de quibus in fine huius libri, vt habet Suar. *c.*7. *n.*3. & 11. *tract.*3. *l.*2.

14 Et quamuis longe grauior malitia ſit cum quis petit à Dæmone cognitionem rerum per ſe occultarum: quam cum petit ea, quæ per accidens ſunt occulta, & ipſe cognoſcere poteſt: tamen in vtroque modo inueniuntur coniuncta aliqua peccata oppoſita Religioni, & alijs virtutibus, nempe primo periculum deceptionis pernicioſæ ſibi, vel pro-

Digitized by Google

ximo, & ſic eſt peccatum contra charitatem, aut iuſtitiam, quando peteretur ad aliquod operandum: ſi enim tantum peteretur cognitio mere ſpeculatiua, hoc periculum deceptionis ſolum erit veniale contra prudentiam. ſecundo. Expreſſus cultus Demonum, qui ſi fiat per eas actionés, quibus Sancti coluntur erit *Idolodulia*, contra adorationem Sanctorum immediate. tertio. Blaſphemia contra Deum. quarto. credulitas erga Dœmonem, vel credendo illum, vt veritatem infallibilem, vel rem reuelatam ab eo, quæ erit contra fidem aliquando, quæ omnia in iudicio exteriori, & conſcientię ſunt penſanda, quamuis primo, & per ſe conſideretur malitia ſuperſtitioſi cultus. hæc Suar. *d.ca.8. à num.20. & c.7. n.9.* circa medium quem omnes ſequuntur, Tantum hi, qui putant vt *nu.*12. vidimus non eſſe Idololatriã, nec ſuperſtitionem petere à Dœmone ea, quæ ipſe poteſt naturaliter ſcire, docebunt tunc eſſe peccatum ſocietatis initæ cum Demone, quod de ſe grauiſſimum eſt, nec admittit paruitatem materiæ niſi modo explicando *tract.* 4. *diſ.7. à n.*13 infra.

DISPVTATIO IV.

De Diuinatione cum pacto tacito cum Dœmone.

VOco hic pactum, vt ex dictis conſtat, non ſolum ſtabilem coniunctionem per mutuam promiſſionem; ſed ſocietatẽ, & deprecationem, aut auxilij petitionem ad aliquod cognoſcendum, vt Suar. *c.9. nu.*13. aduertit, quod eſt ſufficiens, & ſaltem requiritur ad hoc, vt diuinatio ſuperſtitioſa cõtra Religionem, abſq; pacto expreſſo cum Dœmone poſſit committi, vt certum eſt apud D.Th. 2.2. *q.*95. *ar.*2. & ſcribentes ibi cõcludunt omnes ſufficere pactum implicitum. de quo.

QVÆRES I.

Quænam requirãtur ad hoc, vt in aliqua actione ſit pactum implicitum cum Dæmone.

1 RESpondeo tantũ duo. primum eſt, vt queratur rerum occultarum cognitio per medium ineptum ad talem cognitionẽ acquirendam, vel quia medium non eſt obiectum ſenſibile, & proportionatum humanæ cognitioni, quæ per ſenſus acquiritur, vel quia res cognoſcenda, neq; eſt cauſa determinata, neque eſt aſſumpta cum omnibus circũſtantijs, in quibus hæc determinatio contineatur, & nõ vt mere poſſibilis, medij, quod aſſumitur ad cognitionem ipſius; neq; eſt effectus, ad quę duo reuocatur ſignũ naturale, quod ad effectum, vel cauſam reducitur; nã res in tantum naturaliter ſignificant in quantum habent connexionem, ſaltem mediatam cum cauſis, vel effectibus: vt cũ duo effectus ſunt ab eadem cauſa v.g. ſerenitas ſignificatur per arcũ Iridis: nõ quia Iris ſit cauſa ſerenitas: ſed quia poſito effectu Iridis, futurus eſt alius, nẽpe ſerenitas. ſic Suar. *l.cit.* & alij. Idem ego dicendum puto de his, qui volunt cognoſcere quota hora diei ſit, ex aſpectu manus ſoli oppoſitæ, nam cũ horologium ſolare ſit mere artificiale, nõ eſt cur dicamus in manu eſſe talia ſigna, vt poſito ligno aliquo inſtar ſtili horas denotet naturaliter, nec artificioſe: ergo ex aliquo pacto cum Demone, cum non ſit probabile eſſe à Deo.

2 Secundum eſt, vt talis cognitio quæratur abſq; Diuina ope: nam ſi à Deo quæratur non eſt ſuperſtitioſa diuinatio: vt ſi Deus ſignũ aliquod rei future vel in Sacra Scriptura impoſuerit, vt illud *Gen.* 9. de arcu Iridis in ſignum, quod non erit tanta pluuia, vt terra diſſipetur; vel priuata reuelatione, aut per internam inſpirationẽ, in qua re magna eſt opus diſcuſſione. Hæc Suarez *t.* 1. *de relig. lib.*2.

Digitized by Google

*lib.2.c.9.*cum Leſſio *lib.2.de iuſt.c.43. dub.8.*ſequitur Bonac.*de ſuperſtitione pun.3.n.4.*& ſeq.vbi citat Clauim Regiã *l.4. c.5.* Reginaldus *lib.17.n.165.* Sanchez *lib.2.c.38.n.10.*Caſtrop.*p.3. n.5.*hic Filiuc.*trac.24.c.4.q.8.n.67.& ſeq.* Anton. Souſa *in Aphoris. Inquiſ. lib.1.cap.38.* & alij plures ſupra cit.

QVÆRES II.

An poſitis his conditionibus, ſit re vera pactum implicitum cum Dæmone; an ſolum, quod præſumatur eſſe.

3 RESpondeo re vera eſſe tale pactum, & nõ præſumptiue: dummodo, qui talibus ſignis, ſeu medijs vanis vtitur, ea adhibeat, vt vtilia ad cognitionem occultorum, & cum ſpe illam aſſequendi per tale medium: ratio eſt, quia non poteſt expectari cognitio rei occultæ per ſignum, quod naturaliter illam non ſignificet: niſi quia creditur tale ſignum eſſe impoſitum ab habente auctoritatem imponendi, cui credẽdum ſit: ſed non credit eſſe impoſitum à Deo, nec ab Angelis, vt diximus; ergo credit eſſe impoſitum à Dœmone, cui credendum ſit, & per conſequens virtualiter vult ab ipſo diſcere.

4 Confirmatur, quia his ſignis non intendit homo inſtrui via inuentionis, cum medium non ſit ſignum naturale; ſed via diſciplinę, tanquam ab aliquo magiſtro: ergo à Dœmone, cum nec Deus credatur eſſe, vt ſuppono, nec homo, aut Angelus bonus. ita Suarius *d.c.9.à num.9.*

Occurritur obiectionibus.

5 ET hoc verum eſt, nempe eſſe pactum implicitum cum Dœmone in vſu talium ſignorum, quãuis ille, qui ea adhibeat ſerio, explicite dicat ſe nolle pactum (nam ſi ſolum ioco faciat ceſſante ſcandolo, & periculo erit tantum veniale peccatum curioſitatis) quia per ipſum factum vult pactum tacitum; nec excuſatur ob experientiam, quod res aliquando euenerit, quæ rariſſima eſt, & Dœmonis induſtria procurata. ex Aug. *lib. de diuin. Dæmonum à cap.3.*

6 Et quamuis poſſit excuſare ignorantia, qua putentur eſſe à Deo; tamen regulariter erit craſſa, & culpabilis.

Facile enim poteſt ſciri illã artem non eſſe à Deo, tum quia in Scriptura prohibetur, tum quia ſæpiſſime eſt fallax, & ad mala multa inſeruit. videte Aug. *lib.2.de Doct. Criſt.* Origi. *lib.6.contra Celſiam*, & poſt Suarez hæc habentem *d.c.9.à numer.9.* ſupra cit. Recentiores.

QVÆRES III.

Quotuplex eſt diuinatio per pactum implicitum?

7 RESpondeo duplicis generis, per augurium in lata ſignificatione ſuinptum, & per ſortilegium; ad augurium reducitur iudiciaria aſtrologia; quæ fit per aſtra, ſub qua continetur vana obſeruatio dierum, hebdomadæ &c. fauſtorum, vel infauſtorum ad aliquod agendũ. ex D. Thom.2.2.*q.96.ar.3.* de qua dicemus aliquot *diſ.8. de magia.* inſomnium, auſpicium, omen, & augurium proprie ſumptum iuxta dicta diſp.præc. Chiromantia cum ex manuum delineamentis diuinatur, Mecopoſcopia ex fronte, Spatulamantia, ſeu Notomantia ex dorſo, ſeu ſcapulis; Phiſiognomia ex figura totius corporis, ac faciei.

8 Sub omine etiam collocari poſſunt vanitates illæ in obſeruatione euentuum ad actiones moderandas; nam etiam tunc requiritur cognitio futurorum, & occultorum medijs vanis, licet ad praxim ordinetur. harum vanitatũ exempla habes apud. Aug. *lib.2.de Doct.Chriſt.c.20. ſi membrum aliquando ſaltauerit: ſi iunctim*

Digitized by Google

ambulantibus amicis lapis, aut canis, aut puer medius interuenerit. limen calcare, cum ante domum ſuam tranſit, redire ad lectum, ſi quis dum ſe calceat ſternutauerit: redire domum. ſi procedens offenderit, & Chriſoſtomus *hom.* 21. ad pop. vocat omen ibi, *quid tandem ſunt omina? ſi virgini occurreris ſterilis dies erit, ſi vero meretrici dextera, & bona.*

9 Ad ſortilegium reducuntur omnes ſuperſtitiones factæ per obſeruationem humanarum actionum, cōſulto factarum, & addit Sanchez infra cit. ex quarum euentu, vel inſpectione aliquid diuinatur, quod nullam habet cum altero effectu connexionem naturalem.

10 Vbi tamen nota non eſſe ſuperſtitionem, quando ex prædictis ſignis cognoſceretur aliquod, quod cum illis haberet connexionem, vt ſi ex eclypſi quis aliquos effectus futuros, vel ex ſignis corporis medicus aliqua coniectaretur, aut ex cantu, & volatu auium pluuia futura &c. hæc Suar. *d. c.* 9. *n.* 5. *&* 6. *cap.* 10. *nu.* 4. *&* 5. ex D. Thom. 2. 2. *q.* 95. *&* 96. Gaetan. & alijs ibi, ſequuntur omnes ſupra cit. Recentiores cum Azorio, Valentia, Claui Regia, & alijs apud ipſos.

Ex qua Suarij, & communi Doctrina Sanch. *l.* 2. *c.* 38. *numer.* 37. & Caſtropalaus *p.* 4. *num.* 10. *hîc* colligunt Zahories non poſſe videre intra corpus opacum, quid ibi lateat, niſi ex aliquibus ſignis v. g. ex herba, aliquā venam aquæ: ex vaporibus metalla &c. & ſi hoc dicunt non ſunt damnandi: contra vero ſi dicant ſe oculis ea videre intus latentia.

QVÆRES IV.

An prædicti modi coniectandi futura differant ſpecie inter ſe, & quale peccatum in ijs obſeruandis committatur.

11 DIco primo. omnes prædicti modi diuinandi in genere moris ſunt eiuſdem ſpeciei, quamuis materialiter differant inter ſe: nam in ordine ad iniuriam Dei nō multum refert, quod credatur Dœmoni in volatu auium v. g. potius, quam in aſtris &c. & ſicuti eiuſdem ſpeciei eſt aſſenſus datus reuelationi Diuinæ, factę per varia ſigna, ita vnius ſpeciei erit vitium credēdi Dœmoni; etiam ſi fiat per varia ſigna.

12 Immo ipſa diuinatio per pactum explicitum non differt ſpeciē à diuinatione per pactum implicitum, ſicuti profeſſio tacita, & explicita eſt eiuſdem ſpeciei, quamuis omnino in confeſſione debeat explicari, num fuerit pactum explicitum cum Dœmone ad formandum iudicium de peccato, vt cum Suar. *tract.* 3. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 4 docet Caſtropal. *par.* 3. *diſp.* 1. *de ſuperſtitione, t.* 3. *n.* 11. Sanch. *lib.* 2. *c.* 38. *numer.* 14. Bonac. *diſ.* 3. *p.* 3. *nu.* 19. *&* 20. Reginal. *lib.* 17. *à n.* 165. Rodriq. *in ſum. cap.* 53 *numer.* 5. *& alij* contra Victoriam *ſum. vbi de confeſſione numer.* 176. putantem ſatis eſſe dicere peccaui grauiter peccato ſuperſtitionis.

13 Dico ſecundo peccatum hoc eſſe de ſe graue, & intrinſece malum cōtra Religionem, ac cultum Deo debitum; atq; adeo diuinatio non ideo mala, quia prohibita: ſed cōtra, ideo prohibita, quia mala. ſiue auguria ſumantur ab animalibus, ſiue ex verbis humanis, quidquid dixerit Dauid Kemhi volens licere aliquando auguria ex vocibus hominum: cuius ſententia eſt falſa, & erronea; nam in Scriptura omnia damnantur, vt probat Abulenſ. 1. *reg.* 14. *quæſ.* 4. & tradit Suar. *c.* 10. *num.* 7. *&* 8.

14 Dico tertio. poteſt aliquando, quis excuſari à mortali quando aliqua ex dictis ſignis adhiberet, non quia putaret eſſe vtile ea obſeruare, aut vera; ſed tantū curioſe quærendo, quid caſu accidat, vt ſi audiens filum cū anulo dare ſignum horarum, id velit ex ioco experiri: tunc enim ſecluſo ſcandalo, aut periculo erit tantum veniale peccatū, vt docet Gaet. cum communi ſententia, & Suar. *cap.* 9. *nu.* 11.

Digitized by Google

nu. 11. quem ſequitur Sanchez, Bonacina, & alij infra cit. additq; Sanchez poſſe contingere, vt nullum ſit peccatum, ſi fiat cum talibus circũſtantijs, vt omnino tollatur ſuſpicio credendi, & *num.* 18. ait non dari paruitatem materiæ ex Valentia hic *q.* 12. *p.* 4. Delrius *lib.* 4. *diſq. mag. c.* 2. *q.* 4. & videtur conformius Suarij opinioni; ipſe enim tantum in caſibus *nu.* 14. à mortali excuſat.

15 Et idem dicas in vana obſeruatione dierum fauſtorum &c. eſt enim de ſe mortale, licet ex Gaet. ordinarie veniale ſit, quia fit ex quadam ſimplicitate; vel quia deficit plenus aſſenſus, etiam ſi quis ex quodam timore deſinat ab illa actione: contra vero erit mortale ſi credat futurum malum euentum; niſi ignorantia excuſet. ita Suar. *d. c.* 10. *num.* 16. & preter Gaetanum, quem ipſe citat, tradunt Delrius *lib.* 4. *diſ. mag. cap.* 2. *quæſt.* 4. Valentia 2. 2. *diſ.* 6, *q.* 12. *pu.* 4. Sair. *l.* 4. *cap.* 5. *num. vlt. c.* 7. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 8. *num.* 53. Alcozer *ſum. cap.* 14. *fol.* 46. Bonacina *quæſt.* 3. *p.* 3. Sanchez *cap.* 38. *num.* 20. & 21. Trull. *li.* 1. *in decal. cap.* 10. *dub.* 3. Villalobos *tract.* 34. *diff.* 3.

Explicantur loca S. Scripturæ, quæ contra traditam doctrinam videntur pugnare.

16 QVod ſi *Gen.* 24. Eliezer viſus eſt augurari ibi *puella cui dixero inclina Idriam tuam, vt bibam, & illa reſponderit bibe &c. ipſa eſt, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac.* & Ionatas 1. *Reg.* 14. ibi *ſi dixerint manete &c. ſtemus,* & Dauid ad Ionat. 1. *Reg.* 20. *ſi dixerit bene, pax erit ſeruo tuo &c.* tamen iſti non peccauerunt, neque ſuperſtitionem hanc commiſerunt; quia à Deo inſpirati, à quo expectabant bonum exitum, illa ſigna petebant, & potuit eſſe etiam prudens, & humana coniectura.

17 Nec Ioſeph augurandi arte vſus eſt, quamquam enim ipſe *Gen.* 44. dixerit *an ignoratis, quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia*; tamen loquutus eſt amphibologice, vtẽs verbo augurandi in lata ſignificatione, & pro vt idem eſt, ac diuinare, ſeu reuelare, vt oſtendit Perer. *diſ.* 1. *Gen.* 44. quod autem, idem ſeruus dixerit, potuit forte in bono ſenſu loqui, vel mentiri: videte Ruper. & Gaet. d. lo. Gen. Ioan. Gallenſem, Theod *q.* 104. *in Gen.*

18 Denique dum *Iob.* 37. ait, *qui in manu omnium hominum ſignat, vt ſinguli nouerint opera ſua.* vel loquutus eſt, de naturali chyromantia, qua poteſt cognoſci corporis temperamentum. ex Valle. *c.* 32. *Sacræ Philoſophiæ.* poſſet etiam plauſibiliter dici pro ly *manu* intelligi poteſtatem operandi, ideſt, qui ſignum poſuit in libera facultate hominis ad operandum; ſed vt cum antecedentibus, & conſequentibus cohereat, ly *ſignat* intellige pro claudit, & ſenſus eſt, quod Deus per temporis varietates, vices &c. opera hominum impedit. videte Pinedam hic ita exponẽtem cum alijs. Hæc Suar. *trac.* 3. *li.* 2. *ca.* 10. *art.* 7. cuius doctrinam ſupra cit. Recentiores, vel ſequuntur, vel aperte ſupponere videntur, præſertim Caſtropalaus *p.* 7. vbi citat Azor. 1. *p. Inſtruc. mor. lib.* 9. *cap.* 16. Leſſ. *l.* 2. *cap.* 43. *dub.* 7.

DISPVTATIO V.

Examinatur quando liceat, nec ne diuinatio per aſtra.

AD ea, quæ duabus præ. diſp. dicta ſunt, clarius cognoſcenda de tribus ſignis per aſtra, ſortes, & inſomnia, quę magis ad rem moralẽ pertinent per tres diſputationes agemus cum Suario à *capit.* 11. hic.

(:+:)(:+:)(:+:)

QVÆ-

Digitized by Google

tia de his ferre iudicium certum, quia maius poteſt eſſe periculum, quam in præc. enunciatione, introducẽdi ſuperſtitionem. nec ex aſtris poteſt haberi niſi quædam ſuſpicio horum effectuum, nam præter dicta quæſt. præced. valde pendent à materia, & efficacia proximæ virtutis actiuæ: nempe à complexione matris, patris &c. & cur non magis attenditur conceptio, quam Natiuitas? illa enim magis conferre poteſt ad hanc cognitionem, & tandem ſi, vt mathematici dicunt, in puncto conſiſtit vis conſtellationis; ita vt eo minimum variato, multum varietur vis ipſi' propter velocitatẽ motuum cæleſtium; quis quæſo poterit hoc puntum tam perfecte cognoſcere? videte Aug. 5. *de ciuit per ſeptem capita*, atque hæc cum Suar. hic *cap.* 11. *à n.* 8. docent omnes præc. Doctores, licet, vt ſæpius monui, meram attingant concluſionem: adde Trullen *l.* 1. *in decal. cap.* 10. *dub.* 4. *n.* 3. Filiucc. *tract.* 24. *c.* 4. *q.* 3. Baldel. *lib.* 4. *diſ.* 4. qui *n.* 8. videtur ſentire Vrbanũ VIII. in Bulla *inſcrutabilis* An. 1631, ſub grauibus pænis, nempe excommunicatione latæ ſententiæ, cõfiſcatione bonorum, hanc diuinandi rationem prohibuiſſe circa ſtatũ Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, vel ſuper vita, & morte Pontificis, aut eorum conſanguineorum, vſq; ad tertiũ gradum incluſiue: ſed re vera Vrbanus non loquitur, de hac diuinatione, vt dicam in fine huius diſp.

QVÆRES IV.

An ſit ſuperſtitio prædicere ex aſtris futura contigentia, quæ ex libertate, ſiue Diuina, ſiue humana dependent.

7 RESpondeo affirmatiue, eſtq; hoc peccatum omni iure prohibitũ: probatur primo ex Sacra Scriptura, vbi quoties deteſtatur Augures; etiam contra Aſtrologos loquitur ex Iſidoro *lib.* 8. vt in veteri teſt. *Eſai.* 47. & in nouo *Actor.* 19. ſecundo ex Sacris Canonibus *cap. illos* 26. *q.* 2. ibi *planetarios, quos mathematicos vocat Chriſtiana, & vera pietas repellit, & damnat*, & in Con. Tolet. 1. dicitur *ſi quis aſtrologiæ, vel matheſi exiſtimet eſſe credendum anathema ſit.* Tertio iure ciuili damnatur *l.* 2. 5. & 7. *Cod. de maledi & mathemat.* Quarto ex Patribus, qui contra hoc vitium ſcripſerunt, vt Aug. *l.* 5. *de ciui*; & alibi. *Euſ. l.* 6. *de præ. Euang.* & Anaſt. Nic. *quæſ.* 18. *in Scrip.* Baſil. *Homil.* 6. *hexamer.* & alijs, immo, & ipſi, Ethnici eam prædictionem reprobarunt. ex Cicer. *de diuin.* & quamuis in lege veteri ea ars fuit tolerata; nõ tamen fuit licita, vt intelligi poteſt Albinus Flaccus *lib. de diuin. offic. cap.* 5. dicens à Chriſto nato eam ſcientiam fuiſſe ſublatam antea conceſſam. tandem,

Probatur poſita aſſertio ratione.

8 QVia prædictio motuum humanorum, & futurorum contingentium liberorum, vel cognoſcitur ex aſtris tanquam cauſis, vel tanquã ſignis, quod cumque dicatur ſequitur, quod hæc prædictio ſit mala, & ſuperſtitioſa: ergo ſi dicas primum, talis prædictio fũdatur in hereſi, quia neceſſe eſt ad certitudinem cognitionis, vt ex aſtris ex neceſſitate ineuitabili ſequantur talia futura, & ſic tollitur humana libertas: ſi dicas ſecundum iam redeunt argumẽta diſ. præc. facta, quod hæc ſigna ſint ſolum à Dæmone, & ſic erit cognitio ſuperſtitioſa, quæ ſane ratio multo magis militat in Deo, cuius voluntas eſt liberior humana, & altior omnibus modis ipſis cęlis, & plane oſtẽdit erraſſe illos, qui dixerunt effectus externos factos ex peculiari Dei prouidentia, vt diluuium, Chriſti Natiuitatem &c. potuiſſe ex aſtris præcognoſci, vide Picum Mirandul. *lib.* 2. & 3. *contra Aſtrolog.*

9 Idem dicas de cognitione rerum præ-

preteritarum,vel preſentium occultarum; vt ſi quis ex aſtris vellet cognoſcere furtũ à quo ſit ſublatum, aut de prædictione effectuũ caſualium, qui quamuis à cauſa libera non procedant: tamen raro contingunt ex accidentario concurſu, & impedimento cauſarum naturaliũ; ita communiter D. Thomas *q.* 95. *art.* 5. Gaetanus,& alij ibi. Alenſ. 2. *p. q.* 164. *membro* 6. Turrecr. *cap. illos* 26. *q.* 2. *ar.* 4. Mart.del Rio *lib.* 4. *c.* 3. *q.* 1. vbi plures citat,& Canoniſtæ *in ca.* 2. *de ſortilegijs.*

Quos omnes citat;& ſequitur noſter Suarius *d.c.* 11. *à n.* 13. & ex Recentior. Sanchez *lib.* 2. *c.* 38. *nu.* 30. & 36. Salas. 1. 2. *q.* 9. *a.* 5. *tract.* 5. *diſp.* 2. *ſec.* 8. Caſtrop. *p.* 4. hic dicẽs eſſe omniũ. Bonac. *pun.* 3. *hic n.* 11. Villalobos 2. *p. tr.* 38. *diff.* 4. *n.* 4. & ſeq. Ant. Souſa *in aph. Inquiſ. lib.* 1. *c.* 48. *à n.* 10. Filiuc. *tract.* 24. *c.* 4. *queſt.* 5.

Reſponſiones quorumdam refelluntur.

10 Nec dicas primo,quod aſtra determinent voluntates hominum tamquam cauſæ ſecundæ ad vnum infallibiliter,& libere operandum; nam ea naturaliter influunt, & ſic neceſſario, quantum poſſunt; ergo illa determinatio ad illum effectum erit neceſſaria ſimpliciter;ac ſequeretur ex hac determinatione nulla eſſe peccata: ſed tantum conuerſionem ad obiecta turpia; quæ Deo tribui poſſet,vt pote cauſæ primæ,à qua habent aſtra talem determinandi facultatem: neque poſſet dici hanc Cœlorum determinationem eſſe; ſicuti illam, quam aliqui Theologi ponunt in Deo hominem determinante; quia eſto hæc ſententia ſuſtineri poſſit; aliqualis tamen licet; valde materialis eſt diſparitas nam Deus mouet libere, & poteſt moderare motionem: nec coniunctio animæ cum corpore facit, vt ab aſtris voluntas determinari valeat medijs ſenſibus; quia ea deberent immediate in ipſam voluntatem influere; cum ſenſus, & ſenſibilia non habeant talem vim in humanis actionibus, vt libertatem tollant.

11 Quod ſi dicas, licet theſaurum effodere, qui arte Dœmonis fuit manifeſtatus, & poſſet, qui à Dœmone phyloſophiam didicit, ea vti ad veritatem cognoſcendam: ergo etiam licet veritatem quærere vbicumq; inuenitur: ergo cum in aſtris inueniatur veritas talium prędictionum, licet eam quærere vndecumq; proueniat. Reſpõdeo negando conſequentiam, quia in hoc caſu fit ſocietas cum Dœmone. immo ſupponitur in ipſo poſſe veritatem reperiri, & ſic iam adhibetur illi fides; at in caſibus poſitis nullum eſt cum Dœmone pactum, aut ſocietas, & ſic nõ licet petere vbi eſt theſaurus: ſed poſito, quod ſciam poſſum illum effodere.

12 Denique vana eſt quorumdam hominum non mediocriter Doctorum, (vt cum Auguſtino loquar *lib.* 5. *de Ciui cap.* 1.) euaſio dicentium futura obſeruari in aſtris, vt in ſignis Diuinis: tum, quia debent hæc ſigna homines addiſcere, & ſic ex pacto cum Dœmone tacito;nam Deus eorum intelligentiam non reuelauit; tum quia in duobus geminis eodem tempore, & ſub eadem cõſtellatione natis; quomodo idem ſignum de vno ſignificabit malitiam, de altero bonitatem,niſi valde incerte?

13 Nec loca ſcripturæ, quibus vtuntur,ipſis facient. nam *Gen.* 1. vt *ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annos* intelligitur de ſignis datis ad annos numerandos: & diuidenda, ſeu recognoſcenda tempora apta ad agriculturam &c. vide Aug. *in imperf. Gen. cap.* 13. Cyril. Hier. *Cathe.* 6. illud Iſa. 34. *complicabuntur cæli ſicut liber* metaphorice accipitur,& varias habet morales expoſitiones apud Pereiram *t.* 1. *in Gen. lib.* 2. *cap.* 3. poteſtq; intelligi; quia cœli in die Iudicij ab vſu influẽdi &c. ceſſabunt;& ſic erũt, vt

Digitized by Google

vt liber complicatus, cuius lectio, ſeu vſus ceſſat.

14 Denique Oratio Ioſeph apud Euſeb. *lib.6.de præp. cap. vlt.* ab Origine allata, vbi dicit *legi in tabulis Cœli quæcumq; contingent vobis.* nullam habet auctoritatem ex Athan. in Synopſi. Perer. *Gen. 49. initio*.

QVÆRES V.

An ſaltem liceat prædicere ex aſtris futura &c. non vt certa; ſed vt probabiliter, ſecundum moralem coniecturam.

15 RESpondeo ſemper cōmitti peccatum graue ſuperſtitioſæ Diuinationis. quia eo ipſo, quod, quis intendit habere talem cognitionem probabilem; vt ad iudicium proferendum ſufficiat; iam vult tacite à Dœmone illam comparare; cum ex aſtris pauciſſima harum rerum cognitio haberi poſſit; & ſane pro foro externo hæc prædicentes, etiam ſi interius ſentiant, non eſſe adeo certa, vt diuinatores damnantur, idq; etiam confirmauit Sixtus V. in motu proprio contra aſtrologos ibi, *aliquid euenturū affirmare audent, etiam ſi id ſe, non certo affirmare aſſerant*, & ſemper peccant in hac exteriori prędictione, ſaltem ratione ſcandali, & prohibitione Eccleſiæ. ita Suar. *d. l. 2. tract. 3. cap. 11. à n. 30.* quem ſequitur Sanchez *l. 2. c. 38. num. 33.* Caſtropal. *p. 4. hic n. 5.* vbi citat Valen. 2. 2. *diſ. 6. q. 12. p. 3. ver. ſi autē huiuſmodi.* Mart. del Rio *l. 4. c. 2. q. 3.* Leſſ. *lib. 2. dub. 6. n. 42.* Bonac. *p. 3. hic n. 11.* vbi ad Suar. *d. c. 11.* ſe remittit. Regina. *lib. 17.* & alij.

Perpenditur Suarij ſententia de prædictione futurorum ex leuiſſima coniectura.

16 DVas mouent Sanch. & Caſtrop. *l. c.* quæſtiones; primam, an ſit ſuperſtitio, ſi hæc futura ſolū tenuiſſima illa coniectura prædicētur, quæ non excedit inclinationem illam ex aſtris habitam: & reſoluunt bene negatiue cum Gaet. Toledo, Valentia apud Sanchez *n. 32.* & eſt ſane iuxta Suarij doctrinam: is enim vltro cōcedit *n. 31. & nu. 9.* tenuiſſimā coniecturā ex aſtris deduci poſſe, quæ vix ad ſuſpicionē ſufficiat. Secunda, quā mouēt, quæſtio eſt; An ex motu Sixti V. à nobis relato prohibeatur hæc prędictio tenuiſſimę coniecturę pro foro cōſcientiæ, affirmat Sāchez, negat vero Caſtropalaus. vtraq; tamen ſententia probabilis eſt ipſis fatentibus: vtriq; tamen aſſerūt, quod Suar. hoc *c. 11. n. 30.* videatur ſētire eſſe pro foro tātum externo eam prohibitā:

17 Sed pace eorum, vtriq; in hoc falli vidētur. Et quidem Sāchez dum ait, *Suarez videtur hoc ad ſolum forum externum referre*, & paulo poſt ſubiungit, *additq; Suarez in tali prædictione non deeſſe graue culpam, ſaltem ratione ſcādali, & ſpeciei mali cū præſumptione iuris, & de iure*, debuit aduertere Suariū dicere, *in tota hac exteriori prædictione, inuenitur culpa ſaltē ratione ſcādali, & prohibitionis Eccl.* quæ certe leuis non eſt, dum tot pęnis prohibetur prædictio, putat ergo Suarius ex vi mot' Sixti pro vtroq; foro illicitum eſſe prædicere hæc futura, vel occulta; etiam ſi prædicens dicat, ſe non certo ſcire, & quādo ait *præſumi in foro externo hos diuinatores.* loquitur quoad ſpeciem peccati, vt enim ſit diuinatio ſuperſtitioſa, ſolus Pōtifex nō poteſt facere; ſed tantum præſumere ex verbis illam ſonantibus. Caſtropalaus vero, dum *nu. 7.* circa finem ait, *& ita hanc prædictionem* (tenuiſſimæ coniecturæ) *in foro conſcientiæ licere, ſentire videtur Suar. c. 11. num. 30.* debuit aduertere Suariū dixiſſe ſēper eſſe culpam, ſaltem ſcādali, & prohibitionis Eccleſiæ, & ſic nō putat Suarius ibi licere.

18 Cæterum ambo mihi vidētur minus rectè Suarium allegare: quia ipſi faciunt quæſtionem de prædictione coniecturali tenuiſſima: at Suarius *eo num. 30.* loquitur, quando hæc prædicuntur *ſecundum moralem, & probabilem coniecturam* (sūt eius verba *num. 29.*) de qua prædicti Doctores dixerunt, eſſe ſuperſtitioſam diuinationem, & citarunt Suarium

Caſtropalaus *n.* 5. & Sanchez *nu.* 33. quod ſi dicant ſe loqui de prædictione non certa: ſed probabili, falſo dicunt Suarium pro ſolo foro externo putaſſe ſuperſtitionem; nam ipſe aperte docuit *numer.* 31. ibi: *etiam ſi quis interius non plus intendat, quam verbis profert, cum dicit ſe id non affirmare, vt certum: ſed vt probabile ſuperſtitioſe agere, & aliquam grauem culpam ſuperſtitioſæ diuinationis committere*, & *num.* 30. vt diſtincte more ſuo procederet dixit prædictionem futurorum &c. vel ſimpliciter prolatam, vel cum addito, quod non pro vt certa res fieret, eſſe à Sixto V. prohibitam, & vt ſuperſtitionem haberi; & *nu.* 31. ita re vera coram Deo eſſe ſi prædicens cum illa limitatione, vel ſimpliciter abſque illa haberet interius talem opinionem probabilis coniecturæ: de illa vero coniectura tenuiſſima aperte ſupponit, nec eſſe peccatum ſuperſtitionis, nec à Sixto V. prohibitam, vt patet ex his, quæ habet *num.* 9. & 12. ibi *itaq; niſi prædicantur futura in ſe, ac determinate non habet locum illa prohibitio*, vt latius videri poſsũt ſupra *n.* 5. & 6.

Cõſtitutionem Sixti V. innouauit Vrbanus VIII. Ann. 1631. in Bulla *inſcrutabilis*, quæ Bulla de eadem diuinatione, ac modis eius debẽt intelligi; de qua diximus huc vſq; intelligendam eſſe conſtitutionem. Sixti V. quia Vrbanus de ea loquitur, vt patet ex proemio *Dei altitudo non patitur, vt humanus intellectus tenebroſo corporis carcere conſtrictus ſuper aſtra ſe extollens arcana in ſinu Diuino recõdita, & ipſis beatis ſpiritibus ignota nefaria curioſitate &c.* ſed prædictio, ſeu cognitio hominis temperamenti, vel eorum, quæ Sixtus V. non prohibuit, non eſt huiuſmodi: ergo. Secundo Vrbanus tãtum confirmat Sixti diſpoſitionem, & pænas addit ibi *pænarum grauitate, & ſeuerioris diſciplinæ fræno coercere volentes &c. conſtitutionem per præfatum Sixtum prædeceſſorem deſuper, vt præfertur, editam &c. approbamus, confirmamus, & innouamus*, & §. 3. extendit prohibitionem ad eos, qui tales mathematicos conſulunt ſuper ſtatum Reip. vel Eccleſiæ Romanæ Sedis, vel vitã aut mortẽ Rom. Põtif. eiuſq; cõſãguineorũ ad tertiũ gradũ, & tã in ipſos, quam in prædicentes, & eorum prædictiones retinentes excommunicationem ac publicationem bonorum imponit, & vt læſæ Maieſtatis reos haberi vult, pro vt in Bulla latius videri poteſt: non veniunt igitur in hac prohibitione, qui obſeruata hominis Natiuitate aliquid pronũciant circa temperamentum corporis, vel inclinationes naturales, aut ea prædicunt, quæ Sixtus V. à diuinatione à ſe exhibita excluſit.

DISPVTATIO VI.

An ſortium vſus ſit ſemper ſuperſtitioſus, & prohibitus.

1 SOrtium vſus ad duos fines poteſt dirigi, ad aliquid faciendum, vel ad aliquid cognoſcendũ: priori modo appellantur ſortes diuiſoriæ, quæ mittuntur ex vi alicuius contractus vel pacti ſortes mittentium, & quoniam variæ poſſunt eſſe conuentiones, variæ etiam ſunt ſortes, vt luſoriæ in ludo, electoriæ ad electionem ordinatæ, & hæc per ſe malæ non ſunt, cum nec pactum cum Dœmone, nec aliam malitiam contineant, vnde leges ciuiles eas approbant *l. ſi duobus communia delegat*, vbi vt dicemus in hæreditate, vel legato partes contendunt, nec res diuidi poteſt; iuxta æquale ius omnium ſors eſt adhibenda.

Poteſt tamẽ varijs modis eſſe peccatum in his ſupeſtitionis, ſi medijs aſtris bonum exitum expectes; magiæ, ſic Dœmonis auxilio, vel ſi à fortuna excluſa Diuina prouidentia; tunc erit error Gentilium, ſi per ſortes eligatur perſona punienda in delicto commiſſo incerto authore, & præter ſuperſtitionem erit iniuſtitia, vel ſi ſors mittatur in re aliena, vel frau-

fraudes in ea fiant;ſimiliter erit iniuſtitia, aut ſi in ſortibus mittẽdis vtatur quis Euangelijs,tunc enim eſt irreuerentiā, & irreligioſitas, quam Caſtropalaus cum Bonacina,& Sanchez infra citatis putat eſſe veniale peccatum, niſi ſit magna irreuerentia,& bene iuſta mentem Suarij: vel deniq;ſi ſortes adhibeantur in caſibus ab Eccleſia vetitis, vt mox dicam. Poſteriori modo appellantur conſultatoriæ, ſi res cognoſcenda à Deo petatur: diuinatoriæ, ſi à Dæmone.ex S.Thom.2.2.*q.*95.*art.*8. tripliciter ſortes diſtringuente: in diuiſorias,conſultatorias, & diuinatorias.hoc poſito iuxta Suar.*trac.*3.*l.*2. *cap.*12.*num.*2.*&* 16.quem omnes ſequuntur.ex Rec.citandis.

QVÆRES I.

In quibus caſibus ſortes diuiſoriæ ſint prohibitæ.

1 RESpondeo tantum in electione Eccleſiaſtica,ſiue per eā cōferatur iuriſditio ad vnum actum,ſiue Ius eligendi, aut nominandi, vt accidit in inſtitutione cōpromiſſarij, ſiue aliqua dignitas, aut officium eccleſiaſticum, aut beneficium, vel aliqua eccleſiaſtica adminiſtratio. eſt comunis omnium Theol.*d.q.*95. *ar.*8.& Canoniſt. *cap. Eccleſia.de Sortilegijs.* vbi indefinite, & ſic vniuerſaliter dicitur, *ſortis vſum in electionibus perpetua prohibitione dānantes.* ita Suarius *cap.*12. alij communiter.

2 At magnum eſt diſcrimen,quādo fit per ſortes immediatā electio ad Eccleſiam prouidendam. (nempe, vt clarius explicant Doctores poſt Suarium ſcribentes) alicuius Prælati habentis iuriſditionem etiam in foro externo, & in cauſis criminalibus,vt eſt v.g. Epiſcopus,& nouiſſime Barboſa *de iur. Eccl. l.*1.*cap.*19. *à num.*153. pluribus relatis,idem ait de electione Guardianorum, Abbatum, & Præpoſitorum Collegiatarum habentium generalem iuriſditionem, ac quando fit ad prouiſionem aliorum beneficiorum, vel ad electionem cōpromiſſariorum &c. nam ſi fiat primo modo, eſt ipſo facto irrita, *ex capite, quia propter.de elect.* vbi annullat electionē factam de Paſtore Eccleſiæ, & nō iuxta formam ibi præſcriptam,in qua electio per ſortes non erat, ibi *aliter electio facta non valeat*, & cum hic textus loquatur,ſolū de electione talis Prælati, ſequitur quod aliæ factæ aliorū beneficiorum &c.per ſortes,non ſint nullæ.ex *d. cap.Eccleſia* vbi Pontifex electionem Prælati factam à compromiſſarijs electis per ſortem confirmat;confirmatio autem ſopponit valorem actus,& cum hic textus ſit poſt *cap.quia propter*,quod eſt Innoc. Tertij, non aliunde potuit decidere Honorius *in cap.Eccleſia* qui fuit poſt Innocentium, electionem eſſe validam, niſi quia *d.c. quia propter* ſolum immediatam electionem per ſortes annullauit. ita Suarez *cap.* 12. *nu.*9. *&* 10. quem ad vnguem ſequitur Caſtropalaus *p.*6.*num.*9. *hic.*Sanchez *num.*83.*&* 84.*l.*2.*cap.*38. vbi citat Ant.*in d.c.Eccleſia* Bellam *nu.* 13. Angelum, Roſellam, Sylu. *v.electio* Bonacina *pun.*3.*numer.*13.ſe remittit ad Suarez *cap.*12,*num.* 10. Filiucc.*tr.* 24.*c.*4.*à q.* 8. Villalobos 2.*p.tract.*28. *diff.*5.Regin.*lib.*17.*à numer.*174.Ant. Souſa *in Aphor.inq.lib.*1.*cap.*53.

3 Contra Barboſam *lib.* 1.*iur.eccl.c.* 19.*num.*231.vbi citat Lud.Miranda *q.*23.*t.*2.*ar.*24.Garſ.de beneficijs *par.* 5.*cap.*4.*num.*205.Lauor. *var. lucrub. t.*1.*titul.*4.*cap.*20.*num* 40.& alios putātes eſſe irritam electionem ad officia,& eccleſiaſticas dignitates: ſed quod ex Suar. diximus eſt canonibus conformius.

Tantum addo Suarij Doctrinam; etiam in tractatibus ad electionem habere locum:non enim poſſunt per ſortes fieri,ſic Sanch. ſupra *n.*73.

(:+:) (:+:) (:+:)

QVÆRES II.

An ſæpius exiſtentibus paribus ſuffragijs in electione Petri v.g. & Pauli, liceat in illos ſortem mittere, vt is præferatur, in quem ſors ceciderit.

4 DIcendum puto non licere; quia licèt in hoc caſu maior ratio inueniatur nō reprobandi ſortes: tamen, quia ius abſolutè prohibuit ſortium vſum in electionibus eccleſiaſticis; etiam in hoc caſu debet intelligi, cum vere electio fiat per ſortes: nam neuter illorum habet ſufficiens iudicium idoneitatis à capitulo cum debeat eſſe maior pars, nec talis vſus reperitur, niſi in quibuſdam congregationibus, non eccleſiaſticis: aut ex vi alicuius conſtitutionis in aliqua communitate eccleſiaſtica approbatæ à Papa: poterit tamē in illo caſu parium votorum ſuperior electores cogere, vt concordent, aliter ipſe eliget. ita Gloſſ. *cap. duobus dire. in 6.* Felin. *c. capitulum de reſc.* Suarius *d.c. 12. nu. 6. 7. & 8.* & poſt ipſum Caſtropalaus *l.c. num. 6.* Sanchez *nu.* 14. vbi citat Marian. Sonc. *ſent. num. 26. in c. Eccleſia. de ſortilegijs* vbi Ant. *nu. vlt.* Hoſt. *n. 3.* Ioan. Andr. *n. 12.* Ananiam *nu. 11.* & nouiſſime Baldelli *l. 4. diſ. 6. num. 7.* contra *Gloſſ. 26. q. 2. v. ſortes*, & ibi Laurent. & ex Recen. Trullench. *lib. 1. cap. 10. dub. 9. nu. 8.* & 11. putantem poſſe in hoc caſu ſorte fieri.

QVÆRES III.

An liceat per ſortes terminare litem eccleſiaſticam, etiam in cauſis beneficialibus.

5 REſpondeo cum diſtinctione, ſi fiat ex ſola partium cōuentione non licet, & eſt ſacrilegium, non ex prohibitione *cap. Eccleſ. de Sortil.* quia in eo tantum ſors in electionibus prohibetur: ſed quia per talem ſortem poteſt beneficium obtinere, qui non habet titulum; cum conſenſus partis, non ſufficiat ad dandum titulum vni ex litigatoribus, ſi eum non habet: vnde in hoc caſu poteſt intelligi dictum Canoniſtarum aſſerentium *in cap. licet cauſam. de prob.* ſortes non habere locum in dubio facti; ſed iuris, hoc eſt quando partes non ſufficiunt ad tollendum dubium facti; ſi enim ſufficerēt, vt accidit in lite temporalium rerum, etiam inter Clericos; manifeſtum eſt poſſe litem ſorte dirimi, ex Abb. *ca. Eccl. cit.*

6 At ſi litis terminatio per ſortes, fiat Iudicis auctoritate, eſt licita, ſicuti licet partibus in beneficio litigioſo paciſci in manib' Iudicis abſq; vitio ſimoniæ, & ſi ſine Iudice fieret pactum, eſſet ſimonia; hæc Suar. *d.c. 12. à n. 11.* vbi citat Felinum *in c. capitulum num. 21.* Cardin. *d. cap. licet.* ex Neother. illam tenet Caſtrop. *nu. 7. d. p. 6. tra. 17.* Sāchez *num. 79.* quamuis nō deſint, qui putent licere, vt Hoſt. & Gloſſ. *d. cap. licet cauſſa v. vti poſſidetis.* & videtur Leſſius ſentire *dub. 9. num. 58.* vbi ait licere, *ad componendas lites maxime in temporalibus.* & clarius. *verſ. fortaſſe tamen.* Immo Trullenc. *lib. 1. cap. 10. dub. 9. num. 11.* de electione Rectorum Confraternitatum putat poſſe ſorte fieri: quia nec ſunt tales rectoratus beneficia; nec eccleſiaſticæ dignitates; ſed temporales adminiſtrationes, & idem dicit de electione Cappellaniarum nutu amouibilium: ex Lara *lib. 2. de Cappellanijs, & anniuer. cap. 6.* Villalobos *2. par. tract. 28. diff. 5. num. 5.* & nouiſſime Baldelli *l. 4. d. 26. nu. 8.* loquens de electione Cappellani.

Inferuntur, aliqua notatu digna circa ſortes.

7 EX dictis infero 1. licitum eſſe in ciuilibus electionib' vſum ſortium, quando inter eligendos nō eſt maxima differentia in idoneitate &c. eſt com. omnium.

Se-

8 Secundo licet ſortem mittere in dāda eleemoſina huic potius, quam illi: in eligendo eo, qui tempore peſtis, vel perſecutionis debeat remanere &c. vel qui ad Indos eſſet iturus ſtante multorum æqualitate, vel ad iurgia tollenda ex Aug. Cyrillo, & alijs docet Suar. *n.* 17. *&* *n.* 4, quem ſequuntur ſup. cit. Doct.

9 Addo Suarij dictis iuxta eius doctrinam, licere ſortes tempore peſtis in eligendo medicos &c. mittendos; quando plures delictum commiſerunt, & non expedit omnes punire; quando è naui debent aliqua bona, vel homines proijci; ne omnes pereant. hæc Sanchez *lib.* 2. *cap.* 28. *à n.* 58. Mart. del Rio *lib.* 4. *q.* 1. Turrec. 26. *q.* 2. *in ſum. num.* 2. & alij apud ipſos, cum Caſtropalao *nu.* 3. vbi bene dicit poſſe Iudicem ex officio compellere partes ad ſortes mittendas, quando alia via non ſuppetit ad dirimendam controuerſiam; & eſt iuſta Suarium hic *num.* 12. vt initio diſp. innui *ex l. ſi duobus.*

Quod ſi, qui ſunt in naui v. g vel medici &c. non conſentirent, poteſt nihilominus nauclerus, vel gubernator ſortes mittere, & inuitos proijcere in mare ad aliorum ſalutem tuendam; vt bene aduertit Baldelli *d. diſ.* 6. *num.* 2. Immò, quando eſſet euidens periculum ruinæ omnium, & nō præponderaret aliqua ratio ex dicendis, peccaret mortaliter contra charitatem qui nollet ſortibus conſentire; at ſi eſſet aliqua ſpes, vt fracta naui ipſe cum aliquibus euaderet mortē, licet multi perituri ſint nullum eſt peccatum: quia vnuſquiſq; poteſt ſuæ ſaluti conſulere.

10 Intellige tamen hęc dicta ex Suario, & alijs, quando non eſſet aliqua ratio peculiaris in vno, quæ non ſit in alio: tunc enim ſors non licet, vt ſi pauper vnus eſſet in extrema neceſſitate, vel ſi eſſet proprius paſtor tempore peſtis cum alijs Sacerdotibus ſimplicibus, & ille non eſſet vtilis, vel neceſſarius ad alios Parochianos; quia v. g. omnes peſte laborarent: tunc enim ille eſt mittendus, in quem cadit obligatio ex iuſtitia, & proprio officio, vt ex ſupradictis ex Suarij doctrina præſertim *nu.* 26. circa finem, & aliorum facile colliges. hæc circa primum modum vtēdi ſortibus. Iam.

Circa vſum ſortium ad acquirendam alicuius rei cognitionem.

QVÆRES I.

An ſortes conſultatoriæ, quibus ſcilicet à Deo expectatur cognitio alicuius rei, ſint illicitæ.

11 RESpondeo negatiue: ſed eſſe bonas, quando ſeruantur debitæ circumſtantiæ, quas ſubdam: ratio eſt, quia expectare à Deo cognitionem alicuius veritatis de ſe non eſt malum, & ſi fiat debito modo eſt bonum. Ita ex Orig. *hom.* 13. *in Ioſue.* Suar. *tr.* 3. *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 25. quem omnes ſequuntur.

Circumſtantiæ ſeruandæ in Sortibus conſultatorijs ſunt.

12 PRima, vt adſit motio Diuina valde ſpecialis, quando quis peteret à Deo, vt ſigno aliquo Diuino, & extraordinario oſtendat; quid ſit faciendum, vt in veteri Teſtamento *in Ioſue* 7. fuiſſe Dei mandatum dicimus, quamuis alij, vt Saul, & Nautæ mittentētes ſortes male fecerint. Sed Deus illos direxit. & in Apoſtolis credendum eſt Spiritus Sancti inſtinctum fuiſſe in eligendo S. Mathia: in quo facto, & ſi omnes cōueniant nō fuiſſe peccatum: vere enim prudentiſſime ſe geſſerunt ordinando ſortes diuiſorias inter duos, quos iam digniores reputauerant, vt putandum eſt, & vt ſuam mentis ſinceritatem oſtenderent, nec tunc erat humana prohibitio, quę nunc extat: quatenus vero illæ ſortes fuerunt, etiam conſultatoriæ, aliqui vt Beda *actor.* 1. Chriſ. *hom.* 3. *in acta Apoſt.* videnden-

dētur ſignificare fuiſſe aliquam imperfectionem pertinētem ad cognitionē; quia ſcilicet ignorabant, quomodo dignitas Apoſtolatus eſſet cōferenda: & ſic orauerunt. *Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris.* petentes ſecundum probabiliorem opinionem, ſignum ſenſibile: & in hoc fuiſſe exauditos. *cecidit ſors ſuper Matthiam,* nempe Indicium Diuinum, quo omnibus fuit manifeſtum Matthiam eſſe præferēdum, ſorte medio aliquo radio Cœleſti: quia illi tempori, & loco videbatur id conuenientiſſimum, non obſtante, quod fuerint extractę propriæ ſortes, vt videtur eſſe conformius literæ. Ita Suar. *à nu.* 21. *d. c.* 12. ex Maxim. & Carth. in Diony. *c.* 5. *de eccl. Hierar.* Hyero. *Ionæ* 1. D. Anton. 1. *par. Hiſ. cap.* 1. Origine. *hom.* 13. Aug. *Concion.* 2. *in Pſal.* 30.

13 Secunda conditio eſt, vt ſit aliqua neceſſitas, & honeſtas cauſę, quando quis petit per ſortes à Deo inſtrui per ſpecialem prouidentiam, pertinentem non ad miraculum, ſed fauorem; quia cum homo timeat petere à Deo apertam reuelationem, & non habeat aliud medium humanum ad dubietatem tollendam, vtitur illo medio. his ergo circumſtantijs omiſſis, licet non ſit peccatum ſuperſtitionis has ſortes mittere, erit tamen tentatio Dei, aut ſacrilegium aliquod, ſi fiat ſine debita reuerētia, non præmiſſa oratione. Hæc Suar. *c.* 12. *nu.* 26. *&* 25. ex D. Thoma *q.* 85. *art.* 8. 2. 2. quem ſequitur Sanchez *d. c.* 38. *à n.* 85. Caſtropalaus *n.* 10. *&* 11. *pu.* 6. hic. Bonacina *p.* 3. *q.* 5. Layman. *l.* 4. *tract.* 10. *c.* 3. *n.* 8. *&* 9. qui bene aduertunt regulariter eſſe veniale defectum orationis.

QVÆRES II.

Quale peccatum ſit in ſortibus diuinatorijs.

14 RESpōdeo eſſe peccatum ſuperſtitionis, vel cū pacto expreſſo cum Dœmone, vel ſaltem tacito, vt ex ſupradictis diſp. præc. conſtat. atq; adeo de ea loquuntur iura prohibentia diuinationem per ſortem in *cap. non licet* 26. *q.* 5. Conc. Tolet. 4. *cap.* 28. & alibi.

Nec datur in hoc paruitas materiæ; nam quæcumq; ſocietas cum Dœmone, eſt de ſe peccatum mortale, vt toties diximus ex Suario. at poteſt eſſe veniale peccatum; quando ioco fierent ſortes; nec fides adhibetur; licet ille ſupra quem cadit ſors bona lętetur, vel ſi mala, aliquatenus contriſtetur, vt infra attingemus, & ſupra innuimus, ex Suario, & alijs *diſ.* 4. *nu.* 14. *&* 15.

15 Immò præter hoc ſuperſtitionis peccatum, ſolent alia eſſe adnexa, quando hæ ſortes diriguntur ad aliquid faciendum, vt cōtra iuſtitiam: detegendo innocentem, vel nocentem modo indebito, & contra propriam charitatem, vt in duello: nec Deus has ſortes dirigit, ſed permittit. Nec poteſtas inuenitur in anima humana has ſortes dirigendi obſeruata Celi conſtellatione, vt falſo putauit Agrippa *lib.* 2. *phil. cap.* 54. hæc Suarez *l.* 2. *tract.* 3. *ca.* 12. *nu.* 27. cuius doctrinam, vel expreſſe ſequuntur, vel ſupponunt ſupra citati Recentiores. adde Trullen. *in primum dec. præc. cap.* 10. *dub.* 9.

DISPVTATIO VII.

De Diuinatione per ſomnia.

SOmnium voco viſionem imaginariam, ſeu apprehenſionem, quæ fit in ſenſu interiori tempore, quo dormimus, ex Ariſtotile *lib. de Somnijs.* quod ſolet dici inſomnium, viſum, phantaſma, quæ voces idem ſignificant. de his agemus quatenus conducere poſſunt ad cognitionem alicuius futuri euentus, vel occulti.

(:*⁎*:)

Quot

Digitized by Google

Quot modis poſſit haberi cognitio rerum occultarum per ſomnia.

1 DVobus autem modis poteſt haberi occultorum cognitio per ſomnia, primo tanquam ab effectu, quo cognoſcimus cauſam, vel alium effectum ab eadem cauſa manātem, vt ſi ex ſomnio de re triſti cognoſcas humorem malinconicum, & ex hoc ſuſpenſionem hominis futuram ex ſomnio, quod eſt effectus, cognoſcis cauſam nempe malinconicam, & ſuſpenſionem, quæ eſt effectus proueniens ab eadem cauſa à qua ſomniū proficiſcitur.

2 Secundo modo, tanquam à ſigno; quia ſcilicet in ſomnijs aliqua repræſentantur, quæ ſunt, & creduntur ſigna eorum, quæ futura ſunt. Neque in ſomnijs poteſt dari tertius modus cognoſcendi, tanquam ex cauſa: quia præter ſpeciem, & memoriam rei, quæ in ſomnio repreſentantur nullus alius effectus ex eo præciſe proueniens poteſt cogitari; & licet ex vi memoriæ rei relictæ poſſet aliquis operari; eius tamen operatio ex vi ſomnij cognoſci non poteſt, vt ex D. Thom. *q.95.2.2.artic.6.* habetur. hęc Suar. *l.2. de superſt.c.13.ad n.4.* quē ſequitur Baldelli *l.4.diſ.7.* plura addēs, quę noſtro inſtituto minime proſūt.

Circa ſomnium pro vt eſt effectus.

QVÆRES I.

Quot, & quæ ſint cauſæ ſomniorum.

1 REſpondeo ſex, ex his autem. Prima eſt diſpoſitio corporis, & temperamentum, & humores redūdantes: vnde ſecūndum morborum varietatem diuerſa ſomnia accidunt ægris. ex Niſſ. *lib. de hom, opiſ. cap.13.* ibi, *& qui ſitiunt ad fontes ſe eſſe ſomniant, qui eſuriunt in conuiuijs, adoleſcens per ætatem laſciuiens conſentanea libidini ſuæ immaginatur*, quas Greg. *lib.4.dial.cap.48.* ſub ventris repletione, & inanitate complectitur.

2 Secunda cauſa eſt, præcedens cogitatio, ſub qua animi affectio, ac cōſuetudo cōtinetur, vnde Claud. apud Lorin. *eccl.2.*

Omnia, quæ ſenſu voluuntur vota diurno.

Tēpore nocturno reddit amica quies.

& plura affert exēpla ſupra Niſſen.

3 Tertia ſunt elementa, ea præſertim, quæ nos circumſtant, cauſant ſomnium alterando corpus, v.g. frigefaciendo; ita vt quis ſomnium habeat, quod ſit in mari nudus &c. non autem immediate mouendo phantaſiam.

4 Quarta eſt cœlum: quod dicitur influere in phantaſiam; & ſic ſomnia cauſare, non immediate influendo in phantaſiam: quia cum perſonarum ſenſus non percipiant ſpecies v.g. coloris &c. impoſſibile eſt, vt à cœlo phantaſiæ imprimantur: ſed alterando humores corporis, & ſpiritus animales, ex quorū motu ſomnia procedunt.

5 Quinta cauſa eſt Dœmō, vel cauſans ſomnia per illuſionem ſolam, vel ſumendo occaſionem à cogitatione præcedenti, vel mouendo humores, vel applicando actiua paſſiuis; ita vt cauſentur eadem ſomnia, quæ ab humoribus ſolent prouenire.

6 Sexta denique cauſa ſomniorum eſt Deus, vt de fide eſt, qui ſolus poteſt immittere in intellectum immediate aliquam cogitationē: vel medijs Angelis mouere humores &c. ad ſomnium cauſandum, quidquid in contrarium dicant Epicurei putantes nulla ſōnia immitti à vero Deo, quod etiam ſentit Ariſtoteles *in lib. de diuin.per ſomnium.*

7 Atq; ſecundum cauſarum varietatem, varia etiam nomina ſortita ſunt ſomnia: Oracula, ſeu reuelationes, ſi à Deo; Dœmoniaca, ſi à Dœmone; naturalia, ſi ex humorum corporis, aut è cœlo, & elementis; Moralia, ſeu Animalia, ſi ex præcedenti cogitatione proficiſcantur; & quoniam, nō eſt vnius ſomnij vna cauſa:

ſed

Digitized by Google

ſed plures ſolent eſſe ex Gaet. *in* 2.2. *q.*95.*ar.*6. hinc fit, vt etiam ſomnia plura nomina iuxta cauſarũ numerum ſortiantur. v.g. dœmoniaca, & animalia &c. hæc omnia Suar. *tra.*3. *l.*2.*c.*13. ex D.Greg. *l.*6. Iſid. *lib.*3.*ſent. ca.*6. D.Th. *d.q.*95. qui in aſſignandis cauſis in re non diſſentiunt, & omnes citandi Recentiores re vera ſequuntur.

QVÆRES II.

An liceat ex ſomniis cauſas vnde proueniunt, vel effectus futuros ex eadem cauſa, inquirere.

8 DIco primo eſſe licitum ex ſomnijs cauſam inueſtigare: quia aliquando eſt talis cognitio vtilis, & neceſſaria; ſic medici ex ſomnijs inueſtigant morbi qualitatem ex Galeno *lib. de præſagio ex ſomniis*, & Patres docent inueſtigandũ eſſe, num ſomnium aliquando ſit à Deo, vel à Dœmone &c. eſt comm. & certa ſententia D.Thom. & omnium ſcribentium *in* 2.2. & poſt Suar. *cap.*13. *nu.*6. Sanchez plures citans *l.*2. *c.* 38. *à num.*49. Caſtropal. *n.*2.*p.*5. Regin. *l.*17. Bonac. *pun.*3. *de diuin. à num.* 6. Baldelli *l.*4.*diſ.*7.

9 Aduertunt tamen omnes cum Suario *à nu.* 7. difficillime poſſe cognoſci probabiliter cauſam ſomniorum, nam cum plures poſſint eſſe cauſæ, & cum etiam Dęmon ſe poſſit immiſcere, numquam ex ſomnio ſolo poterit cauſa eius cognoſci: immò in ſomnijs prouenientibus ex præcedenti cogitatione vix poteſt, quis ſcire ex his cogitationem præcedentem, niſi recordetur, etiam habitæ cogitationis.

10 Dico ſecundo. non poteſt homo ex vi ſomnij cognoſcere certo alium effectum futurum naturalem, nec effectum cõtingentem, aut liberum vllo modo: ratio eſt; quia effect' naturalis poteſt cognoſci ex eo, quod habet connexionem cum ſomnio in eadem cauſa: at cauſa valde incerte poteſt cognoſci per ſomnium, vt nu. præc. diximus: ergo multo incertius ipſe effectus futurus poterit cognoſci: cum habeat ſuã peculiarem incertitudinem.

11 Confirmatur, quia multæ cauſæ non habent alium effectum determinate futurum præter ſomnium, vt eſt in ſomnijs animalibus, vel Diuinis, aut Dęmoniacis, & in ſomnijs naturalibus prouenĩetibus ex aſtris: iam ſupra *nu.*4. oſtenſum eſt, quam parum connexionis habeant hæ influentiæ cum ſomnijs, & præterea, quam ſit incerta influentiarum cognitio in ſe ipſis.

12 De effectu vero libero futuro, vel alijs occultis, res eſt manifeſta ex dictis, cum hi nullam habeant connexionem cum ſomnijs.

13 Vnde erit peccatum ſuperſtitionis Diuinatiuæ, quando non eſt expreſſum pactum cum Dęmone, alias erit grauior culpa iuxta dicta *diſp.*4. *num.*12. prædicere cum aliqua certitudine, vel nimis abſolute effectus liberos: contra vero non erit ſuperſtitio, quamuis aliquis imprudenter agens nimium credat ſuo diſcurſui, & cõfidenter affirmet cauſam ſomniorũ, aut effectum naturalem cum certitudine, non erit ſuperſtitioſus, ſed imprudens, poteritque alia via peccare iuxta dicta *diſ.*5.*num.*4. vide Suarium *d.l.*2. *cap.*13.

Circa ſomnia prout ſunt ſigna.

QVÆRES I.

Quot modis ſommia ſoleant eſſe ſigna futurorum.

14 REſpondeo duobus modis: primo per quaſdam voces, ita formatas in phantaſia dormientis, vt videatur is audire veras voces loquẽtis, vt cenſetur fuiſſe locutio facta S. Ioſeph dormienti *Matt.*1.

15 Secundo per modum viſionis, vel propriarum imaginum rerum futurarum, vt *Gen.* 31. vbi Iacob vidit in

Digitized by Google

in ſomnio aſcendentes mares ſuper oues fęminas: ex quo cognouit oues varios fet' eſſe parituras (facile enim poteſt in hoc modo cognoſci ſignificatio ſomnij,) vel per viſionem aliquarum imaginum, quæ per metaphoram res futuras denotant in quibus ſomnijs non tam facile cognoſcitur ſignificatio, vt fuit ſomniũ S. Polycarpi apud Euſebi. *lib.* 4. *hiſ. cap.* 4. qui triduo ante martyriũ vidit ceruical accendi. ex quo cognouit ſui martyrij genus, & in ſcriptura *Gen.* 28. 37. vbi Ioſeph vidit manipulum fratrũ adorare ſuum, & alibi paſſim. Ita Suarez *d.ca.*13.*nu.*15.& 16. cuius doctrinam omnes ſupponere videntur, quamquam vix attingant.

QVÆRES II.

An hæc ſomnia à Deo vel à Dæmone prouenire poſſint.

16 RESpõdeo affirmatiue, & quidem, quod à Deo proueniãt ex dictis patet, non ſolum fidelibus, ſed etiam gẽtilibus, vt ex *Iob.*33.docet Tertulli. *lib.de anima cap.*46.& 47.& etiam ab Angelis. nam hæ viſiones fiunt per phantaſmata percepta ſenſibus, & ſpiritibus animalibus in hærentia, & ſic poſſunt ab Angelis per motum localem. ita applicari, vt faciant has repræſentationes, vel proprias, vel ſymbolicas ex D.Thom.1.*p.q.*111.

17 Quod autem, etiam poſſint à Dœmone prouenire: patet ex dictis *n.* 5. & ſicuti is poteſt applicare phantaſmata rerum. ita etiam & vocum, & de his ſomnijs à Dœmone immiſſis dicitur *Eccleſ.*14. *multos errare fecerũt ſomnia, & exciderunt ſperantes in eis.*

18 Denique quod ab his ſolis prouenire poſſint probatur: quia non ſunt, nec animalia, nec naturalia, nam nec præcedens cogitatio, neq; elementa, aut humores, &c. habent vim imprimendi ſignum ad placitum ſignificans, vt ſunt hec ſomnia. nec qui dormit, aut alius homo: ergo remanet, vt à Deo vel à Dęmone tantùm poſſint immitti. Ita Suarez *d.c.*13.*tract.*3.*l.*2. ex Patribus infra cit.

QVÆRES III.

Vndenam cognoſci poſſit, quando ſomnia ſunt, à Deo vel à Dæmone.

SVppono ſomnij iudicium in vigilia fieri poſſe, nã ſi fiat inter dormiendum, tunc non eſt ſomnium, ſed mentis eleuatio ad intelligendum ſine dependentia à phantaſmatibus atq; adeo à ſolo Deo fieri poteſt. hoc poſito, ad quæſitum.

19 Dico magna opus eſſe conſideratione, vt aduertunt Patres citandi; nõ enim generalis regula tradi poteſt, quia quamuis ex materia ſomniorũ, ſi ſit mala, v. g. obſcæna, & malos effectus pariat, v.g. elationem, curioſitatem &c. certum ſit, non eſſe à Deo. & ſi ſit bona relinquens animam humilem, vel ad bonum inclinatam, & cum ſpirituali ſuauitate, prudenter poſsit præſumi eſſe à Deo; tamen non eſt certum, quia ſolet Dœmon ſe transfigurare in Angelum lucis, & per ſomnia ſignificare futura contintia, quę ipſe ex coniecturis cognoſcit, vel myſteria fidei, quæ ex ſcripturarum intelligentia ſcire poteſt, & multoties procurat, vt eueniant ea, quæ per ſomnia ſignificantur, vt ſic homines decipiat.

20 Credulitas autem ſomniorum aſſenſu certo. ita vt anima quieſcat, tantum ex ſpeciali Spiritus Sancti illuſtratione pertinẽte ad ſpiritũ diſcretionem, haberi poteſt; nec eſt ſemper neceſſaria. videte Suar. *d.c.*13.*à n.*15. hæc habentem ex Auguſtino *lib.* 12. *Gen.ad literam, & lib.*2.*de Doctr. Chriſ. c.*19.Chryſ.*hom.*19.*imperfi.* D.Thom. 2. 2. *quæſt.* 172. *art.* 6. Nyſſ. *lib. de opiſ.hominis à cap.*33.Greg.*l.*8.*mor.cap.*13.*alias* 18.Iſid.*l.*3.*ſent.c.* 6.& alijs. ſequuntur paſſim Recent. Sanchez *d. c.* 38.*nu.*52.citans del Rium *l.*4.*diſ. mag. c.*3.*q.*6.Pereier.*lib.*1. *in Daniel q.* 3. & *lib.*2.*de mag.q.*3.Bonacina *q.*5.*p.*3.*n.*7. *de* 1.*dec.præc.*Caſtropalaus hic *par.* 5.

Dd *nu.*5.

Digitized by Google

num. 5. Reginald. *l.* 17. *num.* 173. Sayr. *lib.* 4. *c.* 5. & alij ſup. cit. indubio autẽ vtrum ſomnium ſit à Dœmone, vel à Deo dicendum eſt eſſe à Dœmone: quia Deus ſolet animam certam reddere ſic Bardi alijs relatis *l. cit. §.* 23. At ſi alij dubitent v.g. confeſſarius, & sõnians eſt certus eſſe à Deo, debet ſuſpendi iudicium donec Deus certius ſignũ tradat: quia hæc eſt tutior via.

QVÆRES III.

An, & quale peccatum ſit ſomnijs, vt ſignis euentuum futurorum fidem habere.

21 DIco primo quando conſtat ſomnia eſſe à Deo neceſſario debet illis fides haberi; quia ſunt quædam locutio Dei; cui omnino eſt credendum; & ſi interpretatio ſomnij eſt clara ſignificans aliquid particulare; ſecundum hoc debet haberi fides: alias genæraliter credi poteſt, v.g. hoc ſomnium eſſe verum ſignum: ea tamen petere à Deo ſine vrgenti neceſſitate, aut Spiritus Sancti inſtinctu erit peccatum, non ſuperſtitionis iuxta dicta in diſp. præc. *n.* 13. niſi homo ea petens ſe exponeret morali periculo, vt Dœmon ea præſtet; tunc ad ſuperſtitionem reducitur, ſic Suarius l. cit.

22 Dico ſecundo quando ſomnia sũt dæmoniaca per pactum expreſſum Dœmonis promittentis reſpondere per ſomnia, ad quod reduces, ſi quis vtatur peculiaribus cæremonijs ante ſomnium, aut in modo dormiendi; vt Gentiles faciebant ex Cœli Rodig. *l.* 27. *lec. antiq. c.* 14. vel etiam per tacitum; quando ſcilicet, quis fidem habet ſomnijs, nec de Deo cogitans, nec rationibus naturalib' innites eſt graue peccatum ſuperſtitionis, & contra Religionem, vt ex dictis patet. ex Suario, & per conſequens, non datur in eo paruitas materiæ.

23 Dico tertio ſi de ſomnijs non conſtet, an ſint à Deo, & quis temere illis fidem habeat, erit mortale peccatum reductum ad ſuperſtitionem; quia exponit ſe periculo credendi Dœmoni præſertim, quando expertus eſt eſſe falſa ſomnia, & non euenire, quod per ſomnium fuit demoſtratum, ita Sãctus Thomas 2. 2. *q.* 172. *à* 5. quem ſequitur Suar. cit.

24 Dico quarto graue etiam peccatũ erit ſuperſtitionis, ſi quis ordinarie, ſe gubernet per ſomniorum indicationes; contra vero ſi non omnino credat ea, quæ oſtenſa ſunt eſſa vera: ſed aliquid operatur ex vi ſomnij, nõ erit grauis culpa; vt ſi ſomnietur, quod dũ exit occiditur, è domo non exeat; quia tunc tantũ vane putat eſſe poſſibile.

Hæc omnia. Suarez *d. c.* 13. cum omnibus ſupra citatis DD.

DISPVTATIO VIII.

De Magia.

1 NON agimus hic de magia naturali, quæ eſt ars faciendi mirabilia virtute naturali, obſeruãdo cauſas, & effectus, & cum mira proportione ea applicando; cuius multa exempla habes apud Victoriam *relec. de mag. num.* 7. Guil. Paris 2. *p. princip. de vniuerſo capit.* 21. ob quam huius artis periti magi vocantur. Sicuti antiquitus vocabantur magi Philoſophi, & ij præſertim, qui in aſtrologia, vel aſtronomia eminebãt ex Leon. *ſer.* 4. *de epiph. &* 3. ſed tractamus de magia ſuperſtitioſa, quam aliqui vanam obſeruantiam vocant: de hac.

QVÆRES I.

Quid ſit magia, & quotuplex.

2 DIco primo magia ſtricte ſumpta eſt, ars faciendi aliquid virtute Dœmonis, ſiue per pactum expreſſum, ſiue implicitum (quod quando ſit præter dicta diſp. 4. *n.* 1. habes infra *q.* 3. & 6.) ad diſtinctionem diuinationis, quæ licet large accepta dicatur magia, ac comprehendat pyromantiam chyromantiam &c. ſupra dicta diſ. 4.

Digitized by Google

diſ. 4. ex Plin. *lib.* 30. *cap.* 2. tamen differt per ſe,& ex obiecto ab hac arte: nam diuinatio ordinatur ad cognoſcendum: hæc ad operandum,& ideo commode vocatur magia.

3 Dico ſecũdo tres ſũt ſpecies materialiter diſtinctæ magiæ, prima eſt effectrix ſciẽtiæ, ſeu cognitionis. ſecunda ſanitatum. tertia malorum, quæ dicitur maleficium, ſeu pharmacia, de quibus ſingillatim dicemus *à q.* 4. ita Suar. *lib.* 2. *de ſuperſtit. cap.* 14. *ad num.* 5. *& cap.* 15. *num.* 1. *&* 2. & omnes ſequuntur infra citati.

QVÆRES II.

Ad detur magia.

4 RESpondeo. certum de fide eſt dari magiam, qua virtute Dœmonis mira aliqua fiant: id patet primo experiẽtia habita in Sacra Script. *Exod.* 7. *et* 8. *&* 1. *reg.* 28. vbi multa opera mirabilia narrantur, quæ nec à Deo, nec à Sanctis Angelis fieri potuerunt, vt pote mala, nec ab homine, vtpote ſuperantia eius vires; ergo à Dœmone, nam non dantur iuxta fidem Dœmones quidam medij, quos Gentiles volebant. Nec animæ mortuorum inter nos verſantur, vt eſt de fide: ac probabile eſt, eas nil poſſe circa corpora operari. ita ſentiunt Patres Iſid. *lib.* 8. *orig. cap.* 9. Auguſt. *lib.* 15. *de Ciui. cap.* 23. & alibi, Tertull. *lib. de anima cap.* 57. D. Tho. 2. 2. *quæſt.* 95. *&* 96. & alij omnes. videte etiam Perer. *Exod.* 7. *diſ.* 2. & Mart. del Rio *in diſq. mag.* quos ſequitur Suar. *d. cap.* 15. *à num.* 5. & alij Recent. communiter Duardus in Bullam Cœnę *l.* 2. *Can.* 1. *quæſt.* 22. Trullench. *l.* 1. *in dec. cap.* 10. *dub.* 12.

QVÆRES III.

Quale peccatum ſit magia.

5 RESpõdeo eſſe ex genere ſuo graue ſuperſtitionis, ac tacitę Idololatrię contra Religionem, nec poteſt eſſe veniale ob leuitatem materię, quando eſt expreſſum pactum, neque ob ignorantiam, aut in aduertentiam, præſertim inter fideles. contra vero, licet quando fit cum pacto implicito, ſit eiuſdem ſpecie malitiæ, (ſicuti, & varij modi magiæ inter ſe ſunt eiuſdem ſpeciei) poteſt tamen à mortali excuſari ob ignorantiam, quæ non ſit affectata. vide quæ diximus *de diuin. diſp.* 4. *à num.* 11. quia eadem ad hoc vitium ſunt applicanda. nam habent eamdem malitiam formalem conſiſtentem in communicatione cum Dœmone, & in tacito cultu illius. ita Suarez *d. cap.* 15. ex Recent. Alphonſus de Leon. *de offic. confeſſ. recol.* 7. *p.* 1. *n.* 42. Diana *p.* 5. *tract.* 5. *reſol.* 29. & alij infra citati.

6 Solent etiam magiæ tam expreſſe, quam tacitę varia peccata contra alias virtutes coniungi, iuxta dicta *diſ.* 3. *à num.* 12. & preſertim in maleficio peccatur contra iuſtitiam; ita vt maleficus non obſtante, quod cõdemnetur, teneatur ad reſtitutionem, & ex eius bonis heredes, vel fiſcus. *ex leg. in ſumma. ff. de iur. fiſc.* ita Petr. Binsfel. *trac. de confeſ. malef. præl-ud.* 13. Suar. *cap.* 14. *à nu.* 10. & Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 44. *dub.* 4. *num.* 26. Sanchez *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 12. *& cap.* 41. *nu.* 23. Caſtrop. *pun.* 8. *diſ.* 1. *tract.* 17.

7 Addunt Sanchez, & Caſtropal. (quod Suarius non ſatis explicat, at puto eum ſic ſentire) non dari paruitatem materię in hoc peccato, etiam quando eſt pactum implicitum. ratio eſt; quia taciti, & expreſſi eadem eſt ratio: ergo ſi in expreſſo non datur ob rationem ſupra ſępius dictam, nec in pacto tacito, ita etiam Trullench. *lib.* 1. *cap.* 10. *dub.* 11. *num.* 17. *in decalog.* & alij. quamuis Valentia *diſ.* 6. *quæſt.* 13. *p.* 3. putet dari paruitatem materię, quando eſt pactum implicitum.

(:+:) (:+:) (:+:)

Digitized by Google

QVÆRES IV.

In quo conſiſtat prima ſpecies magiæ ad acquirendam ſciẽtiam, & quouſq; ſe extendat.

8 DIco primo. eius malitia cõſiſtit in hoc, quod quis velit à Dæmone addiſcere ſcientiam, qua per propria principia diſcurat, quæ per curſum ordinarium, aut Dei infuſionem haberi poteſt. vnde differt à Diuinatione, quia in hac futura prædicuntur, nec eorum cognitio habetur ex diſcurſu, & per ſua principia; ſed (vt clarius explicat poſt Suar. Caſtropal.) tota nititur Dœmonis authoritate.

9 Dico ſecundo, non ſolum artem, quam vocant notoriam, per quam quibuſdam ieiunijs, & orationibus ad Deum, figurarumq; inſpectionibus extraordinarie ſciẽtia acquiritur; ſed etiam omnem artẽ acquirendi ſcientiam ope Dœmonis,(quam poteſt is præſtare ex Martino del Rio. *l.2.q.24.* & *diſp.ſeq.* dicemus) quouis modo, etiam medio ſtudio intendatur, ſub magia comprehendi, ac ſuperſtitioſam eſſe: ratio prioris partis eſt, quia per artem illã intenditur ſcientia per infuſionem à Dœmone, vel expreſsè, vel tacitè, nam qui vult per has obſeruantias non ordinatas à Deo habere infuſam ſcientiam, conuincitur velle à Dœmone, & illi hãc virtutem Dei propriam tribuere.

10 Probatur ſecunda pars, quia qui petit ſcientiam, quam Dœmon poteſt naturaliter docere, iam cum ipſo ſocietatem init, & ſic committet in hoc genere ſuperſtitionem iuxta dicta in diſ. 3. ita ex D. Tho. 2.2. *q.96. ar.1. in corpore.* vbi dum dicit per artem notoriam non quæri ſcientiam à Dœmone docente. non negat hanc artem non comprehendi ſub magia; ſed tãtum excludit poſteriorem modum acquirendi ſcientiam, nempe medio ſtudio, Dœmone docente, & homine audiente, à nobis poſitum in concluſ. ſic Suar. *cap.15.lib.2.tract.3. ad num.* 7. ſequitur Sanchez *cap.* 40. *lib.2.num.12.* & 30. dicens D. Thom. ab omnibus eſſe receptum. Caſtropalaus *hic pun.9. num.11.* remiſſiue, & alij ſupra *diſp.3.num.11.*

11 Quamuis mihi valde placeat cum Valentia non eſſe ſuperſtitionem; ſed peccatum graue, quando petitur à Dœmone, quod ipſe poteſt naturaliter docere. vt *dic.d.*3. dixi.

QVÆRES V.

In quo conſiſtat ars magica ſanitatũ, & quouſq; ſe extendat.

12 HÆc, vt diximus *num.* 3. eſt ſecũda ſpecies ſuperſtitioſæ magiæ, per eam autem non ſolum ſanitas corporis à Dœmone procuratur; ſed etiam omnes immutationes corporum ſimiles, quæ præſertim fiunt ad vtilitatem hominum, ſiue immediate in ipſa humana corpora, v. g. reddendo ea pulcra, agilia, immunia à læſionibus, hoſtium vulneribus &c. ſiue mediate v. g. operando aliquid circa animalia, arbores &c. quæ in commodum hominum cedant, & bona fortunæ augeant, de quibus S. Thomas 2 2. *quæſt.69. art.2.* Suarez *num.8.d.cap.15.* Sanchez, Caſtropal. Leſſ. Mart. del Rio, & alij infra citati.

QVÆRES VI.

Vnde nam poſſit dignoſci ſanitatem, & cæteros effectus ad hominum commodum ſpectantes, prouenire ex pacto tacito cum Dæmone.

13 DVas ad hanc rem conſtituo regulas vniuerſales: Prima eſt quoties iſti effectus ſunt ſupra vires cauſarum creatarum naturaliũ, ſiue in ſe, vt nõ lœdi à percuſſione, vel nõ poſſe ab alio percuti, ſiue in modo vt cũ de repente habetur ſanitas, & media ſunt naturalia, aut ſi ſunt ſacra, aliquid adiungitur vanũ, & impertinens

nens ad diuinum cultum:(v.g.dicitur oratio cum quibuſdam ſignis, vel facie verſa ad aquilonem &c.) toties ſunt à Dœmone per pactum implicitum(de hoc enim loquimur; nã quãdo eſt pactum explicitum ſatis conſtat eſſe magiam iuxta dicta)ratio eſt quia cum media non ſint de ſe efficacia,vt ſupponimus, operantur tantum vt ſigna,& non à Deo data, qui nunquam ea ſigna inſtituit, nec eſt in illis,quod ipſum deceat, nec per hominem fieri poſſunt: ſequitur, quod fiant apparenter à Dœmone, vt infra dicemus, hanc tradit Suarez *cap.* 15. *n.* 8. *&* 9. *&* 1.& ipſum ſequutus Sanchez *cap.*40.*lib.*2.*nu.*44.*circa medium* ex D.Thom.2.2.*q.*96.*art.*2. Angel. *v. ſuperſt.num.*2.Simancas *de cath.inſtit. art.*63.*num.*33.Leſſ.*lib.*2. *de iuſtit.cap.* 43.*num.*62.& alijs, Caſtropalaus *pun. x.num.*1.*&* 11.Bonacina *diſ.*3.*punt.*4. *q.*5.*num.*9.Filiucc.*tract.*24.*cap.*7.

14 Secunda regula eſt, quando effectus non ſuperant virtutem naturaliũ cauſarum,debent attendi media,quę adhibentur,quæ ſi ſint euidenter vana,& vt neceſſaria adhibentur, ſi errorem contra fidem contineant, ſiue ſint res,& actiones tranſeũtes,vt verborum prolatio, aliquorum ſignorũ effectio, vel medicamentorum &c. euidenter inutilium applicatio; cenſendi ſunt prorſus ſuperſtitioſi, & à Dœmone fieri: vanum quippe eſt dicere hæc ſumere efficaciam ab animę virtute,vel ab operantis imaginatione,vehementer applicata; cum nullą habeatur de ea re probabilis ratio, & ex hoc potius maximum eſſe miraculum, quod imaginatio ad exteriora mouenda vim haberet, & idem dicas quãuis de ſe media eſſent ſufficientia ad effectum, at in modo operandi ſuperant ſuam virtutem: vt ſi cum magna celeritate reddant ſanitatem, vel aliquid prorſus vanum tãquam efficax additur, v.g.circuli cõfectio &c.ratio eſt quia ſufficit ad hoc vt tales effectus à Dœmone cenſeantur,ſi ſuperent virtutem agentium corporalium; licet nõ ſint ſupra omnem virtutem naturalem vt ex dictis *num.*4.patet.ita Suarez *tract.*3.*l.*2.*cap.* 15.concordantq;citat.Doctores cum Derlio *lib.*1.*cap.*4.*q.*3.

15 Vnum addo Suarij dictis in dubio num effectus à cauſa naturali proueniant:non præſumi ſuperſtitioſos:cõtra vero tales præſumi, dum conſtat non poſſe naturaliter euenire:ſed dubium eſt an à Deo fiant, ſic Sanchez *num.*44.& ſatis indicat Suarez noſter *num.*13.& 26 iuxta dicenda *nu.*22.

Explicantur varij caſus ad magicam ſuperſtitionem pertinentes.

16 EX regulis poſitis infero primo cũ Suar. *d.c.*15 *à n.*11.quod quãuis ſit bonũ reliquias Sanctorũ collo geſtare,vel Agnus Dei, ſcriptũ Euangelium deferre,vel quid ſimile v.g. Aue Maria: erit tamen ſuperſtitio ſi ob talem geſtationem ſperatur effectus vt certus, v.g.defenſio à vulnere, vel ſi aliqua verba cum ſignis impertinentibus ſcribantur, & addantur in lingua peregrina, & ignota v.g.hæbraica; præſertim cum verba ſint prorſus inutilia,& quod de ſcriptura diximus idem dicas ſi ea verba proferantur continentia nomina Dei apud ſcripturam non vſitata, vel cum tali modo prolationis v.g.ter proferendo *dirupiſti vincula mea &c.*faciendo vim in numero,vt ait Sanchez *nu.* 36. infra cit.vel in tali carta v.g.pargameno. &c.& hæc vt neceſſaria ad effectũ adhibeantur,ſic etiam Sanctus Thomas 2.2.*q.*96.*art.*4. Geat. *ſum.ver.incantatio*, vbi Armil.Metina *l.*1 *ſum.c.* 14.§.2.del Rius *l.*3.*p.*2.*q.*4.*ſec.*2. Azor. *t.*1.*l.*9.*inſt.mor.c.*22.*q.*6.Sayr *Claui Regia l.*4.*c.*6.*nu.*6.Sanchez *c.*40.*à.nu.*22. Ciruelo *de ſuperſt.p.* 3. *c.* 4. Caſtropal. *hic d.x.*

17 Infertur ſecundo cum Sanchez *d. c.*40.*à num.*29. eſſe ſuperſtitionem ligaturas collo geſtare, quas nec vſus Eccleſiæ nec probatorum medicorũ ars commendat, aut herbas medicinales, cum quibuſdam deprecationibus ineptis v.g. cum facie ad ortum ſolis

ſolis verſa colligere(vt etiam ait Suar. *n.*13.)aut ex prima pecunia oblata die paraſceuæ Crucifixo ,annulũ geſtare contra membrorum contractionem, quod tamẽ Gaet. 2. 2.*q.*96.*ar.*4.excuſat: ſed non eſt excuſandum niſi ob ſimplicitatem ex Derl. *loc. cit.* Sanchez,& alijs.

Addit etiam Sanchez *nu.*41. ſuperſtitionem eſſe Miſſas aliquas cũ certo candelarum numero,vel cum quibuſdam cæremonijs vt certis diebus inchoentur , & terminentur , ita vt credatur eo numero,ac modo mutato non eſſe futurum effectum,vt Miſſas S.Amadoris , vel Sancti Gregorij retinẽdo duos clericos intra Eccleſiã, donec finiantur triginta Miſſæ ; nam ſine his ſuperſtitionibus poſſunt dici Miſſæ S.Gregorij nempe 30.vt declarauit Sacra Cõgr.28.*Octrob.*1628.Gauan.apud Iord.Pacium *lib.* 4. *titul.* 1. *nu.* 453. huc etiam ſpectat Miſſas defunctorum pro Anima viuentis ad eius protectionem dicere,vel pro animabus ſuſpenſorum ; quaſi vero plus proficiant;nam ſi fit ob charitatem, quia forte illi plus habent neceſſitatis,pium eſt;huc etiam ſpectat Miſſas defunctorũ dicere pro viuis , vt moriantur , & ſic celebrans meretur pænam exilij Menochius *de arbitr. caſu* 388.*num.*15.Pacius ſupra *numer.* 476.

18 Infertur tertio ſuperſtitioſum eſſe colligere in die Sancti Ioannis Baptiſtæ herbas,vel ab animalibus ſanguinẽ elicere die certo feſti,aut ad templum nouies circum agendo ducere v.g. die S.Antonij , ſi tanquam per ſe efficaces hę circumſtantię adhibeantur ſic Valent.2.2.*diſ.*6.*q.*13.*p.*2.*q.*13. Sayr , & alij ſupra cum Baldelli *l.*4. *diſ.*15. Huc reduci poteſt deteſtabilis mos addiſcendi quædam verba nocte Natalis Domini ad canes ligandos,nę noceant.

19 Infertur quarto ſuperſtitioſum eſſe vti globulis coronæ benedictis , orationibus quibuſdam quas ſagæ mulierculæ adhibent parturientibus &c. ſic Nauar.*c.quando c.*6.*num.*49.*d.*1. *de conſecra.*

20 Infertur quinto cum Suario *d.c.*15. *à numer.*14.& alijs eſſe euidentem ſuperſtitionem magicam ſi ad prolationẽ aliquorum verborum pondus magnum eleuetur,vel ſi actio habeat effectum in locum diſtãtem,vel imaginibus , quas vocant aſtronomicas vti ad defenſionem vitæ &c.quas tamen Gaetanus approbat ex eo, quod poſſint habere virtutem à conſtellatione,ſub qua fuerunt cõfectæ,at nullo modo hæc euaſio eſt admittenda, quia forma artificialis ſolum procedit ab idea mentis , & ſic ab artifice non poteſt habere virtutem ex Diuo Thom.2.2.*q.*96.*à* 2.ſecũdo quia figura nũquam eſt actiua, & ſic non valet dicere habere has imagines vim ratione figurarum ibi deſcriptarum tertio , quia nulla poteſt conſonantia inueniri inter figuram illam ab artifice factam , & aſtrum ; vt late Suar. proſequitur *d.c.*15.ita etiam Sanchez *d.c.*40.*num.*50.Leſſ.*cap.*44.*dub.*2.*n.*12. Caſtropalaus *n.*11. & alij apud ipſos.

21 Ad hanc iuxta Suarij , & aliorum Doctrinam reducerem modum ſanãdi iteritiam vulgo zafaram mingendo in herbam , vel cum litio menſurando infirmi corporis ſtaturam, illudq; diuidendo &c. hoc enim pacto dabitur actio in diſtans , niſi forte dicas herbam illam,macrobium vocãt excitatam lotio emittere aliquam virtutem in corpus infirmi per aerem diffuſam , quod non eſt incredibile.

22 Infertur quinto non eſſe omnino damnandos viros quoſdã, quos Hiſpani ſalutatores vocant ; nam ſi aliqua ad ſanitatem adhibeant , quæ ex Dei reuelatione,vel Dœmonis cognita ſunt,vt proficua licite faciunt,vel ſi dicant ſe habere illam gratiam gratis datam , quam etiam homines mali poſſunt habere, dum deprecationibus vtuntur vel ſigno Crucis (nam alia ſigna ordinarie ſuperſtitioſa ſũt) quamquam Deus non conferat hanc gratiam peccatoribus permanenter: vnde ſi ſunt viri probi faciliter credi poteſt.ſic Suar.& cit.Doctor.

Poſ-

Digitized by Google

23 Poſſunt etiam hi virtutẽ naturalem habere cõtra morſum canis v.g.& ſimiles per halitum ſuum,vel complexionem, vt ſunt in Flandria, qui naſcuntur in Paraſceue,& qui ſanant febrim, & vt eſt filius ſeptimus maſculus natus ex legitimo matrimonio, nulla fœmina interrumpente numerum maſculorum, qui ſanat ſtrumoros,vt notat Baldelli *l.4.diſ.14.nu.24.* dummodo verba vana nõ proferant, quæ ab alijs didicerunt: nec in his fidem habeant; ita vt à quocumq; ea dicātur,habeatur effectus, tunc enim euidens eſt non eſſe gratiam perſonalem, & magna eſt præſumptio ſuperſtitionis: vnde in foro conſcientię non ſunt abſoluendi, niſi deſiſtant admoniti;quia non poſſunt probabiliter præſumere Deum dediſſe illis hanc gratiam; ſicuti quibuſdam Sāctis dedit;nam licet poſſimus operari ea, quæ Sancti operati ſunt ad aliquam gratiam obtinendam v. g. ad ſedationem doloris memmillarum; non poſſumus tamen id facere cum omnimoda certitudine, ſicuti iſtæ mulierculæ faciunt, potius vt lucrum reportent, quam ob pietatẽ. quod ſi pro foro externo tolerantur id accidit, quia non habentur tam certæ probationes eorum ad præſumendam ſuperſtitionem.hæc Suarez *d.cap.15.à num.24.* cum quo omnes ſupra citati DD. concordant alia exempla ex dicendis habes.

24 Tantum addo, quamuis multa mirabilia naturaliter eueniant, vt S. Aug. ait *l.14.cap.24.de ciu.*v.g.alienari ad libitum à ſenſibus, vt nec ignis dolorem afferat,nec vllus motus appareat; ſudare pro vt libererit,vtraſq; vel vnam aurem mouere; tamen vt plurimum has muliercularum, vel virorum alias improborum curationes, verbis quibuſdam, quamuis ſacris aut ſignis vanis addictas; eſſe ex tacita Dœmonis ſocietate ad periculum maximum animæ continere; quapropter optime Suarez. *num.27.* quem ſequitur Sanchez, & alij concludit non eſſe aperiendam hanc ianuam propter commoda tẽporalia.

25 De vſu autem Alchymiæ, quo ex vili metallo fit aurum quæſtio eſt inter Doctores num ex Dœmone proueniat.Martinus del Rius *lib.1. diſ.9. mag. cap.5.q.1.ſec.2. & 3.* putat eſſe naturalem, & vere fieri aurum. alij putant oppoſitum, & certe videtur ſic ſentire Suarius *hoc l.2. cap. 16.* ait Dœmonem fortaſſe non poſſe facere aurum,vt *diſ.ſeq. num.8.dicam,* quod poſſet ſaltem applicando actiua paſſiuis ſi naturaliter ex ere fieret aurũ, at Caſtropalaus *tract.17.pun.10.n 17.* Sanchez *lib.2.cap.40. num.51.* putant eſſe illicitam talem artẽ propter pericula defraudandi, & inanem illum laborem, quod eſt probabile. probabilius puto licitam eſſe ſecluſis fraudibus, &c. ex quarum preſumptione potuit loqui *Ioan.22. in extrauag.ſpõdent de crim.falſi.*ſic Martinus del Rio *l.c.cap.5.quæſt.4.* alijs relatis, & videtur etiam Sanchez putare probabile *d.num.51.* fine cum eius refert ſentẽtiam, & non reprobat.Tertiam ſpeciem magiæ tum ex dictis in hac diſput. tum ex dicendis, in ſequenti colliges:

DISPVTATIO IX.

An effectus, qui per artem magicam à Dœmone fiunt,ſint reales v.g. verum aurum, vel tantum apparentes, & præſtigioſi.

1 DIco primo, quoties fiunt per artem magicã aliqui effectus, qui non poſſunt à cauſa naturali, & corporali fieri, & habent aliquam mutationem in ſubſtantia v. g. ex lapide fit Animal, vel in qualitatibus, vt ſi quis fiat calidus, vel frigidus, toties iſti effectus non ſunt reales: ſed tantum apparentes.

2 Ratio eſt,quia Dęmones licet poſſint naturali virtute multa operari. circa corpora ſublunaria; vt eſt de fide, cum ipſis remanſerit poſt peccatum integra virtus operãdi ad extra; ex cõmuni Theologorum ſenſu cum

Digitized by Google

cum Diuo Thoma *1.p.q.64. ar.4.* tamen non poſſunt immediatè, ac per ſe ſubſtantias, aut qualitates producere; cum neq; in ſtatu gratiæ ante peccatum id potuerint. ſed tantum poſſunt cauſare motum localem faciendo, vt ea, quæ erant remota fiant propinqua; ſi enim aliquam poſſunt facere mutationem certe hanc, quæ minima eſt, poterunt: ergo ſi cauſa naturalis de ſe non poteſt producere effectum, nec poterit virtute Dœmonis, cum is tantum medio motu locali applicet actiua paſſiuis: v.g. vult corpus calefacere applicat calorem alicubi reſidentem: ſed non poteſt facere, vt nix calorem producat. ita ex Aug. *lib.83.quæſ.79.* D.Tho. *q.65. & 65.1.p.* Alenſ.*2.q.43.* Bonac. & alijs *in 2.diſ.7.* Suarius *tract.3.lib.2. cap.16. vſq: ad nu.5. & à num.* 11. eſtq; communis Doctorum ſententia.

Inferuntur aliqua notatu digna circa Dœmonis impotentiam naturalem.

3 INfertur primo non poſſe Dœmonem mortuum hominem reſuſcitare; cum nec animã ſeparatam poſſit loco mouere; niſi ex Dei voluntate. quamuis enim ei virtus naturalis integra remanſerit; adhuc tamen ſubiectio virtutis eſt diminuta; & ſic licet naturaliter Angel⁹ ſuperior poſſit inferiorem retinere, loco mouere &c. & ſic animam rationalẽ; at poſt peccatum non poteſt Dœmon Angelum Sanctum licet infimum retinere, nec animam auocare non à paradiſo, nec à Purgatorio: quia nullam in his habet poteſtatem, non ab Inferno: quia Deus id prohibet, voluitq; animas ibi in carcere perpetuo retineri. nec ſi poſſet vniret corpori per organizationem: ſed tantum materialiter, ac ſi intra ſtatuam poneret: vnde ſi id promittat mendax eſt, & vel fingit hominem eſſe mortuum, vel ipſe loquitur in cadauere ex Diuo Thoma. *1.p.q.117.ar.1.* ita Suar. infra citan. & RR.

Obiectioni fit ſatis, & explicaturque num anima Samuelis vere apparuerit.

4 QVod ſi in *l. reg.28.* dicitur anima Samuelis Profetę apparuiſſe vocata à Pythoniſſa, id fuit Deo ſic volente; ad maiorem confuſionem Saulis: nõ ad vocem Phytoniſſæ; nec Dœmonis potentia, cum incredibile ſit, quod ait Iuſtinus *Dialog.cum Tryphone.* Deum dediſſe hãc poteſtatem Dęmoni, vt ſuo motu ad vocẽ Phythoniſſæ è limbo illius animã, aut alterius deduceret. quamuis non deſint graues Doctores, vt Aug. Cyrill. Guil. Paris. & alij, qui putant non apparuiſſe veram Samuelis animam, & ad Sacram Scripturam vocãtem ſimpliciter Samuelem illum, qui apparuit, dicunt id facere iuxta ſenſum Phythoniſſæ, & aliorum credentium eſſe Samuelis animam. ſed conformius eſt verbis ſcripturæ eam vere apparuiſſe, at nec eſt neceſſe, vt in proprio, & vero corpore apparuerit, ſed in phantaſtico formato ab ipſa anima ſeparata dante Deo hanc virtutem, quam ex ſe fortè nõ habet. ita Suarez *lib.cit.cap.16. à num.15.* & præter Lyra. Caet. *1. reg.* Abul. *q.18.* Ferer. *in cap.7.Exod.18.* Caſtro. *lib.2.de iuſta hær.punit.* quos citat Suar. tenẽt Gaſpar. Sanch. *in lib. Regum* Vallaſc. *de ſacr.Philoſ.ca.33.* Bellar. *t.1.l.4.c.11.* Mart.del Rio *l.2.diſ.mag.q.6.* & alij.

5 Infer. ſecundo, nec poſſe à Dœmone, hominem generari; niſi medio humano ſemine extracto à viro, & in corpore aſſumpto cũ fęmina coeundo; vel cum viro vt ſuccubos: nec perfecta animalia produci v. g. equum, leones &c. quæ requirunt perfectam organizationem. ſed tantum ea quæ exputri fiunt, vel aliquo accidẽtario concurſu cauſarum naturalium, vt ranas, muſcas, mures &c. vndè S.Aug. ait verè fuiſſe ranas, ſerpentes &c. factas à ſapientibus Egyptijs *Exod. 8.* quia poteſt Dœmon applicare cauſarum concurſum, vt pluuiam, & terram

ram

ram cum calore, ſiccitate &c. ad ranas, niſi Deus impediat, vt impediuit Egiptios, nè ciniphes producerent. at non poteſt perfecta animalia facere: quia requiritur ſemen animalis, & peculiaris diſpoſitio, vt in homine. quare ſi fortè illa adducit, vel facit ex aere, vel ex aliunde adducit ſtatim. vide Iſidor. *lib.8.Orig.cap.*11. Petrum Binsfeld. *lib. de confeſſ. maleſ. poſt præl. conc.*5. Suarium *d.c.*16. *à num.* 5. *ad* 8. quem ſequitur Baldelli *l.*4.*diſ.*17.

6 Infertur tertio, nō poſſe per artem magicam infundi ſcientiam ſubito, cum id non poſſit fieri à cauſa aliqua naturali; & Anabaptiſtæ, qui ſumpto fragmento panis gloriantur ſcire Sacram ſcripturam &c. non verè ſciūt: ſed apparenter, quia Dœmon occupat eorum linguam; nam Dœmon non poteſt habitus infundere, vel ſpecies, aut phantaſiam, tam ſubito excitare; vt etiam docet Caſtropalaus *p.*10.*nu.*4. cum Suar.*d.c.*16.*à num.*20.

7 Infertur quarto, non poſſe à Dœmone hominem in beſtiam mutari; vnde tales apparitiones ſunt phantaſticæ: quia deberet anima hominis recedere, & introduci anima leonis, v.g. & ſic non poſſet idem homo poſtea redire contra experientiam. nec valet diſponere taliter materiam, vt poſſit leonis forma introduci, ita Victoria *relec. de mag.* Caſtr. *lib.*2. *de iuſt. hær. pun. cap.*14. Grillan. *l.*2. *de ſortileg. q.*7. cum Suar. *d.c.*16. *à n.*14.

8 Infertur quinto, non poſſe fieri vere corpus impaſſibile v.g. quod non poſſit lędi à ſclopo: ſed poteſt Dęmon ictus intercipere, vel impedire, ne lędatur, ſicuti fortaſſe, nec poteſt verū aurum, ſaltem tam repente facere, & ſi aliquando illud offerat, vel eſt phantaſticum, & paulo poſt euaneſcit, vel ſtatim aliunde portat. ita Suarez *d. cap.* 16. *num.* 13. & alij Recent. ſupra.

Quid ſi effectus ſint tales, vt poſſint à Dœmone fieri applicando cauſas naturales &c.

9 DIco ſecundo, hos effectus neque ſemper eſſe veros, neq; ſemper fictos, & phantaſticos; ſed id pendere ex voluntate Dœmonis, niſi Deus aliter ordinauerit. eſt omnium placitum cum Suar. *tract.*3.*l.*2.*c.*16.

10 Infertur primo ex hac reſolutione, quod aliquādo Dęmon vere adiuuet hominem in acquirenda ſcientia, vt docēdo herbarum, vel lapidum vtilitatem &c. ex Tertul. *lib. de hab. mul. cap.*2. verè apparet aliquando, vt loquatur &c. & aliquando fingit ſe eſſe Angelum &c. in quo eſt opus oratione, & prudentum conſilio ad deceptionem cognoſcendam. vide Tertull. *Apolog. cap.*22. *&* 23. proprios Dœmonis effectus recenſentem, & Suar. *d.c.*16. Leſſius *l.*2. *cap.*4. *à n.*12. Filiucc. *tract.*24. *cap.* 7. *à num.* 178. & alij hæc ſigna præcipua tradunt: primo, ſi ad præſentiam rerū ſacrarum, v.g. crucis diſpareant. ſecundo, ſi has res improbēt, & diſſuadeant. tertio, ſi falſam apparitionis cauſam dicāt, vt ſi dicat appareo, quia volo hanc curioſitatem tollere &c. quarto, ſi doceat quæ ſunt contra fidē, aut bonos mores. quinto, ſi ad locutionem apparentis ſpiritus, animus audiētis ſuperbire incipiat, vel deſperet, vel ad alium inordinatum affectum excitetur. ſexto, ſi cum relinquit audiētem parit mærorem, animi turbationem &c. aut vetet rem Confeſſario manifeſtari. ſeptimo, ſi vel in tetra forma appareat, aut ſępius redeat. vide Tyræum *lib.*1. *de appar. ſpirituum cap.* 1.

11 Infertur ſecundo, aliquando verè cauſare ſanitatem, ac curare vulnera, quia hæc eius virtutem non ſuperāt, nec cauſarum naturalium, quās ipſe poteſt applicare, verumq; aurum dare aliundè aſportatum, & hominem ditare ad eius damnationem.

Hinc videmus homines euadere infirmos, amētes, impotētes ad coeundum,

dum, & verè eſſe tales, vt ex diuturnitate poteſt colligi; ſicuti ex ſubita euanitione patent aliquando eſſe apparentes, & phantaſticæ, vt bene Suarius *l.cit.à num.21*

Infertur denique Lamias, ſeu ſtrigas verè à Dœmonibus, & corporaliter deferri ex vno loco in alium, v. g. Panormo, Romam, ad Indos &c. vt multis citatis, & experientijs docet Mart. del Rius *l.2. q. 10. & lib.5. ſec.16.num.4.* Iacob. Spangerius *Mall. maleſic.* & alij recte aſſerentes non poſſe hoc prudenter negari; licet aliquando ſolum fiat talis motus per imaginationem lamiarum.

12 *Ad cap. Epiſcopi 26. queſt.5.* vbi dicitur hæc fieri per phantaſiam. reſpondent ſupra citati DD. loqui non vniuerſaliter, ſed in illo caſu propoſito, in quo mulieres credebãt eſſe Deam Dianam, à qua per aerem equitando ferebantur, vel quod in his dilationibus multa accidant apparenter v. g. quod in hyrcis deferantur, quod ianuis clauſis intrent, vel per anguſtum foramen; nam hæc Dœmon non poteſt facere, niſi apparenter aperiendo vno ictu ianuam &c. vel dilatando foramen, aut corpus comprimendo, non ſine dolore compreſſi. ita Suar. *d.cap.16.à num.23.* cum DD. citatis, quibus adde Peñam *direc.2.p.com.68.* Sanc. *lib. 2. decal. cap 40. num.6.* Leſſium *lib.2. cap.64.dub.3.* Valentiam *2.2.diſ.6. q.12.p. 2.* Contra quoſdam Canoniſtas, & Nauarr. *Man.num.11. cap.38.* vbi ait eſſe peccatum mortale credere ſtrigas per aera defferri: quæ ſententia iam communiter reijcitur.

QVÆRES I.

An liceat vti prædictis bonis, arte magica acquiſitis.

13 RESpondeo poſſe quempiam vti bonis acquiſitis per artem magiæ, v.g. ſanitate, ſapientia &c. dummodo ſecundum ſe ſint licita, & non ſint cõtra iuſtitiam: quia ſcilicet euidẽter ſcitur eſſe ab alio ſublata; quod vix in praxi poteſt accidere, cui enim conſtabit, hoc aurum eſſe ab alio ſublatum, & non è terra effoſſum Dœmonis vi? Et modo non dependeant à Dęmone in conſeruari per aliquod pactum, ſiue implicitum, ſiue explicitum, vt fieri ſolet renunciando Chriſti Sacramentis &c. tunc enim omnino tale pactum debet diſſolui, teneturq; paciſcens facere quantum in ſe eſt, vt hoc pactum diſſoluat, pęnitentiam agẽdo, ac credendo, quod Deus remittet hoc peccatum grauiſſimum, vt multis accidit Sancto Cypriano. Teudæ *Hiſ. S. Barl. cap.32.* nec opus eſt, vt Dœmon cogatur chyrographũ reddere. ſed ſufficit ſi homo ipſi ex corde renunciet, ac chartam, ſi quam habet apud ſe deleat, ne det ſcandalum, hæc Suar. *tract.3.l.2.c.17.* eſtq; communis ſententia Mart. del Rio, *lib.2.diſ.mag.quæſ.4.lit. f* Victoriæ *de mag.q.4.* Sanchez *lib. 2. cap.41. num.2. & cap.40. num. vltimo* Bonacinæ *diſ. 3. in d. cap. 1. prac. dec.qu.5. p.5.num.11.* Caſtropalai *pun.11. nu. 1.* & aliorum.

DISPVTATIO X.

De medijs, quibus licet, nec ne maleficium tolli?

1 CErtum eſt poſſe maleficium tolli licitè medijs ſupernaturalibus, vt Oratione Sacramentorum vſu, exorciſmis. &c. de quibus late Leſſ. *l.2. cap.44.dub.5.* & etiam naturalibus remedijs, cum effectus maleficij non pendet à magia, vt ſi v.g. quis impotẽs ad generandum eſt effectus, vel capite læſus, de quibus legi poteſt Mart. del Rius *lib.6.q.3.ſe.3.* ac medici ſunt conſulendi; vt remedia applicent; quando vero effectus pendet ab arte magiæ, v.g. quia magus ponit capillos ligatos, effigiem aliquam in terra fodit &c. quibus ita durantibus ſemper perſeuerat malus effectus v.g. impotentia.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES I.

An liceat ipſi mago, vel alteri ſigna prædicta v.g. capillos ligatos comburere, quando poſſunt facere ſine nouo maleficio.

1 RESpondeo affirmatiuè: & ſic poteſt, qui inuenit v.g. ſtatuam è cera; vel quid ſimile comburere: vel ſi ſcis alicubi eſſe abſconditum effodere, ac repertũ deſtruere: ac ipſemet magus, qui annulum v.g. cõfecit, quo durante ex pacto Dœmonis debebat durare morbus, poteſt illum deſtruere. ratio eſt: quia per hanc deſtructionem nil poſtulatur à Dœmone; ſed tollitur id, vnde Dœmon ſolet moueri ad malum continuandum in illa perſona maleficiata: nec in hac deſtructione inuenitur per ſe intẽtio obligandi Dœmonẽ ad aliquid agẽdum. eſt comm. ſententia, eamq; præter Suarium *cap. 17. lib. 2. de ſuperſtitione.* docent Gabr. 2. *d.* 8. *q.* 12. *art.* 4. *dub.* 2. Henr. *lib.* 5. *q.* 33. Sotus, Gaet. Sylu. Nauarr. & alij multi, quos retuli cum Sancio *lib. 7. de matr. diſ.* 96. Leſſ. *l.* 2. *cap.* 44. *dub.* 6. Villalobos 2. *p. tract.* 38. *diff.* 11. Filiucc. *t.* 2. *tra.* 24. *c.* 8.

2 Quod verum eſt, etiam ſi ſoluens maleficium probabiliter iudicet ex experientia Dœmonem ablato ſigno ſtatim ceſſaturum, quia hoc credere malum non eſt: cum Dœmon ſoleat pacta hæc ſeruare, vt homines poſtea peius decipiantur. Nec S. Hilarionis factum apud S. Hierony. cõtrariatur dictis; noluit enim ipſe ſigna diſſoluere in ſananda Puella maleficiata, quia altiora petijt remedia, nõ quia non liceret, vt bene aduertit Suar. *l. cit.*

3 Immo id licet, quamuis ſignum poſitum ſit priuatiuum: v.g. erit frigidus quamdiu non lauerit corpus, vel ſi ſit priuatiuum, & poſitiuum, quandiu olla ex illo loco non fuerit defoſſa, & alia res poſita, adhuc dico licite poſſe corpus lauari, & ollam effodi: quia vt ſuppono intẽtio operantis eſt tollere ſignum, vt Dæmon ceſſet, non quia aliquid exigat ab eo ex vi prioris pacti; ſed vt auferat inductiuum ad malefaciendum. ita Sylu. *v. malef. q.* 9. Leſſ. *dub.* 6. *num.* 45. Caſtropalaus *p.* 11. *num.* 10. & Suarius *d. cap.* 17.

4 Similiter ob eamdem rationem licet, quamuis Dœmon promiſiſſet ablato ſigno procurare ſanitatem. ſic Suarez *num.* 17.

5 Dico ſecundo, in his omnibus caſibus, in quibus licet tollere maleficium, eſt etiam obligatio illud tollendi ipſi mago ex iuſtitia, & alijs, vt Prælatis, & Iudicibus, quibus ex officio competit rem publicam cuſtodire; alijs ex charitate, quando ſine ſuo magno incommodo poſſunt; ita Suarius *numer.* 13. quem omnes ſequuntur.

6 Addo iuxta Suarij mentẽ, licitè facere Iudices, dum maleficos lauant &c. ne aliquid habeant, quo inſenſibiles tormentis redduntur. ſic Sanchez *lib.* 2. *c.* 41. *num.* 11. Leſſ. *cap.* 44. *dub.* 6. *num.* 44. Caſtropalaus *l. c. num.* 12.

7 Atq; ex his manent diſſoluta argumenta, quæ in contrarium fieri ſolent. ſi placet legite me ipſum *lib.* 7. *de matr. diſ.* 99. cit. vbi etiã habetis licere, quamuis damnum tertio obueniat ex ea diſſolutione ſigni, illud diſſoluere, vel petere à malefico, vt dicat vbi poſuit ſignum.

QVÆRES II.

An liceat vti alio maleficio ad diſſoluendum maleficium.

8 REſpondeo non licere ob nullum bonum finem, non ſolum quãdo prius maleficium non durat, ſed tantum effectus v.g. dolor capitis: ſed etiam quando iam reſtat adhuc ſignum, vt ligatura, quæ ſit in medio mari, & non poſſit haberi niſi per artem magicam: ratio eſt, quia eſt intrinſecè malum à Dœmone petere opem, ſiue pacto expreſſo, ſiue tacito: ſed in quocumq; maleficio ſemper

interuenit pactum cum Dœmone, vt diximus; ergo eſt intrinſece malum vti quouis modo maleficio, & ſic non poteſt licere ob bonum finẽ. ex Paul. *ad Rom.* 3.

Eſt certa ſententia, & de fide, vt tradit Suarez *tract.* 3. *lib.* 2. *de ſuperſt. cap.* 18. ex Doctoribus mox citandis.

QVÆRES III.

An quando Magus eſt paratus, liceat ab eo maleficium petere ad ſanitatem &c. acquirendam, vel ad diſſoluendum prius maleficium.

9 RESpondeo negatiue, & contrarium aſſerere reputatur erroneum: ratio eſt, quia nunquam licet petere ab alio opus de ſe ita malũ, vt nõ poſſit bene fieri, quamuis is ſit paratiſſimus: ſed maleficium non poteſt licitè fieri, cum, vt diximus, ſit intrinſecè malum paciſci cum Dœmone: ergo nunquam licet maleficium petere, etiam à mago parato, (quando enim non eſt paratus, nulla eſt conuerſia, quod non liceat petere:) maior eſt certa, quia qui petit eſt cauſa moralis illius operis: & ſolum poteſt excuſari à peccato quando opus poteſt benè, vel malè fieri: ſed malitia alterius fit malè, vt ſi indigens petat ab vſurario pecuniam mutuam, eſt cauſa moralis mutui, quod in ſe bonum eſt, quod autem fiat cum vſura prouenit ex malitia ipſius vſurarij, ita etiam omnes Theolog. *in* 4. *diſp.* 34. Gaet. *tom.* 2. *opus. tract.* 12. Caſtro. *l.* 2. *de iuſt. hær. pun. cap.* 15. Abul. *Matt.* 19. *quæſt.* 90. Couarr. *cap. quamuis pactum p.* 1. §. 1. *num.* 10. Petr. Binsf. *in lib.* 4. *cap. de Math. & male. quæſt.* 5. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 44. *dub.* 6. *num.* 35. Mart. del Rio *lib.* 6. *diſq. mag cap.* 2. *ſec.* 1. *quæſt.* 2. Caſtropalaus *pun.* 12. *num.* 1. & alij paſſim. poſt Suarium *d. cap.* 18.

10 Atq; ex dicta ratione infertur: quod neq; poſſit, quis cogere magum minis, vt maleficio ſoluat maleficium, & multo minus, vt cauſatam infirmitatem per maleficiũ preteritum, tollat; quando nõ poteſt maleficium deſtruere, ſine alio maleficio.

11 Quod verum eſt; etiam ſi petas in communi diſſolutionem maleficij ab ipſo mago, vel ab alio: quia tunc eſt ad peccatũ inducere, poſito, quod non poſſit deſtrui, niſi per maleficium nouum.

12 At ſi poſſet deſtrui maleficium ſine alio, licitum eſt tunc magum cogere, & etiam rogare, quod tamen ſemper eſt peccatum reſpectu Dœmonis: quamuis enim ipſe diſſoluturus ſit maleficium ſine alio peccato: tamen non poſſumus illum cogere (ſecluſo exorciſmo virtute diuina,) quia illa coactio non poteſt fieri niſi medio alio Dœmone potentiore, & ſic per aliquod pactum cum hoc Dœmone, ex Diuo Thoma *q.* 1. *de poten. art.* 10.

Hæc omnia Suarez *d. cap.* 18. cui addo Albertvm Magnum 4. *d.* 34. *a.* 9. vbi Sotus *art.* 3. Palac. *diſp.* 1. Caſtro. *lib.* 1. *de iuſt. hær. pun. cap.* 15. & alios quos citaui *lib.* 7. *de matrim. diſ.* 96. & ex Recent. Caſtropalaum *pun.* 12. *nu.* 1. Bonacinam *punt.* 5. hic *à nu.* 5. cum alijs apud ipſos.

QVÆRES IV.

An quando maleficium poteſt alio maleficio, & ſine maleficio tolli, liceat petere eius deſtructionem, quamuis credatur fore, quod magus requiſitus vtatur maleficio.

13 RESpondeo affirmatiue, quia peto rem ad quã habeo ius, nempe maleficij diſſolutionem, quam ille à quo peto ſi velit, licite præſtare poteſt (ſi enim alius poſſet v. g. Petrus, non poſſum à Ioanne petere, qui non poteſt niſi medio maleficio) dummodo abſit omnis cooperatio, ex parte petentis v. g. peto, vt maleficium diſſoluat, meq; curet, & ille in me velit aliquas ſuperſtitiones exercere, tunc poſitiue cooperor, & ſic

non

Digitized by Google

non poſsum. ita Suarez *l. 2. de ſuper. d. cap. 18. à num. 19.* quem ſupra, cit. Recent. ſequuntur cum Sanch. *lib. 7. diſ. 95. & lib. 2. c. 41.* Leſſ. *lib. 2. dub. 44.* Petr. Ledeſ. *de matrim. quæſt. 58. ar. 2. dub. 2.* Henr. *lib. 12. de matrim. cap. 8. num. 3.* & alijs.

14 Immò ſi eſt ſpes, vt medio licito vtatur, tenemur ex charitate magum rogare, vt deſtruat maleficium, vt citati DD. cum Caſtropalao *nu. 6.* notant: contra vero ſi dubium ſit, an maleficium poſſit tolli ſine maleficio à mago, non poteſt peti, quia in dubio pręſumẽdum eſt, quod maleficio tantum poſſit fieri, vt tradunt Suarez, Sanch. Caſtropal. Filiuccius *tra. 24. cap. 8. num. 191.* Layman *lib. 4. tract. 10. cap. 4. concl. 3.* Bard. *de conſcient. dub. diſcrep. 6. cap. 2. §. 20. nu. 7.*

DISPVTATIO XI.

De pœnis, quas diuinatores, magi, ac malefici, incurrunt.

EÆdem pęnæ tã iure ciuili, quam Canonico his omnibus imponuntur, & etiam lege veteri impoſitæ erant, quos omnes nomine maleficiorum ſolet Diuina ſcriptura compræhendere *Exod. 22. leuit. 20.* Apoc. 18. &c. & Ideo de omnibus.

QVÆRES I.

An aliqua cenſura, vel pœna Eccleſia ipſo facto incurratur à maleficis &c.

1 REſpondeo negatiue, & quidem de alijs pœnis cõſtat apud omnes; quod autem nec ſit impoſita excommunicatio ipſo facto (niſi forte ſit coniuncta hæreſis, tunc enim eſt propter hæreſim) probatur, quia extrauag. Ioan. 22. vbi ipſo iure eſt excõmunicatio, non videtur recepta, ac promulgata ſufficienter, & licet *cap. ſi quis Ariolos 26. quæſt. 5.* dicatur *ſi quis Ariolos, aruſpices, aut incantatores obſeruauerit, aut phylacterijs vſus fuerit, anathema ſit*, & ſic in rigore iuris videatur excommunicatio lata ipſo facto propter verbum *ſit.* ex cõmuniori ſẽtẽtia teſte Nauarr. *in man. c. 27. n. 12.* quamuis ipſe ſentiat ly *ſit* non ſemper dicere ſentẽtiam latam; ſed præcipere, vt feratur; tamen conſuetudo illud ius abrogauit, aut ſaltem ſic eſt interpretata, vt conſtat ex Doctoribus citan.

2 Quod enim aliqui dicunt hunc textum moderandum eſſe ex alijs antiquioribus, in quibus ponitur ſententia ferẽda, nõ plane ſatisfacit: nam potuit hic canon poſterior vtpote ex Concilio Rom. ſub Greg. II. qui Sedit an. 716. rigorem addere, nec etiam placet dicere, quod ly *Anathema* ſignificet execrationem: nam illa vox iuxta Canones excõmunicationem maiorem ſignificat. ita Suarez *l. 2. de ſuper. ca. 19. ad n. 7.* quẽ ſequitur etiam Caſtro *pun. 13. n. 2.* fine, quamuis alias expoſitiones referat, & Sanch. *lib. 2. ſum. c. 38. n. 91.* qui ait nõ eſſe abſurdũ decreta poſteriora dubia, explicari per antiquiora: at hoc debuit oſtendere, dubium eſſe, quod importetur excõmunicatio lata per verbum *ſit.* Bonac. *diſ. 3. q. 5. pu. 3. n. 12. §. verum*, ſequens ad vnguem Suarium. docent etiam nõ eſſe excommunicationem ipſo facto Azor. *t. 1. inſt. mor. l. 9.* Leſſ. *l. 2. c. 43. dub. 5. nu. 29.* Ant. Souſa *aphor. inquis lib. 1. c. 58.* Trullench *lib. 1. in dec. cap. 10. dub. 12.*

3 Contra Mart. del Rio *lib. 4. diſ. mag. c. 2. q. 7. ſec. 4.* Reginal. *lib. 17. n. 167.* & alios putantes ex ſupradictis iur. eſſe excommunicationem ipſo facto.

Verum ſi ſuperſtitio ſit coniuncta cum hæreſi, pœnæ omnes, ac excommunicatio ipſo facto incurruntur ex *Capite accuſatus de Hær. in 6.* & ſatis eſt, quod magus ex errore in fide, aliquid interius operetur. v. g. inuocet Dœmonem etiam occulte, ad incurrendas cenſuras, quas hæretici externi, etiam occulti incurrunt. ſic Suar. *à nu. 7.* & poſt ipſum Caſtropalaus ſupra, ac omnes fere ſupponunt.

QVÆ-

QVÆRES II.

An hæreſis ſuſpicio ſit ſufficiens ad prædictas cenſuras incurrendas,& quando ea ſit.

5 RESpondeo pro foro interno non incurri; niſi vere quis ſit hæreticus, pro foro vero externo incurri iuxta maiorem, vel minorem ſuſpicionem,ſeu præſumptionem hæreſis.

6 Cenſentur autem hi vehementer de hæreſi ſuſpecti, quoties expreſſe inuocant Dœmonem in his,quæ non poteſt naturaliter præſtare, aut ſi poteſt præſtare eum colunt adoratione latriæ,vel duliæ,quod ſi in pacto cum Dœmone ſit fidei abnegatio, vel Sacramentorum, aut rerum ſacrarum, abuſus;præſertim Euchariſtiæ, creſcit hæreſis ſuſpicio, & ratio eſt quia in his eſt oſtentio infidelitatis dum creditur Dœmon qualis non eſt ſecundum fidem;vbi autem nil horum interuenit, non eſt ſuſpicio præſertim in pacto tacito; ita Caſtro. *lib.*1. *de iuſt.hæreſ.pun.à.cap.*13.Simanc.*cathol. inſt.tit.*21.*num.*10.*tit.*62.*num.* 2. & 3. Eymeric.*direct.inquiſ.p.*2.*q.* 42. & 43. vbi Peña commen. plures referens. Suar.*num.*10.quem ſequitur Caſtrop. *pun.*13.*num.*3.*diſp.* 1.*tract.*17.Riccius *prax t.*1.*reſol.*224.*numer.* 11. Belloch. *theol.mor.p.*2.*q.*1.*nu.*55. vocatq; communem Diana *tract.*8. *reſ.*14.*p.*4.

7 Quamuis ipſe *loc.cit.reſol.* 15. putet quamlibet Dœmonis inuocationem ſapere hæreſim manifeſte ex Simanca,& Bartolomeo ſpina,quibus addo Azorium *t.*2.*l.*9.*c.* 26.*q.*4. ſed contrarium eſt verius,quod ex Suario innuimus:non enim ſequitur: eſt nobis interdictum commercium cum Dœmone: ergo quodlibet commercium cum eo ſapit hæreſim manifeſtam. vnde probat hanc conſequentiam Diana? & expreſſe Suarij ſententiam tenet Acuña *de confeſſ.ſollic.q.* 5. Caſtropalaus ſupra cum Peña. Nec placent Vmbertus *in praxi inquiſ. ver. Sacerdos*,& Campegius *add.ad Zanch. lit.c. cap.* 22. dicentes non ſapere hæreſim ſi oleum ſacrum admiſceatur, nam Suarij ſententiã præter cit.Doctores,amplectuntur Delrius *lib.*5.*ſec.*15.Genuens.prax. Arch.*cap.*1.*nu.*11. la Torre *in* 2.2.*t.*1.*q.*96.*ar.*4.*d.c.*& alij communiter.

8 Aduerte etiã quod, & Suar,& omnes eius ſententiæ ſectatores ſupponant neceſſe eſt, non eſſe ſuſpectum hæreſis magum &c.rogantem à Dœmone ea, quæ is non poteſt naturaliter præſtare,ſi putet poſſe, tunc enim eſt ſolum error in cognoſcenda natura Dœmonis.

QVÆRES III.

An dentur aliæ pænæ tam iure canonico,quam ciuili contra magos &c.

9 DICO primo. clerici ſuperſtitioſi ſunt puniendi ſuſpenſione degradatione, aut perpetua pænitentia in monaſterio iuxta delicti grauitatem; quod ex circumſtantijs creſcere poteſt,vel minui;& ſic Iudex caute conſiderare debet ex *toto tit. de ſortilegijs*, & 26.*q.*5 & 7. vide etiam Ber. Diaz *in prac. cap.* 77. vbi Salſed Paul. Grill.*tract.de ſortileg.q.*11.Farinac.*de hæreſi q.*181.*num.*51.& 52.

10 Dico ſecundo. laici puniri poſſunt exilio,& excommunicatione: ſed ſolent cum mitra infami publice verberari, vel in ſcala nudi, & melle vncti publice poni iuxta ius canoni.*c.Idolorum.*26. *q.* 5. vt omittam pænas,quæ hodie pro foro conſcientiæ confeſſoris arbitrio remittuntur, & idem erit dicendum iuxta ius ciuile; nam pæna mortis in *tit. de maleſ. & mathem.* non eſt in vſu,niſi quando adſunt nocumenta Reip. & priuatis perſonis grauia.ita cit DD.cum Anton.Souſa *in aphor.inquiſ.lib* 3.*c.*2.& *lib.*1.*c.*58.

11 Quod ſi leges ciuiles aliquãdo dicant maleficos non eſſe dignos ſupplicio,quando his artibus vtuntur,ad aliorum bonũ intelligẽdæ ſunt,quod in eo caſu tantum permittant:& aliæ leges ciuiles etiam prohibẽt magiam

ad

Digitized by Google

ad humanam vtilitatem. *l. vn. C. de Theſ.lib.*10.*& leg.*6.*l.*8.*no.rec.t.* 3. Imo *l.mathematicos c.de Epiſ.audi.*præcipitur, vt libri ſuperſtitionem continentes conburantur,& Sixtus V.in motu proprio contra Aſtrol. hos libros inter hæreticorum comprehendi voluit, ac Epiſcopo aut Inquiſitori tradi vide Petrum Binſf. *tit. de mul.& mal. l.*4.*q.*5.& Bullam Gregorij XV. contra committentes maleficia.

QVÆRES IV.

Quiſnam ſit Iudex competens in cauſa ſuperſtitionis.

12 RESpondeo,ſi tantum eſt ſuperſtitio ſine expreſſa hæreſis ſuſpicione eſſe mixti fori, quando delinquens eſt Laicus, & ſic poteſt etiam eccleſiaſticus Iudex Laicum in hoc delicto cognoſcere:licet etiam poſſit ad ſecularem Iudicem illum remittere,vt debite puniatur; quando crimen eſt atrox:etiam ſi non ſit in hereſim relapſus; contra vero ſi delinquens eſt clericus non eſt tradendus curiæ ſeculari; ſed à Iudice Eccleſiaſtico tantum puniendus.

13 At ſi crimen inuoluat expreſſam ſuſpicionem hæreſis pertinet ad Inquiſitores *ex ca.accuſatus,de har.in* 6. qui etiam poſſunt procedere *ex motu d. Six. V.* in Diuinationibus etiam in caſibus, in quibus antea procedere non valebant, hæc Suar. *d. cap.* 18. *à n.* 11. eſtq; cõmune placitum Abbat, *c.*1.*de ſortil.*Iul.Clar. *l.*5. *recept.v. hæreſis n* 25.Sãch.*li.*2.*c.*38.*n.*92. Binsfel. *de conf.mal.præ.l.*14. Caſtrop. *hic Pun.* 13. Barb.*de off. & po.Epiſ.p.*3. *all.*51. *à n.*123.vbi alios citat.

14 Qui tamen *n.* 124. minus recte citat Suar. dum ait Inquiſitores habere ius inquirendi contra Sortilegos,& diuinatores quoties aliqua admiſcẽt, quæ hereſim ſapiunt:nam vt ex Suario diximus etiam ſi hæreſim nõ admiſceant, ex motu Sixti poſſunt de his inquirere, & contra artem ſuperſtitioſam diuinandi profitentes,addiſcentes, exercẽtes,aut quomodolibet ſe ingerentes, vt expreſſius addunt Caſtrop.& Sãch.*loc.cit.* cum Farinac. *de hæreſi q.*181.*nu.*91.

15 Nec placet Diana *tract.*8.*reſ.par.*4. quatenus ait Inquiſitores poſſe cognoſcere de alijs ſuperſtitionibus vltra diuinationes: nam, vt ex tenore Bullæ patet.Sixtus V. dum conceſſit Inquiſitoribus cognitionem diuinationis,etiam ſi hæreſim expreſſe non contineat, locutus eſt de ſola arte diuinãdi futura per media illicita, iuxta ſupradicta, nec dum ait,*etiam ſi in pleriſq; ex his caſibus antea non procedebant* poteſt inferre Diana: ergo in omni ſuperſtitione, etiam ſi manifeſte hæreſim non ſapiat poſſunt ſe intromittere:ſed tantum infertur,quod in multis caſibus diuinandi,in quibus nõ eſt ſuſpicio hæreſis manifeſta poſſunt cognoſcere, & ita ex Suario, & cit DD. patet aperte.

16 Addo etiam Suarij dictis poſſe Inquiſitores contra maleficos procedere ex conſt.Innoc. VIII.apud Peña *in dir.Inquiſ.*& Bulla Greg.15.*an.*1623. vbi ait ſi mors ſequuta eſt, eſſe tradendos ſeculari Iudici,alias in muro carcerandos:verum in dubio num in aliqua ſuperſtitione ſit expreſſa hæreſis ſuſpicio, non debent procedere: niſi forte cauſam inchoarint: quia ſcilicet delictum fuit iudicatum hæreſim manifeſtam ſapere: tunc enim poterunt de qualitate *manifeſti* ipſi cognoſcere,ſi delictum hereſim ſapit ita Bernar. Leomon, *in lucerna ver. Inquiſ.*§.29.Squallic.*de Fid.Cath.c.*56. Carr.*tract.de hæreſi n.*24.Farin. *loc.cit.* Ioan.Royas *ſingul.fidei* 110.

Quomodo autem in hoc Iudicio procedendũ ſit videte Mar.del Rium *l.*5.*diſ.*6.Pet.Binsfel.*de cõſ.malef.* Malleum *malef. p.*2. & quando delictum eſt coniunctum cum hæræſi Dianam *tr.*4.*par.*4.*de off.& poteſt,Inqui.& tr.*7. *de pœnis delictorum.* vbi plures affert DD.nolo enim immorari in re obuia.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER

LIBER TERTIVS DE SACRILEGIO, ET EIVS SPECIEBVS.

PRæcedenti Libro egimus de quibuſdam vitijs, quibus veluti directe ipſi Deo iniuria infertur, in hoc agemus de eo, per quod immediate res Deo ſacra violatur. vnde nomen Sacrilegij deſumpſit ex communi Theologorum acceptione, proprie enim hæc vox ſignificat Sacra legere, ſeu furari. ex Iſid. *l.* 1. *origin. lit.* S. & alijs infra citandis. Cum Suario *t.* 1. *de Relig. l.* 3. *initio.*

DISPVTATIO I.

Quid ſit ſacrilegium, & quotuplex.

1 DICO primò ſacrilegium eſt violatio rei ſacræ, nempe irreuerentia, & indigna tractatio cuiuſlibet rei creatæ, quæ ex peculiari dedicatione ad cultum Dei, Sancta, vel Sacra effecta eſt. ex D. Thoma 2. 2. *q.* 99. *a.* 1. Gloſſ. *c. omnes Eccleſiæ* 17. *q.* 4.

2 Nec eſt neceſſe ponere in deſcriptione dicta *per actionem, ſeu commutationem inuoluntariam:* vt voluit Gaet. *d. art.* 1. ad hoc, vt excluderet ſimoniam à ſacrilegio. nam etiam multa ſacrilegia fiunt per actionem voluntariam, vt ſi quis vendat res Eccleſiæ modo indebito ſacrilegium comittit; & tamen ille contractus eſt voluntarius: vel ſi Sacerdos matrimonium cõtrahat: ſufficit enim, vt iniuria, quæ fit rei ſacræ, ſit reſpectu Dei inuoluntaria; reſpectu cuius non minus eſt inuoluntaria irreuerentia facta rei ſacræ per ſimoniam, quam per aliam actionem, vnde recte ea dicitur ſacrilegium, cùm habeat pro obiecto quod, ſeu materia proxima rem ſacram v. g. beneficium, Sacramentũ &c. ſicuti habet ſacrilegium. ita Gloſſ. *cap. audiuimus* 1. *quæſt.* 3. Turrec. *ibi nu.* 2. & ex Recentioribus. Caſtrop. *diſ. de tentatione Dei &c. pu.* 3. *num.* 3. & alij communiter cum Suar. *d. l.* 3. *cap.* 1. *à num.* 5.

3 Dico ſecundo triplex eſt ſacrilegium, contra perſonam, contra loca, & contra alias res Diuino cultui dicatas, quæ ſane diuiſio ſufficit ad omnia ſacrilegia explicanda; ita vt nullum ſit ſacrilegium, quod ſub aliquo capite ex his non conſtituatur, & illa capita in ratione ſacrilegij habeant ſufficientem diuiſionem; licet ſpeculatiue loquendo varie poſſit fieri ſacrilegij diuiſio. eſt communiter apud Doctores recepta diuiſio, tũ Theol. tum Canoniſtas cum Suar. *c.* 1. *hic n.* 8.

4 Nec deficit data diuiſio ex eo, quod non eſt poſita violatio temporis ſacri, nam vel ea poteſt poni in tertia ſpecie, vt voluit Leſſ. *lib.* 2. *c.* 45. *dub.* 3. *cap.* 15. & 18. & vt diſtincta à prima nẽpe loci violationis; quia loc' habet varia priuilegia in iure, vel poteſt cũ violatione loci coniugi: cum hæ circumſtantiæ ſeruent proportionem ex Diuo Thoma *l. c. ad* 5. vel deniq; & probabilius violatio temporis ſacri non eſſe proprie ſacrilegium, quia tempus eſt quid tranſiens, nec poteſt aliter Sanctificari, quam determinando actiones ſacras, quæ in illo fieri

fieri debent, & ſic pręter Sanctitatem actionem non habet aliam, & ſic non violatur, niſi in quantum v.g. Miſſa omittitur, & hoc pertinet ad irreligioſitatem, vel ſeruile opus exercetur, & hoc eſt contra reuerentiam Deo debitam, ad cuius honorem vacatio ab opere præcipitur, ita Suarez *l.3.cit.cap.4.* Caſtropalaus *§.2.n.vltimo, dic.diſ.de tent.*

QVÆRES I.

An dictæ ſpecies ſacrilegij differant inter ſe formaliter.

5 RESpondeo affirmatiue, nam perſona formaliter eſt Sancta, vt ſubiectum ſanctitatis; non quidem ratione gratiæ, & iuſtitiæ, (abſtrahimus enim ab hac Sanctitate,) ſed ex eo quod talis perſona eſt ſpeciali modo dicata ad cultum Diuinum: locus, vt contentiuus rerum ſacrarum, & perſonarum: aliæ res ſacræ, vt ad Sanctitatem ordinatæ, in qua tertia ſpecie poteſt etiam locus complecti, quatenus res conſecrata eſt, & ſic iniuria aliqua contra Templum ſub hac ratione poteſt eſſe eiuſdem ſpeciei cum iniuria cœterarum rerum ſacrarum, vt deſtruere Templum, & Calicem rumpere, ita ex Diuo Tho. *2.2.q.99.ar.3.* & ibi Gaet. Suar. *cap.5. num.7.* ſequitur Trullench. *l.1.cap.10. dub.15.* & alij infra.

QVÆRES II.

An prædictæ ſpecies ſacrilegij ſint vltimæ, ita vt modi diuerſi ſub ſingulis illarum contenti non differant ſpecie.

6 REſpōdeo negatiue; ratio eſt; quia in genere moris, modi contenti ſub vnaquaq; ſpecie valde differunt inter ſe. v.g. in prima ſpecie ſacrilegij turpis actus, eſt diſtincta ſpecie malitia in ratione ſacrilegij ab iniectione manus violentæ, & ſimiliter ſaltem in ordine ad confeſsionem diuerſæ rationis eſt violare immunitatem Canonis manus violentas in clericum inferendo; aut fori illum ad ſęcularem Iudicem trahendo, & vel tributum exigendo. vnde debent explicari in Cōfeſsione hæ circumſtantiæ; tum ob delicta diuerſa in ratione ſacrilegij; tum ob diuerſas cenſuras. ita Suarez *cap.5.num.2. & c.2.num.6. & 7.* ſequitur Caſtropalaus *§.2.nu.3. diſ.2.tract.17.* vbi addit, & bene iuxta mentem Suarij, qui clericum è loco ſacro per vim extrahit, & ad ſuum Tribunal trahit triplex ſacrilegium committere explicandum in Confeſſione, nempe primo, ob violentem manuum impoſitionem. ſecundo, ob vſurpatam iuriſdictionem. tertio, ob extractionem è loco ſacro, Trullenc. *lib.1.cap.10. dub.15.* Filiucc. *tract.24. cap.9.num.243.* Bonacina *diſ. 3. in 1. dec.præc.q.6.p.vnico fine.*

7 Porro in ſecunda ſpecie ſacrilegij furtum in loco ſacro cenſetur ſcarilegij ſpecie diſtinctum, ab eo quod fit per violationem Templi ſanguine, vel ſemine effuſo, cū per hoc violetur Eccleſia, & non per furtum, & varia hæc Eccleſiæ diſpoſitio indicet ſane diuerſitatem ſpecificam in ipſis ſacrilegijs, ſicuti differt abſtrahere delinquentem è loco ſacro, à negotiatione ibi facta, & in Cōfeſsione hoc eſt diſtincte explicandum.

Denique idem eſt videre in tertia ſpecie ſacrilegij circa res ſacras propter magnam diuerſitatem rerum ſacrarum, quæ ſanctitatem participant modis valde diuerſis, nec ſatisfacis dicendo cum Gaetano omnes has res ſacras conuenire in hoc, quod relatiue tantum ſint ſacræ: nam ſanctitas loci eſt relatiua, & ſimiliter ſantitas veſtis ſacræ, quæ poteſt eſſe genere diuerſa ab illa loci cum pertineat ad predicamentum habitus. Confirmatur; quia furari pecuniam Eccleſię, & calicem confringere ſtant ſub hac relatione: & tamen, quis negabit longe diuerſum eſſe ſacrilegium primū, à ſecundo, & circa eamdem rem ſacram v.g. calicem, quis negabit eſſe

tantam diuerſitatem ſacrilegij, vt neceſſario in Confeſsione ſit aperienda, vt ſi quis calicē furetur, aut illo abutatur ad vſus prophanos.

8 . Fateor difficile eſſe diuerſitatem hanc ſpecificam cognoſcere ſpeculatiue loquendo, at moraliter ex ipſa naturali ratione non erit multum difficile, præſertim, quoad Confeſsionem in ordine, ad quam quoties modus ſacrilegij, vel ex parte rei ſacræ, vel ex modo violandi eſt multum diuerſus, & habet rationem peccati mortalis, ſanum eſt conſilium explicare illum in confeſsione tamquam ſpecie differentem. videte Suar. *d.c.* 5. hæc omnia habentem, quem laudant citati DD.

DISPVTATIO II.

De ſacrilegio circa perſonas ſacras.

1 ANtequam ad peculiarē caſuum explicationem deueniam, ſciendum eſt, quod ad hoc, vt aliqua perſona dicatur ſacra, non ſufficit quælibet priuata deuotio, qua quis velit ſe Deo dicare; ſed neceſſe eſt, vt talis conſecratio, ſeu ordinatio ad cultum Diuinum fiat ex Iure, à quo fit tantum duobus modis; vel per ordinem aſſumptum, vel per ſtatum religioſum, aut eius participationem, vt per votum caſtitatis ſimplex, vel ſtatum ab Eccleſia approbatum ex *cap. duo ſunt* 12. *q.* 1. quod eſt S. Hieronym.

2 . Vnde quamuis Chriſtiani generali quodā modo ſacri dicantur propter Baptiſmum, & gratiā tamen iniuria contra eos facta non eſt ſacrilegium, immò nec contra religionem; ſed aut contra Iuſtitiam, aut obſeruantiam: niſi fiat intētione in honorādi Deum ipſum in ipſis, tunc enim erit contra religionem: ſed non ſacrilegium, niſi largo modo iuxta *cap. conſtit.* 17. *q.* 4. hoc poſito. ex Suar. *tract.* 3. *lib.* 3. *c.* 2.

(:+:)(:+:)

QVÆRES I.

Quot modis committi poſſit ſacrilegium circa perſonas ſacras.

3 REſpondeo tantum tribus, primo inferendo in eas manus violentas. Secundo violando forum circa talem perſonam. Tertio violādo immunitatem eius à ſoluendis tributis & alijs oneribus præſtādis, quæ actiones ideo ſunt ſacrilegia; quia Eccleſia eas prohibuit propter Sanctitatē perſonæ: non autem; quia ex natura rei illæ iniuriæ contra clericos, & religioſos, ſeu eorum bona eſſent ſacrilegia, vt vult communis opinio; aut quia eſt excommunicatio: nam potius excommunicatio fertur propter ſacrilegij malitiam.

4 Vnde; quia furari à clericis non eſt ſpecialiter à canone prohibitum, nec cōtra immunitatem ipſis cōceſſam. Ideo non eſt ſacrilegium: contra vero eadem bona per tributa exigere ſacrilegium eſt, nam fit contra immunitatem perſonæ ſacræ. hæc Suar. *c.* 2. ſeq. Caſtrop. *ſ.* 2. *à n.* 2. vbi Azorius *t.* 1. *lib.* 9. *c.* 27. *q.* 3. ſed ſuis locis, cū Suario locupletiſſime de his Immunitatibus agemus.

QVÆRES II.

An per actus venereos, vt per fornicationem &c. commiſſam cum perſona ſacra, vel ab ipſa proprie ſacrilegium committatur.

5 DIco primo, non ſolum Diaconi, & Subdiaconi ſecluſo voto caſtitatis, non committunt graue ſacrilegium: ratione conſecrationis per peccata carnalia; ſed neque Sacerdotes: ratio eſt: quia ex vi conſecrationis non prohibetur illis omnes actiones prauæ, vt ex dicēdis in ſecunda parte ſupponimus: ergo ſola conſecratio, ſecluſo voto, vel alia eccleſiaſtica lege, obligante eos ad abſtinendum à vene-

venereis actibus intuitu religionis, & Sanctitatis non ſufficit, vt dicamus actus venereos circa prædictas perſonas, vel ab ipſis commiſſos eſſe rigoroſe ſacrilegium. antecedẽs patet; nam alias omnia peccata grauia, vt blaſphemia &c. à Sacerdote præſertim prolata eſſet graue ſacrilegium, quod communiter non approbatur. ex Nauar. *ca.6. n.13.* hæc Suarez *d.c.3. à n.7.* quẽ omnino ſequitur Caſtrop. *d.§.2.n.2.* Filiucc. *tract.24.c.9. à n.224.* Trullench. hic *dub.15.nu.3.* vbi citat Villalobos *2.p.tra.38.diff.2.n.2.*

6 Immò, nec ſub ea ratione peccata alias grauia Sacerdotũ erunt veniale ſacrilegium, vt aliqui putant: nam dato hoc ob generalem repugnantiam peccatorũ cum ſanctitate perſonæ, poterit eſſe mortale ob deformitatem peccati, & valde excellentem cõſecrationem, & ſic magni orientur ſcrupuli.

7 Dico ſecundo violatio voti caſtitatis in alijs perſonis eccleſiaſticis, vt in clericis in minoribus, & alijs (exceptis perſonis ſacris ratione ſtatus, vt ſunt religioſi, & clerici in ſacris, de quibus infra) non eſt proprie ſacrilegium; ſed tantum continet malitiam perfidiæ contentam ſub genere irreligioſitatis, quæ eſt immediate cõtra Deum: ratio eſt: quia conſecratio per votum ſimplex caſtitatis non eſt niſi obligatio orta ex promiſſione: ergo violatio illius Sanctitatis non eſt aliud, niſi infidelitas promiſſionis. cõfirmatur ex D. Paulo *ad Tim.5.* vbi loquens de viduis, quæ cõtra votum caſtitatis fecerant, ait *habentes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt*, & non meminit alterius malitiæ. ita Suar. *à n.2.d. cap.3.* quem ſequitur Caſtropalaus *l.c.* Trullench. *d.dub.15.*

8 Contra Gaet. *2.2.q.99.a.2.* & alios ibi communiter Leſſ. *lib.2.c.45.dub.3.* Azorium *1.p.lib.9.ca.27.q.5.* putantes hanc perfidiam ſub ſacrilegio compræhendi, etiam per fractionem cuiuſlibet voti v. g. ieiunandi; quia per promiſſionem res dicata manet Deo, & ſic res ſacra effecta.

9 Sed re vera in hac ſententia ſequeretur, quod duo genere diſtincta, vt ſunt irreuerentia contra Deum, & ſacrilegium contra res ſacras eſſentialiter ad inuicem contraherentur, aut ſaltem deberet dici in omni fractione voti, duas eſſe malitias perfidiæ, & ſacrilegij, quod incredibile videtur; nec obſtant D. Tho. *2.2.q.154. à n.10.* & alij dum peccatum præſertim luxuriæ ſacrilegium appellant. nam peccatum contra Religionem generali appellatione ſacrilegium dicitur; nos autem loquimur de ſacrilegio ſtricte ſumpto cum Suar. *l.cit.*

DISPVTATIO III.

Explicatur quænam veniant nomine rerum ſacrarum, quas in tertia ſpecie ſacrilegij cõſtituimus.

AD intelligentiam eorum, quæ in hac diſputatione ex Suar. dicturi ſumus; ſciendum eſt ex S. Th. *2.2.q.99. a.3.* quem omnes ſequũtur: ac Suarius hic ſupponit in ipſo doctrinæ decurſu *cap.5.&6.* res ſacras in hac tertia ſpecie cõtentas in quatuor veluti claſſes diuiſas eſſe. in prima ſunt Sacramenta, in ſecunda vaſa ſacra, imagines, & Sanctorum reliquiæ, in tertia ornamenta Eccleſiæ, & Miniſtrorum. in quarta bona eccleſiaſtica in ſuſtentationem Miniſtrorum deputata. hoc poſito.

QVÆRES I.

An irreuerentia contra Euchariſtiam, ſit ſacrilegium.

1 REſpondeo cum diſtinctione: reſpectu Perſonæ Chriſti Domini contra quam directe fit iniuria non eſt proprie ſacrilegium: ſed grauius peccatum irreligioſitatis: reſpectu vero ſpecierum ſacramentalium, eſt ſacrilegium: ratio eſt; quia licet irreuerentia facta Euchariſtiæ immediatius feratur circa ſpecies, quam

Digitized by Google

circa Chriſtum Dominum; tamen ſicuti adoratio Euchariſtiæ eſt latria primario, quia perſona Chriſti reſpicitur, & in ea veneratio ſpecierum ſecundario continetur:ita dicendum eſt in irreuerentia; & ſicuti adoratio Euchar. eſt maior omniũ aliorũ Sacram.ita etiã irreuerẽtia quę ipſi fit eſt maior. ita Suar. *l.3.de ſuperſt. c.6.* Trullen. *lib.1.in decal.c.10.dub.15.* & putat probabile Filiuc. *tr.24.n.250.*

2 Contra Leſſium *lib.2.de iuſtit.c.45. dub.3.* Caſtropalaum hic *§.2.numer.4.* Gaet. *d.q.99.* & alios communiter putantes eſſe ſacrilegium;quia irreuerẽtia contra Euchariſtiam non eſt contra Sanctitatem Chriſti, vt Sanctitas perſonæ,cũ ibi nõ oſtendatur viſibiliter:ſed ex poſito argumẽto,& ex ipſo naturali lumine Suarij ſententia magis arridet.

3 Immo addo diuerſam ſpecie irreligioſitatem eſſe irreuerẽter Euchariſtiam tractare. v. g. in arca condere; quam in ſterquilineum &c. proijcere iuxta ea,quæ diximus *diſ.1.huius libri à num.5.* ex Doctrina Suarij, qui nil in caſu poſito dicit. omnes tamen concedunt cum Suario *nu.2.* inferentem manus violentas in Euchariſtiam, quamuis grauius peccet, quam ſi inferat in clericum;tamen non incurrere excommunicationem *cap.ſi quis ſuadente:* non quia illud peccatum nõ eſt contra Sanctitatem Chriſti,vt putauit Gaet.ſed quia nomine clerici in *d.c.* non venit Chriſtus.

QVÆRES II.

Quo pacto iniuria contra Sanctos,& eorum imagines,ac reliquias ſit ſacrilegium.

4 IN hac queſtione reſpõdet Vaſquez *lib.1.de adorat.diſ.6.c.18* non eſſe ſacrilegium contra virtutem religionis:ſed contra duliam, ſeu obſeruantiã, vt etiam dicit de percuſſione clerici; quia ad eas virtutes pertinet horum reuerentia;at irreuerentiam factam Dei imaginibus, ac rebus ſacris inanimatis dicit eſſe ſacrilegium cõtra religionẽ; quia illæ res ex religione venerantur,& idem dicito de cruce, aut alijs inſtrumentis Paſſionis Domini.

5 Cæterum dicendum eſt irreuerentiam factam Sanctorum reliquijs, & imaginibus, eſſe vere ſacrilegium cõtra religionem;tum quia talis inhonoratio non ſiſtit in ipſis:ſed refunditur ad Deum ipſum; tum quia hæc omnia ex vſu Eccleſiæ exiſtimantur, vt inſtrumenta cultus diuini,neque ad hoc ſacrilegium requiritur,vt quis operetur ex peculiari intentione inhonorandi Deum in Sanctis;ſicuti requiritur peculiaris intentio adorandi Deum in ipſis ad hoc, vt ſit actus religionis; nam ad actum vitij ſufficit, vt malitia ſit in ipſo obiecto, & quãuis ſpeculatiue loquendo poſſet dari irreuerentia facta Sanctis, non vt habent reſpectum ad Deum; tamen cõſiderato modo,quo nunc ab Eccleſia coluntur, vix poteſt talis reſpectus preſcindi.

6 Atque idem patet à fortiori in clericorum iniuria; tum quia ſic communiter Doctores loquuntur, cum Diuo Thoma;tum quia Eccleſia non prohibuit iniuriam clericis, percuſſionem v.g.propter eorum Sanctitatem perſonalem:ſed ob miniſterium, & ordinationem ad cultum diuinũ: ita etiam Caſtropalaus *tract. 17.diſp. 2.d.§.2.à num.6.* vbi citat Leſſium *lib. 2.cap.45.dub.3.n.17.* & noſtrum Suar, quem vide *à num.3.cap.6.*

QVÆRES III.

An inter res ſacras numerẽtur ſacrificium,& verbum Dei.

7 DIco primo ſacrificium non numerari,& merito;quia inter res ſacras non numerantur actiones,quæ cultum Dei immediate continent,vt eſt ſacrificium; nam earum violatio pertinet ad irreligioſitatem, ſeu ad ſuperſtitionem ita DD. communiter poſt Suarium *d.c.16.num.8.*

Di-

Digitized by Google

2 Dico ſecundo verba Dei, & Sacra, vt verbum ſcripturæ canonicæ, vel verbum ſignificans Deum Chriſtum, & Sanctos recte inter res ſacras numerari, & forte D. Tho. ſupra in imaginibus comprehendit; vnde irreuerentia illis facta eſt Sacrilegium; at verbum doctrinæ, ſeu concio, aut alia inſtructio tunc ſolum numerabitur inter res ſacras, cum eſt coniunctum cum verbo Dei, vt ſi quis in concione vtatur malè ſenſibus Scripturę Sacræ. ſic etiā Bonac. *diſ.3. in p. dec. præc. q.6.p.vn.nu.5.* Reginald. *lib. 19.n.57.* ſequentes Suar. hic *n.9.* cum quo Deo iuuante ſuis locis agemus de aliquibus, quæ deſiderari poſſent præſertim circa bona eccleſiaſtica, de quibus ſtatim aggredimur tractationem.

DISPVTATIO IV.

Explicatur malitia ſacrilegij, ac pœna ei debita.

1 MAlitiam ſacrilegij eſſe ex genere ſuo mortale peccatū nulli dubium eſt, ac patet diſcurrendo per eius ſpecies, & modos ſub ſpeciebus contentis, de quibus ſupra *diſ. 2. & 3.* in quibus eſt actio contra religionē, & habent materiam ſatis grauē; neq; opus eſt ad hoc peccatum expreſſe intēdere rerū ſacrarum cōtemptum, vt faciunt heretici; ſed ſufficit habere ſufficientem libertatem; nam ſi actus non ſit plene diliberatus erit tantum veniale peccatum, vel ſi materia ſit leuis, & abſit contemptus, in qua tamen paruitate dignoſcenda, oportet circumſtantias conſiderare, nam exigere v.g. ouum à clerico in tributum erit grauis materia ob poteſtatem, quæ in eum exercetur, vel retinere clericum per ſpatium vnius horæ incarceratum. vide Suar. *ca.7. lib.3. tr.3. t.1. de rel.* vbi cit. Gaet. & omnes Summis, *ver. ſacril.* quibus addo Bonac. *hic nu. 19.* Caſtropalaum *§. 3. num. 1. diſ. 2. de ſacril.*

(+):(+):)+)

QVÆRES I.

An ſacrilegium ſemper ſit peccatum commiſſionis per defectum.

2 REſpondeo negatiue, nam poteſt etiam fieri ſacrilegiū per omiſſionem, & eſt verū ſacrilegiū: licet, vt plurimum ſit per cōmiſſionem: ratio eſt; quia poteſt eſſe ſub præcepto aliqua actio requiſita ad reuerentiam rerum ſacrarum, vt apparet in titulo *de cuſt. Euch.* vbi multa præcipiuntur, quæ ſi omittantur erunt contra Religionem, & reuerentiam rebus ſacris debitam, & ſic ſacrilegium. Confirmatur: quia in moralibus omiſſio reuerentiæ debitæ reputatur irreuerentia: ſicuti ſi quis omittat cōmunionē tēpore præcepto ſacrilegium committit; quia vſum Sacramenti aliquando poteſt pertinere ad eius venerationem, quamuis forte nō erit ſacrilegium; quia res ſacra, nempe Sacramentum non eſt, & ſic omiſſio non eſt iniurioſa. ita Suarez *d. cap. 7.* quem ad vnguem ſequitur Caſtrop. *§. 1. num. 2.*

3 Quod autem peccari poſſit per exceſſum patet ex Trid. *ſeſſ. 25. de relig. & ven. Sanct.* vbi ait vitandam eſſe ſuperſtitionem in reliquiarum veneratione, & Imaginum ſacro vſu; ſed ſuperſtitio eſt peccatum per exceſſum, & tunc ſane eſt peccatum ſpecie diuerſum, ab eo quod fit per defectum; beneuerum eſt, quod ſecundum communem vſum non appellatur ſacrilegium proprie; ſed ſi non pertinet ad idololatriam, quia ſcilicet tantum cōſiſtit in adoratione rerum ſacrarum modo inepto, inſolito, & irrationabili erit ſuperſtitio diſtincta à ſupradictis, & ſecundum ſuperſtitionem indebiti cultus contra Deum debet explicari, ita Suar. *d. lib. 3. cap. 7.* cui adſtipulatur Caſtrop. *diſ. 2. §. 2.*

4 Vbi tandem nota, quod licet, vt plurimū malitia ſacrilegij ſit coniūcta cum alijs peccatis, in quibus fundatur: tamen aliquando eſt ſola ratio ſacri-

ſacrilegij,cum actus nullam habet deformitatem, præter violationem rei ſacræ,ex Diuo Thoma *q. 99.a.2.ad 3.* & hoc non ſolum in ſacrilegijs contra res ſacras, vt in indigna ſumptione Sacramenti: aut locum ſacrum, vt in petitione debiti coniugalis in Eccleſia ſine neceſſitate: ſed etiam contra perſonam,vt ſi ſuperior iuſte puniens clericum faciat illum per laicum ſine neceſſitate verberari, vel ſi maritus habens votum caſtitatis petat debitum; quia etiam perſona ſacra in prima ſpecie ſe habet, vt proximum obiectum irreuerentiæ: immo etiam ſi ſe habeat, vt circumſtãtia, quis,poteſt committere actionem, quæ tantum ſit ſacrilega;quia ſcilicet tantum eſt contra votum,vel prohibitionem intuitu religionis.ita Suar.*c.7.cit.*quẽ ſequitur Caſtropalaus *l. cit.* licet breuiſſime rem attingat.

(:+:):(+):(:+:)

QVÆRES II.

Quænam ſint pœnæ ſacrilegis impoſitæ.

5 Reſpondeo eſſe excommunicationẽ ipſo facto incurrẽdam in tribus caſibus tantum; in percuſſione clerici,in fractione Eccleſiæ cum raptu, in violatione immunitatis Eccleſiæ, de quibus ſuis locis Deo fauente plenius. additur etiam pœna pecuniaria imponenda pro ſacrilego, de qua Diuus Thomas *d,q.99. ar.4.* hæc Suar. *n.vltimo d.c.7.*

6 Cui addo hoc crimen eſſe mixti fori, & pertinere tam ad Iudicem laicum, quam ad eccleſiaſticum pro vt eſt præuentio, & pœna citra caſus expreſſos ſupra, eſt arbitraria poteſtque etiam mors imponi quando delictum eſſet graue, vt furtum cuſtodiæ D.Euchariſtiæ, videte Salzedum *prac.c.87.*Decian.*lib.6.prac.crim.c.*33. Farinac.*de furtis q.172. à num.*1.Petr. Greg.*Syntag.iuris l.33.c.11.* Menoch. *de arbitrar.lib.2.caſu.*384.& 389.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QVARTVS DE SIMONIA.

SEparatim de ſacrilegio Simoniæ tractamus in hoc libro; quia copioſiorem exigit tractationem; videndum enim nobis erit quid, & quotuplex ſit Simonia, quæ ſint eius cauſæ; quas pænas vel effectus habeat, & per plures caſus ad praxim vtiles addemus, ac Paſqualigi placita in hac materia examinabimus.

DISPVTATIO I.

Vnde nam Simonia dicatur.

1 SImonia dicitur à Simone Mago; tum quia is fuit primus, qui in lege gratiæ hoc vitium commiſit emendo, & vendendo quantum erat ex ſe poteſtatem dandi Spiritum Sãctum, & conſequenter ipſum Spiritum Sãctum, veluti ſibi ſubiectum non ſolum emere voluit, vt ait Chryſ. *homil. 13. in Marcum*: ſed etiam vendere, vt ex eius verbis *Act.* 8. ibi *date mihi hanc poteſtatem, vt cuicumque impoſuero manus accipiat Spiritum Sanctum*. colligunt Phiph. *hær.* 21. Cyrill. Hieror. *catech.* 16. & Aug. *tract.* 10. *in Ioannem*: probatq; D. Thomas 2. 2. *q.* 100. *a.* 1. *ad* 4. nam dum ait *date* nõ gratis volebat: ſed pretio dato, & ſic pretio accepto alijs dare intendebat: tum quia non ſolum in Simone damnatum eſt hoc vitium per SS. Apoſtolos, & illud exhorruit Petrus: ſed etiam radix eius nempe auaritia: vt eſt intelligendum *c. Saluator* 1. *q.* 3.

2 Quod ſi hoc vitium in iure, & à Greg. *li.* 7. *epiſ.* 100. 113. & 114. appellatur hæreſis ſimoniaca; non eſt quia per ſe, & formaliter ſit contrarium fidei: ſed quia ex hæreſi, quæ erat in Simone pullulauit; is enim exiſtimauit Spiritum Sanctum, & eius dona eſſe venalia; ex Ambroſ. *lib.* 2. *de pæn. cap.* 4. aut putabat Apoſtolos eſſe magos, nec credebat virtutem illam eſſe donum Dei. ex Magis. hiſt. *c.* 44. *in act lib.* vnde in hoc vitio hæreſis quidem ſuſpicio habetur; non tamen ſemper eſt proprie hæreſis ex Gloſſ. & DD. *firmiſſime. de hæret* hæc Suarez *lib.* 4. *de Simonia. c.* 1. eſtque commune placitum DD. infra cit.

QVÆRES I.

Quid ſit Simonia.

3 REſpondeo eſſe ſacrilegium, quod cõmittitur in emptione, & vẽditione, ſeu in contractu quolibet, quo res ſpiritualis, vt talis eſt, pro tẽporali commutatur: & quidem quod ſit ſacrilegium patet tum ex eo, quod eſt magna deſpicientia rei ſacræ, ęqui parare illam in valore temporali pretio; quod fit eo ipſo, quod res ſpiritualis ematur, aut vendatur cum in his contractibus requiratur quædam æqualitas inter res commutatas; tũ ex dictis *diſp.* 1. *nu.* 2. *lib. præc.*

Quod autem ſit ſpecie diſtinctum ab omnibus alijs ſacrilegijs ſaltem in ordine ad Confeſſionem eſt moraliter certum: nam nõ ſolum debes dicere cõmiſi ſacrilegium: ſed etiam commiſi Simoniam. Immò neceſſe eſt etiam ſpecies Simoniæ explicare, v. g. circa Sacramenta, circa beneficia &c. vel quia rigoroſe inter ſe differũt vel quia non poteſt ſufficiens Iudicium

cium ferri, quoad Sacramentalem Confeſſionem. videte Suar. *d. cap.* 1. *num.* 1. & 7.

4 Definitur etiam, & optime Simonia per terminos vniuerſaliores. *Simonia eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali adnexum.* eſtq; commun. recepta ab omnib' Theol. *in* 4. *d.* 25. à Canon. *in rubr. de Sim.* & alijs DD. paſſim.

5 Dicitur *ſtudioſa voluntas*, voluntaria ſcilicet electio, quod verbum de ſumptum videtur ex *ca. qui ſtudet.* 1. *quæſt.* 1. quæ ad omne peccatum requiritur, præſertim vero in hoc vitio explicatur; vt oſtendatur eſſe oppoſitum virtuti religioni, quæ eſt in voluntate, vt *li.* 1. *tr.* 1. *diſ.* 1. *n.* 9. dictũ eſt; vel quia hoc peccatum ſolo conatu commiſſum eſt à Simone mago, vt bene Victoria *relec. de Simo. n.* 3.

6 Dicitur *emendi, vel vendendi*, quia tantum iniuria facta cõtra res ſacras vendẽdo, vel emendo illas eſt Simonia; nomine autem venditionis veniunt omnes alij contractus illi æquiualentes, vt do, vt facias, facio, vt des &c. ex Tiraq. *lib.* 1. *de retrac.* §. 1. *gloſſ.* 2. & in hac materia illos cõprehẽdi, omnes cit. DD. conueniunt.

7 Nomine venditionis comprehenditur pretium, quod ſignificat non ſolum pecuniã; ſed quamlibet aliam rem pretio extimabilem, & ſic non fuit neceſſe ponere, *pro re temporali.*

8 Dicitur *aliquod ſpirituale*, quod dicitur à ſpiritu increato, ſeu à Spiritu S. quatenus eſt auctor donorum ſupernaturalium, quæ ad ſalutem animarũ gratis dantur, quę per excellẽtiam vocãtur ſpiritualia dona, ita omnes.

9 Dicitur *ſpirituali adnexum*, vt explicetur eſſe Simoniã emere &c. aliqua, quæ quãuis in ſe materialia ſint, tamen cum ſpiritualibus aliquo modo connectuntur, vel antecedenter, vel conſequenter, vel cõcomitanter, vt infra clarius explicabitur.

10 Atq; adeo ex hac definitione habes tria, quæ ad Simoniam requirũtur, nempe materiam; rem ſcilicet, quæ emitur &c. actionem, ſcilicet venditionem, & pretium, neq; eſt neceſſe addere cum Hoſtier. *cap. nemo de Sim. opere ſubſequuto*, quia quamuis poſſit definiri per actum ipſum vendendi dicendo eſſe venditionem: tamen non excluderetur voluntas vendendi; & poſita à nobis definitio per voluntatem, non excludit actionem illam vendẽdi. Hæc omnia Suar. *d. c.* 1. concordant ex Recent. Caſtropal. hic *diſ.* 1. *pun.* 1. Valantia *p.* 1. Leſſ. *l.* 2. *cap.* 35. *dub.* 1. Sanchez *conſ. mor.* hic Filiuccius *de Sim. ad quæſt.* 3. Lezana *v. Simonia num.* 1. Layman. *l.* 4. *tra.* 10. *cap.* 8. Vidal. *Cler. Reg. tit. de Simon. Inquiſitione* 1. *num.* 1. & *Inquiſit.* 2. *à n.* 5 & alij communiter.

DISPVTATIO II.

De Simonia contra Ius Diuinum, & Naturale.

SVpponimus duplicem eſſe Simoniã, ſicuti duplex eſt ſacrilegium, alteram contra Ius diuinum, quam de facto Simon Magus cõmiſit, cum nec Eccleſia legem aliquam tunc tulerit, nec is illam ſcire tenebatur. alteram contra Ius Eccleſiaſticam, quia potuit Eccleſia prohibere venditionem rei annexæ rei ſacræ, vel permutationem beneficiorum propria authoritate, vt quid neceſſarium ad reuerentiam talis rei; habet quippe humana poteſtatem cõſtituendi materiam, vt neceſſariam in aliqua ſpecie virtutis, quæ de ſe talis non erat, ita Suar. *c.* 2. *hic.* & *c.* 7. *n.* 4. 5. & eſt fere omnium Canoniſt. *cap. ex parte* 1. *de off.* & *de leg. c. Saluator.* 1. *q.* 3. & Theol. excepto Durando *in* 4. *d.* 25. *quæſt.* 5. Soto *l.* 9. *de iuſt. q.* 5. *art.* 2. putantibus non eſſe veram Simoniam illam, quę de Iure Eccleſiaſtico, ſed ſolum metaphoricam, ob ſimilitudinem pęnæ: quæ imponitur in Simonia cõtra ius Diuinum; ſed hoc non ſatisfacit, quia alienatio rerum Eccleſiaſticarũ ſolet puniri eiſdẽ pęnis, quib' Simonia punitur, & Simonia à Doctoribus nõ dicitur, vide hic. *diſ.* 4. cũ Suar. *c.* 7. infra.

QVÆ-

QVÆRES I.

An Simonia contra Ius Diuinum ſit contra Ius Diuinum naturale, an verò contra Ius Diuinum poſitiuum.

1 RESpondeo eſſe tantum contra Ius Diuinũ naturale, ratio eſt, quia ex vna parte in lege Euãgelica (de lege veteri dicemus infra,) nec negatiua, nec affirmatiua præcepta data ſunt præter fidei, & Sacramentor. ex D.Tho. 1.2. *q*.108.*ar*.1. & 2. & ex alia parte ipſa naturalis ratio dictat, (loquor de ratione illuſtrata per fidẽ) vt Sancta Sanctè tractentur. Sed vendere, aut emere pretio temporali dona Dei, quæ ex ipſo immediatè proueniunt, non eſt ſanctè Sãcta tractare, ſed potius contemnere, aut vilipendere: ergo Simonia, quæ fit vendendo &c. hæc ſpiritualia eſt contra naturale dictamen per fidẽ illuſtratũ. Minor, quod ſcilicet per vẽditionem dona Dei vilipendantur.

2 Probatur 1. ex dictis Petri Act.8. ibi. *quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri*. quaſi diceret eſt contra excellẽtiam doni, pendentis ex ſola Dei gratuita voluntate velle per temporale pretium acquirere, fitq; ipſi Deo iniuria.

3 Probari etiam, & optime ſolet cõmuniter duabus rationibus S. Tho. *d*.25.*q*.5.*a*.1. *in* 4. quarum prima de inæqualitate pretij temporalis, & rei ſpiritualis efficacior erit; quia res ſpiritualis, & pretium temporale nullam poſſunt habere proportionem, & ſunt diuerſi ordinis: quamuis ergo in bonis mere humanis, vt in diuitijs, fama, vita, &c. poſſit eſſe aliqua commenſuratio ſaltem ex conuentione partium, & nulla fiat iniuria, tamen inter rem ſpiritualem, & tẽporalem inueniri nõ poteſt, cũ illa ſit ſupernaturalis, hæc naturalis. ſi enim vtraq; ſupernaturalis eſſet, nõ eſſet talis improportio, & de facto Deus in recompenſationem iniuriæ per peccata ſibi facta petit à nobis aliquid ſupernaturale.

4 Secunda vero ratio eiuſdem S.Doctoris eſt, quia vendit homo rem, cuius nõ eſt Dominus, nempe gratiam ſanctificãtem, & gratis datam, & alia dona, quæ ad has reducuntur, quæ probabilius eſt non eſſe in humano dominio ex eod. D.Tho. 1.2.*q*.73.*a*.9. Soto 4. *de Ius*.*q*.2. & alijs.

5 Sed demus nos habere dominium talium donorum ratione actus libere exercitos; ſic ratio D.Tho. poteſt vrgeri (omiſsis his quæ habet Victoria, vtpote nõ valde ad rem) vel hi actus venderentur, vt ſunt vtiles ad meritum operantis, vel vt ſunt vtiles alijs, primo modo ſunt inuendibiles, cum nec in vtilitatem aliorũ poſsint trãſferri. Secundo modo nõ poſſunt vendi à nobis, quia nos nõ habemus dominium illorum ſpiritualium donorum, quæ per illos actus conferenda ſunt, ſed pendẽt à ſola voluntate Dei, & qui tentaret vendere illas actiones hoc ſecundo modo, fructum ipſum vellet vendere. ita S.Th. *in* 4.*d*.25.*a*.2. vbi Caet. & alij. Victor. *relect. de Sim. n*.11. Duran. 4.*d*.25.*q*.5.*n*.7. vbi Palud. *q*.4. Riccar. *ar*.3.*q*.1. Armach. *l*.10.*c*.9. & ex Iuriſd. Gloſſ. *in c. pridem de pactis*. & *c. Saluator*. 1.*q*.3. Turrecr. *c. latorem ar*.2.*n*.5.1.*q*.1. Ians. *Matt*.10. quos citat, & ſequitur Suar. *c*.2. eſtque communis omnium Recentiorum.

Obiectioni ex Matt.10. & 21. deductæ occurritur.

TErtiam addidit S. Thomas rationẽ ad probandam malitiam Simoniæ, nẽpe verba Chriſti Matt.10. *Gratis accepiſtis, gratis date*. ex qua aliqui inferunt, Simoniam cõtra Ius Diuinum, eſſe etiam ex S.Thoma cõtra Ius Diuinum poſitiuum.

6 Dicendum tamen eſt, his verbis nõ eſſe datum nouum præceptũ à Chriſto, ſed naturale explicatum, fateor quidem ea importare præceptum, & non cõſilium, vt ex verbo imperandi iuncto præſertim cũ materia capaci,

Digitized by Google

& opportuna talis præcepti patet, nam alias inutile redderetur Euangelium, ſi hæc dona ordinata ad confirmationem doctrinæ venderentur; addita etiam Patrum expoſitione, vt Hieron. ibi. Abul. *à quaſt. 62.* ſiue de cætero verba ſequentia *nolite poſſidere aurum &c.* contineant cõſilium, ſiue verum præceptum perſonale datum ſolis Apoſtolis pro illo tempore, ſiue ſpiritualiter intelligantur, prohibeantq; nimiam ſollicitudinem rerum tẽporalium, ex Ianſ. *Matt. 10.* & Ambroſ. *lib. de Ioſeph. cap. 13.*

7 Fateor etiam ly *gratis*, tam in prima parte, nempe *gratis accepiſtis*, quam in ſecunda, *gratis date*, ſignificare idem, nempe ſine pretio temporali, & omne debitum excludere ſiue meriti perfecti, ſiue imperfecti, ſiue etiam connaturalis habitudinis. Contra Maldonatum volentem in ſecunda parte ſignificari largiter, id eſt largiter date; ſed eſt contra Patrum expoſitionem, & vocis proprietatem. Fateor, inquam, hæc ob rationes dictas, nempe ex dignitate rerum datarum gratis à Deo, & ex fine eſſe gratis dandas; at aio hoc prȩceptum in illis verbis contentum eſſe ex natura rei, & non poſitiuum tãtùm, quia fuit conueniẽs indicari à Chriſto Ius naturale, non autem neceſſarium legem ſpecialem poſitiuam addere.

8 Minus autem efficax argumentum ſumitur, præciſa Patrum expoſitione, ex facto Chriſti eijcientis ementes, & vendentes &c. quia myſtica eſt expoſitio, quod per columbam dona Dei ſignificentur. Hæc Suar. *d. cap. 2.* quem ſequitur Filiuc. *tract. 45. hic cap. 1. num. 8.* Leſſius *l. 2. cap. 35. dub. 2. numer. 14.* Supponit Caſtropalaus. *pun. 2. numer. 1.* & Cornel. à Lapide. *Com. in S. Matth. cap. 10. ver. 8. §. hinc patet. & ver. 9. §. Dico Primo.*

(+):(+):)+)

QVÆRES II.

An in lege veteri fuerit Simoniæ vitium contra Ius Diuinum, & prohibitum.

9 RESpõdeo affirm. ratio eſt, quia in illo ſtatu fuit materia circa quã poſſet eſſe ſimonia, licet inperfectior quam ſit in lege noua, vt infra dicemus. nempe gratiæ gratis datæ, ſacrificium, ſacramenta &c. ergo ſi quis vendidiſſet hæc commiſiſſet ſimoniam eiuſdem rationis, & ſic ſaltem potuit eſſe. Prohibitio autem ſimoniæ deducitur *Exod. 23.* & *Reg. 2. Ezech. 22.* in quibus locis grauiſſime repræhenduntur Sacerdotes, & alij, ob acceptionem pecuniæ pro re ſpirituali. nec Sanctos Prophetas reperies accepiſſe pecuniam ob rem ſpiritualem: nam quãuis 1. *Reg. 9.* Saul puerum interrogaſſet. *quid faciemus viro Dei.* & 3. *Reg. 14.* Ieroboam miſerit vxorem cum donis, tamen non legitur eos accepiſſe, & multo minus Daniel *c. 5.* commiſit ſimoniam, cum nec ex parte Regis promiſſio precẽſſerit, nec dona data fuerũt in recompenſationem beneficij, ſed vt Daniel quaſi perſonam Deo gratã ſublimaret nec is, niſi ex Dei inſpiratione, vel inſtantia Regis ea accepit. iam oſtendamus.

Peccatum Simoniæ in lege veteri de facto fuiſſe.

10 MVlta ſolẽt à Patribus, & Theologis afferri exempla ſimonię tempore legis veteris commiſſæ.

Primum eſt Giezi, qui à Naaman petijt duo talenta argenti nomine Eliſæi poſt mundationem à lepra 4. *Reg. 5.* vbi præter iniuſtitiam cõtra Naaman, & Eliſeum, furando ab illo talẽta, quia vere ex deceptione dedit, putans ea velle Eliſeum, & hunc infamando: quaſi ſimoniacũ, auarum &c. ſimoniam commiſit realem, cum intentione praua petẽdo pecuniã pro ſanitate diuinitus ab Eliſeo collata; parum enim refert ad hanc malitiam quod petatur pretiũ pro gratia facta, & ab

Digitized by Google

& ab alio tertio, & quãuis ſpeculatiuè loquẽdo potuerit Giezi nõ habere hanc intentionem, tamen recte colligitur ex magna præſumptione dum ſtatim poſt ſpirituale beneficiũ pretium petijt, & omnino ea petitio debuit vitari ob ſpeciem Simoniæ. vide Abul. 4.*Reg*.5. *q*.29. Hugo. de S. Victore 2.*de Sacr.p*.10.*c*.2. vnde vendentes res ſpirituales Gieziæ appellari ſolent.

11 Secundũ exemplũ eſt 2. *Machab*.4. vbi Iaſon ad obtinendũ Sacerdotium multa talenta argenti promiſit Antiocho Regi. & Menelaus auxit promiſsionem, & ſic vſque ad tempora Chriſti Sacerdotium Sũmum, quod perpetuum erat, propter Simoniæ vitiũ fuit annuale, vt ex Euãg. Ioan. 11. & 18. colligitur. vide Abulen. 4. *Reg*. 5. *quæſt*. 39. Iſidor. Pel. *l. vlt. ep*. 315. quæ facta in ſcriptura locis *num*. 9. citatis grauiter repræhẽduntur, vt de ſe mala, & lumini naturali contraria.

12 Alia ſolent afferri exempla de Simonia, nempe de Balaam, ſed non eſt ad rem, quia ille erat agur, & dicitur amare mercedem iniquitatis, Petr. 2.*Epiſt. cap*. quia ob ſuam vanitatem augurandi munera volebat. & & ex *lib*.3. *Reg*. 13. dicunt Ieroboam fuiſſe Simoniacum, quia de eo dicitur, *quicumque volebat implebat manum ſuam, & fiebat Sacerdos &c.* Sed neque eſt ad rem, quia dicitur ibi implere manum ille, qui volebat fieri Sacerdos, non quia pecuniam dabat, aut accipiebat, ſed qnia applicabat manum ſuam ad ſacrificia. vide Abul. *queſt*. 41. ibi. hæc Suar. *cap*. 5. per totum. quem ſequitur Filiuccius hic *cap*. 1. *à num*. 20.

QVÆRES III.

An in lege naturæ non puræ, ſed illuſtratæ per fidem ſupernaturalem, ante legẽ datam per Moyſen fuerit Simoniæ vitium.

13 RESpondeo potuiſſe quidem Simoniam contra Ius Diuinum naturale committi, quia in illo ſtatu erat materia ſufficiens, nempe gratiæ gratis datæ, Sacerdotium, aliquod Sacramentum, & aliæ res ſpirituales, poterant ergo hæc vendi, & commutari pro pretio temporali, & ſic fuiſſet Simonia, vt ex dictis patet. ita Suar. *l*.4.*de Sim.cap*.6.*n*.15. *& ſeq. iunct.num*.2. ſequitur Filiucc. *d. cap*.1. *à nu*. 26. dicit etiam vt indubitatum Valen. *pu*.2.*initio*. & à fortiori eam tenent, qui putant fuiſſe de facto tale peccatum, quos mox referam.

14 Non tamen ſatis nobis cõſtat fuiſſe tunc tale peccatum: ratio eſt, quia ſi de aliqua Simonia nobis conſtaret, maxime eſſet de Ephron, qui Abrahe vendidit locum ſepulturæ *Gen*. 23. quia talis locus; etiam apud Gentiles, qualis fuit Ephron, vt religioſus, & ſacer habebatur, & de Abraham, qui illum emit. vel de Eſau, qui vendidit primogeniturã Iacob fratri ſuo *Gen*. 25. cum qua, vt ex antiqua PP. traditione conſtat ex Hier. *ep*.126. *ad Euagr. Clem. l*.8.*conſt.cap*.5. Aug. *pſ*. 46. Abul. *Gen*.25. vbi Perer. *diſ*.8. erat coniunctum munus Sacerdotale, ſiue ex ordinatione Diuina, ſiue ex traditione fidelium populorum, vt late oſtẽdit Tiraq. *de iure prim. in præf. à n*.12. ſed de his non conſtat fuiſſe ſimoniacos. ergo non conſtat nobis, an in ſtatu legis naturæ fuerit Simonia.

15 Maior patet quia hæc tantũ exempla afferuntur a Doctoribus, qui dicunt fuiſſe eo tempore ſimoniam. D. Thom. 2.2.*q*.100.*ar*.4.*ad* 3. Turrecr. *ca. quam periculoſum*. 7.*q*.1.*ar*.5. Caet. *d. q*. 100. Valen. & alijs ſup. Omitto enim Ioſeph, nam ſine cauſa aliqui dicunt eum commiſiſſe ſimoniam, cum ait pincernæ, *tantum memẽto mei cum bene tibi fuerit*. Is enim nil quaſi debitũ ex prophetia facta petijt, immò nec peccauit venialiter peccato diffidentiæ, quod indicauit Aug. *ſer*. 80.*de temp*. cum non ſit contra fiduciam perfectam in Deum, vti remedijs humanis accommodatis ad propulſandam iniuriam, ad minorem autem probandam examinemus.

Digitized by Google

An vere Eſau Gen. 25. & Abraham Gen. 23. fuerint Simoniaci.

16 IN hac queſt. dico primo. Abraham non commiſit Simoniam dum emit locum ſepulturæ ab Ephron, ratio eſt, quia emit locum ipſum materialem iuſto pretio: nec quantum ex ſcriptura colligimus, auxit pretium ex eo, quod eſſet locus ſepulturæ, neque debuit præſumere malam intentionem in Ephron accipiendi pecuniam pro loco ſepulturæ.

17 Vnde infertur nec Ephron peccaſſe, quia potuit locum ſepulturæ vendere, non ratione ſepulturæ: ſed ratione loci materialis; cum tunc non fuerit de hac re prohibitio poſitiua, nec ſit intrinſece malum talem venditionem facere, & per conſequens facilius excuſari videtur Abraham à cooperatione ad eius peccatum; dum illum induxit ad vendendum locum; dicimus enim Ephron vendētē non peccaſſe. Vide Bonfrerium *in Gen. cap.* 23 quem laudat Suar. *tract.* 3. *l.* 4. *c.* 6..

18 Dico ſecundo, quamuis Eſau potuerit eſſe Simoniacus volendo vendere primogenituram ratione Sacerdotij adnexi, & de facto peccauerit contra Religionem, non curando res ſacras, nec faciendo differentiam inter res ſacras, & profanas, vt ex Paul. *ad Hebr.* 72. patet, qui illum prophanum appellat; tamen nō cogimur dicere de facto, dum vendidit primogenituram, fuiſſe Simoniacum; & probabilius eſt in illo facto nullam feciſſe Simoniam, quia ſtando in iure naturali nō eſt Simonia vendere primogenituram, quæ naturaliter eſt pretio æſtimabilis ob multa priuilegia, vt Tiraq. *q.* 28. *&* 29. *de iure primog.* ſicuti poteſt quis vendere villam, cui adhæret ius patronatus, abſque vitio Simoniæ, & calicem ratione materiæ, & fauet *cap. qui ſtudet.* 1. *q.* 1. vbi dicitur non ſufficere adnexionem iuris ſpiritualis cum primogenitura, adhoc, vt ea vēdita dicatur vendi res ſpiritualis.

19 Et ſic facile excuſatur Iacob à culpa cooperationis in Simoniam, quia poſito, quod non ſit intrinſece ſimoniaca illa venditio, potuit bene fieri, & abſq; mala intentione ab Eſau, & ſi nō fecit, ſibi imputetur, non Iacob: ſicuti etiam excuſatur ab iniuſtitia, quia vtebatur iure ſuo, emēdo id ad quod habebat ius ex diuina promiſſione, *maior ſeruiet minori*, quamuis Eſau neſciret, nec tenebatur Iacob dare gratis pulmentum, quia Eſau non erat in neceſſitate, vt ſatis erudite Suar. *d. c.* 6.

20 Vbi *num.* 7. ait probabilem eſſe D. Thom. & communem opinionem, quod Eſau peccauerit peccato Simoniæ, præſertim ex dictis D. Paul. ad Heb. verum in hac opinione difficile poteſt oſtendi, quomodo non peccauerit Iacob, dum petijt ab Eſau venditionem rei, quam ſine Simonia facere non poterat.

21 Nec ſatisfacit Gaet. *d. q.* 100. *artic.* 4. dum ait Iacob voluiſſe vexationem redimere, quia Eſau non inferebat vexationem Iacob, dum primogenituram detinebat titulo naturali vallatam, quā neſciebat ad Iaco pertinere.

QVÆRES

An in ſtatu puræ naturæ in homine ſcilicet Deum colente, quatenus mera ratione naturali ducitur, poſſit eſſe Simonia.

22 REſpondeo affir. quia in pura natura poteſt eſſe verum Sacerdotium, & ſacrificium, quæ ſunt de lege naturæ, ſicuti eſt religio, & cultur externus Dei, vt hic ſupponimus ex materia de leg. ergo potuit eſſe Simonia, quia potuit quis vēdere Sacerdotium; nam ex ſe habet dignitatem, vt ſecundum lumen naturæ vendi non poſſit pretio, aut re, quæ temporaliter emitur, & venditur.

23 Confir. quia dignitas Sacerdotij nō eſt ſicuti dignitas ceterorum magiſtratuum; etiam ſtando in pura natura: ſed eſt ſacra, & ſic intrinſece habet fundamentum deformitatis in vēditione

Digitized by Google

tione Sacerdotij, nec obſtat *l. ſiquis* 11. *ff. de pollic.* vbi Sacerdotium æquiparatur cæteris magiſtratibus quoad venditionem, quia illi erant idololatræ, & omnem materiam Religionis politicè tractabant, & dato quod fuiſſet malum vendere Sacerdotium ob prohibitionem humanam, adhuc vẽditio fuiſſet Simonia; quia lex humana conſtituit materiam illam vt neceſſariam cultui diuino, & Religioni. ita Suar. *c.8. à nu.27.* cuius ſententiam docuit Victoria *rel. de Sim. à num.*20. Palud. 4. *d.25. q.4. num.* 25. vbi Duran. Valent. *hic pun.1. con.1.* Leſſ. *l.2. cap.34. dub.1. num.*8. Filiucc. *de Sim. c.2. à n.*20. ſequens in omnibus Suarium.

24 Verum talis Simonia ſpecie diſtingueretur ab ea, quæ apud nos cõmittitur, quia ſicuti religio infuſa, & acquiſita ſpecie differunt, ita etiam peccata contra eas ſpecie differunt, cum priuatio accipiat ſpeciem ab habitu cui opponitur, & ita etiam docet Leſſ. *l. cit.* Filiuccius, & forte omnes, qui negant fuiſſe tũc Simoniam.

25 Denique hic aduertendum contra Valen. & Vict. *loc. cit.* inter idololatras non poſſe eſſe ſimoniam in propria materia, niſi ex conſcientia erronea, quia illi putant facere cõtra Religionem, & ratio eſt, quia naturalis poteſtas eligendi veros Sacerdotes, eſt tãtum ad eligẽdos Sacerdotes veri Dei, & ſic electio Sacerdotum in cultum falſi Dei eſt irrita, atq; adeo Sacerdotium erit nullum, & fictum apud Idololatras, ſic cum Suar. *num.*27. ſentiunt Filiucc. Leſſ. ſupra, & alij, qui benè etiam notant poſſe hos Infideles committere ſimoniam circa materiam verè ſacram, vt ſi venderent Calicẽ propter conſecrationem. de qua re latius cum Suar. infra dicemus.

✝

(:✝:)(✝)(:✝:)

DISPVTATIO III.

De malitia Simoniæ contra ius diuinum naturale.

1 SVpponimus in hac diſp. ex dictis ſimoniam eſſe contra Religionẽ, & per conſequẽs ex genere ſuo mortale, & grauiſſimum peccatum, non tamen maius cæteris omnibus, vt per exagerationem loquuntur aliquãdo PP. & iura ad deterrendos homines ab hoc vitio; tam pernicioſo Eccleſiæ vnde dicitur *c. ſicut de Simonia, Simoniaca peſtis alios morbos vincit*, nempe extẽſiue, & virtute corrũpẽdi mores.

2 Nam de cætero grauiora ſunt peccata contra virtutes Theologales, & in materia religionis grauius eſt peccatum idololatriæ, quam ſimonia, & quamuis demus Ambroſio *l. 4. in luc.* grauius fuiſſe punitum Giezi propter ſimoniam, nempe lepra ipſi, & ſemini eius vſq; in ſempiternum inflicta, quã Moabitas, quibus ob idololatriã fuit dictum, vt legit Ambr. *non intrabunt in Eccleſiam vſq; in tertiam vel quartam generationem:* tamen tantum ſequitur, quod ſimonia maius afferat Reip. nocumentum: ſed re vera Moabitæ fuerunt puniti, quia noluerunt occurrere Hebreis cum pane, & aqua, & maiori pæna fuerũt puniti, nempe excluſione ab amicitia cum populo Dei in æternum, vt Deut. 23. habetur hoc poſito ex Suar. *l.4. c.* 3. Caſtropal. *hic pu.1* Filiucc. *l.c. à n.*11. & alijs.

QVÆRES I.

An Simonia poſſit eſſe veniale peccatum ob paruitatem materiæ, vel ob ignorantiam.

3 REſpondeo nunquam poſſe eſſe veniale peccatum ob paruitatẽ materiæ, ſiue eam conſideres ex parte rei, quæ venditur v. g. parum aquæ benedictæ, aut Aue Maria dicere pro vero pretio, ſiue ex parte pretij, vt ſi tan-

Digitized by Google

tantùm obulo vendatur: ob ignorantiā vero rariſſime poteſt eſt veniale.

4 Secunda hæc pars patet, quia nos loquimur de ſimonia contra Ius diuinū, circa quod vix poteſt eſſe ignorantia inuincibilis, & multo minus in ſimonia in aduertētia excuſās à mortali, cum fiat per humanam conuentionem, quæ requirit deliberationem ſufficiētem ad peccandū mortaliter.

5 Quod autem nō poſſit eſſe veniale ob paruitatem materiæ probatur quia qui minimum donum gratiæ non attribueret Deo, grauiter peccaret, ergo etiam qui minimum donum Dei vendit; nam ex hoc illud vilipendit; & ſi magno pretio venditur, & emitur, iam ex hoc videtur iniuria inferri rei ſacræ, nam vendens magnum lucrum acquirit ex abuſu rei ſacræ, & emens ex hoc ipſo oſtendit velle gratiam Dei, & non gratis: ſi vero minimo vendatur eo magis videtur vilipendi.

6 Ex hac ratione conſtat cur in multis ſacrilegijs poſſit eſſe pecato ven. ex parte materiæ, & non in ſimonia, quia nimirum in Simonia facto ipſo aſſeritur res ſacra eſſe pretio æſtimabilis, quod eſt veluti quædā blaſphemia, in qua ſupra diximus non eſſe p. v. ex paruitate materiæ. ita Suar. *d.c.3.à n.4.* cui addo Nauarr. *l.5.conſ.in nou.edit.tit.de Sim.conſ.52.nu.3.* Vgol. *hic.tab.1.c.17.nu.3.* Sanch. *l.1.c.4.nu.1.* Caſtrop. *pu.1.n.7.* Meroll. *t.1.diſ.2.c.4. diff.1.n.113.* Laym. *l.4.tra.10.c.8.nu.4.* Baldell. *Theol.mor.lib.13. diſ. 14.num. 12.* Homobo. *vol. 2. conſ. moral. p. 5. reſp.139.* Mar. Vidal. *tit. de Simon.Inquiſit. 2. num.4.* & alij.

At Diana *par. 4. tra.5. de paru.mat. reſ.2.* affert Molinam *to. 1. tr 2.diſ.92. n.5.* Reginal. & Gordonum putantes dari paruitatem materię, & in fine ait à Meroll. *l.cit.n.116.* paruitatem materiæ excuſantem à mortali in ſimonia, remitti arbitrio prudentis. quod non eſt verum; nam Merolla *poſt. num. 116.* ſtatim addit. *Cæterum neq: hæc ſententia omnino ſatisfacit.*

QVÆRES II.

An ex diſpenſatione Dei poſſit venditio rei ſpiritualis non eſſe Simonia.

7 Dico primo. ſi materia ſimoniæ remaneat cum ijſdem circumſtantijs, quas nunc habet v.g. quod ſit res ſpiritualis data nobis à Deo gratis, vel ad eius cultum, vel ad animæ profectum exhibitum. neque de potentia Dei abſoluta poteſt eius venditio non eſſe ſimonia: nam actus vēdendi res ſacras, & ſpirituales pro vt nunc dantur non eſt malus, quia prohibitus: ſed de ſe eſt talis: ergo non poteſt per ſolam extrinſecam voluntatem Dei, & per diſpenſationem ab eo, ſeparari talis malitia.

8 Dico ſecundo licet non implicet Deum poſſe cōcedere dona ſpiritualia, & gratias gratis datas, vel transferendo abſolute dominium in creaturas, vel dando facultatem, vt ad libitum illa poſſint vendere ob temporale lucrum, cum nulla appareat implicantia; nam tunc nō æſtimaretur res ſpiritualis pecunia, ac ſi non plus valeret, (hoc enim contineret intrinſece mendacium,) & tunc non eſſet ſimonia talium rerum vēditio, tamen ſimpliciter loquendo talia dona ſecum afferunt obligationem ne vendantur, & ſi omnino ordinentur ad animæ ſalutē, vt poteſtas remittendi peccata, alienum videtur à ſapientia Diuina illa ad quæſtum tam libera licentia vendendi hominibus concedere. hæc omnia Suar. *d.c.3.à n.12.* hic.

QVÆRES III.

An Simonia ſit peccatum etiam contra Iuſtitiam.

9 Reſpōdeo cum diſtinctione quoties venditur res ſacra pluris, quam valet ratione materiæ artificij &c. ob illam ſpiritualitatem adnexam, toties peccatum ſimoniæ eſt etiam

etiam contra Iuſtitiam, & accipiens tenetur ad reſtitutionem, vt ſi calix aureus valeat centum, & tu ratione conſecrationis vis vendere centum, & viginti: vltra ſimoniam committis iniuſtitiam, & teneris ad reſtitutionem 20. ratio eſt, quia res ſpiritualis, vt ſic inuendibilis eſt pretio temporali; nec materia licet creſcat in quadam dignitate ratione ſpiritualitatis v.g. conſecrationis, creſcit quoad valorem, iuxta chriſtianorum rectum iudicium.

10 At ſi res ſpiritualis pluris vendatur ex eo, quod quis priuat ſe aliquo cōmodo, non eſt iniuſtitia, & vendens quamuis ſit ſimoniacus; tamen non tenetur ad reſtitutionem. ita Suar. *c.*4. ſequitur Caſtrop. *hic p.*1. *n.*5. qui licet conetur nouam afferre diſtinctionē; re tamen vera idem dicit, quod Suar. Filiucc. *hic cap.*1. *à n.*16. Laym. *de Sim.* §.1. *à num.*5.

11 Vnde infertur, quod licet ſemper in ſimonia tam ex parte vendentis, quam ex parte ementis, ſit iniuſtitia reſpectu Dei, quia ille vendit rem inuito Domino, & hic emit etiam cōtra eius voluntatem, qui non vult vt habeatur pretio tēporali; tamē hæc non eſt niſi malitia contra religionē, propria vero iniuſtitia, de qua loquimur nō ſemper inuenitur in peccato ſimoniæ, vt patet ex dictis ſaltem in emente, qui non facit iniuriam vendenti, dando pretium iuxta conuentionem. vide Suar. & cit. DD.

12 Hic aduerto probabile eſſe in ſimonia numquam committi peccatum cōtra iuſtitiam, niſi forte aliunde ponatur inæqualitas v. g. quia tenetur quis gratis ex officio Sacramēta adminiſtrare, & vult pretium; ratio eſt, quia quando dicitur, quod res ſpiritualis ſit inuendibilis, eſt per exceſſum, id eſt quia ſuperat omne pretium temporale, & ſic vendens non facit iniuriam ementi vendendo rem dignam, ſicuti ſi vellet ſuam famam vendere, atq; adeo optime Suar. *nu.*7. ait ſuam ſententiam eſſe probabiliorem, indicans hanc probabilē, quam ego puto tutiſſimam ex Nauarr. *c.*33. *num.*103. Caet. *v. Sim. cap.*3. Victoria *de Sim. p.*2. *num.*4. & ſic ſecluſo iure poſitiuo nō tenetur ad reſtitutionē, ſed de hac re infra *à diſp.*41.

DISPVTATIO IV.

Quo pacto ex ſolo iure Eccleſiaſtico poſſit eſſe peccatum vera Simoniæ.

SVppono hic dari verā ſimoniam ex ſolo Iure poſitiuo, ex dictis *diſp.*2. initio, eamq; eſſe propriam ſolius legis gratiæ, & in eadem ſpecie cum ſimonia Iure Diuino, atq; adeo iuxta dicta *diſp. præc.* de eius malitia eſſe diſcurrendum vt notat Suar. *c.*7. *fine.* & ad propoſitam difficultatem.

1 Reſp. tribus modis id fieri poſſe. 1. ex parte actionis circa rem ſacram, nam poteſt Eccleſia prohibere actionem, quæ vere non ſit venditio, aut emptio ob reuerentiam rei ſacræ, & intuitu Religionis, & tunc illa actio, quæ iure naturæ circa res ſacras erat licita, incipit eſſe illicita ex ſola Eccleſiæ prohibitione, & quia talis prohibitio eſt intuitu Religionis, & ita prohibetur, ac ſi eſſet vera venditio, vt omnis malitia ſimoniæ à re ſacra abeſſet; iam eſt mala, & ſimonia vt eſt v.g. compoſitio litis beneficialis, de qua infra.

2 Secundo ex parte rei, vt ſi Eccleſia prohibeat eodem fine veram venditionem rei non ita ſacræ, vt venditio eius eſſet ex natura ſua cōtra religionem v. g. venditio officij Theſaurarij Eccleſiæ.

3 Tertio ex parte pretij, vt ſi Eccleſia prohibeat id, quod vere pretium temporale non eſt, ac per conſequens iure naturali diuino non eſt contra Religionem rei ſacræ, idq; apparet in prohibitione permutationis beneficiorum, de qua infra.

4 Ex his patet non ideo dici ſimoniam iure eccleſiaſtico, quia res ſacra habet ſuam conſecrationem, ſeu ſpiritualitatem ab Eccleſia, vt putauit Maior 4. *d.*25. *q.*3. Palud. *ad.*2. Duran. & alij.

Digitized by Google

& alij. quia harum rerum venditio eſt ſimonia Iure Diuino, vt vendere aquam benedictam, quæ tamen Eccleſiæ benedictione habet ſuum eſſe ſacrum; ſed ideo dicitur ſimonia de iure poſitiuo, quia immediate habet malitiam illam ex vi prohibitionis Eccleſiæ, quæ vt *diſp*. 2. initio diximus habet vim prohibendi aliqua, vt neceſſaria ad ſeruandum medium debitum ad cultum rei ſacræ, nec tunc immutat rerum naturas, niſi quo ad eſſe morale, vt facile colligi poteſt ex Trid. *ſeſſ*. 24. *cap*. 18. *de ref*. vbi loquens examinatoribus ad beneficia ait, ne accipiant munera, nec ante, nec poſt examen, *alioquin ſimoniæ vitium, tam ipſi, quam alij dantes incurrunt:* quod de ſola pœna commode explicari nõ poteſt. Hæc Suarius *cap*. 7. *lib*. 4. hìc, & ſupponunt Ioann. Beetz *de decem præcep. dec. circa* 7. *præc*. Sanchez *l*. 2. *conſ. mor. cap*. 3. *dub*. 2. & alij.

5 Patet 2. committentem ſimoniam de iure eccleſiaſtico prohibitam non peccare contra obedientiam formaliter, niſi faciat ex formali cõtemptu legis, alias ſufficeret in confeſſione dicere, feci in obedientiam in re graui, abſq; eo quod dicatur feci ſimoniam talem, quod eſt contra praxim Eccleſiæ, & S. Tho. 2. 2. *q*. 104. *ar*. 2. *ad*, dum ait, ea quæ ſunt mala, quia prohibita, non pertinere ad aliquam virtutem præter obedientiam intelligi poteſt, quo ad neceſſitatem, quia ſc. id, quod præcipitur, nõ debet ad aliã virtutem: ſed poteſt ſecundum ſe, ad nullam pertinere, vt cum præcipitur res, quæ erat indifferens; non autem quãdo materia precepti pertinet ad ſpecialem virtutem, vt eſt in caſu noſtro, ſaltem poſt Eccleſiæ præceptum. atq; ex his ſoluta manent argumenta Durandi, vt bene notat Suarius. *l. cit*.

(;+:)(:+:)

DISPVTATIO V.

Explicatur an emptio, & venditio alicuius doni ſpiritualis mere naturalis poſſit eſſe Simonia.

1 DOnum ſpirituale mere naturale appello cum Suar. *c*. 8. *n*. 4. & 7. bona intellectualia, quæ ſc. perficiunt intellectum, & per ſe non ordinantur ad mores, vt ſcientia, vel ea, quæ perficiunt etiam voluntatem in ordine ad virtutes morales verſantes preciſe circa obiecta, & perſonas creatas, ad differentiam bonorum naturalium corporalium, vt ſunt diuitiæ & c. quæ abſq; dubio ſine ſimonia vendi poſſunt, & bonorum naturalium perficientium intellectum, & voluntatem in ordine ad Deum, vt naturaliter cognoſcibilem. de quibus dixi *diſ*. 2. *à num*. 22.

2 Dicendum eſt non poſſe eſſe ſimoniam in vẽditione prædictorum donorum naturalium ſpiritualiũ; ratio eſt, quia ſimonia eſt peccatum cõtra Religionem, vt omnes fatentur, ſed in venditione talium donorum naturalium, nõ poteſt peccari contra Religionem ergo. Min. patet. quia venditio v. g. ſcientiæ non poteſt fieri, niſi vel quatenus in opus externum prodit ad alterius vtilitatem, v. g. ad docendum, vel vendendo, veluti totam ſcientiam, ita vt vendens teneatur ad nutum emptoris ſuam ſcientiam docere, vel ab ea docenda abſtinere, & idem dicas de bonis moralibus perficientibus etiam voluntatem, quia certum eſt nõ poſſe vendi, vt ſunt habitus mentis, nec iure, nec de facto, cũ habitus mentis, aut voluntatis, vel actus illius non poſſint de vno in aliũ transferri, ſed in hac re nil eſt contra cultum Diuinum, vt de ſe patet; nam licet in Metaphyſica Deus ſit obiectum, tamen eſt ſolum, vt ſpeculatiue cognoſcendus, neq; hæc dona ſunt à Spiritu S. niſi vt auctore naturæ. ita ex D. Thom. 2. 2. *q*. 71. *ar*. 4. *ad* 2. Caet. *q*. 100. *ar*. 3. Riccar. *in* 4. *d*. 25. *ar*. 3. *q*. 2. Palud.

Digitized by Google

Palud.*q.*5.Durand.*q.*3.Nauar. & alijs commun. docet Suar. *l.4.hic c.8.n.8.* & 20.ac omnes Recent.ſupponunt.

3 Atq; hæc ratio probat non eſſe ſimoniam, etiam ſi quis intendat vendere veritatem ipſam, quia illa veritas non eſt ordinata per ſe ad cultum Dei,aut vellet accipere pretiũ adhoc vt abſtineat à lectione in die feſto etiam ad colendum Deum, & non ob ſolam recreationem,cum illa ceſſatio à docendo nõ ſit ratione ſui religioſa,ſed indifferens,nec ſit ſacra ex priuata intẽtione. vt bene Suar.*d.c.8.* *n.*18. Ang. *v.Magiſter num.*14.

4 Similiter ſi Iudex vẽdat iuſtitiam, aut teſtis nolit deponere, niſi data ſibi pecunia; vel ſi quis det alteri pecuniam, vt opus bonum omittat, vel ne alteri benefaciat, & contra, ne faciat aliquod peccatũ v.g. inebrietur, aut malum alteri, aut ad virtutem moralem hortetur, aut conſilium in cõſcientia tantum,quoad naturalem honeſtatem, tribuat; aut ſi opus miſericordię eo modo, quo poteſt vẽdi, cum omnibus circumſtantijs ad virtutem talis operis requiſitis, ob pretium faciat, non cõmittit ſimoniam, quia omnia hæc continentur in latitudine materię naturalis,& mere humanæ. Vide Suar.hìc *à nu.*21.quem ſequitur Lezana *v.ſimonia n.*10.

5 Idem deniq; dicas de eo,qui daret licentiam docendi,nõ enim cõmittit vllam ſimoniam,quando illa licẽtia, vt ſuppono, non pendet à poteſtate ſpirituali,vt talis eſt.ita Hoſtieſ.*d.c.*1. *de magiſtr.*& alij cum Suar.*n.*19.*d.c.*8. vnde bene aduertit Lezana *l.cit.n.*11. eſſe ſimoniam in Prælatis Regularibus dare talem licentiam media pecunia; quia datur ex vi iuriſditionis, quam habent in ſubditos, quæ ſpiritualis eſt. neq; videtur hìc habere locum diſtinctio illa,quod hi actus verſentur circa materiam honeſtam humanam, & ſic ſunt mere politici, vt eſſet v.g.prouidere de hac cathedra, conuentu &c. nam cum ſint in Prælatis Relig. & in ordine ad ſubditos dirigendos ad viam perfectionis,ſunt valde eleuati. vide *diſ.* 15. *num.* 10.

Quid autem dicẽdum ſit de functionibus doctrinæ ſupernaturalis dicemus *diſput.* 13.

QVÆRES I.

*An ſaltem ſit aliquod peccatum pro prædictis functionibus v. g. docere, conſulere &c. à nu.*1. *recenſitis pecuniam accipere.*

6 Reſpon. per ſe non eſt peccatum, etiam ſi quis intẽdat per ignorantiam vendere ipſam veritatem, aut augeat pretium, vel propter nobilitatem doctrinæ, vel propter magiſtri excellentiam, quamuis nullus ſit labor, nec in dicẽda, nec in acquirenda ſcientia,ſed à Deo fuiſſet infuſa miraculoſe tãtùm ad naturalem cognitionem, & ratio eſt quia hæc omnia ſunt pretio æſtimabilia, vtpote actiones mere naturales, quia ſunt à Spiritu S. vt auctore naturæ, nec valor rei ſemper attenditur ex modo, quo comparata eſt,vel ex labore.quo ſit;ſed ex ſe, & circumſtantijs iuxta communem æſtimationem.

7 Quid ſi *ex Prou.* 3. ſcientia dicatur auro pretioſior, (& idem poteſt dici de honeſtate morali) non eſt quia cooperatio ad illam non poſſit habere æſtimationem, ſed quia melius eſt habere ſcientiam, & honeſtatem, quam pecuniam,& *ca.*23.vbi dicitur, *noli vendere ſapientiam*, intelligi poteſt metaphoricè. ideſt noli contemnere, vel ex conſilio, da liberaliter ſcientiam, at vt acquiras, ne parcas ſũptibus,vt ibi additur, *veritatẽ eme.*

8 Nec ex noſtra ſententia ſequitur poſſe beatitudinem naturalem comparari pecunia, quia conſiſtit in propria hominis operatiõe, ſed ſolum, quod licite poteſt emi ſubſidium ad illam acquirendam.Hæc Suar. *d. c.*8. cuius doctrinam omnes fere ſupponunt ex RR. vide Laym. *de Sim.* 4. *à num.*29.vbi citat Suarium,& alios.

Explicatur vnde nam poſſit eſſe peccatum prædicta facere ob pretium.

9 DIxi per ſe non eſſe peccatum vẽdere ſciẽtiam &c. quia ex alijs circumſtantijs poteſt eſſe, vel contra charitatem, vt ſi in graui neceſſitate, aut paupertate nollet quis proximũ iuuare, vel cõſolari, aut exhortari, niſi pretio accepto: vel contra iuſtitiam legalem, vt ſi lex prohibeat aliqua vendere, vel contra commutatiuam, vt ſi accipiat pretium duplicatum, vel mai' eo, quod ſpectatis omnibus debetur, iniuſtitiam committit, & ſic S.Th. 2.2.*q*.100.*ar*.3. merito dicit vẽdentem veritatem grauiter peccare, quia nimirum duplicatum pretium accipit, nam prout eſt in mente magiſtri, vel diſcipuli non poteſt vendi, pro vt eſt in verbis magiſtri obiectiuę reſpectu addiſcentis non eſt ab ipſa doctrina diſtincta, quia qui tenetur docere, debet dicere veritatem. vt docet Suar. cum alijs infra.

10 Similiter ſi Doctor haberet dignũ ſtipendium, vt omnes tam nobiles, quam ignobiles &c. doceret, & ille exigeret pretium ab aliquibus vltra dignum ſalarium, peccaret contra iuſtitiam, vt docet *Panor. cap.* 1. *de Magiſtr.* vel ſi Magiſtratus, aut Prælatus nollet idoneo dare licentiam docendi, niſi pecunia accepta quot annis, tenetur illi reſtituere, à quo accipit. ſi vero ille nõ eſt idoneus debet reſtituere pretium Reip. dando pauperibus, vt ſatisfiat illi, cui facta eſt iniuria. vt probabiliter docet Angel. *v. Magiſter.* cum Suar. *d. cap.* 8. quem expreſſe ſequitur in omnibus Fliucçius *hic*.

DISPVTATIO VI.

An ſit Simonia vendere ſpiritualia in ſe, ſeu per eſſentiam.

TRiplici modo poſſunt eſſe ſpiritualia, ſc. in ſe, vt ſunt gratia ſanctificans, dona Spiritus Sancti, virtutes infuſæ, character, gratię gratis datę, & gratia vnionis hypoſtaticę. ſecundo ex parte cauſæ, quia ſc. cauſant gratiam &c. vt ſunt Sacramẽta, ad quę ſacramentalia, & ſimilia reducuntur, vel tertio ex parte effectus, quia ſcilicet proximè, & immediatè à cauſa ſupernaturali oriuntur, vel ad aliquid ſupernaturale ordinãtur, vt actus prophetandi. Vbi aduerte id, quod eſt vno modo ſupernaturale, eſſe etiam vt plurimũ a lijs modis: ſed denominatur ab eo, quod precipuum eſſe videtur. In hac igitur diſp. de rebus ſupernaturalibus primo modo agendo.

1 Dicendum eſt ſupernaturalia per eſſentiam, vt eſt gratia ſanctificãs &c. excepta gratia vnionis, poſſe eſſe materiam ſimoniæ, & ſic illa vendẽs erit ſimoniacus. Ratio eſt, quia gratia habitualis, (& idem dicas de alijs per eſſentiam ſupernaturalibus) eſt de facto vendibilis: ergo eſt materia ſimoniæ: Conſequentia eſt manifeſta, quia ſi non poſſet de facto vendi, non poſſet haberi ſtudioſa voluntas emendi &c. ſed tantum quidam affectus ſimplex, qualis poſſet eſſe circa venditionem Angeli, qui tamen non poſſet ex hoc dici materia ſimoniæ.

2 Prob. antec. quia poteſt vendi cum ſuo ſubiecto transferendo in aliũ poſſeſſionem, v.g. vendẽdo Sacerdotem ratione Sacerdotij, vel hominẽ Chriſtianum carius, quia Chriſtianus eſt, vel bonus & Deo magis gratus: (nam licitè vendi poteſt ſeruus Chriſtianus carius ex eo, quia bonus eſt, & per cõſequens ad ſeruiendum fidelior &c.) & hoc ſufficit ad hoc vt gratia dicatur vendibilis, quia cum ſit accidens, ſatis eſt ſi ſit pretio æſtimabilis, pro vt afficit ſubiectum.

3 Nihilominus addo poſſe etiam de facto vendi ipſam gratiam ſecundum ſe, licet non vendatur, niſi vt terminus actionis, quæ ſit aliquo modo in poteſtate vendentis, vt cum Sacerdos dat abſolutionem pro pretio; nam quantum eſt ex ſe vendit gratiam Sacramentalẽ; quia id, quod principaliter

ter emitur,non eſt actio illa:ſed effectus,nempe gratia.

4 Immo ipſimet actus gratiç interni, & ſpirituales ſunt vendibiles de facto, vel quatenus pro pretio quis det alteri ſuum actum ſupernaturalem pro ſatisfactione, vel merito de congruo, vel quatenus cooperatur ad fidem alterius, vel alios actus exercendos; nam talis cooperatio eſt pretio æſtimabilis ratione illius effectus,atq; adeo res ſpirituales per eſſentiam eſſe materiam ſimoniæ.ſumitur ex S.Th: *q.*100.2.2.*ar.*2.Palud.4.*d.*25.*q.*5. *n.*15. Vgol.*de Simon.tab.*1.*c.*95.& poſt Suarez hic *c.*9.tradunt Filiuccius hic *c.* 2. *num.*23.Caſtropal.*pun.*7.*nu.* 1. Vidal. *tit.de Simonia inquiſ.*2.*n.*5.

5 Contra Ang.*Sim.*1.*num.*1. Tabien. *nu.*7.Sotum *l.*9.*q.*6.*ar.*6.& alios apud cit.DD.putantes hanc non poſſe eſſe materiã ſimoniç.quia *c.Saluator.*19. 3 dicitur Apoſtolos ſciuiſſe non poſſe fieri emptionem Spiritus Sancti: Sed iſti Doctores cum iuribus, quæ allegant, intelligendi ſunt, quod poſita venditione, & vera conuentione partium,adhuc non datur gratia,& Spiritus Sanctus ex vi talis venditionis; ſed ex vi ſuç promiſſionis, & inſtitutionis.

Probatur gratiam vnionis non eſſe materiam Simoniæ.

6 DIxi num.1.excepta gratia vnionis,cętera eſſe materiam ſimoniç,quia ea inuendibilis eſt,etiam de facto;& licet vendi poſſet, non eſt ex rebus creatis,vnde nec vẽditionis,nec propria ſimonię materia eſſe poteſt, quę tãtum circa res creatas verſatur, impoſsibile .n. eſt, vt quis cognoſcat aliquem eſſe Deum,& velit illum vẽdere pretio temporali.

7 Vnde Iudas proprie Simoniacus non fuit, tum quia nõ vendidit Chriſtum, cogitans de eius ſpiritualitate, quam dum non aduertit, non potuit ſimoniam committere : tum quia iniuria contra Chriſtum eſt altioris ordinis, quam ſimonia, quod ſi *cap. eos qui.* 1.*q.*1.quod eſt ex Taraſio, & *cap.qui ſtudet* ibid.quod dicitur eſſe Nazianz, & alij Patres dicant Iudæ comparari Simoniacos,id dicunt per quamdam Analogiam, ſeu proportionem, ita omnes fere DD. ſupponunt,dum Simonem primum Simoniacum appellant.& Sotus *q.* 5.*ar.*1. qui tamen minus efficaciter ait, Iudam non fuiſſe Simoniacum, quia Chriſtum vendidit ad perimendum; nam poſita materia apta ad ſimoniam, & venditione,ea committitur, quamuis non fiat venditio ad vtilitatem alterius, vt ſi vendam Euchariſtiam,adhoc vt comburatur. vide Suar.*l.*4.*hic cap.*9.

DISPVTATIO VII.

Explicatur malitia Simoniæ in venditione Sacramentorum,& ſacrificij.

QVÆRES I.

An vẽdere Euchariſtiã, & ſacrificium ſit propriè Simonia?

1 REſpon. affirm. quia ſi conſideretur,vt venditio Sacramenti ſenſibilis, res maxime ſacra pretio temporali cõmutatur, & ſic eſt proprijſſimè ſimonia, licet poſſit aliam malitiam habere, vt ſi vendatur ad prauos fines v.g. ad magicos vſus, tum etiam erit ſacrilegium horrendum. Si vero conſideretur quatenus continetur ibi Chriſtus Dominus, vendere Euchariſtiam eſt etiam horrenda Irreligioſitas, vt de peccato Iudæ Chriſtũ vendẽtis diximus diſp. præc.

2 Et idem dicam de ſacrificio,nimirum eſſe materiam ſimoniæ, ſi vẽdatur præſertim in lege noua,in qua ſacrificium,& Sacramentum coincidũt in eamdem rem; nam Sacramentum Euchariſtiæ conficitur ſacrificãdo, & res oblata eſt Sacramẽtũ in facto eſſe.

3 Materia vero remota Sacramenti v.g.panis;(nam de proxima,quæ ſunt ſpecies conſecratæ dictum eſt,)poteſt

ſine vitio ſimoniæ vẽdi; etiam ſi quis illum petat ad conſecrandum. Immo etiam poſt conſecrationem ſecluſo ſcandalo (vt ſi nõ ſtatim petatur poſt communionem, & à ſingulis; ſed à communitate) poteſt exigi pretium pro expenſis in hoſtijs conficiendis, at non poteſt haberi reſpectus ad valorem panis ante cõſecrationem, quia iam non poteſt habere proprium, & antiquum vſum: niſi per accidẽs. Sumuntur enim per ſe ad ſpirituale nutritionem. eſt communis omnium DD. & Suarez hic *l.4.c.10.*

Ex qua Doctrina mihi videor bene his diebus reſpondiſſe ad quæſt. propoſitam à quodam Religioſo ſatis pio ac docto; nimirum, an frangeret ieiunium, qui data opera ad famẽ ſatiandam integrum panem conſecratum ſumeret præſertim extra ſacrificium. reſpondi affirmatiue; quia licet panis ille cõſecratus iam per ſe ſumatur ad ſpiritualem nutritionem; tamen parit eoſdem effectus, quos ante conſecrationẽ, & per accidẽs poteſt ſumi ad alium effectum puta ad nutritionẽ, & ſicuti peccaret, qui tãtam vini conſecrati quantitatem ſumeret, ex qua cognoſceret ſe in ebriari: ita iſte peccabit contra præceptum ieiunãdi. dixi ſi data opera; nam ſi id bona fide faceret, & ex deuotione dum ſacrum dicit; excuſaretur à mortali ob ignorãtiam; at ex obiecto peccabit grauiter, quia debet ſe conformare Eccleſię ſuæ ritui, ſiue ſit Græcus, ſiue Latinus.

QVÆRES II.

An cætera Sacramenta, & eorum materia proxima vendi poſſint ſine Simonia.

4 Dico 1. Sacramenta omnia non poſſunt ſine ſimonia Iuris Diuini emi, aut vendi: ratio eſt, quia à Chriſto Domino ſunt gratis inſtituta ad ſpiritualem vtilitatem: ergo illa vẽdere eſt ex natura ſua ſimonia, vt ex dictis patet. ita omnes tam Theologi, quam Canoniſtæ citati, & citandi cum Suar. *d.cap.10.num.5. lib.4. hic.*

Immo poteſt eſſe etiam aliud peccatum, vel iniuſtitiæ, quando tenetur, quis ea adminiſtrare: vel ſcandali, cum pauperes minus illa frequentẽt, ne pecuniam ſoluant, ex *cap. relatum 10. quæſt.3.*

5 Dico 2. vendere materiam proximam ſacramẽti, quæ eſt actio aliqua humana, vt in Baptiſmate ablutio, & prolatio verborum. (nam totum hoc ſignum ſẽſibile voco materiam proximam, ad differentiam materiæ remotæ, quæ eſt aliquod elementum, vel quid materiale, v.g. aqua, oleum &c.) eſſe proprie ſimoniam, quia tota illa actio, quæ eſt materia ſacramenti proxima, eſt actus miniſterij ſpiritualis, & ſupra naturalis: ergo gratis eſt conferenda ex cõmuni Eccleſiæ traditione; nec contra hoc poteſt valere cõſuetudo, cum ob rationem dictam ſit contra ius Diuinum eam vẽdere.

6 Confirm. quia iſtæ actiones humanæ pro vt fiunt in Sacramẽtis, habent ſolum vtilitatem ſpiritualem, & cultum religioſum Dei, ergo non poſſunt pretio æſtimari, nec vt materiales ſunt; vnde bene dixit Durandus, quod eſſet ridiculum Sacramentorum vẽditionem prohibere, ſi ipſæ actiones vendi poſſent; quia cum nõ poſſint aliter vendi, quam vendendo actiones, ſemper hoc titulo poſſet colorari ſimonia in vẽditione Sacramẽtorum. ita etiam D. Th. 2.2.*q.*100. *art.*2. vbi Gaiet. Sotus, & omnes ibi. Ant. 2.*p,tit.*1.*ca.*5.§.16. Vgol. *tabul.*1. *cap.*36.*num.*2. & poſt Suar. hic omnes Recentiores, vt indubitatum ſupponunt, quid autem dicendum ſit de labore, qui ſolet eſſe, in his functionibus, infra dicam.

7 Neque ex hac doctrina excipiendum eſt matrimonium, vt perperam aliqui Canoniſtæ dixerunt, forte quia vt aduertit D. Tho. 2. 2. *q.*100. *art.*6. *ad* 2. eorum tempore non erat de fide matrimonium eſſe Sacramentum; nam vere, & proprie eſt Sacramentum, & de illo, ſicut de alijs eſt loquẽdum.

Digitized by Google

dum.ſic etiam Suarius, & DD. citan,

8 Bene verum eſt, quod cum matrimonium ſit contractus humanus, in quo commutatio rei corporalis pro corporali interuenit, non repugnat, quod aliquod pretium interueniat ad æqualitatem contractus v.g. ad compenſandam alterius ignobilitatem, deformitatem &c. quæ omnia comprehēdit D.Th.*d.ar.2.ad 6.*ſub nomine officij naturæ. ibi *pro matrimonio, vt eſt officiū naturæ licitū eſt pecuniam dare* tunc enim nec pro ipſo Sacram. nec pro materia eius proxima quatenus eleuata datur pretium: ſed quatenus eſt mere naturale; nam propriū eſt in hoc Sacramento, vt tota materia proxima ſit mere naturalis habēs ſuum finem proximum, mutuam ſcilicet obligationem, ordinatū ad quid naturale, & morale, & ſic eamdem vtilitatem habet, ac ſi non eſſet eleuata ad Sacramentum. vnde mirum nō eſt, quod prætio poſſit æſtimari, & compenſari. videte Suarez *cap.* 10. *&* 11. cum quo ſentit Caſtrop.*pu.7.nu.2,* Laymam *hic* §.4.

QVÆRES III,

An liceat dare pretium pro Sacramento recipiendo in neceſſitate.

CAſus iſte communiter ponitur à DD. pro Sacramento Baptiſmi, quādo miniſter nollet puerum morti proximum baptizare, niſi ſibi detur pecunia, qui caſus eſt extremę neceſſitatis; nam baptiſmus eſt ſimpliciter neceſſarius ad vitam æternam in infante, vel quando nollet conferre baptiſmum adulto, qui licet non ſit in extrema neceſſitate, cum poſſit per cōtritionem ſaluari; tamen eſt in graui, & fere extrema.

9 Quod autem in Baptiſmo dicunt, debet etiam intelligi de alijs Sacramentis, quādo eſſet extrema, vel grauis neceſſitas, vt ſi quis moribundus eſſet in peccato mortali, & vellet cōfiteri, vel ſi ſtatim amittat loquelam, ita vt tantum poſſit accipere extremam vnctionem, vel Euchariſtiā, quia pro quolibet Sacramento poteſt homo fieri ex attrito contritus, dum illud bona fide recipit, quod *de pœn.* docuit etiam Vgolin.*tab.1.c.6.num.7.* & de alijs poſt Suar. hic *cap. 12.nu.18.* Filiucc, de Simon.*cap.3.nu.3.* hoc poſito ad caſum.

10 Reſp. licitum eſſe dare pecuniam in prædictis caſibus tam pro paruulis, quam pro adultis, non vt prætium Sacramenti: ſed ad hoc vt remoueatur impedimentum prauæ voluntatis miniſtri; ratio eſt, quia poteſt ſeparari datio pecuniæ ab emptione tum formali, quia poteſt dans non habere talem intentionem, tum interpretatiua, quia petens Sacramentum vtitur iure, quod habet acquiſitum ex Chriſti inſtitutione, & donatione in ordine ad recipienda Sacramenta neceſſaria præſertim ad ſalutem: ergo non poteſt ſufficienter oſtendi cur non liceat ſibi, vel alteri conſulere per Sacramentū non obſtante malitia aliorum, hanc ſententiam docet Adrian. *quod.9.art.3.ad 2,conſ.3.art.* Suppl. Gabr.*4.d.25.q.2.art.7.prop.7.* Vgol. *tab. 1. c.6.num.7.* vbi citat alios, & bene dicit eſſe piam. Leſſ.*lib.2.c.35.dub.7.* Valen. *diſp.6.pun.3.:ver.quæſtio hæc propter,* & poſt Suar.*hic,d.c,12.* late probantem Filiucc. ſupra. Caſtrop.*pu.7.nu. 3. verſ. verum etiam ſi.* vbi re vera docet Suarij doctrinam. Baſil. Pont. *l. 5. de matrim.c. 13.§.6.num.321,*

11 Immo licet pecunia miniſtrum inuitare, ſi non ex auaritia: ſed ex odio, aut alio prauo fine nollet Sacramentum conferre; nam in eo caſu offerēs pecuniam petit, vt miniſter propter pecuniam remittat offēſam, vel odiū &c. quod de ſe bonum eſt, & poteſt pecunia peti; nec petitur ab illo aliquid, quod nō poteſt ſine peccato facere. ita poſt Suar. Caſtropal. *pun.7. hic numer.3.* vbi bene ait vniuerſaliter tradi à DD.

12 Sicuti etiam licet dare pecuniam Tyranno, qui Euchariſtiam retineret, vel Iudæo &c. qui vellet illam conculcare, quia tunc redimitur vexatio,

quæ

Digitized by Google

quæ ſit Sacramento, & Chriſto,& ex vſu piorum cōſtat licitum eſſe offerre pecuniam ad redimēdas reliquias ab Infidelibus,& cum Suar.hic *c.* 12. *nu.*20.docet Caſtropal. *loc. cit.* & alij ſupponunt.

Sunt tamen in hac quæſtione tres ſententiæ.

13 PRima docet nō poſſe dari pretiū nec pro baptiſmo pueri:ratio precipua eſt, quia nō poteſt dari ad redimendam vexationem, nam illa vexatio conſiſtit in iniqua negatione Baptiſmi, ergo ablatio vexationis,eſt collatio Baptiſmi: ergo redimere vexationē,eſt emereBaptiſmū.Sed hęc ratio ex dictis ſoluitur, quia non ſatis eſt ad emptionem dare pecuniam, ſed requiritur, vt detur tamquam pretium rei ſacrę.eſt D.Th.2.2.*q.*100. *ar.*2.*ad* 1.Alenſ.2.*p.q.*169.*n.*3. & aliorum,nec caret probabilitate.

14 Secunda cōcedit poſſe pro pueris, at negat pro adultis: ſed hæc ſententia non poteſt oſtendere,cur dare pecuniam pro Baptiſmo paruuli,ſit vexationē redimere, & ſic caret ſimonia; non autem datio pecuniæ pro adultis, cum tamen vtrique habeant neceſſitatē grauiſſimam. eſt Gaetan. *d.q.*100.*ar.*1.Nauarr. *d.c.*23.*num.*102. Guill.Redoan.*tr.de Simo.c.*6.*p.*1.*n.*8.

15 Tertia denique eſt Soti *lib.* 9. *de Iuſt.q.*6.*ar.*1. putantis poſſe pro paruulo dari pretium, quia in extrema neceſſitate non eſt intrinſece malum emere Sacramentum, at non poſſe pro adulto,quia in hoc non eſt extrema neceſſitas.

At hæc tertia ſententia eſt contra DD.commun.putantes etiam emere eſſe Simoniam. & ex Act. 8. deducitur, vbi Simon Magus fuit Simoniac', quia voluit emere: & poſito quod emptio Sacramenti non ſit intriſece mala,cur non licet adulto,præſertim cum hic potius videatur magnificare Sacramentum dando pecuniam, ne ſine illo moriatur.

16 Nec poteſt dici emptionem Sacramenti eſſe intrinſece malam, nec ob bonum finem fieri bonam, ſed quia poſita extrema neceſſitate mutantur circumſtantiæ ex parte materiæ:quia tunc præſumitur Dominus dediſſe facultatē hominibus, vt habeant Sacramentum eo modo, quo poſſunt habere; non inquam hoc poteſt dici, tum quia Dominus etiam in graui neceſſitate ſubueniendum voluit eo modo, quo poſſumus; tum quia non eſt neceſſe, vt detur pecunia pro pretio,vt diximus ſupra.ita Suar. *d.c.*12. *à num.*1.

QVÆRES IV.

An ſi Miniſter Sacramenti petat,vt detur pecunia in pretium illius,& faciat iurare dantem, vt omninò tali pacto det, poſſit ſine Simonia dari?

17 REſpondet in hac queſt.ſatis probabiliter Suarius *d.c.*12.*nu.*15. non poſſe dari pecuniam, ſed potius omittendum eſſe Sacramētum, quia intrinſecè malum eſt habere talem intentionem: &illam fingendo iurare,eſſet periurium:ſimulando vero ſine iuramento, eſſet mendacium pernicioſum, & ſacrilegium cōtra reuerentiam debitam Sacramento:quando verba non poſſunt in ſenſu æquiuoco proferri. vnde fatetur poſſe dari pretium æquiuocando dicendo verba æquiuoca, non autem iurando verbis ſignificantibus voluntatem emendi,dum illa non habetur.videte illum *nu.*15.& 16.

18 Nihilominus probabiliſsimū puto licitum eſſe in eo caſu iurare cum æquiuocatione tantum in mente retenta. v. g. *Iuro me non dare tibi hanc pecuniam ad redimendam vexationem, ſed in pretium Sacramenti*,& intra ſe intelligendo,*vt tu dicis peruerſe*, vel quid ſimile.

Moueor, quia in hac aſſertione iuxta loquentis intentionem,non eſt mendacium: ergo neque periurium, nec ſacrilegium, vt volebat Suarius con-

conſequentia poſito antecedēte clara eſt, & notat Layman agens de mendacio *tract*. 2. Leſſ. *lib*. 2. *cap*. 4. *dub*. 9. & paſsim alij. Antecedens probatur fuſe, & optime à Sanchez *lib*. 3. *ſum. cap*. 6. *num*. 15. & à nobis *tract*. 4. Probat etiam Nauarr. *in cap. humanæ aures* 22. *quæſt*. 5. *in quæſt*. 2. vbi oſtendunt non eſſe mendacium vti verbis ex ſe non ambiguis, ſed facientibus verum ſenſum, quamuis ex ſola additione retenta in mente id fiat: ſi ergo nō eſt periurium, nec mendacium illo modo vti, certè licebit iuramentum ex tam iuſta, & vrgenti cauſa, vt docet Sanchez *l. cit. num*. 29. cum Nauarr. ſupra, vbi ait licere quoties neceſſarium eſt, aut vtile ad ſalutem corporis, vel ad honorem familiæ, vel ad quemlibet alium virtutis actum: ergo multo magis ad ſalutem animę in tanto periculo procurandam.

19 Quod tamen eſt intelligendum dummodo id non cedat in iniuriam, & irriſionem Sacramenti, vt ſi miniſter petat me iurare coram alijs, & ego non poſſem illis manifeſtare meam bonam intentionem. Et in noſtro caſu aperte docet Valentia *diſp*. 6. *quæſt*. 16. *pun*. 3. §. *verum atque illud etiam* ibi. *quin immò quamuis is, qui infert iniuriam iureiurando attingeret redimentem ad conferendam pecuniam, vt pretium rei ſpiritualis per viam emptionis, poſſet adhuc is, qui redimit illum verbis decipere, & iurare aliam impertinentem veritatem iuxta dicta ſupra qu. de iuram. & diſp*. 5. *q*. 13. *pu*. 2. *verſ. nihilominus*. Vbi probat id, quod in anteced. ex Sanch. & Nauarr. diximus & ait, omnes fere iam concedere. Vgolin. *in tab*. 1. *c*. 6. *nu*. 8.

QVÆRES V.

An neceſſitas recipiendi viaticum homini iam cōfeſſo, vel nō habenti pecc. mor. ſit cauſa ſufficiens, adhoc vt pro illo recipiendo det pecuniam miniſtro nolenti aliter miniſtrare iuxta ſupra dicta.

20 SVarius noſter hanc quæſtionem alijs iudicandam remiſit, *d. c*. 12. *l*. 4. *nu*. 19. at ex eius rationibus bene perpenſis affirmatiuè eſt reſpondendum: tum quia probabile eſt Euchariſtiam eſſe neceſſariam neceſsitate medij in re, quando ſine peccato proprio haberi poteſt. Sed in hoc caſu poteſt pretium dari ſine peccato, habendo bonam intentionem iuxta dicta: ergo. tum quia ſicuti poſſum ob meam neceſsitatem ſpiritualem dare eleemoſynam Sacerdoti, vt Miſſam celebret, non curando de eius intentione mala, cur non poſſum dare ad recipiendum viaticum bona intentione? licet ille malā habeat; nec eius malitia debet me priuare tāto bono, ac ſpirituali refectione in tanto vitæ diſcrimine. hanc etiam poſt Suarium ſecurè amplexus eſt Filiucc. *c*. 3. *n*. 17. & alij, quod etiam intelligo etiam ſi iterum ſumendum eſſet viaticum in eadem infirmitate, quia non debet ſe priuare tanto bono, quantum affert Sacramentum illud in fine vitæ, & quamuis non ſumeretur per modum viatici cum cerimonijs ſolitis; ſed re vera infirmus eſt in mortis periculo: quia militat eadē ratio neceſsitatis.

21 De alijs vero Sacramentis nempe cōfirmatione, & extrema vnctione nō videtur eſſe eadem ratio, quando conſtaret infirmo moraliter ſe eſſe ſine peccato, & iam recepit Euchariſtiam, contra vero ſi illam nō poſſet recipere ob infirmitatem; fere eadem ratio militat: quia hoc Sacramentum magnam affert vtilitatem. ſaluo &c.

DISPVTATIO VIII.

An ſit Simonia vendere actus procedentes à poteſtate Ordinis?

1 ACtus à poteſtate ordinis procedentes, vel ſunt tales, vt ex Diuina inſtitutione requirant ordinem, vt ſunt functiones Sacramentorum, v.g. abſoluere, cōſecrare corpus Chriſti confirmare, ordinare, qui duo vltimi proprij ſunt Epiſcoporū, ac poſſunt per Pōtificem committi Sacerdoti; aut ſaltē ex inſtitutione Eccleſię, cui

Digitized by Google

cui Chriſtus commiſit poteſtatem aſsignandi miniſtros talium actionũ, vt cõſecrare Calices, altaria, templa, chriſma, & agnus Dei, veſtimenta benedicere, cineres, candelas, vel corporalia, & nuptias, aut in Baptiſmo cerimonias facere, quæ vel Epiſcoporum, vel Sacerdotum ſunt propria, & licet quando fiunt ab aliquo ex officio, requirant ordinem; poſſunt tamen veluti priuate fieri ſine ordine, vel ſaltem ſine tali ordine; vt ſunt Epiſcopo, vel Sacerdoti ſacra ſolemniter facięti miniſtrare Euangelium, vel Epiſtolam, concionem habere, & omnes actus ordinum minorum. v.g. exorcizare, fores Eccleſiæ claudere, & res ſeruare, Miſſæ Sacrificio inſeruire & c. De his igitur.

2 Dicendum eſt eſſe ſimoniam Iure Diuino pro dictis actibus quoad totum illud miniſterium, quod viſibiliter per illos exercetur, pretium dare, aut recipere. Ratio eſt, quia licet iure Canonico id prohibeatur *c. cum in Eccl. cap. tuam. ca. ad noſtram.* & alijs *de Simonia.* tamen nõ eſt malum, quia prohibitum: ſed prohibitũ, quia malum. nam hi actus, vel ſunt ſpirituales quoad effectum, cum procedant ex poteſtate ordinis, vel quoad cauſam, quia vel gratiam, vel aliquam conferunt ſpiritualitatem, & in ſe aliquo modo ſpirituales ſunt quo ad moralitatem quatenus ſunt ex inſtitutione Spiritus Sancti ſaltem mediante Eccleſia. ita commun. DD. *in* 4. *d.* 25. vbi Duran. Palud. Riccar. Argen. D. Tho. 2. 2. *q.* 110. cũ omnibus Theologis, & Canoniſtis. *cap. conſulere de Simon.* & cum Suar. *hic cap.* 13. docent omnes Recent.

3 Immo eadem ratione probatur omnes hos actus eſſe materiam ſimoniæ, quatenus poſſunt fieri à laico per Eccleſiæ commiſſionem, quare ſi laicus Miſſæ inſeruiat pro vero pretio erit ſimoniacus, quia poſito quod ſacrificio cooperatur, debet gratis, & non venali modo id munus præſtare, contra vero ſi in ſe opus ſit adeo materiale, poterit pro pretio fieri ſine ſimonia, quando non fit, prout prouenit ab ordine, vt fores claudere &c. ſicuti, & actus cantandi, qui nõ eſt actus ab ordine proueniens &c.

4 Denique ſecundum ius eccleſiaſticum manifeſtum eſt eſſe ſimoniam legere Epiſtolam pro pretio; etiam ſi legatur in choro à non ſubdiacono, quia eſt generalis prohibitio vẽdẽdi eccleſiaſtica miniſteria. videte Suar. *d. c.* 13. cum quo infra dicemus, quando, & ſub qua ratione poteſt dari pecunia pro his actibus.

DISPVTATIO IX.

De Simonia in Sacramentalibus permanentibus.

SAcramentale permanens appello rem, quæ per benedictionem cõſtituitur Sacramentalis, vt eſt Calix, aqua benedicta, & ſimiles; nam de Sacramentalibus tranſeuntibus, nempe de ipſis actionibus ex dictis *diſp. præc.* conſtat eſſe materiam ſimonię, ſiue ſint benedictiones conſtitutiuę, nempe rei ſacrę, vt appellat Gaet. 2. 2. *q.* 88. *ar.* 11. vt eſt Calicis conſecratio &c. ſiue ſint inuocatiuæ factæ ex publica auctoritate Eccleſiæ, vt nuptiarum benedictio, panis, ouorum, aut nauis, &c. quæ habent ſpecialem effectum, ſaltem per impetrationem Eccleſiæ, licet res proprie non conſecretur, nec à prophanis vſibus ſeparetur. hæc autem Sacramentalia permanentia, ſeu res ſpecialiter ab Eccleſia conſecratæ ſub illa ratione conſecrationis ſine ſimonia vendi non poſſunt, vt conſtat ex *c. ſi qui obierit* 1. *q.* 3. & ex communi DD. ſenſu. ſed.

QVÆRES I.

An res conſecratæ poſſint ſine Simonia vendi ratione materiæ, vt ſi calix cõſtans ex quatuor libris auri vendatur eo pretio, quo aurum valet, & non ob conſecrationem.

1 REſp. affirm. ſiue hę res ſint artificiales, vt vaſa, aut veſtimenta ſacra,

ſacra, ſiue naturales, vt liquores, oleũ, & chriſma &c. ſiue ratione materiæ ſint magni valoris, ſiue minimi; dummodo non vendantur carius ratione conſecrationis, aut alterius cauſæ, ex qua præbeatur ſpecimen ſimoniæ, quod vitandum eſt. ratio eſt, quia hęc ratione ſuæ ſubſtantiæ ſunt naturalia, & ſic pretio æſtimabilia, nec ratione conſecrationis amittunt valorem ſiue parum, ſiue magnum, licet nouum non acquirant. Eſt communis ſententia Theologorum, quatenus aſſerit poſſe hæc Sacramentalia ratione materiæ vendi abſque ſimonia, ita S. Th. *4. d. 2. 5. q. 3. ar. 2.* Sotus *l. 9. de iuſ. q. 6. ar. 1.* Duran. *4. d. diſ.* vbi Palud. Riccar. & alij. Gaill. Redoa. *3. p. c. 5. num. 20.* Tabien. *ver. Baptiſm. 6.* & cum Suar. hic *c. 14. num. 11.* docent Caſtrop. *pun. 8. n. 2.* Filiucc. *c. 3. an. 22.* Sanch. *l. 2. conſ. mor. c. 3. dub. 15.* contra Canoniſtas aſſerentes non poſſe vendi, niſi amiſſa conſecratione; quorum rationes infra ſoluentur ex dicendis, & contra Gaetan. *ver. Simon. Regul. 2.* aſſerentem poſſe vendi, niſi id, quod ſe tenet ex parte materiæ, ſit minus principale, quæ ſane diſtinctio non procedit; nam ſemper materia eſt, quid minus principale reſpectu ſpiritualitatis, & cur illa materia ſi ſit infima, non poteſt pretio æſtimari?

2 Hinc infero primo, quod non ſolũ Clericis, ſed etiam laicis licet abſque ſimonia, & peccato, vendere res ſacras habito reſpectu ad materiam, & ad formam, vt ſi eſſet Calix magno artificio factus, vel imago Sancti ab aliquo excellẽti artifice, quia eadem eſt ratio de opere, ac de materia; vnde ratione operis Agnus Dei vẽdi poteſt, vel alicuius laboris; nam ratione ceræ ſicuti gratis à Papa dantur, ſic etiam deberent dari; & ſolum quando res ſacra vẽditur laico ad vſus prophanos, debet prius ita frangi, vt conſecrationem amittat, aliter erit peccatum contra Religionem, cum ſit contra Canones *cap. in Sancta, & cap. veſtimenta de conſ. diſ. 1.* ita Suar. *l. cit.* cum Palud. Redoa. & alij ſupra.

Quamuis aliqui de Agnis cereis abſolute dicant vendi poſſe ratione materiæ, nam ratio Suarij, quod Papa det gratis, non obſtat quo minus ego ratione ceræ poſſem illos æſtimare, cum per illam cõſecrationem, & gratis dationem id non amittant. & ita Sanch. *l. 2. c. 43. nu. 280.* ait, Poſſe vendi ratione materiæ, & ratione laboris &c. nec à Greg. XIII. prohiberi talem vẽditionem, ſed ſimoniacam, & illos pingere; vt etiã docuerat Suarius noſter contra Valen. *hic nu. 10.*

3 Vbi quamuis Suar. non explicet, an ſit mortale, vel veniale, videtur tamen mihi dicendum ad hoc attendendam eſſe Maieſtatem rei ſacræ, & vſum: ſi enim quis vtatur Calice ad bibendum in menſa, erit certè mortale, vt ſupra, ex Suar. diximus: at ſi aqua benedicta ad potũ vtatur abſq; contemptu non videtur mortale, vel candela benedicta ad accendendam lucernam, vel ad ſtudendum, & forte nullum peccatum ſi fiat ex aliqua cauſa. ſicuti etiam obiter aduerto cũ Sanchez *ſup. nu. 29.* non peccare Laicos, nec venialiter tangentes Agnus Dei, crederem tamen eſſe mortale illos liquefacere, & candelas conficere, vel quid ſimile.

4 Infero 2. quod quamuis ſit ſimonia (iuxta Suarium, & aliquos) locum communem pro ſepulturis fidelium deſtinatum vendere, vel honoratiorem v. g. altari propinquiorem &c. quæ ſimonia reſpectu Clericorum, qui non ſunt Domini illius loci videtur ex natura rei, & reſpectu patroni habentis ſepulturam pro ſuis, ſi recipiat pecuniam in pretium, adhoc vt extraneus ibi ſepeliatur, videtur ſimonia iure tantum eccleſiaſtico. ex *cap. in eccleſiaſtico 13. quæſt. 2.* & *cap. quando de Iud. 1.* vbi Abbas *num. 10.*

Tamen licet vendere fundum ad faciendam ſepulturam, vel terram illam, & ſepulchrum ædificatum pro ſe, & ſuis vẽdere iuxta proprietatem, quia ſunt pretio æſtimabilia, nec vlla eſt eccleſiaſtica prohibitio, & ſimiliter poteſt pro pretio dari Ius perpe-

Digitized by Google

tuum ſepulturæ, vt ſi Laicus vellet Eccleſiæ onus imponere, ne ſinat alios in hac Capella ſepeliri. ita etiam Vgolin. & Suar. hic. *d. cap.* 14. *& ca.* 28. *fine.* Caſtrop. Filiucc. *loc. cit.* cum Sanchez *d. l.* 2. *conſ. cap.* 3. Bonac. *de Simon.* & alijs paſſim. vide Federic. de Senis. *conſ.* 246.

5 Qui etiam addit contra Suar. poſſe pretium accipi pro loco honoratiori, quia honor eſt quid temporale, & mihi placet, quod etiã docet Arag. 2. 2. *q.* 100. *a.* 4. *verſ. in ſolut. ad tertium;* Barboſa *coll. t.* 2. *lib.* 3. *t.* 28. *cap.* 13. *n.* 1. quem citat, & ſequitur Diana *tra.* 15. *Miſcell. reſol.* 57. Garzia *de Beneſ. t.* 1. *p.* 5. *cap.* 9. *num.* 117. vbi alios citat, & nouiſſime *tit. de Simon. Inquiſ.* 1. *n.* 78.

6 Infero 3. Eccleſiam conſecratam poſſe ratione materiæ vendi, nec obſtat *cap. ſi quis obiecerit.* 1. *quæſt.* 3. vbi Gratianus legit (*cum corporalis Eccleſia, aut Epiſcopus, aut Abbas &c.* ex quo textu inferunt Canoniſtæ non poſſe Eccleſiam vendi, nec ratione materiæ, niſi prius ſit deſtructa. non inquam obſtat, quia legendum eſt iuxta originale *Cum corporalis Eccleſiæ Epiſcopus vel Abbas &c.* & ſic dum dicitur non poſſe vendi loquitur de dignitate Epiſcopi, vel Abbatis, non de materiali Eccleſia. vnde merito D. Bonauent. *in* 4. *diſ.* 25. *dub.* 5. *circa litteram Magiſtri,* ex hoc textu docet, corporale cui adnexum eſt ſpirituale, conſequẽter vẽdi poſſe, vt ſunt res ſacræ, de quibus egimus, non autem corporale, quod adnectitur ſpirituali, vt præbenda, quæ ſupponit ſpirituale, & illi adnectitur: quam expoſitionem Suarij etiam ſequitur Caſtrop. *lo. cit. num.* 3. Nec. *cap. Saluator.* 1. *qu.* 3. vbi dicitur eſſe ſimoniam vendere eccleſiaſticam rem, eſt contra nos. non enim dicitur ab Vrbano ibi eſſe ſimoniam vendere res Eccleſiæ mobiles, ſeu immobiles, ſed loquitur de rebus Eccleſiæ quatenus poſſunt eſſe materia alicuius eccleſiaſtici officij. vt infra *diſp.* 26. dicetur. quare ſi quis res Eccleſiæ vendat inique ſacrilegus quidem erit, vel iniuſtus; non autem Simoniacus, niſi vendat rationem ſpiritualitatis, vel officia eccleſiaſtica. ita Suar. *hic cap.* 14. *& cap.* 29. *nu. vltimo* ſequitur Vidal. *l. cit. num.* 11. Qui bene infert potuiſſe eccleſiaſticum reſignantem cum licentia Papæ ſuam Eccleſiam cuidam Religioni conuenire, vt ſibi donentur mille aurei pro melioramentis factis Eccleſiæ &c. at contra non poteſt dari Ecclesia, vel calix ratione materiæ cum pacto, vt beneficium danti procuretur, quia datur temporale pro ſpirituali. sic multis allegatis Vidal. *numer.* 53.

7 Idem etiam dicendum de Chriſma, non fore nimirum ex natura rei Simoniam, si ratione materiæ, etiam poſt conſecrationem vendatur, at ex Ecclesiæ prohibitione, *ex cap. placuit.* prohibitum eſt Epiſcopis, ne quid accipiant ab Eccleſijs in quas illud diuiditur; & sic erit Simoniacus, & iniuſtus Epiſcopus, pretium accipiens, quia facta eſt prohibitio intuitu Religionis. sicuti Iure diuino inuẽdibilis eſt vlla pars Chriſmæ, vel olei, quo fit vnctio, quia vt sic eſt pars Sacramenti, & materia proxima, vt etiam docet Sot. *l.* 9. *qu.* 6. *art.* 1. *cit.* & Vidal *l. c.*

8 Infero tandem actus, ſeu vſus ſacramentalium v. g. conſecrandi non poſſe vendi, etiam ratione illius materialitatis. v. g. locutionis &c. quia materiale illud non eſt antecedenter connexum cum ſpirituali, ſed veluti concomitans, & valde intrinſecum, & per hoc etiam nec Reliquiæ Sanctorum niſi argento eſſent ornatæ, aut auro, nec libri Euangelij, aut Roſaria vendi poſſunt ratione Rei ſacræ v. g. contactus reliquiarum &c. ſed tantum quo ad materiale. hæc Suarius *d. cap.* 14.

(:+:)+(:+:)

§*§

QVÆ-

QVÆRES II.

An ſit Simonia res ſacras prædictas ratione materiæ locare, vel circa illas negotiationem facere; v.g. emere Calicem in vno loco, vt carius alibi vendatur &c.

9 RESpon. propriè non eſſe Simoniam, at erit ſacrilegiũ, & datur occaſio ad committēdam ſimoniam, niſi forte pretium accipiatur pro reparatione damni v. g. deteriorationis veſtis ſacræ, quæ pro vno tãtum actu, vel aliō cōſiderabilis nō eſt.

10 Hinc male faciunt ſacriſtæ dum pecuniam petunt, vt pretioſiora, vel mundiora veſtimenta præbeant ad vſum ſacrũ, niſi fortè id exigāt ob laborem, aut expenſas. hęc Suar. *d.c.* 14. *circa finē.* citās Vgolinũ. *c.*44.§.1.*n.*3. Sed oppoſitum de locatione, & negotiatione docet Sotus *l.*9.*d.q.*6.*a.*1. & ſeq. Sanch. *l.*2.*c.*7.*dub.*15.*num.*3. vbi abſolute videtur dicere eſſe licitum, quod eſt probabile, quia ea materia eſt omnino temporalis, & ſi non fit iniuria rei ſacræ illam vendendo ob materiam, cur fiet illam locando &c.

DISPVTATIO X.

An officia Diuina, quæ ſcilicet publicè fiunt ab Eccleſia, vt oratio in Choro, Proceſſiones, mortuorum ſuffragia, & priuatæ orationes poſſint vendi abſq; Simonia.

1 REſp. neg. quia omnia hęc verum, & ſupernaturalem Dei cultum continent, quamuis fiant à perſonis Laicis, vt à Confraternitatibus mortuum corpus ad ſepulturam comitantibus. Vnde in ſacris Canonibus *cap. in Eccleſ. cap. ſatis de Sim. & c. ad Apoſtolicam & c. ſuam.* prohibetur vēditio eccleſiaſticorum myſteriorum, qualia cenſentur Diuina Officia, & ſpecialiter venditio ſuffragiorum, cœtera vero licet expreſsè non prohibeantur, habent tamen eamdem rationem de Iure Diuino, & naturali. eſt communis omnium.

2 Licet poſſit pro his ſtipendium accipi in ſubſtētationem, vel vt eleemoſynam, vel ſponte oblatum iuxta cōſuetudinem, & modum exigendi oblationes, de quo ſupra: non tamen Pretium, quod licitè poterit accipi pro actibus funeris, qui non ſunt ſpirituales, vt pro lauando corpore, ſepeliendo &c. aut alio labore, aut pro operibus miſericordiæ: etiam ſi in gratia fiant, quia poteſt per ea proximus iuuari corporaliter, & ſic illa opera merè ſunt naturalia. In quo differat ſtipendium à pretio, infra dicemus.

3 Quod ſi à clericis, qui ex officio tenentur funeralia &c. exhibere aliquid exigitur, erit iniuſtitia, nec excuſabuntur à ſimonia ob prohibitionem Eccleſiæ intuitu Religionis factam. Hæc Suar. *cap.* 15. idem ſentit Guttier. *q. can. l.*1.*c.*29.*à nu.*15. Selua *de Beneſ.*1.*p.q.*7.*n.*56. Sanchez *l.*2.*c.*3. *dub.*13.*& dub.*6.

4 Quamuis Caſtropal. *pun.*9.*num.*2. putet eſſe tantum iniuſtitiam ſi Parochus obligatus præſtare funeralia &c. gratis, petat ſtipendiũ, citat Suar. *l. infra.c.*46.*n.*9.*& c.*47.*n.*6. ſed minus rectè, quia idem dicit, quod in hoc capite dixerat; in omnium tamen ſētentia licet pecuniā exigere pro ſepeliendo cum maiori pompa, meliori Cruce &c. Sanch. *conſ. mor. dub.*13. *l.*2. *cap.*2. Vidal. *tit. de Simo. inq.*1.*n.*83.

DISPVTATIO XI.

An ſit Simonia dare alteri pecuniam, aut donum, adhoc vt faciat aliquos actus ſpirituales ſibi tantum vtiles, v.g. vt confiteatur, ingrediatur Religionem, Baptizetur &c.

1 DIco 1. certum eſt eſſe opus meritoriũ, & charitatis remouere impedimenta operis boni v. g. vult Petrus fieri Religioſus, vel Chriſtianus, ſed habet debita, vel ſororem pauperem, & ob hoc impeditur à ſuo

bono propoſito, poſſum ego ſoluere pecuniam, & ſororem dotare, vt docet Abb. *ca. cum in Eccl. n. 7. de Sim.* vbi Felin. Archid. & alij communiter.

2 Sicut etiam licet dare pecuniam, & donum, ad hoc vt quis paulatim alliciatur ad bonum opus faciendum; etiam ſi ille aduertat eo fine ſibi donum dari, vel promitti, & vt ſit alteri gratus, vel ſpe doni opus bonum faciat, quia in hoc caſu nullum pactum interuenit, nec ratio pretij, & optima eſt intenſio. Ita ſupra cit. DD. cum Gloſſ. *cap. quam pio de Simon.* S. Thom. *2.2. q. 100. ar. 3. ad. 4.* vbi Sot. & alij, & poſt Suar. *d. c. 16.* eſt communis apud Recentiores citandos.

3 Dico ſecundo non ſolum licet dare donum, vel pecuniam de præſenti petendo à donatario vt opus bonum faciat, quod cenſentur parentes intẽdere, dum filijs veſtes &c. dant hoc pacto vt Miſſam videant &c. ſed etiã promittere ſub cõditione, ſi Religionem ingredieris v. g. dabo centum: quia hic modus donandi, vel promittendi nõ excedit liberalem donationem, ordinatam ad inclinandam voluntatem alterius, qui non contrahit vllam obligationem: ſed tantum inuitatur ad bonum, & datur illi optio an velit hoc lucrum, nec ne: ſicuti valet legatum Petro ſi fiat Religioſus. *ex c. 2. de cond. oppoſ.* vbi præcipitur ſeruari manumiſſio facta ſub hac conditione ſi religioſus fiat; ac licite poteſt fidelis petere ab infideli, vt baptizetur ſi velit ſibi matrimonio copulari: & Domin' poteſt iuſta onera imponere ſeruo, ad hoc vt vexatio det intellectũ, quia vtitur iure ſuo. ex D. Greg. *cap. qui ſincera d. 45.* & ex D. Auguſt. *in c. debet. 23. q. 4.* eſt communis doctrina, quam præter Suar. *d. c. 16.* docet Sanch. *lib. 1. de matr. diſp. 39.* Molin. *tr. 2. de iuſ. diſp. 93.* Leſſ. *lib. 2. de iuſt. dub. 12. num. 67. c. 55.*

4 Debet tamen in hoc dans attendere, ne adeo excedat in muneribus, vt alter non præſtet opus bonum, vel ob donãtis reuerẽtiã, vel animo ficto, & ob pecuniã, vt optime Suar. *n. 13. & 4.*

5 Dico 3. dare, vel promittere aliquid temporale, ſub pacto, & conditione, vt alter maneat obligatus ad faciendum opus bonum v. g. Religionem ingrediatur, baptizetur &c. non licet, & videtur eſſe ſimonia. patet ex *cap. quam pio 1. q. 2.* quod eſt Bonifacij VIII. vbi Pontifex ait ſe nunquam legiſſe Apoſtolos inuitaſſe hoc modo homines ad fidem: & ratio eſt, quia qui donum Spiritus Sancti, quale eſt talis actus pro munere facit, illud vẽdit, & qui petit, emit: ergo eſt ſimonia. eſt S. Thom. *d. ar. 3.* Gaet. Sot. Arãgon. ibi. Panor. aliosq; refert. *c. Dilectus 2. de Sim.* Ant. *2. p. t. 1. cap. 5. q. 18.* & fere communis inter antiquos DD. quos ſequitur Suarez, & poſt ipſum docet Caſtrop. *p. 9. hic. num. fin.* & Filluccius *cap. 4. num. 17.*

6 Nec dicas in caſu poſito non eſſe venditionem, quia qui facit opus nihil dat, nec emptionem, quia qui dat pecuniam nil recipit, & potius conditio hæc appoſita eſt gratuita, quia eſt in fauorem recipientis. ex Iuris Axiomate de quo Tiraquell. *l. ſi vnquam in Gloſſ. donationẽ largitas numer. 145.* non inquam hæc dicas, quia ad emptionem non eſt neceſſe, vt emens aliquid recipiat materiale: ſed ſufficit, ſi veluti emat volumtatem alterius: ſicuti frater minor dat pretium primogenito, vt religioſus fiat ad hoc, vt ipſe ſit hæres, erit emens rem ſpiritualem, & iam ſi daretur pecunia pro pretio, omnes fatentur eſſe ſimoniam: ergo ſupponũt poſſe eſſe emptionem. Illud vero axioma eſt verum quando datur optio ei cui fit promiſſio, alias non erit liberalis donatio, dabiturq; temporale pro ãctu ſpirituali, qui nõ eſt ſeparabilis ab obligatione, quę imponitur illa gratuita promiſſione. hęc Suar. *d. c. 16. lib. 84.* cuius ſententia eſt ſane optima, & probabilis.

7 Contraria tamen, quod liceat dare cum dicto pacto, & animo inducendi obligationem ad opus bonum eſt ſatis tuta; quam probaui cum Sanchez, & alijs multis *lib. 1. de matr. diſ. 39.* vnde non eſt, quod immorer, nec in refutanda

tanda ſententia Hoſt.*c.dilectus.2.de Simon.* vbi ait licitum eſſe dare pecuniam pro actibus neceſſarijs ad ſalutem,non autem pro alijs actibus,quia nulla diſparitas poteſt aſſignari.

DISPVTATIO XII.

An poſſit Religio aliquid exigere ob ingreſſum, vel profeſſionem Religioſi abſque Simonia,

LOquor in hac diſ. tam de ſuſceptione habitus ad probationem, ſeu Nouitiatum, quam de profeſſione, quia prior eſt propter ſecundum, & vtraque ordinatur ad animæ ſalutem,& iura citanda de his indifferēter loquntur.hoc poſito.

1 Dico 1. eſt ſimonia contra Ius Diuinũ recipere, ſeu exigere pecuniam in pretium ingreſſus in Religionem, quia eſt res ſpiritualis vtpotè à Spiritu Sancto proueniens, & ad finem ſpiritualem tendens. eſt communis omnium,& Suarij *lib.4.hic cap.*17.

2 Dico 2. quando Monaſterium, ſeu Religio vere eſt pauper, nulla eſt ſimonia,nec Iure Diuino,neq;humano inducta aliquid recipere, etiam cum pacto pro neceſſaria ſuſtentatione Monaſterij: & quod non ſit ſimonia Iure Diuino patet,quia recipitur pretium tantum pro re tēporali, nempe pro ſuſtentatione ingreſſuri, eſt enim onus quoddam, quod ſubſidio temporali indiget.

3 Quod autem nec ſit ſimonia iure Canonico indicta probatur, quia vel nullum eſt Ius, quod hoc prohibeat, vel abrogatum eſt conſuetudine, rationabiliter quidem inducta, cum per eam,& ſaluti animarum conſulatur,& Monaſterij indigentiæ.

4 Denique,quod poſſit talis ſubſtentatio in pactum deduci, ita vt niſi ea detur,Nouitius non admittatur:probo, quia poſito quod ſit licitum petere ſuſtentationem, & ea non data non admittere Nouitium, nō eſt malum deducere id in pactum,vt docet Gaet. Nauarr. & Sot. *lo. cit.* quidquid dicant Gloſſ.& Abb. *c.nō ſatis de Sim.*

5 Confirm. ex Trid.*ſeſſ.*25. *c.*16. *de Regul.* vbi ſicuti concedit accipere aliquid pro ſuſtentatione Nouitij, ſic etiam concedet,vt licitum pro ſuſtētatione Religioſi poſita neceſſitate Monaſterij. *& c.*3.*de Refor.*vbi ſtatuit. *ne recipiantur plures, quam poſſint ali*, ſubdit,*vel ex redditibus vel ex conſuetis eleemoſynis* inter quæ venit datio pro ſuſtentatione. Hanc docet Suar. *c.*17.Pro qua *nu.*7.citat D. Tho. *in* 4. *diſt.*25 9.3.*a.*3.Palud.ibi.Gaet.Ant.2.*p. tit.*1.*c.*5.§.18.Angel. Tabien. §.*Simon.* Sot.*lib.*6.*de Ius qu.*6.*a.*2.Gloſſ. *cap.Nō ſatis.c.quoniam.de Simon.* & alios.quibus adde Leſſ.*l.*2.*c.*73.*dub.*12.*num.*68. Caſtropal.*pu.*9.*num.*4.Greg.Lop.*l.*22. *tit.*7.*par.*1.Layman.*c.*4.*à n.* 43.

6 Dico 3. eſt ſimonia iure naturæ exigere pretium ob ingreſſum inMonaſterium opulentum:ratio eſt, quia poſita Eccleſiæ inſtitutione,vt de bonis Eccleſiæ Religioſi ſuſtententur gratis,ſicuti gratis data ſunt ea bona, ſequitur vt ingreſſuri habeāt ius quaſi in rem ad illam ſuſtentationem:ergo petere aliquid pro ſuſtentatione, eſt vendere Ius, quod illi habere debent; & ſic erit ſimonia, non ſolum quia prohibita, vt tradunt commu. DD. ſupra cit,ſed etiam per ſe ex natura rei, & eſt præterea iniuſtitia: & hoc ad ſummum probant Iura, quæ ſolent adduci, nimirũ eſſe ſimoniam petere aliquid, vel pro ipſo ingreſſu, vt diximus concl.1. vel pro ſuſtentatione,quando Monaſterium eſt opulentũ.videte Suar.cum ſupra cit.DD. hic.*& tom.*5.*de Cenſ.diſ.*22.*ſec.*5.

7 Ex dictis infertur valde reprobari prandia,diſtributiones &c.quę à monialibus exiguntur, & quaſi vi extorquentur à volentibus profeſſionem facere: & ſi exceſſus videtur ex conſuetudine inductus, poteſt tolerari, quia aliquo modo videtur ad ſuſtentationem reduci; ſicuti etiam vſus,ſi alicubi eſt, exigēdi aliquid ab ingreſſuro in Monaſterium opulētum, poteſt excuſari, quia alij pauperes ſunt

reci-

Digitized by Google

recipiendi, & vtiliores, vel quid ſimile. alias erit ſimonia. ita Suar. hic. & *de cenſ. d. diſ. 22.*

8 Contraria tamen ſententia, quod etiam Monaſterium diues poteſt licitè petere pro ſuſtētatione aliquid, eſt Soti *q. 6. ar. 2. lib. 6. de Ius.* quæ quamquam nullo modo Suario videatur probanda; probabilis tamen viſa eſt Valen. *diſp. 6. q. 16. pu. 2. ver. multo vero magis.* Arag. 2. 2. *q.* 100. *a.* 3. *pag.* 1117. Sanch. *con. moral. l. 2. ca. 2. dub. 23. nu.* 1. quia Ius et obligatio ſuſtentandi, eſt quid tēporale, & per accidens adnexum Religioni, ſicuti poteſt vir ditiſſimus dotem ab vxore petere.

Cum quo etiam addo Suario licitum eſſe pro ingreſſu ad Confraternitatē aliquid exigere. Ducor non quia non ſit Religio, vt putat Sanch. nam eſt aliquid ſpirituale, & ad cultum diuinum ordinata: ſed quia hæc dona exigūtur pro ſūptibꝰ cōfraternitatis.

9 Idem cum proportione dico eſſe dicēdum ſi detur pecunia pro ingreſſu in ordinem S. Ioannis Hieroſol. S. Iacobi. Calatrauæ &c. ſi enim detur pro pretio eſt ſimonia Iuris Diuini, vt omnes ſupponunt, qui putant eſſe vere religioſos, atque adeo idem docet Suar. de his ordinibus, quod de alijs Religioſis dixit.

Addo etiam ſi quis daret Caio pecuniam nō in pretium: ſed vt faciliter reciperetur in hos ordines; etiam ſi ea excedat laboris exiſtimationem, nec eſſe ſimoniam, nec mortale peccatum, quia datur ob illum honorē, temporalem conſequendū. vide Tānerum 2. 2. *diſ.* 5. *q.* 8. *dub.* 3. *n.* 76. quem citat, & ſequitur Diana *tr.* 2. *p.* 1 *reſ.* 64.

DISPVTATIO XIII.

An functiones doctrinæ ſupernaturalis, nempe Theologiæ ſint materia Simoniæ, ita vt pro illis pretium accipi nequeat.

1 FVnctiones doctrinæ Theologicæ ſunt tres. prima eſt inſtruere mētes diſcipulorum, veluti ſpeculatiue docendo eas concluſiones deductas per diſcurſum à principijs fidei, & veram Scripturæ Sacræ intelligentiam tradendo. ſecunda eſt dare conſilia in ordine ad conſcientiam, & ſic inſtruere mentes ad aliquod operandum, vel omittendum, eſtque veluti practica, & moralis Theologia. tertia eſt concionari, & veritatem fidei docere, ſiue Populum Chriſtianum, ſiue Infidelem.

2 Omitto hic ipſam fidem, ad quam omnes gratię ad illam propagandam reducuntur; nam certum eſt ex dictis eſſe ſimoniam ſi hæc vendantur, cum ſint ſupernaturalia; cenſetur autem vendi formaliter fides vt ſupernaturalis, ſi vendatur, quatenus procedit ex dono ſupernaturali, vt ſi Pontifex pro reſolutione alicuius puncti de fide vellet pretium, vel ſi propter excellentiam, quam habet in alio genere particulari pretio æſtimetur. his igitur ſuppoſitis ad caſum propoſitū.

3 Dico 1. poſſe abſque ſimonia pretiū accipi pro prima functione Theologiæ, quia licet ipſa doctrina Theologiæ ſit in ſe ſupernaturalis; tamen actiones Magiſtri ſunt naturales, nec illa actio docendi eſt ex parte principij ſupernaturalis, cum ad id ſufficiat peritia naturalis ex D. Thom. *quodl.* 3 *art.* 9. nec ex parte termini, quia per ſe non ordinatur ad ſalutem animæ addiſcentis, cū tantū dirigat diſcurſū.

4 Adde etiam à multis negari actus, & habitus Theologiæ ex illis generatos eſſe ſupernaturales, aut per ſe dependētes à fide, quia poſſunt eſſe in hæretico, & quamuis proprius aſſenſus Theologicus poſſit eſſe ſupernaturalis; nam poteſt eſſe certior omni aſſenſu naturali; tamen hic non poteſt haberi ex vi doctrinæ Theologicæ, cū Magiſter tantū inſtruat intellectum, & non captiuet voluntatem. Deniq; fateor aſſenſum Theologicū in viro Catholico pendere ab aſſenſu ſupernaturali principiorum fidei: vnde non poteſt eſſe in hæretico ita firmus, at ille actus Theologiæ certus erit certitudine naturali, quia nō eſt à

fide

Digitized by Google

fide, niſi vt modificata per principia naturalia, & ſic ſequetur debiliorem partem. eſt ſententia Adr. *quodl.* 9. *ar.* 1. Victor. *relect. de Simon. numer.* 6. Soti *l.* 6. *de iuſ. q.* 5. *ar.* 1. quos ſequitur Suar. *c.* 18. *num.* 7. quibus adde Caſtrop. *pun.* 10. Tolet. *l.* 5. *ſumm. c.* 88. *numer.* 3. *&* 4. Leſſ. *l.* 2. *c.* 35. *dub.* 13. *num.* 80. Sanch. *l.* 2. *conſ. mor. cap.* 1. *dub.* 5. Filiucc. *c.* 4. *n.* 2.

4 Dico ſecundo pro ſecunda functione Theol. poſſe abſque ſimonia pretium recipi fundamentum eſt, quia conſilium, quod datur in ordine ad conſcientiam eſt mere doctrinale, & quãtum eſt ex ſe ordinatur ad intellectum inſtruendum, & ſicuti publice poteſt eadem doctrina doceri, & ſcribi pretio, ſic poterit priuatim dari.

5 Suppono enim illud conſiliũ nõ eſſe exhortationem ad virtutem, vel inſtructionem ſpiritualem, quę pertineat ad diſcretionem ſpirituum, vel ad modum orandi &c. hæc enim vẽdi non poſſunt, cum ſpiritualia ſint, & ad gratias gratis datas pertineant. ita D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *ar.* 3. *ad.* 3. Nauar. *c.* 23. *num.* 100. & poſt Suar. *d. c.* 18. Caſtrop. Sanchez, & Filiucc. ſup.

6 Quæ vera ſunt; ſiue is qui docet ſit Magiſter in Theol. ſiue non, ſiue laicus ſit, ſiue Religioſus, quia ipſum magiſterium licet à Papa conferatur, eſt quid temporale, cum ordinetur ad actum temporalem, ac pro pretio ſoleat dari, nec eſt materia ſimoniæ, & dato quod eſſet ſpirituale, non tamẽ mutat naturam actus docendi, & ſic relinquit illum temporalem iuxta dicta, vt aduertit Suarius *c.* 18. *cit. n.* 15.

Ex qua Suarij doctrina infero Cõſultores Noſtræ Societatis, ſi pro ſuo voto dando pretium recipiant, non eſſe ſimoniacos, quia tantum eorum votum eſt ad inſtruendam, ſeu illuminandam mentem Superioris quoad id, quod debet facere non autem ad exhortãdum quantum eſt ex eorũ munere, vt doctus Neothericus etiã docuit.

7 Dico 3. pro tertia functione nempe pro concione, in inſtructione Cathechiſmi confirmando fidelem, vel infidelem inſtruendo, vt ad fidem conuertatur, præſertim ſi in Baptiſmo fiat, non poteſt pretium recipi abſq; ſimonia, quia eſt opus maxime ſpirituale, & Matt. 10. dicitur *Gratis accepiſtis, gratis date.* quæ verba cadunt ſupra prædicta in contextu, nempe *euntes docete &c.* & S. Auguſt. *lib. de Paſtor. cap.* 2. ait. *Non tamquam venale ſit Euangelium, vt iſtud,* (nempe ſuſtentatio) *ſit pretium eius, quod ſumũt.*

Contra vero ſi ſolum Cathechiſmus, ſeu fidei rudimenta doceantur ad memoriam iuuandam, non erit ſimonia pretium accipere, ſed iniuſtitia, quando Parochus, qui ad id tenetur ex officio illud peteret. De cõcione eſt communis DD. ſententia. de Cathechiſmo docet etiam cum Suar. Caſtrop. Filiucc. *l. c.* & antea Vgolin. *lib.* 1. *q.* 10. §. 3. *n.* 3. vbi abſolute ait non eſſe ſimoniam, pretium accipere pro doctrina Chriſtiana.

QVÆRES.

An Beneficiarius, qui habet ex beneficio obligationem docendi Theologiam, ſit Simoniacus, ſi pretium exigat.

8 RESp. eſſe quidem iniuſtum, non tamen Simoniacum, nec de Iure eccleſiaſtico, quia non conſtat talem prohibitionem eſſe, nec Iure ipſo naturæ, quia actus docendi non eſt quid ſpirituale, vt dixim', nec obſtat, quod officium docendi ſit adnexum beneficio, quia fructus præbẽdæ poſſunt etiam applicari, vt pretium rei tẽporalis. ita Suar. *d. c.* 18. Leſſ. *dub.* 13, *num.* 83. Caſtrop. *l. c.* & alij.

9 Vbi deniq; nota eſſe turpe, & iniuſtum contra prohib. *cap.* 1. *&* 2. *de Magiſtris* accipere pretium pro licẽtia docendi; non tamen eſſe ſimoniã, ſi ea licentia nõ prouenit à poteſtate ſpirituali, vt talis eſt. ita cit. DD. & vide *diſ.* 5. *num.* 9.

10 Quamuis nõ deſint, qui putent eſſe ſimoniam pretiũ accipere pro his functionibus Theolog. ita Palud. 4. *d.* 25.

Digitized by Google

d.25.q.5. Ant. *cap* 5. §.7.*num.*6. Sylu. *ver. Simonia q.* 10.& alij. ſed eorum rationibus iam ſatisfecimus ex dictis.

DISPVTATIO XIV.

An pro actibus Iuriſditionis ſpiritualis pertinentibus ad forum conſcientiæ poſſit abſque Simonia pretium exigi.

1 RESp. negat. ratio eſt, quia ſub his actibus comprehẽdimus totam curam paſtoralem, quæ reſidet in proprijs Parochis, & neceſſaria eſt ad curam animarum, ad quam etiam reducimus licentiam, quæ ab his poteſt dari circa obſeruationem feſtorum, vel ieiunij, & præſertim vſum Sacramenti Pœnitentiæ, in quo maxime iuriſditio hæc requiritur. Sed hæc omnia ſunt ſpiritualia, vt ex dictis ſatis conſtat: ergo. Hæc Suar. *c.*19. & etiam loquentes de Sacramento Pœnitentiæ docent omnes Theologi cum D.Th. 2.2.*q.*100.*ar.*2. *ad* 3. & Iuriſperiti *cap. nemo de Sim.* & Guill. Redoan. 1.*p.c.*7.*num.*1. & paſſim Recent.

2 Ad hanc iuriſditionis ſpeciem reducere poſſumus indulgentiarum conceſſiones, quia actus eius ſpectat ad conſcientiæ mundationem, quare dico eſſe ſimoniam, pro his pretium dare, vel exigere, & pro ea lucranda, cõmutatione voti &c. immò, & pro granis benedictis &c. quibus eſt Indulgentia, ratione ipſius, quia hoc eſſet vendere ſanguinem Chriſti, & ſi quando petitur ad lucrãdam Indulgentiam aliqua pecunia, ea petitur, vt eleemoſyna, nec applicatur, illam concedenti. vide Suar. *hic nu.* 9. vnde infero non eſſe ſimoniam dare Bullam Cruciatæ pro pecunia, nam illa pecunia ordinata ad bonum ſpiritualem, iã efficitur, quid ſpirituale, & ſic cõmutatur ſpirituale pro ſpirituali, ſic Bardi in Bullam, *p.*2.*tr.*1.*ſec.*1. quę ratio ingenioſa ſane eſt.

*(+)*f*(+)*

Notandum tamen eſt circa Sacramentum Pœnitentiæ.

3 PRimo committi ſimoniam non ſolum recipiẽdo pretium pro audita confeſsione, ſed etiam ſi poſt auditam confeſsionem, quis deneget abſolutionem, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè ob pretium datum ſibi ab aliquo hoc pacto, vt deneget confitenti abſolutionem, quia venditur ipſa poteſtas clauium; cuius eſt ſoluere, & ligare.

4 Secundo cõmitti ſimoniam ſi Sacerdos propter pretium abſoluat penitẽtem dignum, vel etiam indignũ, quia licet in hoc caſu non fiat Sacramentum, eſt tamen abuſus poteſtatis ſpiritualis, ſicuti ſi non habens intentionem proferret verba abſolutionis, vel ſi cum pœnitente conuenerit, vt daret abſolutionem tãtum verbo tenus ad ſatisfactionem adſtantium, nam eſſet turpe lucrum, & munus ipſum per illam pactionem vileſcit, licet non videatur propriè ſimonia, cum non vendatur aliquid ſpirituale.

5 Tertio erit ſimonia ſi pretium accipiatur pro pœnitentia imponenda, & ſimiliter ſi Confeſſarius cogat penitẽtem, vt det ſibi aliquam eleemoſynam, cum illa obligatio ſit pretio æſtimabilis. vnde cauẽdum eſt etiam à Confeſſarijs, ne dum pœnitentibus imponunt eleemoſynas pro ſatisfactione, ipſi eam recipiant, quia licet non ſit simonia, etiam ſi Cõfeſſarius oſtendat ſuum deſiderium, vt ſibi detur poteſt tamen ſcandalũ generari.

6 Quarto erit ſimonia pretium accipere pro licentia ad Confeſsiones audiendas, ſiue conferatur iuriſditio, ſiue tantum concedatur facultas audiendi confeſsiones in propria Eccleſia v.g. quod etiam peccatum pœnitens committere poteſt, ſi eligat Cõfeſſarium mediante pecunia, quia eſt actus poteſtatis ſpiritualis, & sic simoniacus eſſet Sacerdos Cõfeſſarius, ſi pretio dato vellet eligi ipſe potius in Confeſſarium, quã alius Hec Suar. *c.*19. dicẽs eſſe cõmunem doctrinam,

& D.

Digitized by Google

& D.Ant.*c.*5. §.16.*& ſum.v. Simonia.* Rodoan.1.*p.cap.*7.*num.*2. Vgol.*tab.*1. *cap.*36. §.1. ſequitur Caſtrop. *pun.*12. Sanchez *l.*2.*conſ.moral.c.*2.*dub.*7.

7 Cum quo addo nõ eſſe ſimoniam ſi Parochus dans licentiam audiendi confeſsiones v. g. vel concionandi alteri, paciſcatur de lucro, quod ratione talis muneris ſibi obueniret, vt etiã docet Pan.& Verbeſius ap. Sylu. *Sim. q.*8.*dub.*2. Caſtrop.*d.pu.*12.*num.*4. vbi citat Arag. Rodriq. nec Suarius contradicit.

8 Deniq; ſicuti eſt ſimonia pro pretio à peccatis abſoluere, ita etiam à cenſuris pro foro interno, vt omnes docent cum Suar.

9 Quæ omnia intellige quando pœnitens nõ daret pretium ad redimẽdaq; vexationem, quia iniuſtè denegatur abſolutio, & ex ea negatione damnum ſibi obueniat, tunc enim poteſt abſque vitio ſimoniæ dare pecuniam, nõ vt pretium. videtur Panor. & Ioan. Ant. *cap. ad Aures. de Sim.* & cũ Suar. hic docet Sanch. *l.c. dub.*8.*fine*; quamuis Vgolin. *tab.*1. *cap.*44.*num.*5. id neget. & Gloſſa abſolutè affirmet licitum eſſe *in d.cap. ad Aures.* quam ſequitur Caſtrop. *d.pu.*12. quod maximè procedit in abſolutione ab excõmunicatione, & cẽſuris quã doiniuſtè ea denegaretur. ita Suar. c.50.nu.53. cũ Hoſtien. *ſum. tit. de Sim.* Turrec. Hugon. *cap. nullus Epiſcopus* 1.*q.*1.

QVÆRES I.

An ſi Parochus nolit matrimonio aſsiſtere niſi detur ſibi pretium, committat Simoniam.

10 Reſp. videtur eſſe ſimonia, quia eſt actus ſui officij ſpiritualis, ſaltem, vt annexus Sacramẽto, quod in alijs duobus teſtibus nõ reperitur; quia illi tantum ſunt ratione contractus, Parochus vero videtur requiri propter ſanctitatem illius cõtractus. Sicuti etiam eſt ſimonia, ſi pretium petatur pro conceſsione licentiæ factæ alteri Sacerdoti aſsiſtendi matrimonio, quia eſt actus iuriſditionis. ita Suar. quem ſequitur Caſtrop. *num.*5. Filiucci.*t.*4. *num.*36.*fine.* ſed intellige cum limitatione poſita *num.*6.

Probabilius tamen eſt nõ eſſe ſimoniam, licet turpiſsimũ ſit, petere pretium pro aſſiſtentia matrimonio, & conceſsione licentiæ ad aſsiſtendum; quia hi nõ ſunt actus iuriſditionis, nec aſsiſtere matrimonio pertinet ad Parochum, vt Parochus eſt, ſed vt merè teſtis eſt, vt late diximus, & Sanchez *l.*3.*diſ.*21. & hanc ſententiam putat probabilem Caſtropal. Suarij enim probabiliorem appellat.

11 Idem etiam dicendum puto de denunciationibus, nimirum pro his pretium accipere, non eſſe ſimoniam. *ex Concil. Trid. ſeſſ.*24.*cap.*1. *de matr.* quia min' eſt aſsiſtere matrimonio, quam denunciationes facere ex Sãch. *diſp.*6. *num.*5. ſed aſsiſtere non eſt actus iuriſditionis, aut dare licentiam aſsiſtẽdi matrimonio, ſed nudum miniſterium, vt diximus. ergo verũ Suarius de his non eſt locutus.

DISPVTATIO XV.

De Simonia circa actus iuriſditionis Eccleſiaſticæ fori externi.

QVÆRES I.

An poſſit accipi pretium pro communicanda iuriſditione.

1 Reſp. negatiue, ſiue ſit communicatio iuriſditionis ordinariæ, quando ſc. ſimul datur beneficium, vel Epiſcopatus, ſiue iuriſditionis delegatæ cum proximè ipſa iuriſditio ordinaria alteri committitur. Ratio eſt, quia ſi iſti actus vendantur venditur ipſa iuriſditio Eccleſiaſtica, cum nil ſit vendere rem aliquam, quam vendere eius largitionem: ergo eſt ſimonia non ſolum iure Eccleſiaſtico, ſed etiam naturali *ex cap.*1.*&* 2. *Ne Prelati vices ſuas. c. ad noſtrã de Sim.* vbi Gloſ.& DD.cõm.cũ Suar.*c.*20.cit.

Digitized by Google

2 Vnde nec pro conſtituendo Vicario, aut Iudice Epiſcopi, vel Capituli Sede Vacante, etiam ad nutum amouibili, aut Parocho, vel Cappellano cui delegatur cura Parochialis, poteſt pretium ſine ſimonia interuenire, ſiue ex parte conſtituentis ipſos, ſiue ex parte eorum, qui conſtituuntur, niſi tantum ſtipendium pro ſuſtẽtatione ſuorum munerum.

3 Idem dicas de iure eligendi, conferendi, cõfirmandi electionem ad beneficia eccleſiaſtica, quia eſt in ſe ſpirituale, & ſic ſine ſimonia non poteſt vendi; nam vel transfertur ius ſpirituale ſiue in re, ſiue ad rem, de quo vide Felinum *c. cum Bertold. de ſen. & re iudic.* Hæc Suar. *cap. 20. lib. 4. de Sim.*

4 Addo his Suarij dictis non poſſe Capitulum, aut Prælatũ pro electione &c. aliquid recipere in ſuſtentationem, niſi ex antiqua conſuetudine id ſolitum ſit, in pios vſus conuerti: ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 14. de Reform.* & Sacra Congregatio Conc. interp. voluit, vt nec poſſit conſtitui, niſi de Papę licentia, vt nouiter receptus aliquid expendat pro fabrica &c. ita Garcia plures referens, 8, *p. c. 1. à n. 75.*

5 Quod ſi Papa vendat Clericatum Cameræ, ſeu Auditorum, id non facit ratione muneris vt ſic, ſed ratione lucrorum temporaliũ, quæ illis proueniunt, & cum hæc ſit ſolùm materia ſimoniæ eccleſiaſticæ propter cõnexionem lucri cum re ſpirituali, poteſt Pontifex ob iuſtam cauſam ſe ab ea eximere. vide Suar. *d. c. 20.*

QVÆRES II.

An actus iuriſditionis voluntariæ, aut contentioſæ, quatenus ad effectum ſpiritualem ordinantur, ſint materia ſimoniæ.

6 Actus iuriſditionis volũtariæ sũt ij, in quibus nulla intercedit coactio, & fiunt volẽte illo, cum quo exercentur, vt diſpenſationes, priuilegia, facultatum conceſsiones, legitimationes, licentia ſtudendi Philoſophiæ, &c. actus vero iuriſditionis cõtentioſæ, qui ſc. ſpectant ad iudicia eccleſiaſtica, vt imponere cẽſuras, aut tollere actus litium ciuilium, vel criminalium in cauſis forenſibus; quorum aliqui magis ſpirituales videtur, quia proprius ad animarum cõmodum pertinent, alij vero magis externi, & politici: de his ergo actibus quatenus ad effectum ſpiritualem ordinantur.

7 Reſp. eſſe materiam ſimoniæ non ſolum iure eccleſiaſtico, ſed etiam naturali, eritq; ſimonia pretium dare, vel recipere pro diſpenſationibus cõcedẽdis in lege eccleſiaſtica, & multo magis in voto, pro litteris dimiſſorijs, & alijs gratijs, quæ diſpenſationẽ virtute continent; pro ferenda excõmunicatione, pro interdicto &c. pro viſitatione, ſententiæ prolatione, & alijs actibus iudicij eccleſiaſtici; & quidem quod iure Eccleſiaſtico ſit ſimonia patet *ex c. ad Noſtram. c. conſule. & c. nemo Præsbiterorum de ſimon.* & in Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 5. de Reform. & ſe. 27. c. 18. c. 1. & 2. de cenſ. in 6.* & alijs iuribus generaliter prohibẽtibus, pro his pretium dari. quod autem etiam ſit ſimonia Iure Diuino naturali probatur; quia in his actibus exercetur poteſtas ſupernaturalis data à Deo gratis ad gubernandam Eccleſiam, quare tam ex parte principij, quam finis, ſunt ſpirituales: ergo inuendibiles. ita DD. comm. D. Tho. *in 4. d. 25.* vbi alij. Sotus *q. 6. ar. 2. ad 3.* Anton. *2. t. 5. §. 17.* Ang. *Simonia 3. n. 45. & 28.* Sylu. ibi. *q. 9. & 10.* Redoan. *2. p. ca. 30. num. 13. & 1. p. c. 21. n. 12.* & alij *c. nemo de ſimon. & c. cum ab omni de vit. & honeſt. Cler.* & cum Suar. *d. c. 20.* tradũt comm. R. R. Caſtrop. *p. 12. à n. 6.* Sãch. *in conſ. mo. l. 2. cap. 3. à dub. 17.* Layman *de Simon. §. 4.*

8 Verũ tamen eſt quod pro his functionibus poteſt aliquid recipi pro ſuſtentatione, quando expreſſe non eſt prohibitum iure eccleſiaſtico, & ſic facile excuſatur Stylus Curiæ Romanæ imponentis pœnam pecuniariam pro diſpenſationibus matrimonia-

ſialibus &c. quia nimirũ ea pecunia exigitur, vt ſuſtentatio ipſius Pontificis, & aliorum officialium, & ſæpe etiam applicatur fabricæ, vel operi pio. vide Redoan. *1.p.c.21.n.4. de ſim.*

9 Vnde veriſſimum puto non poſſe Epiſcopos aliquid exigere pro concedendis diſpenſationibus; quia ipſi non habent ſupremam poteſtatem diſpēſandi in iure com. iuxta quod eſt prohibitũ pro ſpiritualibus actibus aliquid recipere, & ob eam cauſam non debet facile permitti, vt pro ſalarijs officialium talia onera pecuniaria imponantur, quando Epiſcopi habent redditus ſufficiētes, niſi forte ſit aliter conſuetudo, quæ in hac parte poteſt valere cum ſit in materia eccleſiaſtica, hæc Suar. *d.c.20.* vbi cit. Nauar. *can.18. de pæn. & remi.* Tabien. *v. ſimonia n.49.* Vgol. *tab.1.c.52.nu.5.* Rodriq. *2.t.ſum.c.58.n.4.* Couarr. *c. Alma.1.p.§.11.n.10.* & vide quæ dixi ex Sanch. de hac re *l.3.diſ.10.* Sanch. *in Conſ. Mor. lo. ci. dub.19.& 20.*

QVÆRES III.

An actus iuriſditionis Eccleſiaſticæ, qui ſunt circa materiam politicam ſint materia ſimoniæ.

10 RESp. cũ diſtinctione: ſi ſint actus poteſtatis Eccleſiæ materialiter tantum, vt ſic dicam; quia ſc. Papa, vel alia perſona Eccleſiaſtica eſt Dominus temporalis, etiam aliquarum vrbium &c. & ibi ſuam iuriſditionem exercet, certũ eſt non eſſe materiam ſimoniæ, quia ſunt actus mere temporales, de quibus iam dictum eſt. Si vero ſint actus, qui per ſpiritualem poteſtatem formaliter fiunt, qui videntur proxime verſari circa res materiales, vt licentia docendi, vel ſtudēdi philoſophiæ, Canonico iuri &c. & actus cauſarum ciuiliũ in foro eccleſiaſtico, licet aliqui putent nõ eſſe materiam ſimoniæ ex ſua natura: cum hi actus videātur mere politici, & humani; tamen probabilius eſt eſſe materiam ſimoniæ Iuris Diuini, quia vſus iuriſditionis ſpiritualis de ſe ac formaliter ſpiritualis eſt, & materia pro vt eſt ſub hac iuriſditione, & pro vt ad ſpiritualem finem ordinatur, aliquo modo ſpiritualis eſt, & idem dico de iudicijs circa Clericos etiam in crimine communi cum laicis; quia immunitas cõueniens Clericis eſt ex poteſtate Eccleſiæ, & originem trahit à diuina, ergo etiam iudicia ſunt materia ſimoniæ. Ita Suarez *d. cap. 20.* citans Gloſſ. prim. *in c.2. ne Præl. vic. ſuas.* & ſequitur Filiuccius. *tract. 45. cap.20. num.11.*

DISPVTATIO XVI.

An poſſit abſq; ſimonia, vel licitè accipi pretium pro labore in adminiſtrandis Sacramentis, & alijs operibus ſpiritualibus.

1 RESp. negat. quia de natura operis laborioſi eſt, vt vel non ſit pretio æſtimabile ratione laboris; vel æſtimetur indiuiſibiliter cum ipſo labore, ita vt non ſit aſsignare pretium pro opere diſtinctum à pretio pro labore: ergo opus ſpirituale non poteſt æſtimari pretio temporali ratione laboris abſq; ſimonia, & conſequenter, nec vendi: conſequētia patet, quia cum opus ſpirituale non poſsit pretio æſtimari, vt ſupra diximus abſq; ſimonia; & labor in opere indiuiſibiliter æſtimetur cum illo, ſequitur nõ poſſe opus ipſum ſpirituale laborioſum æſtimari.

2 Antecedens probatur, quia labor in tantum eſtimatur, in quantum reddit opus æſtimabile ex ſe; nã ſi opus ex ſuo obiecto, ſeu intrinſecè eſt laborioſum, vt decem æſtimatur v.g. centum, ſi vt viginti, æſtimatur ducenta &c, contra vero parum refert, quod hic, & nunc poſſit fieri ab alio velocius, & ſine labore, & ab alio debiliori tardius, & cum maximo labore; non propterea plus æſtimabitur eo, quo valet ratione laboris, quem ex ſe requirit, vt patet ex cõm. hominũ exiſtimatione, ſicut nec merces carius

Digitized by Google

poſſunt vendi, ſolum quia vendens plus laborauit, ratione ſuæ impotentię, vel quia plus emit ab alio: ſed quia in ſe ſpectata pluris valent.

3 Confirm. ex *c. ſi quis obiecerit 1. q. 7.* vbi dicitur, *qui horum alterum vendiderit ſine quo, nec alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit*. Ita S. Thom. 4. *d.* 25. *q.* 3. *ar.* 2. *q.* 2. Caet. 2. 2. *q.* 100. *art.* 2. Sotus *l.* 9. *q.* 6. *art.* 1. Durand. 4. *d.* 25. *q.* 3. *num.* 10. Palud. *q.* 5. Victoria *de Sim. num.* 29. Abbas *c. ſuam. nu.* 4. *de Sim.* vbi Zabarell. Ant. Io. An. & alij, & ex Recent. vltra Suar. *hic c.* 21. docent. Valen. *d.* 6. *q.* 16. *p.* 2. Manuel. *c.* 58. *concl.* 5. Caſtrop. *p.* 11. *nu.* 2. Filiucc. *c.* 4. *nu.* 46. Sanchez *l.* 2. *cit. c.* 3. *dub.* 10. & 15. Guttierr. *qq. Can. cap.* 26. *num.* 12.

Obiectioni occurritur, & præcedens concluſio amplius declaratur.

4 Dices: ergo non poteſt Sacerdos pro Miſſa celebranda pecuniã accipere, cũ tamen omnes id faciant, nec poterit exigere pretium pro labore, quando ad ſacrum faciendum deberet expectare duas horas v. g. poſt meridiem, vel deberet per tria milliaria iter facere &c.

Reſp. negando ſequelas, & ad primam dico poſſe accipi pecuniam pro ſuſtentatione, quæ licitè poteſt peti, & exigi iuxta Paul. 1. *ad Tim.* 5. vocãtis hanc ſuſtentationem mercedem, & Luc. 10. ex *cap. vlt.* 21. *q.* 2. non tamen pretium, quod ſcilicet ſpectetur per commenſurationem ad opus ſpirituale, vt infra dicemus.

Ad ſecundam dico hos labores eſſe operi ſpirituali extrinſecos, & merè accidentarios, qui ſcilicet non ſolum non componunt ipſum actum intrinſecè: ſed nec moraliter ad Sacrũ Myſterium requirũtur, vt ſolet communiter ab hominibus fieri. Vnde poſſunt Sacerdotes pro extraordinarijs laboribus v. g. expectare duas horas, vel tali hora determinata, vel in tali loco, quando non ſunt ex ſuo beneficio, aut eccleſ. officio ad id obligati, pretium accipere, quia hi labores ſunt merè extrinſeci operi ſpirituali, pro vt id ſolet fieri; ſicuti licet Cãtoribus, Muſicis &c. pretium accipere, quia non exercent actionem per ſe ſpiritualẽ, & re vera officium diuinum nõ recitant, atque adeo *d. c. vlt.* 21. *q.* 2. dũ Clerici mercenarij conductitij appellantur, hi poſſent intelligi, nempe accipientes pretium ratione huius laboris extrinſeci.

5 Contra vero ſi quis eſſet ſenex, & valde laboraret in Miſſa dicenda, non poſſet plus pretij accipere ratione iſtius laboris, nec pro Miſſa cantata, aut pro ſtudio faciendo ad concionẽ (niſi promitteret extraordinarium, & non requiſitum) aut pro labore in dicendo, vel defatigatione, quæ ſequitur, quia iſti ſunt intrinſeci operi ſpirituali. ita Suar. *loc. cit.* qui ait in hoc ſenſu intelligi à multis Doctores, qui abſolutè concedunt poſſe pretium pro labore accipi, nempe pro labore extr. Adrian. *quodl.* 9. *ar.* 1. *lit.* o. Altiſid. 3. *p.* 9. *q. de Sim.* & per multi Canoniſtę.

6 Quod diximus de labore, idem dicimus de obligatione ad hæc opera facienda, ſcilicet non poſſe accipi pretium ex eo, quia aliquis obligetur ad opus ſpirituale, vt tale v. g. ad Miſſã: ſed tantum ſtipendium ſuſtentationis, quia ſpirituale miniſterium venderetur vt res vendita, vel vt ratio vẽditionis, ſecundum quas conſiderationes eſt inuendibile. Contra vero poſſe accipi pretium verum pro obligatione præſtandi opera ſpiritualia, pro vt includunt labores per accidens coniunctos; ratio eſt, quia ſicuti labores extrinſeci poſſunt vendi, ita etiam obligatio ad illos. ita Suar *d. c.* 21. cum Caſtrop. & Filiucc. Sanch. *l. c. dub.* 10. nec obſtat vſus, quod pro Miſſa cantata plus detur; nam datur nõ in pretium, nos loquimus de vero pretio.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO XVII.

De Simonia circa omiſſionem actum ſpiritualium.

QVÆRES I.

An ſit Simonia dare vel accipere pecuniam ad hoc vt abſtineat ab actu ſpirituali, qui iniuſtè, & ſacrilegè illum facturus eſt v. g. ne Simoniacè ordinet, aut ne in peccato mortali celebret.

1 DIco primo ex parte dantis pecuniam nullam committi ſimoniam, quia non eſt per ſe malum: ſed bonum; nam is non intendit niſi peccatum impedire; nec eſt iure aliquo prohibitum; nam *cap. nemo Præsb. de Simonia*, vbi tantum de hac materia tractatur, loquitur de omiſſionibus, quæ ſunt contra honeſtatem ex *cap. ſunt quidam* 1. *q.* 1. ita Suar. *c.* 22. *l.* 4. *de Simonia num.* 6. & ſupponunt omnes infra cit.

2 Dico 2. accipiens pecuniam ſi ſolũ eam accipiat, vt ab illa mala circumſtantia ceſſet v. g. à ſacrificando cum peccato, non erit ſimonia, quia tantũ vẽdit vſum ſuæ libertatis. ita Vgol. *c.* 42. Filiucc. *c.* 4. *num.* 52. cum Suar. hic cõtra Abbat. *c. cum in Eccl. de Sim. n.* 8.

3 Vtrum autẽ turpe faciat ceſſando ab illa mala circumſtantia ob pecuniam. Suar. hic non explicat; mihi tamen certum videtur non eſſe Iniuſtitiam, & conſequenter accipientem non teneri reſtituere. Addo nec eſſe peccatum, dummodo non recipiat in pretium rei ſpiritualis, cum nulla appareat inordinatio ſaltẽ grauis, præciſe ex acceptione pecuniæ, poſita ſẽtentia, quam cum Sanchez *lib.* 3. *de matr. diſp.* 39. tenuimus, de qua ſupra *diſp.* 11. *num.* 8. licet aliunde poſſet eſſe peccatum, vt ſi recipiens haberet animum peccandi, niſi detur pecunia, & ita interminis docet Sanchez *l. cit. in* 4. *in ſeptimo argumento iuncta concluſ. initio num.* 4.

QVÆRES II.

An omittere actus ſpirituales ob pecuniam ſit Simonia tam ex parte dãtis quam recipientis.

1 ACtus, pro quorum omiſſione datur pecunia, vel ſunt iuriſditionis ſpiritualis, ita vt eorum omiſſio cenſeatur moraliter prouenire à tali iuriſditione, & habeat effectus moraliter proportionatos v.g. omiſſio abſolutionis in confeſſione, vel cenſuræ in foro externo; vel non ſunt iuriſditionis ſpiritualis: ſed vel pertinent ad poteſtatem ordinis, vt ordinationem omittere; vel non, ſed ad alias virtutes vt ſi detur pecunia alicui ad hoc vt Miſſam, vel rationem omittat.

2 Dico primo dare pecuniam pro omiſſione actuum primi generis, eſt vera ſimonia; quia venditur vſus, & exercitium ſpiritualis poteſt atis; etiã ſi fiat per ſolam ceſſationem ab omni actu; quia eſt priuatio realis, & moralis, quę ob iuriſditionem, cuius auctoritate talis actus omittitur, habet vim moralem ad plures effectus v.g. omiſſio abſolutionis à cenſura, habet effectum, ne poſſit in Eccleſia ſepeliri.

3 Confirm. *ex c. nemo de Simon.* vbi dicitur vtrumq; eſſe ſimoniacum, tam ſcilicet dare, quam negare pænitentiam pro pretio; quę vox *Simoniacum*, cum dicatur in eodem contextu perperam intelligeretur de ſimonia proprie in dante abſolutionem pro pretio, & improprie, ſeu late in negante ex *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill.* ita Vgol. *t.* 1. *c.* 40. §. 3. Leſſ. *l.* 2. *c.* 35. *dub.* 11. *num.* 64. & poſt Suar. *hic c.* 22. Caſtrop. *tract.* 17. *diſp.* 3. *pun.* 12. *num.* 17. Filiucc. *c.* 4. *num.* 53. hic eſtq; conformis communi ſententiæ DD. aſſerẽtium omiſſionem eſſe poſſe materiam ſimonię vt D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art.* 3. *ad* 3. Palud. 4. *d.* 25. *q.* 7. Supp. Gabr. *q.* 2. *artic.* 4. *not.* 4. Ant. *c.* 5. §. 17. &c. apud Suar.

4 Per negationem aut pænitentię nõ intelligo negationem totius confeſſionis. Vnde ſi quis nollet confeſſionem

nem alicuius audire ob pretium acceptum, etiam ſi teneatur ex officio, non propterea erit Simoniacus, quia illa negatio nõ eſt actus iuriſditionis, ſed ſolum quidam vſus voluntarius naturalis libertatis: & ſic non eſt ſicuti negatio abſolutionis, quia hæc fieret auctoritate iuriſditionis ſpiritualis, nempe ligandi, & ſoluendi; & quãuis in ratione iniuſtitiæ ſint peccata eiuſdem ſpeciei; differunt tamen ſpecie ſub ratione omiſſionis vt bene Suar. *num.* 13.

5 Contra verò probabilius eſt eſſe ſimoniam negare ob pretium ſubdito facultatẽ, vt alteri confiteatur, quando iuſtè petitur. nam illa negatio eſt vſus iuriſditionis, à qua vim accipit impediendi ſubditum ne poſſit alteri confiteri, vel ſi Iudex Eccleſ. ob pecuniam præcipiat, ne contra criminoſum procedatur, aut nil agẽdo illum omittit impunitũ. ita etiam Caſtrop. in hoc vlt. caſu. *l. cit.* at de licẽtia negata putat *num.* 19. probabilius non eſſe ſimoniam: quia eſt tantum non vſus poteſtatis, & eſt tuta ſententia. vel deniq; ſi Parochus, ad quem ex officio pertinet deferre eos, qui non communicant in Paſchate, illos non denunciet ob pecuniam erit Simoniacus, quia in illa celatione vtitur aliquo modo ſua cura, & iuriſditione, & quantum in ſe eſt abſoluit illos impœnitentes, in quo ſenſu poteſt intelligi *d. C. nemo.* & DD. qui dicunt eſſe Simoniacos, qui pretio non denunciant criminoſum, quando tenentur, nẽpe in caſu particulari, de quo textus loquitur, & non in omni. Vide Suar. hic *nu.* 15. *&* *nu.* 10. *capit.* 22. *fine*, vbi ait poſſe exponi *d. C. nemo.* quod ſit ſimonia iure humano non denunciare in tali caſu, quia Ius poteſt prohibere, ne pro pecunia omittantur actus ſui muneris ſpiritualis intuitu talium actuũ, & ſic cõtra facere, erit ſimonia iure humano.

6 Quamuis Caſtropal. putet *nu.* 21. ſatis probabiliter, nec in eo caſu eſſe ſimoniam, quod etiam non obſcurè ſentit noſter Suarez dum non abſolutè ait eſſe textum ita intelligendũ, ſed poſſe exponi, & Doctrinam eſſe valde probabilem, *&* *c. nemo.* nõ dicit eſſe ſimoniacum hoc delictum, nam dum ait *vtrumq;* intelligit de his quę in tertia par. dixerat: iuxta ſuprad.

7 Similiter erit ſimonia ſi examinatores non approbent ob pretium dignos ad beneficia, vel ordines; quia id prouenit ab auctoritate ſpirituali, ſeu munere eccleſiaſtico, & facit effectum declarandi nõ idoneum examinatum; quod etiam præter Suar. tenet Filiuccius ſupra *num.* 57.

8 Quod de examinatoribus diximus, dictũ puta de Reuiſoribus librorum imprimẽdorum, quando ſunt à Prælatis Eccleſiæ, vel Religionum cõſtituti iuxta Conc. Trid. *ſeſſ.* 4. *decr. de Canon. ſcriptu.* nam ipſorum munus prouenit à iuriſditione ſpirituali, & ſicuti licentia docendi data ab habente iuriſditionẽ ſpiritualem, ſi fiat ob pretium eſt ſimoniaca, vt *diſ.* 15. *nu.* 10. ſic & approbatio Reuiſorum, vel negatio approbationis, quæ à tali poteſtate pendet.

9 Contra vero non erit ſimonia, ſi ſint Reuiſores tribunalis ſæcularis, vt fit in Regnis Caſtellæ teſte Hieronymo Rod. *comp. quæ reg. reſ.* 89. *num.* 1. in quibus ſufficit licẽtia ſupremi Cõſilij Regij, & in noſtro Regno, quãdo fit reuiſio pro fiſco. Quoniam verò *d. diſ.* 15. diximus, vt probabilius eſſe ſimoniam Iuris Diuini inſinuantes oppoſitum eſſe probabile, quia videtur actus pertinens ad politicam gubernationem, ſic etiam in hoc caſu de Reuiſoribus dicimus. ſaluo &c.

10 Sed quando de examinatoribus ad beneficia meminimus: addã ſolutionem quæſtionis his diebus exagitatæ, vtrũ ſcilicet ſit nullum examen, in quo interuenerunt examinatores ſynodales deſignati nomine Dignitatis v.g. Prior S. Dominici, Lector &c. Reſpõd. ſi ſint illi ijdem, qui fuerũt tẽpore deſignationis valet examen, nam tunc ſufficienter determinatur perſona nominando dignitatẽ, quam de præſenti, & tempore nominationis

Digitized by Google

nis illam obtinet, vt ſi dicant Rectorem Collegij Panorm. S. Ieſu, certum eſt nominari in examinatorem R. P. Ioſephum Caſtelnouo, qui nunc eximia prudentia, ac ſingulari comitate Rector exiſtit, & de hoc dubitari non poſſe affirmat Caſtropalaus *tract.* 13. *diſ.* 3. *p.* 1. *§.* 3. *n.* 8. & addo etiam ſi d. P. Caſtelnouus à Rectoratu finito tempore remoueretur, & non dum facta mutatione examinatorum, iterum Rector factus eſſet, vt accidit iam in eius perſona, adhuc eſſet legitimus examinator ſynodalis: nam eſto ſecundum Recentiores probabilius ſit nō venire ſucceſſores in dignitate; tamen in hoc caſu procul dubbio venit; quia ceſſat eorum ratio: nempe poſſe euenire, vt ſucceſſor non habeat qualitates à Concilio requiſitas in examinatoribus.

11 At loquendo de alijs ſucceſſoribus in eodem officio communiter Recētiores putant non eſſe Idoneos examinatores, & examen coram ipſis factum eſſe nullum, quia cum ſucceſſores in officio ſint incogniti Clero Synodi, non potuerunt deſignari. ſic García *de benef.* 9. *p.* *c.* 2. *à n.* 339. afferēs plures Rotæ deciſ. Barboſa. in Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de ref.* *c.* 18. *num.* 90. & alij, quamuis Ledeſma afferat in Hiſpania contrarium ſeruari, & examinatores deſignari ſub nomine dignitatis, ac ſucceſſores venire.

12 Quod ſi deſignatio fieret hoc pacto: eligimus in ſynodalem examinatorem Guardianū Cappuccinorū &c. & eū qui pro tempore erit, tunc dico ſucceſſorem in officio venire. ducor, quia ex vna parte non extat vllum præceptum Conc. in contrariū, vt conſtat, & ipſi Recent. fatētur; nec eſt cōtra eius intentionem, quia ſunt aliquæ dignitates, ad quas ſemper moraliter promouentur viri habētes qualitates à Conc. requiſitas in examinatoribus, nec ex eo, quod Concilium velit, vt ſingulis annis examinatores deſignentur, excluſit poſſe deſignari ſucceſſores in aliqua dignitate. immò cum iam videamus in multis locis Synodum nō celebrari per plures annos poteſt colligi poſſe ſucceſſores in officio deſignari modo Concilium Synodale ſuam exprimat intētionem. ex altera parte cum addit, & qui pro tempore erit, ſuam explicat voluntatem apertiſſime, non eſt dubium in illo caſu ſucceſſores comprehendi, & eſſe veros, & legitimos examinatores Synodales, nec Rotæ deciſ. ſupradictæ loquuntur in hoc caſu. vnde Gauan. *in prax. diœc. Syn. cap.* 31. ait fortaſſe valere in eo caſu: ſed ob dictas rationes mihi eſt certū, & ſic oſtendit vſus receptus in multis diœceſibus, & in hac noſtra Archiepiſcopatus Montis Regalis, ſic obtinetur, & à viris valde inſignibus doctrina, & pietate in praxi redactū.

De Actibus ſpiritualibus non pertinentibus ad iuriſditionem.

13 DIco 2. omiſſio horum actuum pro pecunia non eſt ſimonia, etiam ſi actus ſint debiti, vel ex lege, aut ex iuſtitia, ita vt peccatum ſit illos omittere, iniuſtitiæ, vt ſi Parochus omittat Miſſam, quam ex officio dicere tenetur; aut ſacrilegij, vt ſi quis contra votum non ingrediatur religionem. Ratio eſt, quia illa omiſſio eſt actus ſolius liberæ voluntatis, & ſic non venditur aliquid ſpirituale; & ſicuti non eſt ſimonia pretio inuitare ad faciendum opus peccaminoſum, ita nec ad omittendum erit ſimonia, ita Suar. *d.* *c.* 22. *n.* 11. Caſtrop. *l.* *c.* *n.* 16. & 21. videtur à parte ſupponere. Filiucc. *l.* *c.*

14 Quod intellige niſi omiſſio talium actuum ſpiritualium intuitu alicuius boni ſpiritualis pretio æſtimaretur, vt ſi quis omittat Miſſam propter pretium, quod accipiat in compenſationem lucri ſpiritualis, quod ipſi ceſſat ob illam omiſſionem; quia tunc res ipſa ſpiritualis vēderetur, dum homo pretio ſe illa priuat; contra vero, nec eſſet ſimonia, nec peccatum, ſi dum quis ſe priuat aliquo ſpirituali opere ob finem ſanctum v. g. vt miniſtret infir-

recipiendi, & vtiliores, vel quid ſimile. alias erit ſimonia. ita Suar. hic. & *de cenſ. d. diſ. 22.*

8 Contraria tamen ſententia, quod etiam Monaſterium diues poteſt licitè petere pro ſuſtẽtatione aliquid, eſt Soti *q. 6. ar. 2. lib. 6. de Ius.* quæ quamquam nullo modo Suario videatur probanda; probabilis tamen viſa eſt Valen. *diſp. 6. q. 16. pu. 2. ver. multo vero magis.* Arag. 2. 2. q. 100. a. 3. *pag.* 1117. Sanch. *con. moral. l. 2. ca. 2. dub. 23. nu. 1.* quia Ius et obligatio ſuſtentandi, eſt quid tẽporale, & per accidens adnexum Religioni, ſicuti poteſt vir ditiſſimus dotem ab vxore petere.

Cum quo etiam addo Suario licitum eſſe pro ingreſſu ad Confraternitatẽ aliquid exigere. Ducor non quia non ſit Religio, vt putat Sanch. nam eſt aliquid ſpirituale, & ad cultum diuinum ordinata: ſed quia hæc dona exigũtur pro sũptib⁹ cõfraternitatis.

9 Idem cum proportione dico eſſe dicẽdum ſi detur pecunia pro ingreſſu in ordinem S. Ioannis Hieroſol. S. Iacobi. Calatrauæ &c. ſi enim detur pro pretio eſt ſimonia Iuris Diuini, vt omnes ſupponunt, qui putant eſſe vere religioſos, atque adeo idem docet Suar. de his ordinibus, quod de alijs Religioſis dixit.

Addo etiam ſi quis daret Caio pecuniam nõ in pretium: ſed vt faciliter reciperetur in hos ordines; etiam ſi ea excedat laboris exiſtimationem, nec eſſe ſimoniam, nec mortale peccatum, quia datur ob illum honorẽ, temporalem conſequendũ. vide Tãnerum *2. 2. diſ. 5. q. 8. dub. 3. n. 76.* quem citat, & ſequitur Diana *tr. 2. p. 1 reſ. 64.*

DISPVTATIO XIII.

An functiones doctrinæ ſupernaturalis, nempe Theologiæ ſint materia Simoniæ, ita vt pro illis pretium accipi nequeat.

1 FVnctiones doctrinæ Theologicæ ſunt tres. prima eſt inſtruere mẽtes diſcipulorum, veluti ſpeculatiue docendo eas concluſiones deductas per diſcurſum à principijs fidei, & veram Scripturæ Sacræ intelligentiam tradendo. ſecunda eſt dare conſilia in ordine ad conſcientiam, & ſic inſtruere mentes ad aliquod operandum, vel omittendum, eſtque veluti practica, & moralis Theologia. tertia eſt concionari, & veritatem fidei docere, ſiue Populum Chriſtianum, ſiue Infidelem.

2 Omitto hic ipſam fidem, ad quam omnes gratię ad illam propagandam reducuntur; nam certum eſt ex dictis eſſe ſimoniam ſi hæc vendantur, cum ſint ſupernaturalia; cenſetur autem vendi formaliter fides vt ſupernaturalis, ſi vendatur, quatenus procedit ex dono ſupernaturali, vt ſi Pontifex pro reſolutione alicuius puncti de fide vellet pretium, vel ſi propter excellentiam, quam habet in alio genere particulari pretio æſtimetur. his igitur ſuppoſitis ad caſum propoſitũ.

3 Dico 1. poſſe abſque ſimonia pretiũ accipi pro prima functione Theologiæ, quia licet ipſa doctrina Theologiæ ſit in ſe ſupernaturalis; tamen actiones Magiſtri ſunt naturales, nec illa actio docendi eſt ex parte principij ſupernaturalis, cum ad id ſufficiat peritia naturalis ex D. Thom. *quodl. 3 art. 9.* nec ex parte termini, quia per ſe non ordinatur ad ſalutem animæ addiſcentis, cũ tantũ dirigat diſcurſũ.

4 Adde etiam à multis negari actus, & habitus Theologiæ ex illis generatos eſſe ſupernaturales, aut per ſe dependẽtes à fide, quia poſſunt eſſe in hæretico, & quamuis proprius aſſenſus Theologicus poſſit eſſe ſupernaturalis; nam poteſt eſſe certior omni aſſenſu naturali; tamen hic non poteſt haberi ex vi doctrinæ Theologicæ, cũ Magiſter tantũ inſtruat intellectum, & non captiuet voluntatem. Deniq; fateor aſſenſum Theologicũ in viro Catholico pendere ab aſſenſu ſupernaturali principiorum fidei: vnde non poteſt eſſe in hæretico ita firmus, at ille actus Theologiæ certus erit certitudine naturali, quia nõ eſt à fide

Digitized by Google

fide, niſi vt modificata per principia naturalia, & ſic ſequetur debiliorem partem. eſt ſententia Adr. *quodl.* 9. *ar.* 1. Victor. *relect. de Simon. numer.* 6. Soti *l.* 6. *de iuſ. q.* 5. *ar.* 1. quos ſequitur Suar. *c.* 18. *num.* 7. quibus adde Caſtrop. *pun.* 10. Tolet. *l.* 5. *ſumm. c.* 88. *numer.* 3. & 4. Leſſ. *l.* 2. *c.* 35. *dub.* 13. *num.* 80. Sanch. *l.* 2. *conſ. mor. cap.* 1. *dub.* 5. Filiucc. *c.* 4. *n.* 2.

4 Dico ſecundo pro ſecunda functione Theol. poſſe abſque ſimonia pretium recipi fundamentum eſt, quia conſilium, quod datur in ordine ad conſcientiam eſt mere doctrinale, & quãtum eſt ex ſe ordinatur ad intellectum inſtruendum, & ſicuti publice poteſt eadem doctrina doceri, & ſcribi pretio, ſic poterit priuatim dari.

5 Suppono enim illud conſilium nõ eſſe exhortationem ad virtutem, vel inſtructionem ſpiritualem, quę pertineat ad diſcretionem ſpirituum, vel ad modum orandi &c. hæc enim vẽdi non poſſunt, cum ſpiritualia ſint, & ad gratias gratis datas pertineant. ita D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *ar.* 3. *ad.* 3. Nauar. *c.* 23. *num.* 100. & poſt Suar. *d. c.* 18. Caſtrop. Sanchez, & Filiucc. ſup.

6 Quæ vera ſunt; ſiue is qui docet ſit Magiſter in Theol. ſiue non, ſiue laicus ſit, ſiue Religioſus, quia ipſum magiſterium licet à Papa conferatur, eſt quid temporale, cum ordinetur ad actum temporalem, ac pro pretio ſoleat dari, nec eſt materia ſimoniæ, & dato quod eſſet ſpirituale, non tamẽ mutat naturam actus docendi, & ſic relinquit illum temporalem iuxta dicta, vt aduertit Suarius *c.* 18. *cit. n.* 15.

Ex qua Suarij doctrina infero Cõſultores Noſtræ Societatis, ſi pro ſuo voto dando pretium recipiant, non eſſe ſimoniacos, quia tantum eorum votum eſt ad inſtruendam, ſeu illuminandam mentem Superioris quoad id, quod debet facere non autem ad exhortãdum quantum eſt ex eorũ munere, vt doctus Neothericus etiã docuit.

7 Dico 3. pro tertia functione nempe pro concione, in inſtructione Cathechiſmi confirmando fidelem, vel infidelem inſtruendo, vt ad fidem conuertatur, præſertim ſi in Baptiſmo fiat, non poteſt pretium recipi abſq; ſimonia, quia eſt opus maxime ſpirituale, & Matt. 10. dicitur *Gratis accepiſtis, gratis date.* quæ verba cadunt ſupra prædicta in contextu, nempe *euntes docete &c.* & S. Auguſt. *lib. de Paſtor. cap.* 2. ait. *Non tamquam venale ſit Euangelium, vt iſtud,* (nempe ſuſtentatio) *ſit pretium eius, quod ſumũt.*

Contra vero ſi ſolum Cathechiſmus, ſeu fidei rudimenta doceantur ad memoriam iuuandam, non erit ſimonia pretium accipere, ſed iniuſtitia, quando Parochus, qui ad id tenetur ex officio illud peteret. De cõcione eſt communis DD. ſententia. de Cathechiſmo docet etiam cum Suar. Caſtrop. Filiucc. *l. c.* & antea Vgolin. *lib.* 1. *q.* 10. §. 3. *n.* 3. vbi abſolute ait non eſſe ſimoniam, pretium accipere pro doctrina Chriſtiana.

QVÆRES.

An Beneficiarius, qui habet ex beneficio obligationem docendi Theologiam, ſit Simoniacus, ſi pretium exigat.

8 RESP. eſſe quidem iniuſtum, non tamen Simoniacum, nec de Iure eccleſiaſtico, quia non conſtat talem prohibitionem eſſe, nec Iure ipſo naturæ, quia actus docendi non eſt quid ſpirituale, vt dixim', nec obſtat, quod officium docendi ſit adnexum beneficio, quia fructus præbẽdæ poſſunt etiam applicari, vt pretium rei tẽporalis. ita Suar. *d. c.* 18. Leſſ. *dub.* 13, *num.* 83. Caſtrop. *l. c.* & alij.

9 Vbi deniq; nota eſſe turpe, & iniuſtum contra prohib. *cap.* 1. & 2. *de Magiſtris* accipere pretium pro licẽtia docendi; non tamen eſſe ſimoniã, ſi ea licentia nõ prouenit à poteſtate ſpirituali, vt talis eſt. ita cit. DD. & vide *diſ.* 5. *num.* 9.

10 Quamuis nõ deſint, qui putent eſſe ſimoniam pretiũ accipere pro his functionibus Theolog. ita Palud. 4. *d.* 25.

Digitized by Google

*d.*25.*q.*5. Ant. *cap* 5. §.7.*num.*6. Sylu. *ver. Simonia q.* 10.& alij. ſed eorum rationibus iam ſatisfecimus ex dictis.

DISPVTATIO XIV.

An pro actibus Iuriſditionis ſpiritualis pertinentibus ad forum conſcientiæ poſſit abſque Simonia pretium exigi.

1 RESp. negat. ratio eſt, quia ſub his actibus comprehẽdimus totam curam paſtoralem, quæ reſidet in proprijs Parochis, & neceſſaria eſt ad curam animarum, ad quam etiam reducimus licentiam, quæ ab his poteſt dari circa obſeruationem feſtorum, vel ieiunij, & præſertim vſum Sacramenti Pœnitentiæ, in quo maxime iuriſditio hæc requiritur. Sed hæc omnia ſunt ſpiritualia, vt ex dictis ſatis conſtat: ergo. Hæc Suar. *c.*19. & etiam loquentes de Sacramento Pœnitentiæ docent omnes Theologi cum D.Th.2.2.*q.*100.*ar.*2.*ad* 3. & Iuriſperiti *cap. nemo de Sim.* & Guill. Redoan.1.*p.c.*7.*num.*1.& paſſim Recent.

2 Ad hanc iuriſditionis ſpeciem reducere poſſumus indulgentiarum conceſſiones, quia actus eius ſpectat ad conſcientiæ mundationem, quare dico eſſe ſimoniam, pro his pretium dare, vel exigere, & pro ea lucranda, cõmutatione voti &c. immò, & pro granis benedictis &c. quibus eſt Indulgentia, ratione ipſius, quia hoc eſſet vendere ſanguinem Chriſti, & ſi quando petitur ad lucrãdam Indulgentiam aliqua pecunia, ea petitur, vt eleemoſyna, nec applicatur, illam concedenti. vide Suar. *hic nu.* 9. vnde infero non eſſe ſimoniam dare Bullam Cruciatæ pro pecunia, nam illa pecunia ordinata ad bonum ſpiritualem, iã efficitur, quid ſpirituale, & ſic cõmutatur ſpirituale pro ſpirituali, ſic Bardi in Bullam, *p.*2.*tr.*1.*ſec.*1. quę ratio ingenioſa ſane eſt.

(+)†(+)

Notandum tamen eſt circa Sacramentum Pœnitentiæ.

3 PRimo committi ſimoniam non ſolum recipiẽdo pretium pro audita confeſsione, ſed etiam ſi poſt auditam confeſsionem, quis deneget abſolutionem, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè ob pretium datum ſibi ab aliquo hoc pacto, vt deneget confitenti abſolutionem, quia venditur ipſa poteſtas clauium; cuius eſt ſoluere, & ligare.

4 Secundo cõmitti ſimoniam ſi Sacerdos propter pretium abſoluat penitẽtem dignum, vel etiam indignũ, quia licet in hoc caſu non fiat Sacramentum, eſt tamen abuſus poteſtatis ſpiritualis, ſicuti ſi non habens intentionem proferret verba abſolutionis, vel ſi cum pœnitente conuenerit, vt daret abſolutionem tãtum verbo tenus ad ſatisfactionem adſtantium, nam eſſet turpe lucrum, & munus ipſum per illam pactionem vileſcit, licet non videatur propriè ſimonia, cum non vendatur aliquid ſpirituale.

5 Tertio erit ſimonia ſi pretium accipiatur pro pœnitentia imponenda, & ſimiliter ſi Confeſſarius cogat penitẽtem, vt det ſibi aliquam eleemoſynam, cum illa obligatio sit pretio æſtimabilis. vnde cauẽdum eſt etiam à Confeſſarijs, ne dum pœnitentibus imponunt eleemoſynas pro ſatisfactione, ipſi eam recipiant, quia licet non sit simonia, etiam si Cõfeſſarius oſtendat ſuum deſiderium, vt ſibi detur poteſt tamen ſcandalũ generari.

6 Quarto erit ſimonia pretium accipere pro licentia ad Confeſsiones audiendas, siue conferatur iuriſditio, siue tantum concedatur facultas audiendi confeſsiones in propria Eccleſia v.g. quod etiam peccatum pœnitens committere poteſt, si eligat Cõfeſſarium mediante pecunia, quia eſt actus poteſtatis ſpiritualis, & sic simoniacus eſſet Sacerdos Cõfeſſarius, si pretio dato vellet eligi ipſe potius in Confeſſarium, quã alius Hec Suar. *c.*19. dicẽs eſſe cõmunem doctrinam,

& D.

& D.Ant. *c.5. §.16. & ſum.v. Simonia.* Rodoan. *1.p.cap.7.num.2.* Vgol. *tab.1. cap.36. §.1.* ſequitur Caſtrop. *pun.12.* Sanchez *l.2.conſ.moral.c.2.dub.7.*

7 Cum quo addo nõ eſſe ſimoniam ſi Parochus dans licentiam audiendi confeſsiones v. g. vel concionandi alteri, paciſcatur de lucro, quod ratione talis muneris ſibi obueniret, vt etiã docet Pan.& Verbeſius ap.Sylu. *Sim. q.8.dub.2.* Caſtrop. *d.pu.12. num.4.* vbi citat Arag. Rodriq. nec Suarius contradicit.

8 Deniq; ſicuti eſt ſimonia pro pretio à peccatis abſoluere, ita etiam à cenſuris pro foro interno, vt omnes docent cum Suar.

9 Quæ omnia intellige quando pœnitens nõ daret pretium ad redimẽdaq; vexationem, quia iniuſtè denegatur abſolutio, & ex ea negatione damnum ſibi obueniat, tunc enim poteſt abſque vitio ſimoniæ dare pecuniam, nõ vt pretium. videte Panot. & Ioan. Ant. *cap. ad Aures de Sim.* & cũ Suar. hìc docet Sanch. *l.c. dub.8. fine,* quamuis Vgolin. *tab.1. cap.44. num.5.* id neget. & Gloſſa abſolutè affirmet licitum eſſe *in d.cap. ad Aures.* quam ſequitur Caſtrop. *d.pu.12.* quod maximè procedit in abſolutione ab excõmunicatione, & cẽſuris quã do iniuſtè ea denegaretur. ita Suar. *l.c.50. nu.53.* cũ Hoſtien. *ſum. tit. de Sim.* Turrec. Hugon. *cap. nullus Epiſcopus 1.q.1.*

QVÆRES I.

An ſi Parochus nolit matrimonio aſſiſtere niſi detur ſibi pretium, committat Simoniam.

10 RESp. videtur eſſe ſimonia, quia eſt actus ſui officij ſpiritualis, ſaltem, vt annexus Sacramẽto, quod in alijs duobus teſtibus nõ reperitur; quia illi tantum ſunt ratione contractus, Parochus vero videtur requiri propter ſanctitatem illius cõtractus. Sicuti etiam eſt ſimonia, ſi pretium petatur pro conceſſione licentiæ factæ alteri Sacerdoti aſsiſtendi matrimonio, quia eſt actus iuriſditionis. ita Suar. quem ſequitur Caſtrop. *num.5.* Filiucci *t.4. num.36. fine.* ſed intellige cum limitatione poſita *num.6.*

Probabilius tamen eſt nõ eſſe ſimoniam, licet turpiſsimũ ſit, petere pretium pro aſſiſtentia matrimonio, & conceſsione licentiæ ad aſsiſtendum; quia hi nõ ſunt actus iuriſditionis, nec aſsiſtere matrimonio pertinet ad Parochum, vt Parochus eſt, ſed vt mere teſtis eſt, vt late diximus, & Sanchez *l.3. diſ.21.* & hanc ſententiam putat probabilem Caſtropal. Suarij enim probabiliorem appellat.

11 Idem etiam dicendum puto de denunciationibus, nimirum pro his pretium accipere, non eſſe ſimoniam. *ex Concil. Trid. ſeſſ.24. cap.1. de matr.* quia min⁹ eſt aſsiſtere matrimonio, quam denunciationes facere ex Sãch. *diſp.6. num.5.* ſed aſsiſtere non eſt actus iuriſditionis, aut dare licentiam aſsiſtẽdi matrimonio, ſed nudum miniſterium, vt diximus. ergo verũ Suarius de his non eſt locutus.

DISPVTATIO XV.

De Simonia circa actus iuriſditionis Eccleſiaſticæ fori externi.

QVÆRES I.

An poſſit accipi pretium pro communicanda iuriſditione.

1 RESp. negatiue, ſiue ſit communicatio iuriſditionis ordinariæ, quando ſc. ſimul datur beneficium, vel Epiſcopatus, ſiue iuriſditionis delegatæ cum proximè ipſa iuriſditio ordinaria alteri committitur. Ratio eſt, quia ſi iſti actus vendantur venditur ipſa iuriſditio Eccleſiaſtica, cum nil ſit vendere rem aliquam, quam vendere eius largitionem: ergo eſt ſimonia non ſolum iure Eccleſiaſtico, ſed etiam naturali *ex cap.1. & 2. Ne Prælati vices ſuas. c. ad noſtrã de Sim.* vbi Gloſ. & DD. cõm. cũ Suar. *c.20. cit.*

2 Vnde nec pro conſtituendo Vicario, aut Iudice Epiſcopi, vel Capituli Sede Vacante, etiam ad nutum amouibili, aut Parocho, vel Cappellano cui delegatur cura Parochialis, poteſt pretium ſine ſimonia interuenire, ſiue ex parte conſtituentis ipſos, ſiue ex parte eorum, qui conſtituuntur, niſi tantum ſtipendium pro ſuſtẽtatione ſuorum munerum.

3 Idem dicas de iure eligendi, conferendi, cõfirmandi electionem ad beneficia eccleſiaſtica, quia eſt in ſe ſpirituale, & ſic ſine ſimonia non poteſt vendi; nam vel transfertur ius ſpirituale ſiue in re, ſiue ad rem, de quo vide Felinum *c. cum Bertold. de ſen. & re iudic.* Hæc Suar. *cap. 20. lib. 4. de Sim.*

4 Addo his Suarij dictis non poſſe Capitulum, aut Prælatũ pro electione &c. aliquid recipere in ſuſtentationem, niſi ex antiqua conſuetudine id ſolitum ſit, in pios vſus conuerti: ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 14. de Reform.* & Sacra Congregatio Conc. interp. voluit, vt nec poſſit conſtitui, niſi de Papę licentia, vt nouiter receptus aliquid expendat pro fabrica &c. ita Garçia plures referens. 8. *p. c. 1. à n. 75.*

5 Quod ſi Papa vendat Clericatum Cameræ, ſeu Auditorum, id non facit ratione muneris vt ſic, ſed ratione lucrorum temporaliũ, quæ illis proueniunt, & cum hæc ſit ſolùm materia ſimoniæ eccleſiaſticæ propter cõnexionem lucri cum re ſpirituali, poteſt Pontifex ob iuſtam cauſam ſe ab ea eximere. vide Suar. *d. c. 20.*

QVÆRES II.

An actus iuriſditionis voluntariæ, aut contentioſæ, quatenus ad effectum ſpiritualem ordinantur, ſint materia ſimoniæ.

6 Actus iuriſditionis volũtariæ sũt ij, in quibus nulla intercedit coactio, & fiunt volẽte illo, cum quo exercentur, vt diſpenſationes, priuilegia, facultatum conceſsiones, legitimationes, licentia ſtudendi Philoſophiæ, &c. actus vero iuriſditionis cõtentioſæ, qui ſc. ſpectant ad iudicia eccleſiaſtica, vt imponere cẽſuras, aut tollere actus litium ciuilium, vel criminalium in cauſis forenſibus; quorum aliqui magis ſpirituales videtur, quia proprius ad animarum cõmodum pertinent, alij vero magis externi, & politici: de his ergo actibus quatenus ad effectum ſpiritualem ordinantur.

7 Reſp. eſſe materiam ſimoniæ non ſolum iure eccleſiaſtico, ſed etiam naturali, eritq; ſimonia pretium dare, vel recipere pro diſpenſationibus cõcedẽdis in lege eccleſiaſtica, & multo magis in voto, pro litteris dimiſſorijs, & alijs gratijs, quæ diſpenſationẽ virtute continent; pro ferenda excõmunicatione, pro interdicto &c. pro viſitatione, ſententiæ prolatione, & alijs actibus iudicij eccleſiaſtici; & quidem quod iure Eccleſiaſtico ſit ſimonia patet *ex c. ad Noſtram. c. conſulta, & c. nemo Præsbiterorum de ſimon.* & in Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 5. de Reform. & ſe. 27. c. 18. c. 1. & 2. de cenſ. in 6.* & alijs iuribus generaliter prohibẽtibus, pro his pretium dari. quod autem etiam ſit ſimonia Iure Diuino naturali probatur; quia in his actibus exercetur poteſtas ſupernaturalis data à Deo gratis ad gubernandam Eccleſiam, quare tam ex parte principij, quam finis, ſunt ſpirituales, ergo inuendibiles. ita DD. comm. D. Tho. *in 4. d. 25.* vbi alij. *Sotus q. 6. ar. 2. ad 3.* Anton. 2. *t. 5. §. 17.* Ang. *Simonia 3. n. 45. & 28.* Sylu. ibi. *q. 9. & 10.* Redoan. 2. *p. ca. 30. num. 13. & 1. p. c. 21. n. 12.* & alij *c. nemo de ſimon. & c. cum ab omni de vit. & honeſt. Cler.* & cum Suar. *d. c. 20.* tradũt comm. RR. Caſtrop. *p. 12. à n. 6.* Sãch. *in conſ. mo. l. 2. cap. 3. à dub. 17.* Layman *de Simon. §. 4.*

8 Verũ tamen eſt quod pro his functionibus poteſt aliquid recipi pro ſuſtentatione, quando expreſſe non eſt prohibitum iure eccleſiaſtico, & ſic facile excuſatur Stylus Curiæ Romanæ imponentis pœnam pecuniariam pro diſpenſationibus matrimonia-

Digitized by Google

ſſialibus &c. quia nimirũ ea pecunia exigitur, vt ſuſtentatio ipſius Pontificis, & aliorum officialium,& ſæpe etiam applicatur fabricæ, vel operi pio. vide Redoan. 1.p.c.21 n.4. de ſim.

9 Vnde veriſſimum puto non poſſe Epiſcopos aliquid exigere pro concedendis diſpenſationibus, quia ipſi non habent ſupremam poteſtatem diſpẽſandi in iure com. iuxta quod eſt prohibitũ pro ſpiritualibus actibus aliquid recipere, & ob eam cauſam non debet facile permitti, vt pro ſalarijs officialium talia onera pecuniaria imponantur, quando Epiſcopi habent redditus ſufficiẽtes; niſi forte ſit aliter conſuetudo, quæ in hac parte poteſt valere cum ſit in materia eccleſiaſtica, hæc Suar. *d.c.*20. vbi cit. Nauar. *can.*18. *de pæn. & remi.* Tabien. *v. ſimonia n.*49. Vgol. *tab.* 1.c.52.*nu.*5. Rodriq.2.*t. ſum.c.*58.*n.*4. Couarr. *c. Alma.*1.*p.§.*11.*n.*10. & vide quæ dixi ex Sanch. de hac re *l.*3.*diſ.*10. Sanch. *in Conſ. Mor. lo. ci. dub.*19. & 20.

QVÆRES III.

An actus iuriſditionis Eccleſiaſticæ, qui ſunt circa materiam politicam ſint materia ſimoniæ.

10 Reſp. cũ diſtinctione: ſi ſint actus poteſtatis Eccleſiæ materialiter tantum, vt ſic dicam; quia ſc. Papa, vel alia perſona Eccleſiaſtica eſt Dominus temporalis; etiam aliquarum vrbium &c.& ibi ſuam iuriſditionem exercet, certũ eſt non eſſe materiam ſimoniæ, quia ſunt actus mere temporales, de quibus iam dictum eſt. Si vero ſint actus, qui per ſpiritualem poteſtatem formaliter fiunt, qui videntur proxime verſari circa res materiales, vt licentia docendi, vel ſtudẽdi philoſophiæ, Canonico iuri &c. & actus cauſarum ciuiliũ in foro eccleſiaſtico, licet aliqui putent nõ eſſe materiam ſimoniæ ex ſua natura: cum hi actus videãtur mere politici, & humani; tamen probabilius eſt eſſe materiam ſimoniæ Iuris Diuini, quia vſus iuriſditionis ſpiritualis de ſe ac formaliter ſpiritualis eſt, & materia pro vt eſt ſub hac iuriſditione, & pro vt ad ſpiritualem finem ordinatur, aliquo modo ſpiritualis eſt, & idem dico de iudicijs circa Clericos etiam in crimine communi cum laicis; quia immunitas cõueniens Clericis eſt ex poteſtate Eccleſiæ, & originem trahit à diuinã, ergo etiam iudicia ſunt materia ſimoniæ. Ita Suarez *d. cap.*20. citans Gloſſ. prim. *in c.*2. *ne Præl. vic. ſuas.* & ſequitur Filiuccius. *tract.* 45. *cap.*20. *num.*11.

DISPVTATIO XVI.

An poſſit abſq; ſimonia, vel licitè accipi pretium pro labore in adminiſtrandis Sacramentis, & alijs operibus ſpiritualibus.

1 Reſp. negat. quia de natura operis laborioſi eſt, vt vel non ſit pretio æſtimabile ratione laboris; vel æſtimetur indiuiſibiliter cum ipſo labore, ita vt non ſit aſsignare pretium pro opere diſtinctum à pretio pro labore: ergo opus ſpirituale non poteſt æſtimari pretio temporali ratione laboris abſq; ſimonia, & conſequenter, nec vendi. conſequẽtia patet, quia cum opus ſpirituale non poſsit pretio æſtimari, vt ſupra diximus abſq; ſimonia; & labor in opere indiuiſibiliter æſtimetur cum illo, ſequitur nõ poſſe opus ipſum ſpirituale laborioſum æſtimari.

2 Antecedens probatur, quia labor in tantum eſtimatur, inquantum reddit opus æſtimabile ex ſe; nã ſi opus ex ſuo obiecto, ſeu intrinſecè eſt laborioſum, vt decem æſtimatur v.g. centum, ſi vt viginti, æſtimatur ducenta &c, contra vero parum refert, quod hic, & nunc poſſit fieri ab alio velocius, & ſine labore, & ab alio debiliori tardius, & cum maximo labore; non propterea plus æſtimabitur eo, quo valet ratione laboris, quem ex ſe requirit, vt patet ex cõm. hominũ exiſtimatione, ſicut nec merces carius poſ-

poſſunt vendi, ſolum quia vendens plus laborauit, ratione ſuæ impotentię, vel quia plus emit ab alio: ſed quia in ſe ſpectata pluris valent.

3 Confirm. ex *c. ſi quis obiecerit* 1. *q.* 7. vbi dicitur, *qui horum alterum vendiderit ſine quo, nec alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit*. Ita S. Thom. 4. *d.* 25. *q.* 3. *ar.* 2. *q.* 2. Gaet. 2. 2. *q.* 100. *art.* 2. Sotus *l.* 9. *q.* 6. *art.* 1. Durand. 4. *d.* 25. *q.* 3. *num.* 10. Palud. *q.* 5. Victoria *de Sim. num.* 29. Abbas *c. ſuam. nu.* 4. *de Sim.* vbi Zabarell. Ant. Io. An. & alij, & ex Recent. vltra Suar. *hic c.* 21. docent. Valen. *d.* 6. *q.* 16. *p.* 2. Manuel. *c.* 58. *concl.* 5. Caſtrop. *p.* 11. *nu.* 2. Filiucc. *c.* 4. *nu.* 46. Sanchez *l.* 2. *cit. c.* 3. *dub.* 10. & 15. Guttierr. *qq. Can. cap.* 26. *num.* 12.

Obiectioni occurritur, & præcedens concluſio amplius declaratur.

4 DIces: ergo non poteſt Sacerdos pro Miſſa celebranda pecuniã accipere, cũ tamen omnes id faciant, nec poterit exigere pretium pro labore, quando ad ſacrum faciendum deberet expectare duas horas v. g. poſt meridiem, vel deberet per tria milliaria iter facere &c.

Reſp. negando ſequelas, & ad primam dico poſſe accipi pecuniam pro ſuſtentatione, quæ licitè poteſt peti, & exigi iuxta Paul. 1. *ad Tim.* 5. vocãtis hanc ſuſtentationem mercedem, & Luc. 10. ex *cap. vlt.* 21. *q.* 2. non tamen pretium, quod ſcilicet ſpectetur per commenſurationem ad opus ſpirituale, vt infra dicemus.

Ad ſecundam dico hos labores eſſe operi ſpirituali extrinſecos, & merè accidentarios, qui ſcilicet non ſolum non componunt ipſum actum intrinſece: ſed nec moraliter ad Sacrũ Myſterium requiritur, vt ſolet communiter ab hominibus fieri. Vnde poſſunt Sacerdotes pro extraordinarijs laboribus v. g. expectare duas horas, vel tali hora determinata, vel in tali loco, quando non ſunt ex ſuo beneficio, aut eccleſ. officio ad id obligati, pretium accipere, quia hi labores ſunt merè extrinſeci operi ſpirituali, pro vt id ſolet fieri; ſicuti licet Cãtoribus, Muſicis &c. pretium accipere, quia non exercent actionem per ſe ſpiritualẽ, & re vera officium diuinum nõ recitant, atque adeo *d. c. vlt.* 21. *q.* 2. dũ Clerici mercenarij conductitij appellantur, hi poſſent intelligi, nempe accipientes pretium ratione huius laboris extrinſeci.

5 Contra vero ſi quis eſſet ſenex, & valde laboraret in Miſſa dicenda, non poſſet plus pretij accipere ratione iſtius laboris, nec pro Miſſa cantata, aut pro ſtudio faciendo ad concionẽ (niſi promitteret extraordinarium, & non requiſitum) aut pro labore in dicendo, vel defatigatione, quæ ſequitur, quia iſti ſunt intrinſeci operi ſpirituali. ita Suar. *loc. cit.* qui ait in hoc ſenſu intelligi à multis Doctores, qui abſolutè concedunt poſſe pretium pro labore accipi, nempe pro labore extr. Adrian. *quodl.* 9. *ar.* 1. *lit. o.* Altiſid. 3. *p.* 9. *q. de Sim.* & per multi Canoniſtę.

6 Quod diximus de labore, idem dicimus de obligatione ad hæc opera facienda, ſcilicet non poſſe accipi pretium ex eo, quia aliquis obligetur ad opus ſpirituale, vt tale v. g. ad Miſsã: ſed tantum ſtipendium ſuſtentationis, quia ſpirituale miniſterium venderetur vt res vendita, vel vt ratio vẽditionis, ſecundum quas conſiderationes eſt inuendibile. Contra vero poſſe accipi pretium verum pro obligatione præſtandi opera ſpiritualia, pro vt includunt labores per accidens coniunctos; ratio eſt, quia ſicuti labores extrinſeci poſſunt vendi, ita etiam obligatio ad illos. ita Suar *d. c.* 21. cum Caſtrop. & Filiucc. Sanch. *l. c. dub.* 10. nec obſtat vſus, quod pro Miſſa cantata plus detur; nam datur nõ in pretium, nos loquimus de vero pretio.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO XVII.

De Simonia circa omiſſionem actum ſpiritualium.

QVÆRES I.

An ſit Simonia dare vel accipere pecuniam ad hoc vt abſtineat ab actu ſpirituali, qui iniuſtè, & ſacrilegè illum facturus eſt v. g. ne Simoniacè ordinet, aut ne in peccato mortali celebret,

1 DIco primo ex parte dantis pecuniam nullam committi ſimoniam, quia non eſt per ſe malum: ſed bonum; nam is non intendit niſi peccatum impedire; nec eſt iure aliquo prohibitum; nam *cap. nemo Præsb. de Simonia*, vbi tantum de hac materia tractatur, loquitur de omiſſionibus, quæ ſunt contra honeſtatem ex *cap. ſunt quidam* 1. *q.* 1. ita Suar. *c.* 22. *l.* 4. *de Simonia num.* 6. & ſupponunt omnes infra cit.

2 Dico 2. accipiens pecuniam ſi ſolũ eam accipiat, vt ab illa mala circumſtantia ceſſet v.g. à ſacrificando cum peccato, non erit ſimonia, quia tantũ vẽdit vſum ſuæ libertatis. ita Vgol. *c.* 42. Filiucc. *c.* 4. *num.* 52. cum Suar. hic cõtra Abbat. *c. cum in Eccl. de Sim. n.* 8.

3 Vtrum autẽ turpe faciat ceſſando ab illa mala circumſtantia ob pecuniam. Suar. hic non explicat; mihi tamen certum videtur non eſſe Iniuſtitiam, & conſequenter accipientem non teneri reſtituere. Addo nec eſſe peccatum, dummodo non recipiat in pretium rei ſpiritualis, cum nulla appareat inordinatio ſaltẽ grauis, præciſe ex acceptione pecuniæ, poſita ſẽtentia, quam cum Sanchez *lib.* 3. *de matr. diſp.* 39. tenuimus, de qua ſupra *diſp.* 11. *num.* 8. licet aliunde poſſet eſſe peccatum, vt ſi recipiens haberet animum peccandi, niſi detur pecunia, & ita interminis docet Sanchez *l. cit. in* 4. *in ſeptimo argumento iuncta concluſ. initio num.* 4.

QVÆRES II.

An omittere actus ſpirituales ob pecuniam ſit Simonia tam ex parte dãtis quam recipientis.

1 ACtus, pro quorum omiſſione datur pecunia, vel ſunt iuriſditionis ſpiritualis, ita vt eorum omiſſio cenſeatur moraliter prouenire à tali iuriſditione, & habeat effectus moraliter proportionatos v.g. omiſſio abſolutionis in confeſſione, vel cenſuræ in foro externo; vel non ſunt iuriſditionis ſpiritualis: ſed vel pertinent ad poteſtatem ordinis, vt ordinationem omittere; vel non: ſed ad alias virtutes vt ſi detur pecunia alicui ad hoc vt Miſſam, vel rationem omittat.

2 Dico primo dare pecuniam pro omiſſione actuum primi generis, eſt vera ſimonia; quia venditur vſus, & exercitium ſpiritualis poteſt atis; etiã ſi fiat per ſolam ceſſationem ab omni actu; quia eſt priuatio realis, & moralis, quę ob iuriſditionem, cuius auctoritate talis actus omittitur, habet vim moralem ad plures effectus v.g. omiſſio abſolutionis à cenſura, habet effectum, ne poſſit in Eccleſia ſepeliri.

3 Confirm. *ex c. nemo de Simon.* vbi dicitur vtrumq; eſſe ſimoniacum, tam ſcilicet dare, quam negare pænitentiam pro pretio; quę vox *Simoniacum*, cum dicatur in eodem contextu perperam intelligeretur de ſimonia proprie in dante abſolutionem pro pretio, & improprie, ſeu late in negante ex *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill.* ita Vgol. *t.* 1. *c.* 40. §. 3. Leſſ. *l.* 2. *c.* 35. *dub.* 11. *num.* 64. & poſt Suar. *hic c.* 22. Caſtrop. *tract.* 17. *diſp.* 3. *pun.* 12. *num.* 17. Filiucc. *c.* 4. *num.* 53. hic eſtq; conformis communi ſententiæ DD. aſſerẽtium omiſſionem eſſe poſſe materiam ſimonię vt D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art.* 3. *ad* 3. Palud. 4. *d.* 25. *q.* 7. Supp. Gabr. *q.* 2. *artic.* 4. *n. t.* 4. Ant. *c.* 5. §. 17. &c. apud Suar.

4 Per negationem aut pænitentię nõ intelligo negationem totius confeſſionis. Vnde ſi quis nollet confeſſionem

nem alicuius audire ob pretium acceptum, etiam ſi teneatur ex officio, non propterea erit Simoniacus, quia illa negatio nõ eſt actus iuriſditionis, ſed ſolum quidam vſus voluntarius naturalis libertatis: & ſic non eſt ſicuti negatio abſolutionis, quia hæc fieret auctoritate iuriſditionis ſpiritualis, nempe ligandi, & ſoluendi; & quãuis in ratione iniuſtitiæ ſint peccata eiuſdem ſpeciei: differunt tamen ſpecie ſub ratione omiſſionis vt bene Suar. *num.* 13.

5 Contra verò probabilius eſt eſſe ſimoniam negare ob pretium ſubdito facultatẽ, vt alteri confiteatur, quando iuſtè petitur. nam illa negatio eſt vſus iuriſditionis, à qua vim accipit impediendi ſubditum ne poſſit alteri confiteri. vel ſi Iudex Eccleſ. ob pecuniam præcipiat, ne contra criminoſum procedatur, aut nil agẽdo illum omittit impunitũ. ita etiam Caſtrop. in hoc vlt. caſu. *l. cit.* at de licẽtia negata putat *num.* 19. probabilius non eſſe ſimoniam: quia eſt tantum non vſus poteſtatis, & eſt tuta ſententia. vel deniq; ſi Parochus, ad quem ex officio pertinet deferre eos, qui non communicant in Paſchate, illos non denunciet ob pecuniam erit Simoniacus, quia in illa celatione vtitur aliquo modo ſua cura, & iuriſditione, & quantum in ſe eſt abſoluit illos impœnitentes, in quo ſenſu poteſt intelligi *d. C. nemo.* & DD. qui dicunt eſſe Simoniacos, qui pretio non denunciant criminoſum, quando tenentur, nẽpe in caſu particulari, de quo textus loquitur, & non in omni. Vide Suar. hic *nu.* 15. *& nu.* 10. *capit.* 22. *fine*, vbi ait poſſe exponi *d. C. nemo.* quod ſit ſimonia iure humano non denunciare in tali caſu, quia Ius poteſt prohibere, ne pro pecunia omittantur actus ſui muneris ſpiritualis intuitu talium actuũ, & ſic cõtra facere, erit ſimonia iure humano.

6 Quamuis Caſtropal. putet *nu.* 21. ſatis probabiliter, nec in eo caſu eſſe ſimoniam, quod etiam non obſcurè ſentit noſter Suarez dum non abſolutè ait eſſe textum ita intelligendũ, ſed poſſe exponi, & Doctrinam eſſe valde probabilem, *& c. nemo.* nõ dicit eſſe ſimoniacum hoc delictum, nam dum ait *vtrumq;* intelligit de his quę in tertia par. dixerat: iuxta ſuprad.

7 Similiter erit ſimonia ſi examinatores non approbent ob pretium dignos ad beneficia, vel ordines; quia id prouenit ab auctoritate ſpirituali, ſeu munere eccleſiaſtico, & facit effectum declarandi nõ idoneum examinatum; quod etiam præter Suar. tenet Filiuccius ſupra *num.* 57.

8 Quod de examinatoribus diximus, dictũ puta de Reuiſoribus librorum imprimẽdorum, quando ſunt à Prælatis Eccleſiæ, vel Religionum cõſtituti iuxta Conc. Trid. *ſeſſ.* 4. *decr. de Canon. ſcriptu.* nam ipſorum munus prouenit à iuriſditione ſpirituali, & ſicuti licentia docendi data ab habente iuriſditionẽ ſpiritualem, ſi fiat ob pretium eſt ſimoniaca, vt *diſ.* 15. *nu.* 10. ſic & approbatio Reuiſorum, vel negatio approbationis, quæ à tali poteſtate pendet.

9 Contra vero non erit ſimonia, ſi ſint Reuiſores tribunalis ſæcularis, vt fit in Regnis Caſtellæ teſte Hieronymo Rod. *comp. quæ reg. reſ.* 89. *num.* 1. in quibus ſufficit licẽtia ſupremi Cõſilij Regij, & in noſtro Regno, quãdo fit reuiſio pro fiſco. Quoniam verò *d. diſ.* 15. diximus, vt probabilius eſſe ſimoniam Iuris Diuini inſinuantes oppoſitum eſſe probabile, quia videtur actus pertinens ad politicam gubernationem; ſic etiam in hoc caſu de Reuiſoribus dicimus. ſaluo &c.

10 Sed quando de examinatoribus ad beneficia meminimus: addã ſolutionem quæſtionis his diebus exagitatæ, vtrũ ſcilicet ſit nullum examen, in quo interuenerunt examinatores ſynodales deſignati nomine Dignitatis v.g. Prior S. Dominici, Lector &c.

Reſpõd. ſi ſint illi ijdem, qui fuerũt tẽpore deſignationis valet examen, nam tunc ſufficienter determinatur perſona nominando dignitatẽ, quam de præſenti, & tempore nominationis

nis

nis illam obtinet, vt ſi dicant Rectorem Collegij Panorm. S. Ieſu, certum eſt nominari in examinatorem R. P. Ioſephum Caſtelnouo, qui nunc eximia prudentia, ac ſingulari comitate Rector exiſtit, & de hoc dubitari non poſſe affirmat Caſtropalaus *tract.* 13. *diſ.* 3. *p.* 1. *§.* 3. *n.* 8. & addo etiam ſi d. P. Caſtelnouus à Rectoratu finito tempore remoueretur, & non dum facta mutatione examinatorum, iterum Rector factus eſſet, vt accidit iam in eius perſona, adhuc eſſet legitimus examinator ſynodalis: nam eſto ſecundum Recentiores probabilius ſit nō venire ſucceſſores in dignitate; tamen in hoc caſu procul dubbio venit; quia ceſſat eorum ratio: nempe poſſe euenire, vt ſucceſſor non habeat qualitates à Concilio requiſitas in examinatoribus.

11 At loquendo de alijs ſucceſſoribus in eodem officio communiter Recētiores putant non eſſe Idoneos examinatores, & examen coram ipſis factum, eſſe nullum, quia cum ſucceſſores in officio ſint incogniti Clero Synodi, non potuerunt deſignari. ſic Garcia *de benef.* 9. *p.* c. 2. *à n.* 339. afferēs plures Rotæ deciſ. Barboſa. in Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de ref.* c. 18. *num.* 90. & alij, quamuis Ledeſma aſſerat in Hiſpania contrarium ſeruari, & examinatores deſignari ſub nomine dignitatis, ac ſucceſſores venire.

12 Quod ſi deſignatio fieret hoc pacto: eligimus in ſynodalem examinatorem Guardianū Cappuccinorū &c. & eū qui pro tempore erit, tunc dico ſucceſſorem in officio venire. ducor: quia ex vna parte non extat vllum præceptum Conc. in contrariū, vt conſtat, & ipſi Recent. fatētur; nec eſt cōtra eius intentionem, quia ſunt aliquæ dignitates, ad quas ſemper moraliter promouentur viri habētes qualitates à Conc. requiſitas in examinatoribus, nec ex eo, quod Concilium velit, vt ſingulis annis examinatores deſignentur, excluſit poſſe deſignari ſucceſſores in aliqua dignitate. immò cum iam videamus in multis locis Synodum nō celebrari per plures annos poteſt colligi poſſe ſucceſſores in officio deſignari modo Concilium Synodale ſuam exprimat intētionem. ex altera parte cum addit, & qui pro tempore erit, ſuam explicat voluntatem apertiſſime, non eſt dubium in illo caſu ſucceſſores comprehendi, & eſſe veros, & legitimos examinatores Synodales, nec Rotæ deciſ. ſupradictæ loquuntur in hoc caſu. vnde Gauan. *in prax. diæc. Syn. cap.* 31. ait fortaſſe valere in eo caſu: ſed ob dictas rationes mihi eſt certū, & ſic oſtendit vſus receptus in multis diœceſibus, & in hac noſtra Archiepiſcopatus Montis Regalis, ſic obtinetur, & à viris valde inſignibus doctrina, & pietate in praxi redactū.

De Actibus ſpiritualibus non pertinentibus ad iuriſditionem.

13 Dico 2. omiſſio horum actuum pro pecunia non eſt ſimonia, etiam ſi actus ſint debiti, vel ex lege, aut ex iuſtitia, ita vt peccatum ſit illos omittere, iniuſtitię, vt ſi Parochus omittat Miſſam, quam ex officio dicere tenetur; aut ſacrilegij, vt ſi quis contra votum non ingrediatur religionem. Ratio eſt, quia illa omiſſio eſt actus ſolius liberæ voluntatis, & ſic non venditur aliquid ſpirituale; & ſicuti non eſt ſimonia pretio inuitare ad faciendum opus peccaminoſum, ita nec ad omittendum erit ſimonia, ita Suar. *d.* c. 22. *n.* 11. Caſtrop. *l. c. n.* 16. & 21. videtur à parte ſupponere. Filiucc. *l. c.*

14 Quod intellige niſi omiſſio talium actuum ſpiritualium intuitu alicuius boni ſpiritualis pretio eſtimaretur, vt ſi quis omittat Miſſam propter pretium, quod accipiat in compenſationem lucri ſpiritualis, quod ipſi ceſſat ob illam omiſſionem; quia tunc res ipſa ſpiritualis vēderetur, dum homo pretio ſe illa priuat; contra vero, nec eſſet ſimonia, nec peccatum, ſi dum quis ſe priuat aliquo ſpirituali opere ob finem ſanctum v. g. vt miniſtret infir-

infirmis pretium accipiat; nam poteſt vendere ſuum ſeruitium, & illam materialem omiſſionem v. g. ſacri, quatenus omittit illud, vt alteri ſeruiat; non autem poteſt vendere iacturã ſpiritualem. videte Suar. *à nu.* 11. *& à num.* 18 cuius ſententiam à fortiori amplectuntur, qui tenent nunquam in omiſſione actus ſpiritualis poſſe eſſe ſimoniam. vt Adri. *quodl.* 6. *ar.* 2. Innoc. *c. Nemo.* Hoſt. ibi, & alij atque hæc de ſpiritualibus in ſe, ſiue per cauſam, ſiue per eſſentiam, ſiue per effectum.

DISPVTATIO XVIII.

An quæ in ſe materialia ſunt, & tantum ſunt connexa ſpiritualibus vendi poſſint abſq; Simonia.

1 LOquimur hic de rebus annexis ſpirituali per ſe, aut ex iure cõmuni, non autem per accidens, vt eſt v. g. labor Muſicorum in Miſſa, qui per accidens eſt cum re ſpirituali cõiunctus; nam poteſt eſſe Muſica circa res prophanas, & hæc ſunt tantum illæ, quæ in ſe materiales ſunt, & ſolum per connexionem, ſeu per aliquod genus cauſalitatis cum re ſpirituali, ſpirituales cenſentur, vt exponũt cõmuniter iuris interpræteſ *in C. Conſulere de Simon.* nam quæ in ſe ſpiritualia ſunt; etiam per Eccleſiæ inſtitutionẽ, & ſpiritualibus annectuntur, ſpiritualia ſunt, & non dicuntur annexa, vt ſunt multæ benedictiones Eccleſiæ præſertim, quæ fiunt in baptiſmo, & omnia Sacramentalia, Vas ſacrum vt ſacrum eſt, & alia huiuſmodi.

2 Tripliciter autem poteſt aliquod materiale ſpirituali adnecti. Primo vel antecedenter, quia ſcilicet ſecundum ſe tempore poteſt præcedere ad ſpiritualia, vt vaſa ſacra ratione materiæ. Secundo concomitanter, quia ſcilicet intime coniungitur rei ſpirituali, & ſpirituale efficitur, licet in ſe materiale ſit, vt ſunt actus materiales, quibus ſpiritualia munera præſtantur, quod membrum licet D. Thom. & alij omiſerint, quia in ordine ad ſimoniam iudicatur, tanquam de re ſpirituali ſimpliciter, vt diximus ſupra *diſp.* 16. tamen alij illud ponunt vt Riccar. Duran. Redoan. & alij Recẽt. communiter. Tertio conſequenter, quia ſcilicet conſequitur ad ſpirituale, & cũ illo coniungitur, vt ſunt beneficia eccleſiaſtica his poſitis ad quæſitum.

3 Reſp. tantum vendi poſſe ea, quæ ſunt connexa ſpiritualibus antecedẽter, non quatenus ſpiritualia ſunt: ſed pro vt materiam dicunt vt ſupra *diſ.* 9. probatũ eſt de Vaſis ſacris &c. quæ ratione materiæ vendi poſſunt; nam quæ ſunt concomitanter ſpiritualia vendi non poſſunt, cum proprie ſint ſpiritualia in ſe, & vt intrinſeca pars ſpiritualis functionis; quæ vero ſunt conſequenter ſpiritualia, ſunt dependentia à ſpiritualibus, & illa ſupponũt vnde nõ poſſent vendi, niſi etiam ſpiritualia vendantur, huiuſmodi ſunt beneficia eccleſiaſtica, de quibus fuſius per conſequentes *diſp.* hæc Suar. *cap.* 23. *l.* 4. *tr.* 3. & D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *ar.* 1. Ant. 2. *p. t.* 1. *c.* 5. §. 21. Soto *q.* 7. *art.* 1. & paſſim Recent. nouiſſime Vidal. *tit. de Simon. in q.* 1. *num.* 13.

DISPVTATIO XIX.

De Simonia in Beneficijs Eccleſiaſticis.

1 NOmine Beneficij intelligimus iuxta communẽ vſum ius perpetuum miniſtrãdi in Eccleſia, & pro miniſterio recipiendi fructus annuos ex bonis eccleſiaſticis.

2 Propriè tamen primum munus dicitur officium, ſecundum appellatur proprie beneficiũ, quæ vox vſurpata fuit in Cõſil. Mogunt. *c.* 1. *de Eccl. ædifi.* licet res ſignificata per vocem fuerit antiquior *ex cap.* 1. 13. *q.* 1. & alibi, & quamuis ipſi redditus tẽporales ſint; tamẽ vt adnexi ſunt titulo ſpirituali, ſunt ſpirituales, & ex Iure Præbendæ vocantur *ex cap. Maioribus de Præben.* vbi Innoc. licet etiam prębenda vocetur illud emolumentum temporale,

Digitized by Google

vt ſic conſideratum ex Gloſſa. *d. cap. cum maioribus*.

3 Diſtinguuntur autẽ beneficia ex primo munere, nempe ex titulis propter quos redditus percipiuntur, qui ſpirituales ſunt, nec poſſunt Laicis conferri, ſed ſaltem primam tonſuram habentibus *ex c. Clerici* 1. *q*. 2. vnde alia dicuntur ſimplicia, alia habentia adminiſtrationem, & ex his quædam habent iuriſditionem etiam in foro externo, vt ſũt Epiſcopatus, Archiep. & Superiores grad', & Abbatiæ, Prioratus, Archidiacon. & ſimiles, quædam vero habent iuriſditionem tantum pro foro interno, & dicuntur Parochialia, ſeu Curata Beneficia.

4 Vnde patet, quod ſi vendatur Beneficium, quo ad illud Ius ſpirituale, erit ſimonia Iure Diuino iuxta ſuperius dicta. nec ob Pontificis diſpenſationem, poteſt ratio ſimoniæ ceſſare, quia id quod eſt ſpirituale in beneficijs ſecundum ſuam ſubſtantiam eſt de Iure Diuino, cum ſit, vel iuriſditio eccleſiaſtica, vel cura animarum, vel aliqua ſpiritualis functio, quæ omnia ſunt communicatio poteſtatis datæ à Chriſto ipſius Vicario. videte Suar. *tom.* 1. *de rel. lib.* 4. *tra.* 3. quem ſequitur Caſtrop. *tr.* 17. *diſ.* 3. *pu.* 13. Filiucc. *c.* 5. *à n.* 10. hic. Sanch. *l.* 2. *c.* 3. *dub.* 24. *nu.* 1. Barboſa *lib.* 2. *Iur. Eccl. cap.* 4. *n.* 9. licet nõ omnia attingãt; tamen ſupponere videntur.

QVÆRES I.

An ſi beneficia vendantur tantum intuitu illius emolumenti temporalis, vel incommodi, quod prouenit ex ſpoliatione ſui beneficij ſit Simonia, & quo Iure.

5 ESſe ſimoniam talem venditionẽ, nulli dubium eſt; cum ſatis expreſſe loquãtur Canones prohibẽtes, quoslibet contractus oneroſos, circa beneficia. *c. tua nos & c. de ſim. &* 1. *q.* 3. *per totam*. quo autem iure ſit.

6 Diſſentiũt Theologi, vt plurimũ à Canoniſtis, hi volunt eſſe tantũ iure poſitiuo; vnde inferunt Papam poſſe vendere beneficia abſq; ſimonia. ita Felin. Decius, *cap. ex parte* 1. *de Simon.* Cardinal. & Alex. *cap. latorem* 1. *q.* 1. *à num.* 29. Iul. Clar. *l.* 5. *§. Simonia num.* 5. & alij. at Theologi putant eſſe de Iure Diuino, & conſequenter non poſſe à Papa vendi beneficia, etiam intuitu illius emolumenti temporalis, ſeu iuris percipiendi fructus eccleſiaſticos, vt *n.* 1. notaui. ita Duran. 4. *diſ.* 25. *q.* 5. Palud. 4. *q.* 4. *à nu.* 24. Riccar. *ar.* 3. *q.* 3. Ant. 2. *p. t.* 1. *c.* 5. *§.* 21. Vict. *de ſim. n.* 44. Pro ſolutione.

7 Dicendum puto venditionem Beneficiorum (ſiue ea ſint curata, ſiue ſimplicia; nam vtraq; habẽt ſpirituale, & corporale emolumentum) eſſe ſimoniam Iure Diuino, etiam ſi tantum vendantur intuitu præbendæ, antequam fiat formalis, vel virtualis ſeparatio Præbendæ, ſeu fructuum; qua facta hi poſſunt ſine ſimonia vẽdi, & beneficium gratis dari.

8 Prima pars aſſertionis probatur, quia ſi beneficium non ſeparatur ab officio ſpirituali, quando beneficium venditur, etiam venditur facultas obtinendi præbendam, ſeu redditus eccleſiaſticos, & ius ad illos mediante ſpirituali miniſterio, quod ſupra diximus *n.* 1. & eſſe titulum cur fructus percipiantur: ergo venditur ipſum miniſterium ſpirituale, ſaltem quatenus eſt medium neceſſarium ad tẽporales fructus conſequendos; nam ante exhibitũ ſpirituale miniſterium v.g. recitatum officium, tantum eſt acquiſitũ ius indirecte, & virtute ad fructus, quatenus ſc. Beneficiarius habet ius miniſtrandi ſpirituale, & eo poſito fructus acquirendi.

9 Secundo, quia eo ipſo quod venditur illa ſuſtentatio pro munere ſpirituali, eo ipſo venditur ipſum munus ſpirituale; cum res annexa, vt annexa, nempe, vt ſuſtentatio debita vẽdatur.

10 Confir. *ex cap. ſi quis obiecerit* 1. *q.* 3. quod infert, præbendam non poſſe vẽdi propter inſeparabilitatem cum officio, ſeu titulo beneficij ibi. *Qui vnũ vẽdit, aliud invẽditũ nõ relinquit.*

nec placet Vgolini expoſitio, nimirũ loqui textũ ſecundũ præſũptionem; quia Papa affert exẽplum de corpore, quod ſine anima viuere non poteſt, quod non eſt præſumptiue, atq; hanc partem tenent Theologi illi, quos *num.*7. attulimus, & eorum fere rationibus eſt confirmata.

11 Secunda pars amplectitur cõmuniter à Canoniſtis, & facile probatur, quia facta tali ſeparatione non vẽditur ipſum beneficium ſecundum ius ſpirituale: ſed tantum quoad ius ad emolumentũ temporale, nec vt ſuppono, hoc emolumentum temporale carius venditur, quã in ſe valet, propter connexionem cum ſpirituali; ergo non eſt intrinſece ſimoniaca talis vẽditio.

12 Vnde enim repugnat practicè, aut ſpeculatiuè nõ poſſe in beneficio æſtimari ſolam partem materialem, tam ex parte vendentis, quam ex parte recipientis; ſicuti poteſt Ius Patronatus vendi cum fundo, & tunc non cenſetur ipſum ius vendi, aut æſtimari: ſed fundus, vt dicemus infra. hæc Suar. *c.* 24. *cit.* quem in re ſequitur Caſtropal. *pun.*13. *num.*3. Filiucc. *c.*5. *hic. à. nu.*18. eſt etiam in hac ſententia Leſſ. *l.*2. *cap.* 35. *numer.*19. & Layman *tract. de Simonia, §.*5. *num.*45.

QVÆRES II.

A quo, & quomodo poſſit fieri talis ſeparatio.

13 RESp. ad primum quæſitum hanc ſeparationem nunc fieri poſſe tantum à Papa, quia ipſe tantum eſt ſupremus diſpenſator bonorum eccleſiaſticorum, & ſicuti poteſt re ipſa ſeparare redditus à titulo ſpirituali; ita voluntate poteſt ſeparare temporale à ſpirituali, & illud cum aliqua re temporali compenſare. Et quamuis Epiſcopus in ſua Diœceſi poſſet talem ſeparationem facere; nunc tamen ea eſt prohibita *ex cap. Prohibemus de Cenſib. c. Maioribus, & c. Vacãte de Præb.* & per conſequens Epiſcopus vendens taliter beneficia, ſimoniã committeret Iure Diuino, & à fortiori quælibet priuata perſona: quia eſt contra naturalem rationem à perſona priuata ſeparari fructus à titulo Beneficij, cui Eccleſiæ auctoritate cõiuncti ſunt. ita Suar. *tract.* 3. *l.*4. *c.*24. *à num.*32. & ſequitur Bonac. *de Simonia q.*4. *§.*11. *num.*11. *iuncto num.*10.

14 At Leſſius putat eſſe tantum præſumptiuè ſimoniam Iuris Diuini in prædicto caſu *l.*2. *c.*35. *num.*20. quem ſequi videtur Caſtrop. *pun.* 13. *num.*4. *tom.*3. *tract.*17, dum ait *Conuincerẽtur ſane pecuniam petere pro titulo.* at male citat Suarium *hic num.*41. quia ipſe concludit: *eſt ergo ſemper hæc Simonia propria, & contra Ius Diuinum.*

15 Hinc ſi Beneficiarius vendat fructus ſui Beneficij pro toto tempore vitæ ſuæ, accipiendo ſimul pretium, & valorem eorum, & det alteri beneficium petendo ab eo pretium illorum fructuum, ſi eos velit, ſeu ſi velit beneficium abſq; diminutione fructuum venditorum; erit ſimonia Iuris Diuini; ſin vero non det beneficium alteri: ſed fructus futuros vendat pretio ſimul accepto, erit iniuſtitia: quia vendit id, ad quod non habet ius, vel dominium, & ſic vel emptorem decipit, qui tenetur ſucceſſori Beneficiario ſoluere pretium conductionis fructuum, caſu quo interim primus Beneficiarius moreretur, vel facit iniuriam ſucceſſori ſi illum vi &c. decipiat, vt conſentiat priuationi fructuum; nam non poteſt vẽdere fructus pro illo tẽpore, pro quo non eſt habiturus titulum cum ratione illius, nempe miniſterij illos cõſequatur. ita Suar. *d. c.*24. *à num.*39. ſequ. Bonac. *l. cit. à num.*10. *in ſolut. obiect.*

16 Immo probabilius eſt, eſſe ſimoniã de Iure Diuino; nam de iure eccleſiaſtico certum eſt ob Eccleſiæ prohibitionem, ſi Beneficiarius ob incõmodum, quod patitur, dum renunciat beneficium alteri, aliquid petat, quia onus eſt tam annexum commodo, ex Eccleſiæ Inſtitutione, vt ab illo ſeiungi non poſſit, nec commodo acquiri, niſi

Digitized by Google

niſi mediante titulo ſpirituali, & ſic requiritur auctoritas Eccleſiæ ad faciendam hanc recompenſationem: ita poſt Suar. *d.c.24.num.42.* Filiucc. *c.5.* *nu.25.*& Bonac. *l. c.* & ſupponunt alij.

17 Putat Caſtropal. poſt Suar. poſſe fructus Beneficij locari, & vendi pro vita Beneficiarij. citat Panor. *in c.quaero.c.ne præl. vic.ſuas* Tol. *lib. 5.cap.91.* *num.6.*& ad *Extrau.ambitioſe*, ait nullibi eam eſſe receptam quatenus prohibet ſub excommunicatione, ne vltra triennium locentur ad ſecundum quæſitum.

Quomodo poſſit Papa ſeparare Præbendam à titulo Beneficij.

18 RESpon. tribus potiſſimum modis. primo extinguendo ſpirituale officium, vel obligationem ad illud. ſecundo poteſt dare eum onere ſoluendi ſibi, vel alij partem aliquã fructuum quotannis v.g. decem, vt praxis teſtatur de Penſionibus. tertio in hoc caſu poteſt æſtimare onus illud penſionis aſſignatæ v.g. Titio, & petere à Paulo, cui confert beneficium, vt illius æſtimationem ſoluat, ſi velit integrum beneficium, quia cum illa penſio ſit merè temporalis, ſicuti poteſt redimi ratione temporalitatis, ita poteſt à principio fieri tale pactum, & ſicuti ſi pingue beneficium pro tenui commutatur, poteſt Pontifex concedere, vt fiat aliqua cõpẽſatio inequalitatis: cur non poteſt concedere, vt à principio fiat commutatio cum ſũma æquivalente penſioni in ijs caſibus in quibus ei permittitur ex *c. ſtatutũ de relig. domib.* aliquod onus imponere in conceſſione beneficiorum?

19 Nec in rigore eſt venditio aliqua rei ſpiritualis, aut coactio ad emendum; nam Papa poteſt onus imponere, & velle non dare beneficium, niſi recepturus id nõ præſtet, quamuis ob magnam ſuſpicionem ſimoniæ merito Pontifices, nec vnquam id vſurpant, nec debet facere. hæc Suar. *d.c.24.* quẽ citati Recentiores ſequuntur.

QVÆRES III.

An Præſtimonia poſſint abſque Simonia Iuris Diuini pretio dari.

20 RESp. negat. quia Præſtimonia sũt Beneficia eccleſiaſtica; nã ſunt partes fructuum beneficij aſſignatę in perpetuum perſonæ eccleſiaſticæ ad recitandum officium Canonicum, & ita declarauit Pius V. in motu proprio *ex primo An.1571.* ita Suar. *trac.3.lib.4.* *c.25.num.4.* ſequitur Barboſa *de Iure Eccleſ.l.3.c.3. num. 9.* Sebaſt.Cæſ. *relec. de Eccleſ.Hierarch.p.3.diſp.14.§.5.n.2.* Fagund. *in Eccl.pr.1.l.2.c.4.numer.17.* & alij, quos ad ſatietatem citat Barboſa *loc.cit.num.4.*

21 Vbi addit *num.8.* Præſtimonia eſſe menſuranda iuxta beneficia, nempe quod ad eorum titulũ poſſit quis ordinari, & facienda ſit eorum mentio in beneficij impetratione, & in expectatione beneficij comprehenditur Præſtimonium, niſi aliter conſuetudine, vel vſu loci intelligatur. Et Illegitimi, qui non poſſunt per *Triden. ſeſſ.25.de reform.c.15.* habere beneficiũ in Eccleſia in qua parens miniſtrauit, nec poſſũt habere præſtimonium. videte Garziam de Benef. *par. 1.cap.2.à nu.122.* Quintan. *Eccleſ.lib.2.num.86.* & Barboſ. *l.c.* qui Doctores cum alijs, quos citat Suar. hic numerat.

DISPVTATIO XX.

An Penſiones ſint materia Simoniæ.

1 SVppono hic Penſiones non eccleſiaſticas, cuiuſmodi ſunt quę dãtur propter rationem merè temporalem v.g. ad ſtudẽdum, vel militandum, quas aliqui vocant præſtimonia, cum Hogeda *2.p.de Benef.in com. c.8.num. 12.* vel ad campanas pulſandas &c. etiam ſi dentur Clericis, non eſſe materiam ſimoniæ Iure Diuino, & ſic abſque ſimoniæ ſpecie de iure vendi poſſunt, quia ſunt quid temporale, quidquid dicat Rebuff. *de pacif.*

poſſ. ſſ. num. 34. eſt comm. DD. & poſt Suar. *c.* 26. *nu.* 5. *d. lib.* 4. tenent Bonac. *de Simon. q.* 4. *§.* 13. *num.* 3. Filiucc. *hic c.* 8. *num.* 2. Barboſa de Iure Eccleſiaſtico *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 19.

2 Qui tamen addit de ſtylo Curiæ has penſiones nec vendi, nec redimi poſſe ſine Papæ auctoritate, vt etiam teſtatur Filiucc. *loc. cit. nu.* 4. & Bonac. *l. c. ver. Dico ſaltem*, & alij apud ipſos; male tamen Bonacina, & Barboſa citant Suar. hic *num.* 16. pro hac ſententia: Ipſe enim tantum ait: *ſi ſtylus Curiæ habet locum in his penſionibus temporalibus*, tunc vendi non poſſe, & addit: *Mihi non ſatis conſtat; veriſimilius tamen eſt ſtylum, & prohibitionem cadere in penſiones clericorum, vt Clerici ſunt, vel quæ ſunt adnexa aliquo modo officijs eccleſiaſticis; quæ vendi prohibentur; nam aliæ penſiones omnino temporales nullo modo videntur ad ordinem ſpiritualium rerum pertinere.* & hæc Suarij diſtinctio mihi omnino placet, fauent cit. DD. preſertim Bonacina, qui ad hanc ſentētiam videtur potius inclinare. Filiucc. qui appellat probabilem *num.* 3. Caſtrop. *numer.* 7. *&* 8. *ver. de omnibus circa fin.* iuxta Suarij diſtinctionem loquitur, vt conſideranti patebit, & Leſſius *lib.* 2. *dub.* 22. *fine*, Laymam. *§.* 5. *à num.* 47.

De Penſionibus Eccleſiaſticis, ſeu Clericorum, vt Clerici ſunt.

3 PEnſiones dictæ quatuor modis ſolent imponi. Primo ad ſuſtentationem Clerici nullo habito reſpectu ad munus ſpirituale. Secundò pro aliquo munere ſpirituali, vt ſtipendium ſuſtentationis pro tali munere v. g. vt ſit Coadiutor Epiſcopi, vel Vicarius, & vocari poteſt ſtipendiaria Penſio ſpiritualis. Tertio datur penſio in titulum beneficij v. g. ad adiuuandum Parochum, vel ad ſeruiendum Choro, & Diuinis officijs, quæ propriè beneficium eſt. Quarto denique datur pro beneficio, vel cui renunciat Beneficiarius pacificè, vel cum in beneficio litigioſo, vni datur beneficium, alteri penſio, vel denique cum Parochus ob ſenectutem dimittit beneficium, & ei penſio ad ſuſtentationem aſſignatur. hæc Suar. *cap.* 26. *nu.* 6. 10. 23. *lib.* 4. *tract.* 3. *de relig.*

Circa penſionem primi modi, nempe, ad ſuſtentationem.

4 DIco primo, licet ſtādo in iure antiquo ea poſſit vendi abſque ſimonia, quia, cum non detur ob ſpiritualem titulum, & tantum Clericatus requiritur, vt cōditio ex parte recipientis ſunt quid tēporale vt probat Vidal; tamē vbi recepta eſt Cōſtitutio Pij V. incipiens *ex proximo*, per quam fuit impoſita his penſionibus obligatio recitandi officium B. V. nō poteſt abſq; ſimonia Iuris Diuini vendi, quia ſuppoſita tali adnexione rei temporalis cum ſpirituali, iam fit ex natura ſua inuendibilis, ita cum Suario *d. c.* 26. *à num.* 7. Bonacina *q.* 4. *§.* 15. *num.* 4. vbi citat Valen. *pun.* 2. *col.* 9. *ver. porro.* Caſtrop. *punt.* 3. *numer.* 8. Filiucc. *cap.* 8. *n.* 6. vbi ait eam Bullam eſſe receptā in Hiſpania, & Italia: addo, & in Sicilia.

5 Dico 2. Penſionarius, vbi dicta Bulla Pij V. viget, non poteſt ſuam pēſionem alteri trāsferre ob pretium; etiā ſi habeat licentiam à Papa trāsferendi penſionem in alium; nam ſine Papæ licentia non poteſt fieri talis trāſlatio, vt ſupponit noſter Suar. & alij, nec dari pretium ipſius penſionis ante obtentam licentiā, niſi ſub depoſito, vt probat Garſia de Benef. *p.* 1. *c.* 5. *num.* 38. vel ſeruando ſibi fructus, vel partem eorum. Contra vero, qui habuit facultatem à Papa transferendi in alium totam ſuam penſionem, poteſt partem transferre, & titulum retinere, nam penſio non eſt indiuiſibilis ſicut beneficium, & ille in quem facta eſt trāſlatio, tenetur ad officiū; & tandem poteſt per ſe loquēdo in aliū transferre omnes fructus ſuæ penſionis, retinendo titulum, & obligationē penſionis. Vbi autem Bulla Pij nō viget poteſt pretio transferri penſio, ſi

Digitized by Google

utic vendi poſſe diximus abſq; ſimonia. ita cum Suar. *cap.* 26. cit. DD. & Barboſa *l.3 Iur. Eccl. cap.* 8. *n.*7. quamuis nouiſſime Vidal. de Iudice *inquiſ.* 5. *à num.* 44. putet, non obſtante, quod vigeat Bulla Pij V. de recitando officio B. V. penſiones vendi poſſe abſq; ſimonia cum ſint quid temporale, & tantum *num.* 60. ait pro foro externo requiri Papæ conſenſum, & non eſt improbabile.

6 Dico 3. ſi alicubi eſſet deputata pēſio, ſeu aliquod emolumētum, vt ſtatim eſſet debitum ordinatis ex vi ordinis, tunc non poſſe vendi, etiam iure naturæ; quia eſſet adnexum conſequenter rei ſpirituali, ſicuti Priuilegia Clericorum vendi non poſſunt. ita Suar. *cap.* 26. *num.*7.

QVÆRES V.

An liceat dictam Pēſionem pretio redimere: do v.g. centum Penſionario, ne dem 10. ſingulis annis.

7 RESP. poſita d. Pij Conſtitutione, verius eſt eſſe ex natura rei prohibitam talem redemptionem, quia accipit ſimul commodum pēſionis, & ſe liberat onere officij, quod debet recitare ex Bulla Pij, nec poteſt propria authoritate deſtrui, quod à Papa cōſtitutum eſt. & probabile etiam eſt eſſe ſimoniam, cum ſpiritualis titulus pretio extinguatur. De ſtylo tamen Curiæ talis redēptio, vt Simoniaca habetur, vt docet etiā Nauarr. *conſ.*66. & 93. *de Simon.* & *c.*23. *n.*111. Suar. *nu.*14. *d.c.*26. & poſt ipſum Garzia *de benef.* 2. *p.c.*5. *à nu.*23. qui ſtylus ſi fuit ante Bullam Pij V. etiam tunc fuiſſet ſimonia Penſiones redimere, ſaltem iure humano, eo tamen non poſito, nulla fuiſſet ſimonia, quia ſicuti penſio poteſt gratis remitti, quādo Penſionarius non eſt ordinatus in ſacris ad titulū penſionis, ex Zechio *de republica Eccl. cap. de Clericis*, poſt Suarium hic *nu.* 17. ita poteſt etiam deſtrui ſine Papæ auctoritate; quod autem pretium detur, non datur pro ſpirituali, ſed tantū extinguitur, quid temporale. ita Gaet. *tom.2. opuſ. tr. vlt. reſp.* 10. Tolet. *ſum. l.*5. *cap.*92.

8 Vbi noto 1. idem eſſe dicendum de Penſione iniuſte impoſita, ſed valida: at ſi Penſio fuit nulla poteſt etiā per Bullam Beneficiarius ad vexationem tollendā illam redimere, at Penſionarius non poteſt ſine iniuſtitia, aut ſimonia ob conſcientiam erroneam pretiū accipere. ſic Suar. *d.n.*17. ſequitur Bonacina *d.*§.13. *num.*8. *ver. hoc tamen.*

9 Noto 2. poſſe redimi Penſionem remanendo obligato Penſionario ad officium ſpirituale ſoluendum; quia nulla eſt de hac re prohibitio, cum ſit locatio fructuum pro vita Penſionarij, quam nec ex ſtylo Curiæ cenſeo prohibitam ex Nauarr. *conſ.*62. vel ſi non liberatur à Penſione, ipſum Beneficium, ſed Beneficiarius, quia eſt redemptio oneris perſonalis, ac tunc debet in conſcientia, etiam ſi nullum ſit appoſitum pactum, poteſt Penſionarius præſtare munus ſpirituale, quia hæc videtur intentio Pontificis ne habeant commodum ſine onere ſpirituali illi adnexo. hæc Suar. *nu.*17. & 18. putat tutiorem Bonacina §.13. *nu.*11. quamuis ipſe contra Suar. putet non teneri recitare officium facta redemptione, quia Penſionarius non retinet titulum, & quod poſſit redimi docet etiam Naldus *v. Pēſio n.* 10. Gar. *par.* 1. *c.*5. *num.*29. Ant. 2. *p. lib.*8. *c.*10. *q.*11. & alij.

Et ea quæ diximus de his Penſionibus applica illis, quæ dantur pro Beneficio, nempe poſt Bullam Pij V. nō poſſe vendi, nec redimi, quia omnes ſunt penſiones Clericales, ac ſtylus Curiæ eſt conſulendus. ita Suar. *num.*26. Filiuccius, & alij.

Circa Penſionem ſecundo modo dari ſolitam, ſcilicet pro aliquo ſpirituali munere, vt ſtipendium ſuſtentationis.

10 DICO 1. Pēſio impoſita ſuper Epiſcopatum, vel Beneficium pro ali-

aliquo munere ſpirituali v.g. ad hoc vt Petrus ſit Vicarius, vel vt Concionator ſuſtētetur &c. non poteſt ſine simoniæ vendi, vel redimi, cū ſit quid ſpirituale, & obligatio ad tale munus exigi non poteſt. Contra vero ſi Penſionarius retenta obligatione vellet Penſionem vendere v. g. pro vita Epiſcopi, non eſt simonia; ſed licet, dummodo Epiſcopus dum vult hūc eligere v.g. in Vicarium non paciſcatur, vt redimat Pēſionem; tunc enim eſt simonia, quia datur ſpirituale ob onus temporale. ita Suar. *d. c. 26. n. 3. l. 4. à nu. 20.* cum quo videntur ſentire citati Doctores, quamuis hæc non ita diſtinctè tractent.

11 Dico 2. Penſio quam ſibi imponit Epiſcopus perſonaliter, aſſignando ſuo Vicario v. g. centum quotannis à ſua menſa, poteſt vendi libere; quia nō eſt niſi quid merè temporale, niſi forte ob officium ſpirituale haberet taxatum ſtipendium, tunc enim eſſet simonia, partem illius exigere ad hoc vt Vicarius v. g. conferatur, ſicuti ſi exigeretur pecunia ad hoc, vt Petro potius, quam Paulo conferatur, vel tertio mediatori detur. ita Suarius *d. c. 26. num. 21.*

12 Vbi nota non eſſe simoniam, ſi diſtribuens eleemoſynas pro Miſſis aliquid accipiat ad hoc, vt potius eligat hunc Sacerdotem, quam alium, nec videtur eſſe prohibitio, niſi aliunde ſit aliqua iniuſtitia. vide Suarez *n. 22.* & citatos Doctores.

DISPVTATIO XXI.

An Commenda, Coadiutoria, vel Hoſpitalia ſint materia Simoniæ.

1 Reſp. Cōmendæ Spirituales non poſſunt sine simonia Iuris Diuini vendi; quia in his datur iuriſdictio, vel delegata, vel quasi ordinaria *ex cap. cum nobis de elect. in 6.* Suntq; Commendatores perpetui, veluti Beneficiarij eccleſiaſtici. ex Lud. Gomez *reg. de tri. poſ. q. 5.* Mandos *in reg. de ver. ſim. not. q. 3.* & poſt Suar. *l. 4. tr. 3. c. 27.* Barboſa varios citans *lib. 3. Iur. eccl. c. 9.* Sebaſt. Cæſ. *re lec. de Eccl. Hier. par. 3. diſp. 14. ſ. 7.* Caſtrop. *trac. 17. d. 3. pu. 13. num. 13.* & alij.

2 Spirituales Cōmēdas appello, quę dantur cum ſpirituali adminiſtratione, cui temporales fructus annectuntur, vt cum Eccleſia aliqua, ſeu Beneficium non habens proprium Paſtorem, vel quia mortuus eſt, vel quia eſt abſens, aut impeditus, commendatur alteri ad ſex menſes; & ſi commendatio eſt de Cathedrali fit auctoritate Papæ, ſi de Parochiali auctoritate Epiſcopi ex *cap. Nemo. de elect. in 6.* & Trid. *ſeſſ. 24. cap. 18. de Reform.* vbi vocat commendatum Vicarium; quæ ſanè commendatio fit præſertim in fauorem Eccleſiæ, & eſt tēporalis, vel cū Eccleſia in perpetuum datur adminiſtrationi alicuius, in quem titulus beneficij nō cōfertur, nec eſt Prelatus, vel Rector Eccleſiæ, ſed tātum Commendatarius, & veluti Procurator, & Gubernator; & hoc maxime fit in ſuſtentationem eorum, quibus cōmendatur, vt hodie dantur multę Abbatiæ Cardinalibus &c. vnde vel eſt beneficium eccleſiaſticum, vel illi equiparatur ex Lud. Gom. *reg. de tri. poſſ. q. 5.* & licet hodie nō ſit in vſu; tamen ſolet puero cōmendari, qui per Vicarium gubernet, donec ætatē habeat requiſitam, vide cit. DD. & Suar.

3 Et quod de Cōmendis diximus, idē dicas de Coadiutorijs; ſunt enim valde ſpirituales. vide Barb. *de Iur. Eccl. c. 10.* & tenet cū Suar. Caſtrop. ſupra.

4 Commendæ vero temporales, quę dātur ad miniſterium temporale, vel titulo merè Laico, vt ſunt quæ dātur Equitibus S. Ioannis Melitæ, & D. Iacobi, Alcantaræ &c. non ſunt materia ſimoniæ, neq; Iure Diuino, neq; humano, quia nec sūt aliquid ſpirituale, nec ſpirituali annexum: ſed tantū ſupponunt profeſſionē, veluti conditionem ſine qua non, nec ob Commendas hi equites obligātur ad aliquas orationes fundēdas, ſed ex vi religionis, eos obligātis vt religioſos ad aliquas preces, & dantur præſertim ob premium labo-

Digitized by Google

laborũ præcedẽtium.nec refert,quod equites iſti voueant militiã:tum quia ille labor eſt corporalis, quia nõ vouẽt facere bellũ &c.sine debita retributione: nec cõmenda datur propter votũ:ſed propter militiæ laborẽ;neq: iure humano prohibita eſt talis venditio ab Eccleſia. ita Petrus Ledeſma 2.*p.ſum.tr.*12.*concl.*20.Aragon. 2.2.*qu.* 100.*a.* 4.Vega 2.*p.c.*101.*caſ.*52.& poſt Suar.*d.c.*27.Bonac.*q.*4. *n.* 15.Caſtrop. *num.*13.*l.c.*Filiuccius,*cap.6. hic num.*4. Diana *reſol.*4.*tom.*2.*de dubijs regul.p.*1.

5 Vnde patet non eſſe ſimoniam eas vẽdere:ſed iniuſtum,& malum ſi fiat directa venditio, quia Magiſtri Ordinum, vel Reges non ſunt Domini:ſed acceperunt à Papa poteſtatem diſtribuendi eas, & multo minus ipſi Cõmendatarij poſſunt eas vendere, quia ſunt tantum vſufructuarij. at indirecta veluti venditio licita eſt, ex parte Regum, vel Magiſtri:vt ſi onus penſionis iuſtæ ponatur: ſi cum aliqua obligatione eundi v.g. ad Iudæos detur &c. vel ex parte Commendatarij, vt ſi mediante pecunia procuraret fauorem &c;vt commendam obtineat, licet ex aliquo capite poſſit eſſe peccatum de quo alias.ſic cum Suario *l. c.*etiam Bonac.Filiucc.Caſtrop.& alij citati *num.praec.*Iam videamus.

An Hoſpitalia ſint materiæ Simoniæ.

6 NOmine Hoſpitalium intelligo officium Rectoris, ſeu Gubernatoris hoſpitalis, quod ſit religioſũ, nempe auctoritate Epiſcopi erectum; nam ſi ſint priuata auctoritate huiuſmodi hoſpitalia erecta; etiam ſi loca pia dicantur ex Tiraq.*de priu.pia cauſæ*; tamen materia ſimoniæ non ſunt. de illis ergo.

7 Dicendum puto nõ eſſe ſimoniam Iure Diuino ea vendere: ſed tantum humano:ratio primæ partis eſt, quia ea officia ſunt tantum temporalia,ſiue ſint perpetua, ſiue ad tempus.ita Abbas *cap.extirpanda.§. quia vero*, & *c.*5.*de Sim.num.*7.vbi Felinus.

8 Secunda pars patet, quia Vrban. Papa *c.Saluator.*1.*q.*3.prohibet venditionem cuiuslibet rei eccleſiaſticæ adminiſtrationis: ſed eiuſmodi eſt gubernatio Hoſpitalis Religioſi; nam eius bona ſunt eccleſiaſtica: ergo. ita Suar.*l.*4.*tract.*3.*d.c.*27. Gonzal. *reg.* 8. *Cancell.Gloſſ.*5.*§.*4.*num.* 22. Gomez *de expectatiuis nu.*43.& ſupra cit.DD.

DISPVTATIO XXII.

An Ius Patronatus ſit materia Simoniæ.

1 AGimus hic de Iure Patronatus à iure canonico introducto,& eſt triplex onerоſum, vtile, & honorificum. Illi enim qui aliquam Eccleſiã fundauit, dotauit, vel conſtruxit ex quadam naturali gratitudine conceſſum fuit,vt bona Eccleſiæ licitè defẽdat *ex cap.filijs* 16.*q.*7.& ſi in egeſtatem deueniat, debet ab Eccleſia ſubueniri,vt Doctores notant in *rubr.de Iur.Patron.* ac denique illi conceditur honorificus locus in ſua Eccleſia, & ex quadam gratia ad hunc honorem additum etiam fuit ius præſentandi perſonas ad beneficia ſuæ Eccleſiæ,vt patet *ex Conc.Auraſi.c.*10.& *in c. quoniam de Iure Patron.*quod eſt Cõc.Later.oſtenditur hanc conceſſionem eſſe antiquiſſimam.

2 Et quidem alia iura, nec ſunt quid ſpirituale,nec vendi poſſunt cum ſint conceſſa perſonæ ipſius Patroni, quo mediante tantum ad conſanguineos tranſit.*ex cap.filijs* 16.*q.*7. at ius præſentandi poteſt à Patronis extraneis dari *ex cit.Iurib.* Vnde de eo,quæſtio an ſit materia ſimoniæ, ita vt Patronus, qui ob pretium temporale vendat alteri ius præſentandi, ſeu actum præſentationis ad beneficia,cẽſendus ſit ſimoniacus Iure Diuino; nã quod talis ſit iure humano, conſtat apud omnes *ex cap.quia Clerici.c.præterea de iure Patron.*vbi nomine *aduocatior* Gloſſ. Io. Andr. & alij exponunt *ius patronatus* hoc poſito.

3 Dicendũ puto Ius Patronatus;etiã quoad actus ipſius, nempe præſentãdi eſſe materiam ſimoniæ iure naturali

rali

rali diuino: probatur, quia id quod eſt ſecundum ſe ſpirituale, & ſupernaturale eſt materia ſimoniæ Iuri Diuino contraria; cum ſit natura ſua inuendibile, vt conſtat ex dictis ſupra: ſed facta ab Eccleſia inſtitutione iuris patronatus, illud eſt in ſe ſpirituale, & ſupernaturale: ergo.

4 Min. prob. quia ius patronatus procedit ab eccleſiaſtica poteſtate, & iuriſditione, à qua beneficia, inſtituta, & modus conferendi eſt inuentus, tendit ad terminum ſpiritualem, nempe ad beneficia eccleſiaſtica conferenda, & actus eius præſentandi eſt ſpiritualis; nam per eum præſentatus efficitur proximè capax ad beneficium: ergo eſt ſpirituale, vt docent Ant. And. Babat. *in Rubr. de Iudiciis*. cum ſit origine, obiecto, & actu ſpirituale, vt eſt ius eligendi ad Prælationem Eccleſiaſticã; etiam ſi eſſet in laico, vt erat antiquitus permiſſum *ex d.* 63.

5 Nec obſtat quod hoc ius dicatur ſpirituale annexum; nam poteſt etiã eſſe in ſe ſpirituale, & annexum ſpirituali vt ſupra diximus. *diſp.* 6. *initio* & ſeq. præſertim cum annexionem ad beneficium habeat intrinſecam, & inſeparabilem; non enim poteſt facere Eccleſia, vt non ſit beneficio annexum, licet poſſit tale ius deſtruere.

6 Vnde etiam actus ipſe preſentandi, cum ſit ſpiritualis eſt materia ſimoniæ contra Ius Diuinum, vt patet, & ſi eſſet præſentatio vendibilis, paſſim præſentarentur indigni, & ſic erit ſimoniacus Patronus, qui venderet ſuã vocem; etiam ſi ad præſentationem non eſſet neceſſaria, quia aliorum patronorum ſufficiant vota, ex Redoan. *p.* 3. *c.* 13. *à num.* 22. *& cap.* 14. hæc Suar. *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 28. *vſq; ad num.* 12. & etiam Bonac. *q.* 4. §. 11. *nu.* 3. *fine*. Leſſ. *cap.* 35. *dub.* 22. *num.* 128. Filiucc *hic c.* 6. *à nu.* 9. & alij, contra Abb. Decium, & alios *in c. quanto de Iudicijs*. exiſtimantes hoc ius tantum propter annexionem eſſe ſpirituale.

(:+:) (:+:) (:+:)

QVÆRES

An hoc ius poſſit ad libitum Patroni in alium transferri.

7 Reſp. neg. ſed tãtũ in tribus caſib' à iure conceſſis, nempe iure hæreditatis; etiam ad extraneos hæredes *cap. cum ſæculum de Iur. Patron.* Secũdo per liberalem donationem, in qua ſi fiat religioſis locis, non requiritur conſenſus Epiſcopi; ſecus verò ſi fiat alijs; nam eſt nulla ſine Epiſcopi conſenſu, quia *cap. vnico de Iur. Patr.* tamquam quid ſpeciale cõceditur, vt donatio ſit valida, quando fit locis religioſis ſine Epiſcopi conſenſu: ergo ſi alijs fit, cenſetur inualida, & ita communiter docent Canoniſtæ *in d. cap. vnico*, & alibi. Tertio modo, poteſt ius patronatus in alium transferri cũ re vendita. *c. ex litteris de Iur. Patron.* vel donata, & tunc nõ requiritur Epiſcopi conſenſus, quia nulla eſt ſpecies ſimoniæ in tali donatione: ergo ſi in venditione non requiritur, nec in trãſlatione facta ob donationem rei, ex Lambert. *hic lib.* 1. *p.* 2. *q.* 1. *ar.* 2. & omnibus. & ratio concluſionis eſt, quia laici in ſpiritualibus tantum poſſunt diſponere, quantum à iure canonico conceſſum eſt. ex Abb. *cap. quando de conſuet.* ita Menoch. alios referens. *cõſ.* 90. *numer.* 79. & poſt Suar. hic *cap.* 28. Barboſa *l.* 3. *iur. eccl. cap.* 12. *à num.* 220. & alij, quos ibi ad ſatietatem citat. Caſtropal. *pun.* 14. *tract.* 17. *d.* 3. & alij paſſim.

8 His addo (quamuis Suarius hoc non explicet) neceſſarium eſſe cõſenſum Epiſcopi, vel alterius habẽtis iuriſditionem Epiſcopalem, non tamen ſufficit Vicarij Generalis; etiam quãdo datur perſonæ eccleſiaſticæ intuitu perſonæ, & non Eccleſiæ, de qua re quid præſumendum ſit in dubio dixi latè *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 27. Immò ſi fiat donatio ab vna Eccleſia in aliam requiritur cõſenſus Epiſcopi, & ſi fiat ab Eccleſia in laicum, conſenſus Papæ requiritur. Conſenſus autem debet

eſſe

Digitized by Google

eſſe Epiſcopi loci, in quo eſt Eccleſia, cuius Ius patronatus transfertur, & ſufficit tacitus, qui etiam in dubio præſumitur, quando quis eſt in poſſeſſione Iuris patronat'. vide Barboſ. *loc. cit.* Sanch *lib.2.c.3.conſ.mor.dub.76.* & ſequ. vbi multa de hoc conſenſu reperies ſcitu digna. Rocchum *de Iure patron.* & alios cit. ab ipſo, & quod de donatione dicimus idem dicas de permutatione, requiri ſc. Epiſcopi cõſenſum, vt notant dicti Doctores, & Barboſa *num.245.* & ſeq.

9 Vbi aduerte conſenſum Epiſcopi in donatione Iuris patronatus (vel etiam Iuris præſentandi, retento iure patronatu) ſufficere, ſi præſtetur poſt factam donationem, non autem ſi præſtetur poſt mortem donantis; niſi in legato Iuris patronatus, quia eo ipſo quod donãs obijt: iam eſt tranſlatum ius ad hæredes, cum donatio prima fuerit inualida; at ſi legat, legatum poſt mortem habet vim, & ſic ſufficit conſenſus tunc eſſe. Ita Lambertin. *lib.1.poſt.2.q.1.a.16.& 17.n.28.* Rocch. *de Iure patron. q.3. & ver. eo quod.* & alij. quamuis alij oppoſitum teneant apud ipſos. Iam ad Suarium redeamus.

Circa tertium modum transferendi Ius patronatus, nempe cum re vendita.

10 DIco 1. quãdo Ius patronatus inhæret rei v.g. Villæ, in qua eſt Eccleſia &c. vendita, aut donata Villa, intelligitur trãſire Ius patronatus, niſi fiat expreſſio in contrarium; & quamuis in venditione Villæ, ſeu feudi dicatur vendi feudum cum Iure patronatus, nõ propterea eſt contractus Simoniacus, ſi re vera hoc non intẽdatur, nec pretium ob id augeatur, licet melius ſit dicere, vendo feudum, non excepto, nec dempto Iure patronatus ex *c. ex litteris, de Iure patron.* & ratio eſt, quia acceſſorium ſequitur principale, cui adheret. ita Spino *in ſpecul. teſtam. gloſſ.4. princ. n.111.* Surdus *de alim. tit.9.q.28. n.27. & ſeq.* & poſt Suar. *tr.3.l.4.c.28.* Barboſ. *c.42. à nu.222. l.3. Iur. Eccl.* Caſtrop. *pu.14 n.4. ver. Tertius modus, & ſeq.* Filiucc. *c.6. hic n.14.* & alij.

11 Dico 2. ſi Ius patronatus non cohæret fundo, ſi ſit perſonale, quia ſcilicet patronus immediatè fundauit Eccleſiam, vel quia eſt ſucceſſor eius, qui illam fundauit, vel habuit per donationem Iuris patronatus, nõ tranſit Ius patronatus, etiam vẽditis omnibus bonis; ratio eſt, quia cum Ius patronatus non cohæreat rei, non transfertur ex vi venditionis rerum omnium, quid enim refert ſi omnia vendantur, & Ius patronatus cum illis non ſit connexum? Contra vero cum hæreditate tranſit hoc Ius, quia licet non tranſeat ex vi bonorum relictorum hæredi; tamen tranſit ex vi Iuris hæreditarij, ita lege Canonica diſponente, cum hæres, & defunctus vna perſona cenſeantur, & vt plurimum ſint cõſanguinei; nec ſi vendẽs bona, velit gratis dare Ius patronatus emptori, id præſumitur, niſi explicet; nec valet donatio facta non religioſis locis, abſque Epiſcopi conſenſu, atq; adeo non tranſire Ius patronatus vẽditis bonis. docet Lãbert. *de Iure patron. l.1. p.2. q.15. ar.14. n.20. & ar.15. n.8. & 13.* Barbat. *c. quanto de Iudic. ca. 1. nu.8.* Paul. Eleaz. *in qu. Incipien. Patronus Eccleſ. S. Martini.* & poſt Suar. hic *à num.* 19. Caſtrop. *pu.14. num.6.* vbi citat Garziam plures referentem *de Benef. 5. p. c.9. à n.113.* & videtur tenere Barboſa *l.3. Iur. Eccl. c.12. n.221.* vbi citat Suarium.

12 At contraria ſententia eſt cõmunis, vt notat Gouar. *l.2. var. ca.18. nu.8.* in quam videtur ipſe aperte inclinare, & pro ea illum citat Sanchez *l.2. c.3. dub.80. n.9.* quamuis Caſtrop. pro noſtra ſententia illum adducat, ſed re vera non multum fauet.

13 Dico 3. quando bona cohærent iuri patronatus, quia v.g. inſtitutor voluit, vt qui eſſet Patronus ſemper ea poſſideret, tunc venditis ijs transfertur Ius patronatus, ſi ea bona dantur in temporalem commoditatem patroni principaliter, quia ob illam

temporalem commoditatē ſunt vēdibilia; nec Ius patronatus cenſetur vendi: contra vero ſi ea bona tātùm ſint applicata ad vtilitatem Eccleſiæ; quia tunc ſunt inuendibilia, nam ratione prouentuum vendi non poſſunt. ita Suar. *à num.*21.*d. cap.*28. ſequitur Caſtrop. *num.* 7. Barboſa *l. c. num.*222. Filiuc.*c.*6.*q.*9.*n.*45.

14 Vbi nota Ius ſtalli, ſeu ſedendi in choro in certo loco vendi non poſſe ob naturam loci ſacri, & vſum eius. Ita Supp.Gabr. 4.*d.*25.*quæſt.*2.*dub.*10. & Suar.*cap.*28.*num.vlt.* Probabile tamen puto poſſe abſque ſimonia vendi, quatenus eſt locus honoratior iuxta ea, quæ dixi *diſp.* 9. *num.*5. nec vlla eſt Eccleſię prohibitio in hoc caſu, vt ipſe Suar. fatetur.

15 Suarij dictis addo 1. nō requiri Epiſcopi cōſenſum, quando vnus compatronus donaret alteri ſuum Ius, nam Compatroni poſſunt inter ſe facere conuentiones, permutationes, donationes, ceſſiones &c. ſine Epiſcopi conſenſu; non tamen poteſt fieri donatio filio compatroni abſque conſenſu Epiſcopi. Peregr. *conſ.* 8. *num.*6. *vol.*3. Gonzal. *ad reg.*8. *Cācell.Gloſſ.*45. §.1.*num.*58. & poſſunt facere concordiam de præſentando Rectore Eccleſiæ alternis vicibus. Azeued. *l.*9. *nu.*2. *tit.*5. *lib.*1. *nou.recop.*

16 Secundo, re, vel fundo ſequeſtrato, in quo eſt Ius patronatus ſi ſequeſtrum ſit voluntate partium, tranſire ad ſequeſtrem illud Ius, quia is vere acquirit poſſeſſionem rei ſequeſtratę. Greg. *l.*1. *gl.* 2. *tract.*9.*par.*3. Menoch. *remed.* 3. *de retin. à num.* 86. Garoſch. *de ſequ.p.*1.*quæſt.*4. *à num.*2. quamuis Garzia de Beneſ. *par.* 5. *cap.* 6. *num.*1. alios referens putet abſolute ſequeſtrem poſſe preſentare, quando habet rem ſequeſtratam.

At depoſitarius, vel qui in pignus habent villam, ſeu fundum, vbi eſt annexum Ius patronatus nō poſſunt præſentare: quia penes ipſos, nec dominium eſt, nec poſſeſſio. vide Barb. *lib.*3. *cap.*12. *de Iure Eccleſiaſ. à n.*236. niſi forte locatio ſit ad lōgum tēpus. Tunc enim tranſit Ius patronatus ſicuti in Emphytheutam. eſt cōmunis ſententia teſte Sanchez *l.*2. *cap.*3. *dub.*85. Greg. Lopez *lib.*9.*tr.*15.*p.*1.

17 Vide alios caſus apud Sanchez, & Barboſam, & ſupra citatos DD. nam in his actibus, in quos rei dominiū, ac vera poſſeſſio transfertur, vt in dote, vſufructu bonorum, proſcriptione ob delictum &c. etiam facta per Laicum Iudicem, feudatario transfertur etiam cum rebus, Ius patronatus ipſis annexum.

DISPVTATIO XXIII.

An vendere Officia temporalia Eccleſiæ ſit Simonia.

1 RESP. eſſe ſimoniam ex ſolo Iure humano. quod non ſit de Iure Diuino patet, quia nec ſunt in ſe ſpiritualia, nec ordinantur ad ſpiritualia, tāquam ad finem proximum; ſed tantum remotum, quod ſit ſimonia Iure eccleſiaſtico patet ex Cōcil. Calced. *Can.*2. *& in c. ſi quis Epiſcopus* 8. 1.*quæſt.*1. *& c. Saluator* 1. *quæſt.*3. quibus in locis eiuſdem verbis, & ſub ratione eiuſdem turpitudinis prohibetur horum officiorum venditio, ac venditio ordinum, ſeu Clericatus, vt patet *in c. conſulere de ſimon.* loquente de his officijs ibi. *tam ementes, quam vendentes cum Simone percelluntur.*

2 Confirm. quia potuit Eccleſia vitare horum officiorum venditionem ob affinitatem cum rebus ſpiritualibus intuitu Religionis: ergo eorum venditio eſt contra Religionem, & non in alio genere niſi Simoniæ. ita Theol. *in* 4. *d.*25. vbi Duran. *qu.* 5. Palud. *q.*4. Gaet. *ſimonia. regul.*3. *fine.* Victoria *relect. de ſimon. num.* 16. Abb. Anan. Felin. *in d. c. conſulere*, & alij, & cum Suar. *tract.*3. *l.*4. *cap.*29. hic omnes fere Recent.

3 Quamuis Vgolin. *tab.*1. *cap.*48. §.7. *num.* 3. putet ſolum eſſe ſimoniam quando ſolis Clericis venduntur hæc officia. alij vt Innoc. *cap.*1. 1. *q.*3. Turrecrem. *d.c. Saluator.* putant non eſſe ſimo-

Digitized by Google

ſimoniam, licet omnes conueniant eſſe grauiſſimum peccatum ob Eccleſiæ prohibitionem hæc vendere: ſed quod diximus eſt probabilius.

QVÆRES I.

Quænam ſint talia officia, quæ ſi vendantur ſit Simonia Iuris humani.

4 RESp. eſſe 1. officium Oeconomi, Procuratoris, Præpoſiti, Vicedomini, Maioris domus; quibus nominibus veniunt illi, qui vice Prælati, aut Cleri, res Eccleſiæ adminiſtrāt. 2. officium Procuratoris conſtituti ab Eccleſia ad res ſuas tuendas cum ſpeciali poteſtate, & mandato, quod nomine Aduocati, & Caſtaldi ſignificatur; (nam Aduocatus, qui ad cauſas patrocinandas aſſumitur, non venit in his officijs.) 3. officium Iudicis adminiſtrādæ iuriſditionis loco Epiſcopi, quod intelligo in cauſſis mere temporalibus, quando Epiſcopus habet temporalem iuriſditionem, vt eſt Archiepiſcopus Montis Regalis. ita Suar. *cap.29. d.tr.3.l.4.de relig.* Filiucc. *cap.6. num.21.* Bonac. *de Simon.qu.3.à num.4.* & alij.

5 Nihilominus, ſalua Suarij pace, probabilius puto non eſſe materiam ſimoniæ officium Iudicis in hoc caſu, quia valde remota eſt connexio cum rebus ſpiritualibus, ſeu Eccleſiaſticis, & ita tenet Hugo *d.c.Saluator.* & Caſtrop. *pun.14.fine.* in eam magis inclinat. Ad argumentum Suarij, nimirum ſi nomine Iudicis veniret ille, qui adminiſtrat iuriſditionem ſpiritualem loco Epiſcopi eſſet ſimonia Iuris Diuini. Dico eſſe quidem ſimoniam Iuris Diuini ſi ratione illius ſpiritualis iuriſditionis vendantur: at in Canone id explicari, quia cum talis Iudex ſoleat eſſe Laicus, poſſet exiſtimari, non eſſe ſimoniacam venditionem talis Iudicatus, & ſic merito fuit eius venditio expreſſa, non quia eſſet tantum contra Ius humanum.

6 Quarto eſt officium Sacriſtæ, ſeu Theſaurarij Primicerij, nempe magiſtri Chori, & Manſionarij, nempe præfecti ad diſtribuendas manſiones Clericorum, vel Canonicorum, quando ſunt Eccleſiaſtica, & de domibus Eccleſiæ conferuntur, nam hæc vox nec latina eſt, neque in dictionario inuenitur, ſed tantum in Codice *l. 21. de Decurionibus.* dicitur Præfectus Manſionum, & quamuis aliqui ſignificent hæc officia vendere eſſe contra Ius Diuinum, quia circa ſpiritualia verſantur, vt Sacriſtæ, & primicerij, tamen eſt tantum de Iure humano; quia actiones horum officiorum tantum ſiſtunt in parte materiali rerum ſacrarum, atq; adeo hæ actiones pretio vendi poſſunt abſque vlla ſimonia, vt ſupra diximus, ſunt enim mere corporales, nec ab Eccleſia prohibitæ; ſed tantum officia, adhoc vt gratis dentur. *cap. Saluator. 1. quæſt. 3.* de quo textu ſupra *diſp. 9.num.6.* ita Suarius *d. cap.29.*

DISPVTATIO XXIV.

De pretio requiſitum ad vitium Simoniæ.

POſt dicta de materia Simoniæ, agendum eſt de pretio, ſine quo ea ſtare non poteſt. In hoc duo ſunt conſideranda, illud quod datur, & eſt veluti materiale, nempe pecunia, veſtis &c. & ratio ſub qua datur, quod eſt veluti formale pretij, nempe in recompenſationem, & appretiationem rei datæ; de qua dicemus infra *diſp.26.* nunc circa ipſum materiale pretij.

***

(:+:) (:+:) (:+:)

Digitized by Google

QVÆRES I.

An commutare ſpirituale pro ſpirituali ſit Simonia Iure Diuino.

1 Reſp negat. etiam ſi res ſpiritualis detur cum omni proprietate pro alia re ſpirituali ex vero, & proprio pacto oneroſo, ſiue ſtatim detur ex vtraque parte ſpirituale pro ſpirituali. v. g. vnus recitet Aue, alter Miſerere, ſiue ambo obligentur in futurum recitandi Aue, & Miſerere; ſiue vnus recitet Aue, & alius obligetur in futurũ ad recitandum Miſerere; quia illa obligatio eſt etiã ſpiritualis, nec pretio vendibilis. Ratio eſt, quia vbi non eſt pretium, non eſt venditio, aut emptio: ſed quando datur ſpirituale, nullũ datur pretium, quia ſtando in Iure Diuino ſolũ tẽporale, ſeu quidquid pecunia æſtimari poteſt, habet rationem pretij ex comm. DD. ſenſu, & Patrum expoſitione in illa verba *Gratis date*. ideſt non propter aliquod temporale. nec per talem commutationem fit iniuria rei ſpirituali, ſiue nos ſimus domini ſpiritualium, ſiue diſpenſatores. ex Ioan. 1. *Gratiam pro gratia*. vnde Hieron. in Iſai. 55. *venite emite abſq; argento* ait, *emite abſq; argento, ac gratis accipite*. quia re vera, vbi nõ eſt temporale pretium, non eſt venditio humana. hanc ſentẽtiam docent D. Tho. *diſ. 25. q. 5. ar. 3. ad 8.* Duran. *q. 5.* ibi. Maior *q. 6.* Argen *ar. 4.* Victoria *de Simon. num. 17.* Couarr. *l. 1. var. c. 5. n. 4.* & poſt Suar. *tr. 3. l. 4. c. 30.* Bonacina hic *§. 12. n. 1*, Filiucc. *cap. 7, quaeſ. 2. num. 6.* & alij.

2 Vbi nota debere proportionem ſeruari, vt ſc. permutentur pure ſpiritualia inter ſe, vel ſpiritualia annexa conſequenter temporalibus, vt calix conſecratus cum Calice, vel ſpiritualia, quæ habent conſequenter annexa temporalia, vt ſunt beneficia inter ſe; ne miſceatur compenſatio temporalis cum ſpirituali, & ſic eſſet ſimonia beneficium commutare cum calice, vel Roſarium pretioſum cum vili ob indulgentias. ita Suar. *d. c. 30.* & ſequitur in omnibus Bonacina *lo. cit.* & alij ſupponunt. Contra Adrian. *quodl. 9. circa fin.* Suppl. Gabr. & alios putãtes eſſe ſimoniã talem cõmutationem.

QVÆRES II.

An commutare ſpiritualia inter ſe modo prædicto ſit Simonia, ſaltem iure Eccleſiaſtico.

3 Dico 1. nõ eſt ſimonia iure eccleſiaſtico permutare ſpiritualia ſimplicia inter ſe; vt do tibi abſolutionẽ, & tu miniſtra mihi Euchar. vel ſpiritualia miſta, quæ ſunt cõnexa cum aliquo temporali antecedente, vt sũt vaſa ſacra &c. de quibus ſupra. Ratio eſt, quia nullibi talis permutatio inuenitur in Iure eccleſiaſtico prohibita, ſolum enim vel damnant pacta in beneficijs, aut prohibent, ne pretio vendantur res ſpirituales. *C. tua nos de Sim. c. ad noſtram, & ſequ. eod. tit.* & vſus oſtendit hãc prohibitionem nõ eſſe. ita Gloſſ. *c. vlt. de pact.* vbi Abb. Card. & alij ſupra cit. *n. 1.* cũ Suar. *hic c. 31.* Addo ex Sãch. *conſ. mor. l. 2. c. 3. du. 44.* non eſſe ſimoniam, ſi Monaci paciſcantur inter ſe, tu elige me in Priorem, & ego eligã te in Prouincialem, vel tu elige me hac vice, & ego eligãte alia, quia hæ Prælaturæ nõ sũt beneficia. eſto neget Paſqualigi *d. 224. iũcta deciſ. 226.* nam ratio eius: quia nimirum ſimonia ne dum dicit, quia ſpirituale commutetur cum temporali; ſed quod ſpirituale ſubijciatur cõtractu humano: non videtur vera; tum quia eſt cõtra definitionem ſimoniæ communiter receptam quam *diſ. 1. à n. 3.* attulimus: tum quia eſt contra commune Doctorum placitum aſſerẽtium poſſe ſpirituale pro ſpirituali commutari per contractum oneroſum, vt hac *diſ. à n. 1. dixi.*

4 Dico 2. licet fortaſſe nõ expediret moraliter prohiberi cõmutationem talium rerum ſpiritualium ſimpliciter, tamen poteſt Eccleſia talem prohibitionem ponere ob reuerentiam rei

rei ſpiritualis, & tunc eſſet ſimonia talis commutatio iure eccleſiaſtico, quia eſſet peccatum contra Religionem, & contra debitum modum cõtrectandi res ſacras, & per meram negotiationẽ prohibitam ab Eccleſia: ergo eſſet ſimonia. ita Suarez. d. c. 31.

5 Dico 3. in ſpiritualibus mixtis habet ſpecialem rationẽ Eccleſia prohibendi omnem pactionem, & permutationem eorum; quia ratione rei temporalis connexæ poteſt eſſe maior ſpecies ſimoniæ, nam poteſt fieri, vt in commutatione huiuſmodi rerum ſpiritualium maior ratio habeatur ad temporale lucrum, quam ad ſpirituale. vide Suar. d. c. 31.

6 Dico 4. permutationem Beneficiorum, & eorum quæ ad illa ſpectant, ſi fiat ſine Superioris auctoritate, eſſe ſimoniã iure eccleſiaſtico. Probatur quia *cap. quæſitum de Sim.* dicitur *Generaliter teneas, quod commutationes præbendarum de iure fieri non poſſunt, præſertim pactione præmiſſa*, vbi non loquitur de pactione, qua detur temporale pro ſpirituale, quia eſt ſimonia Iure Diuino; ſed de mutatione vnius beneficij cum alio. addit tamẽ *præſertim*, quia quãdo fit permutatio cum obligatione in futurũ, vt do hoc beneficium tibi, vt tu poſtea des mihi tuum, magis clara eſt ſimonia, & ratio eſt clara ex dictis concluſ. præcedẽtibus, & vlterius confirmatur, quia ſicuti eſt ſufficiens materia ſimoniæ res tẽporalis annexa ſpirituali, quãdo lex eccleſiaſtica illam prohibet vendi intuitu Religionis, ita res ſpiritualis habẽs annexum temporale, vt eſt beneficium eccleſiaſticum poteſt ratione illius prohiberi, ne adducatur in commutationem rei ſimilis. Vnde talis permutatio cũ occulta pactione erit etiam pro foro conſcientiæ vera ſimonia æſtimãda, tũ quoad penã, tũ quoad culpã. Hãc ſẽtẽtiã tenẽt communiter DD. tam Theologi, quam Canoniſtæ. Vgol. *tab. 1. cap. 27.* Rebuff. *in pr. 3. p. tit. de permut. num. 52.* Valen. *diſp. 6. q. 15. p. 3.* & alij Canoniſtæ. *D. C. quæſitum* cum D. Thom. 2. 2. q. 100. *ar. 1. ad. 5.* Palud. 4. *d. 23. q. 5.* Victor. *rel. de Simon. num. 17.* & cum Suario hic omnes Recentiores Caſtrop. *tract. 17. d. 3. pu. 15. num. 3.* vbi alios citat. Filiucc. *c. 7. q. 2.* hic Bonac. *loc. cit. de Simon. q. 3. §. 12.* Sanch *conſ. mor. l. 2. cap. 3. dub. 24. & 17.* Vidal. *tit. de Simon. in q. 2. num. 14.* Laym. *l. 4. tract. 10. cap. vlt. §. 5.*

Inferuntur aliqua notatu digna circa commutationem iurium ad beneficia ſpectantium.

7 EX his infertur 1. eſſe ſimoniam iuris ſaltem humani commutare actiones pertinentes ad prouiſiones beneficiorum v.g. vt eligo hunc, tu eligas illum, vel confirmes illũ, quia moraliter loquendo æſtimantur hæ functiones, quamuis ſint ſpirituales, vt medium ad lucrum temporale, & ſic ob eãdẽ rationẽ erit ſimonia permutare omnia ſpiritualia, quæ habẽt tẽporale adnexũ conſequenter quãuis in rigore beneficia non ſint, vt vicaria amouibilis ad nutum. ita cum Suario *c. 31. cit.* DD.

8 Infertur 2. eſſe ſimoniam, quia prohibita, permutare beneficium pro iure quaſi inchoato ad aliud beneficiũ, ſiue per præſentationem, ſiue per nominationem comparatum, vel aliquod etiam commodum acquiſitũ per litteras Apoſtolicas; vt ſi quis det beneficium Caio, vt is cedat præſentationi, vel renunciet litteris Apoſtolicis de obtinendo beneficio, faciendo nouum pactum de re, quæ in ipſis litteris nõ inerat, quia in prohibitione permutandi beneficia, includitur; etiam commutare hæc iura, cum ſint beneficijs annexa, & ſicuti præſentatio actiua non poteſt pro beneficio permutari, ita nec paſſiua, cũ ſit etiã ſuo modo beneficio connexa. ita Nauar *conſ. 43. de Sim.* Fran. *c. 1. de rer. per in 6.* vbi Io. Andr. & alij. quãuis Gloſſ. *c. ad audien. de reſcrip.* oppoſitum ſentiant in renuntiante litteris Apoſtolicis. Sed vide Felin. late probantem, quod diximus ex Suar. *c. 31. num. 16.*

9 Quãuis hi Doctores aliam afferãt ratio-

rationem, vel quia permutatio non concedítur,niſi in beneficijs, quæ ſũt propria poſſidentis,vel quia dicta iura ſunt mere perſonalia,& intransferibilia:ſed prima ratio non vrget; nã qui habet ius ad beneficiũ,eſt dominus huius iuris: ergo cur non poteſt permutare? Secunda vero probat nec defacto poſſe cõmutari auctoritate Superioris,quod non videtur dicẽdũ; nam ea poſita poteſt fieri licite talis permutatio,ſi data eſſet facultas habentibus talia iura,vt poſſent permutare illa, quæ facultas permutandi non intelligitur conceſſa quando Papa daret alicui poteſtatem, vt ſuã expectatiuam in alium transferat:ſed debet exprimi vt poſſit permutare. Hæc docet ſatis Suarez *loc.cit.* cui addo Sanch.*conſ.mor.l.2.c.3.dub.37.nu.7.* Filiucc.*c.7.nu.13.* Reginal.*l.23. n. 263.* Nicol.Garçia de Benef.4.11.*p.c.4.n.6.*

10 Addit Suarez, ſic permutantes facere actum nullum, & poſſe priuari beneficijs,non tamen ipſo facto eſſe priuatos,aut cenſuras incurrere,& ita etiam nouiſſime tenet Caſtrop.*tract. 17.diſ.3.p.15.num. 4.* quamuis Barboſa referat *lib.3.de Iur.Eccleſ.cap.15.hic num.*173.ex Garçia *num.*59.hodie eſſe excommunicationem ex. *extrauag. cum deteſtabile de Simonia*: ſed quod ex Suario diximus eſt tutum.

QVÆRES III.

An Beneficiorum,& iurium ipſis annexorum permutatio,ſit licita cum auctoritate Superioris.

11 RESP.affirmatiue *ex cap. cum vniuerſum de rer.Perm.* & alijs eod. tit. In quibus iuribus non ſolum agitur de tranſlatione beneficiorum,quę immediate reſpicit perſonas mutandas ab vno beneficio in aliud,propter Eccleſiæ vtilitatem; etiam ſi non ſit inter duos beneficiarios,& etiam ſine eorum conſenſu, aut commodo: ſed etiam de permutatione beneficiorũ, quæ fit per modum contractus,& neceſſario inter duos cõſiſtit, vt ego do tibi, hoc beneficium; tu da tuum,ac præcipue in bonum beneficiatorum, licet ſine Eccleſiæ incommodo fit. Quod autem *in cap. Quær.de rer.perm.* dicitur. *permutationes beneficiorum de iure fieri non poſſunt.* & ſubditur. *ſi autem Epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, licite poterit ab vno loco in aliũ transferre perſonas.* Voluit Papa ſignificare non poſſe priuata auctoritate fieri has permutationes, nec ab Epiſcopo eſſe faciendas ſine reſpectu ad bonum Eccleſiæ,quod cũ magis pendeat ex perſonis, ideo vſus eſt illa voce *transferre perſonas.* eſt communis omnium DD. ſententia quam ſequitur Suarius *tract.3.lib.4.cap.32.*

QVÆRES IV.

Cuius Superioris auctoritate poſſit permutatio beneficiorum,& iurium ad ipſa,fieri.

SVpponohic nos loqui de permutatione,quæ fit ſimpliciter, & nõ cum oneris adiectione.de ea enim infra,& poſito conſenſu Collatoris, vel electoris,aut Patroni &c.ad quos collatio,inſtitutio,præſentatio &c. pertinet,vt ſupra innuimus *nu.9.fine.* quia hæc iura concedentia permutationẽ de conſenſu Superioris nõ ſunt intelligenda cum præiudicio illorum, vt omnes ſupponunt cum Suarez *d.c.32. n.9.& 12.* hoc ſuppoſito ad Quæſitũ.

12 Reſp. poſſe fieri cum licentia Epiſcopi, vel habentium iuriſditionem Epiſcopalem pro ſua Diœceſi,vt ſunt Abbates exempti, Capitulum Sede Vacante &c.(quidquid dicat Mandoſius *de ſig.gratia.ti permut.§.pen.* requiri Papæ conſenſum ex motu Pij V.) ab alijs vero Prælatis inferioribus,qui habent poteſtatem conferendi beneficia,non poteſt hæc licentia dari,niſi habuerint præſcriptam iuriſditionẽ dandi facultatem in hoc actu. ita cõmuniter DD.Gloſſ. in Clem. *vnico v. concedantur de rerum.permut.* vbi Zabar.*q.11.* Rota *deciſ.111.& 312.in tit. de rer.permut.* Rebuff.*in pra.4.tr. de re-*

rum

*rum permut. à n.*2. Federic. de Senis *de Benef. permut. q.* 19. quos ſeq. Suar. hic cui nouiſsime adſcribitur Vidal. *tit. de ſim. Inquiſ.* 2. *n.* 37. & ratio eſt, quia licet Epiſcop' nominetur *in d. c. quæſitum de rerum permut.* tamen fundamẽtũ talis actionis eſt iuriſditio Epiſcopalis, & nõ ordo: ergo qui illam habent; etiã ſi nõ ſint Epiſcopi, poſſunt hanc facultatem concedere.

13 Addere tamen poſſumus, quod licet approbare permutationem pertineat ad habẽtes iuriſditionem Epiſcopalem: attamen exequi permutationẽ acceptãdo reſignationẽ, & nouam collationẽ faciendo pertinet ad Prælatũ inferiorẽ, ad quẽ collatio beneficij pertinebat antea: ratio eſt, quia permutatio regulariter nõ fit ſine perſonarũ translatione, quæ ad Epiſcopũ pertinet. *ex c. mutationes* 9. *q.* 1. cui incũbit cura boni ſuæ Diœceſis, executio vero talis permutationis, remittẽda eſt illi, ad quem de iure ſpectat. vide Zabarell. *in d. Clem. vnico q.* 8. neq; in hac re vlla exceptio eſt faciẽda; nam iura generaliter dicunt eſſe ſimoniã facere cõmutationem beneficiorũ propria auctoritate, licet ſit licitum permutare fructus Præbẽdarum præsẽtes, vel futuros, vel prædia annexa ſuis beneficijs tantũ ad vſum fructum temporalem, quia fructus vẽdi poſſunt, vt latè, & toties dictum eſt, ita Suar. *d. c.* 32. *num. vlt.*

14 Cõtraria tamen ſententia, quod inferiores Prælati, ad quos pertinet beneficij collatio, poſsint dare licẽtiam permutandi, eſt valde probabilis: *ex c. vnico de rer. permut. in* 6. vbi id indicatur, & ratio ſuadet: nã ideo requiritur Superioris auctoritas in permutatione, quia non poteſt fieri renunciatio, & noua collatio ſine Superiore: ſed talis Superior eſt ille, qui poteſt cõferre beneficium: ergo. ita Angelus *ver. permutatio.* vbi Sylu. *q.* 2. & tenet ex Recent. Caſtrop. *nu.* 6. *loc. cit.* vbi *num.* 8. ait non poſſe abſque Papæ auctoritate fieri permutationem iurium ad beneficia: ſed quod ex Suario diximus eſt tutum: at placet, quatenus ait non poſſe Epiſcopũ dare auctoritatem in beneficijs Papæ reſeruatis *ex Extrau. Ben. XI. dudum.* & Greg. Lopez *l.* 2. *ver. Nouældria tit.* 6. *p.* 5. ait eſſe Rotæ Deciſionem, & ſeq. Garzia *nu.* 82. Sãnch. *loc. cit.* quamuis Gambarus *in c. vnico de rer. perm.* putet poſſe, & ſi Stylus Curiæ non eſt in contrarium, probabilis eſt opinio.

15 Addo etiã Suarij dictis, Vicarium Generalem non poſſe permutationibus facultatem dare; etiam ſi habeat poteſtatẽ conferendi, niſi habeat mãdatũ ſpeciale. ita Rota in Barchinon *benefic.* 3. *Iulij.* 1628: quã affert, & ſeq. Barb. *lib.* 3. *de iur. eccl. c.* 15. *n.* 177. Garç. *d. c.* 4. *n.* 14. Greg. Lopez, & alij.

16 Nec Epiſcopus, qui habet in aliena Diœceſi facultatẽ cõferẽdi beneficiũ, poteſt his permutationibus auctoritatẽ præſtare. Garz. *d. c.* 4. *nu.* 71. nec ſi vnũ beneficium eſt in vna Diœceſi, & aliud in alia poteſt permutari per vnũ Epiſcopũ: ſed cõſenſus amborum requiritur, at nõ eſt neceſſe, vt fiat ſimul preſẽtibus ambobus reſignatio, vt docet Sylu. *permutat.* 2. *q.* 13. *d.* 7.

17 Vnde non placet, quod aiunt Barboſa *loc. cit.* Sanch. *l.* 2. *c.* 3. *conſ. dub.* 38. Merolla. *t.* 3. *diſp.* 7. *du.* 11. *n.* 135. quem citat, & ſequitur Diana *p.* 8. *tr.* 4. *reſ.* 29. Capitulum non poſſe his permutationibus auctoritatem præſtare, quãdo ad ſolum Epiſcopum pertinet collatio; nam ex Suar. & alijs vidimus, poſſe ab Epiſcopo dari licentiam ad permutationem, quamuis collatio non pertineat ad Epiſcopum: ſed ad alios inferiores Prælatos; ergo etiam ſimiliter Capitulũ Sede Vacante poterit, quãdo collatio pertinet ad Epiſcopum, licet ille conferre debeat; & forte id intelligũt hi Doctores, quod ſcilicet non poſsit præſtari auctoritas ad finiendam vndequaque permutationem, & hoc eſt conforme dictis ex Suario, & in terminis, quod Capitulũ poſsit admittere reſignationes beneficiorum cauſa permutationis dandando auctoritatem docet Azor. *p.* 2. *l.* 3. *c.* 38. *q.* 8. vbi citat Federicũ, Lapũ, Panor. & alios.

Et

18 Et quãuis Suarius dicat,ſi Epiſcopi permutẽt beneficiũ requiri conſenſũ ſuorũ Superiorum *c.32.n.9.* nõ tamen explicat,an ſit Metropolitanus,vt illi tribuit Barb. *l.3. iur. Eccl. cap.15. §.5. nu.177.* At id explicat Filiucc.*hic.c.7. n.20.* dicẽs eſſe Primatẽ,Patriarcham, aut Archiepiſcopum,& Sanch.*l.2.c.3. du.38.* ait:requiri authoritatẽ Archiepiſcopi, quãdo Epiſcopus cõmutaret cũ Capitulo, at ſi cũ alio tertio ſufficere conſenſũ Capituli. Sed hoc non placet;quia Capitulũ nõ eſt Epiſcopo ſuperius; ſed cum illo corpus conſtituit, cui' caput eſt Epiſcopus.ex Bellam. *conſ.29.* Card. Fuſc. *pra.conſ.t.1. lit. c concluſ.54.* quos citat Barboſ. *de Iur.Ecc.l.1.c.32.n.1.*

19 Puto etiam poſſe dare Epiſcopis hanc licentiam Iudicem R.M. in hoc Siciliæ Regno, qui nunc eſt Illuſtriſſ. D.D.Aloyſius De los Cameros vir,& Doctrina,& Morum integritate inſignis, & de hoc Regno optime meritus: ita enim hanc iuriſditionem adminiſtrauit, vt Catholici Regis iura ſeruaret intacta, & nequid detrimẽti inter populares tumultus caperent ſuã vitã diſcrimini obiectauit; quare omnibus bonis Laicis æque, ac Religioſis charus in primis exiſtit, cũ ad ipſum immediatè appelletur ab Epiſcopis;ſitq;Legatus à latere,qui eſt ſuperior Epiſcoporũ, & ad ipsũ via ſaltẽ appellationis recurratur, vt docet Sãch.*l.7.c.vn.du.35.à n.1.* loquens de legato à latere.Deniq;aduerto poſſe ſingulis menſibus beneficiũ permutari corã eo; qui poteſt beneficia approbare,vt docet Gõzal. alijs relatis, *reg.8.Cancell.Gloſſ.14.n.33.*

QVÆRES V.

An ſine licẽtia Superioris liceat partibus inter ſe cõcludere de permutatione faciẽda,habito poſtea cõſenſu Superioris.

20 RESp. licitum eſſe (quid quid in contrarium alij dixerint,) quia nullibi hoc eſt prohibitum, & ex alia parte eſt morale medium ad beneficiorum permutationem: ſi enim tractatus,& concluſio, quantum eſt ex parte contrahentium prohiberetur, etiam eſſet permutatio prohibita, vt bene Suar.*l.citan.*

21 Immò licet ſe mutuo obligari ad ſtandum factæ conuentioni de permutatione, donec Superior neget illam,& in praxi ita ſeruatur; vt poſito conſenſu Prælati, partes non poſſint amplius retrocedere, ex Inno. *cap.Inter cætera de Præb.& c. vn. de rer. permut.in 6.* dicitur, *ſua beneficia permutare volentes*, quæ verba conſenſum præſtitum ſignificant. ita Zabar. ex Paul.*n.7.cap.d.* & Card.*in c. quæſitum. q.39.num.23.* Sylu. *ver. Permutatio 2. q.5.* Feder.de Senis,*tr.de permut.benef. q.38.* nec diſſentit Panor. qui in cap. queſitum dicit,non poſſe concludere inter ſe,id eſt abſq; ordine ad licentiã ſuperioris. *& c.cũ vniuerſorum* loquitur tãtum, vbi partes nõ requirebant Prelati conſenſum in reſignatione in fauorem tertij .hæc Suar.*c.32. à nu.5.* ſequitur Caſtrop. *tr.17.d.3.pu.15.n.2.* vbi cit.Leſſ.*l.2.c.35.du.15. nu.92.* Flamin,Pariſ.*l.6.de reſign. beneſ.q.2.à n.7.* Hieron, Paulus *Pract. Cancell.* & alij plures,quos ſequitur Sanch. *lib.2.c.3. dub. 39.* & nouiſſ. Vidal.*in arca vitali tit.de ſim.inquiſ.2.n.55.*

QVÆRES VI.

An Beneficia poſſint auctoritate Epiſcopi cum Penſionibus permutari.

22 RESp.negatiue;ſed requiritur Papæ licẽtia,ea autem poſita poſſunt abſq;ſimonia permutari.

Ratio eſt: quia licet pẽſio ſit ſpiritualis non eſt tamen beneficium,nec eſt perpetua, nec natura ſua eſt in alium transferibilis, nec cõfertur per Canonicam inſtitutionem, ſed Epiſcopi, & Prælati Papa inferiores tantum poſſunt ex iuris conceſſione facere permutationes beneficiorũ: ergo non poſſunt has facere.

23 Cõfir.quia hæ permutationes non ſunt fauorabiles,& ſic non debent extendi

Digitized by Google

tendi iura de permutatione loquentiâ, & amplè interpretari; & dato quod materia permutationum ſit fauorabilis debet tantum extendi iuxta verborũ proprietatem, ſecundum quam nomine beneficij non venit penſio, alias poſſet Epiſcopus facere permutationes penſionum inter ſe, quod communiter negatur. ſic Suar. *tr.*3.*l.*4.*c.*32. & citan. Recentiores.

24 Immò etiam ſi Papa dediſſet penſionem Petro ſuper beneficium Pauli cum poteſtate transferendi illam in quemcũmq; voluerit, ad huc non poterit Petrus permutare ſuam penſionem cum Paulo; quia in hoc caſu non eſt permutatio beneficiorum, & hęc permutatio eſt cum pacto, facultas vero transferendi intelligitur pura, & ſine pacto, cum ſit in iure prohibitum, nec Epiſcopo conceſſum; quamuis non eſſet improbabile oppoſitum, præſertim vbi adeſt conſuetudo.

25 Probatur nunc poſſe de licentia Papæ fieri; quia non eſt contra Ius naturale Diuinum, cum mutetur ſpirituale pro ſpirituali, vt ſi vnus det beneficium alteri, & hic illi penſionem, renunciando ad inuicem ſuis Iuribus poſita Papæ auctoritate. Eſt enim in hoc caſu vera permutatio, cum penſio non extinguatur per renunciationem ſub conditione, vt in alterum transferatur; & eſt eadem numero etiam ſi transferatur, nam ſuam indiuiduationem non accipit à perſona: ſed à beneficio, cui inhæret, & inter ſpecies diuerſas poteſt eſſe vera permutatio ex Dec. *l.*2. *ff. ſi. certũ petatur.* & Pinell. & per hæc etiam ſatisfactum eſt rationibus Pauli Rom. *tr. de Penſ. c.*7. ità Suar, *d. c.*32. ſequitur Caſtrop. *pu.* 15. *num.* 8. vbi ait doctrinam de permutationibus intelligi de proprijs beneficijs. Bonac. §.12. *qu.*4. *num.* 8. Filiucc. *cap.*7. *num.* 27. vbi ait ex ſtylo Curiæ hanc permutationem beneficij cum penſione iam ad Papam pertinere.

26 Quod ſi Penſio ſit mere temporalis de qua diſp. 19. (& idem de Commendis militaribus, & alijs officijs tẽporalibus, de quibus ſupra diſp. 20.) non poteſt cum beneficijs commutari abſq; ſimonia Iuris Diuini cum beneficium vendatur pro re temporali. vnde nec per Põtificem fieri poteſt: at poteſt Põtifex facere eumdem effectum, licet non via permutationis, vel acceptando reſignationem beneficij ſibi facta, & huic dare penſionem, & renunciãtes poſſunt abſq; labe ſimoniæ tutius hunc modum ſeruare, vt Pontifici renuncient ſuum beneficium abſolutè, & explicare illi ſuum deſiderium, & Papa poterit nõ dare beneficium vni, niſi penſionem renunciet, & det alteri, ad eius ſuſtentationem; & ſimiliter in Commẽdis, & alijs officijs idem dicendum. ita cum Suarez ſupponunt cit. DD. & expreſſe Filiucc. *lo. cit.*

QVÆRES VII.

An ſaltem poſſit Penſio imponi ad compenſandam inæqualitatem beneficiorũ, quæ permutantur, vel aliquid aliud exigi.

27 RESp. negatiuè, eritq; ſimonia cõtra Ius Diuinum non ſolùm, ſi talis permutatio fiat propria auctoritate, ſed etiam ſi fiat auctoritate aliorum Prælatorum, Papa excepto, qui ſolus poteſt facere, ne talis permutatio ſit ſimonia. fundamentum eſt quia, vel inæqualitas beneficiorũ conſiſtit in fructibus temporalibus, quia ſcilicet vnum eſt pinguius alio, vel in fructibus, & ſpiritualitate, quia vnum eſt pinguius, & dignius alio, vel in ſpiritualibus tantum, quia ſunt æqualia in temporalibus, ſed vnum eſt alio dignius. Sed in nullo caſu poteſt hæc inæqualitas in permutationibus pretio temporali, vel penſione addita recompenſari auctoritate propria, aut alterius Superioris preter Papam, abſque ſimonia Iuris Diuini: ergo.

28 Minor prob. quando inæqualitas conſiſtit in re ſpirituali non poteſt

Nn com-

compenſari cum aliquo tēporali pretio æſtimabili,vel cum penſione,quia venderetur ſpirituale pro temporali, nam etiam penſio propria auctoritate poſita, aut Prælati inferioris, qui nō habet talem poteſtatem *ex c. vn. de rer.permut.in 6.& ex ſtylo Curiæ*.eſt quid temporale,& pretio æſtimabile, vt bene Suar.cum citand.DD.

29 Quamuis poſſit beneficiū dignius, & tenuius cum alio locupletiori, & minus digno commutari,quia regula generalis eſt,vt vnum beneficinm, ſiue Curatum, ſiue alio modo poſſit cum alio ſimpliciter commutari,nec poſſet eſſe præſumptio ſimoniæ, ſi pure fiat; quicquid dixerint aliqui, & multo magis abſque ſimonia poterit Pontifex ad compēſandam inæqualitatem in dignitate ſpirituali pēſionem imponere,quia penſio poteſt eſſe iuſta ex cauſa honeſta, nec datur intuitu compenſandi ſpiritualem dignitatem, vt ſuppono; ſed vel quia beneficiū eſt magis laborioſum &c.

30 Probo iam eſſe ſimoniā ſi inæqualitas ſit in fructibus tēporalibus,quia non poteſt fieri compenſatio pecuniæ in permutatione beneficij pinguis cum tenui à priuata perſona,vel ab alio præter Pontificem ob exceſſum fructuum temporalium, quin etiam fiat ratione ſpiritualis adnexi; nam ſolus Pontifex eſt qui habet poteſtatem ſeparandi titulum à fructibus,vt dixi diſp. 18. ergo facere hanc compenſationem in beneficijs eſt ſimonia Iure Diuino,niſi fiat de licentia Papæ,poſtquam ſcilicet is ſeparauit rationem tituli ſpiritualis à fructibus, vt ex dictis in cit.diſp. 18. patet. Confirmatur concluſio noſtra *ex c.quæſtiones de Rer.permut*.

31 Et idem dicendum eſt in adiectione penſionis, quæ ab alijs imponi nō poteſt ſine ſimonia, vt ſupra vidimus; ſed à ſolo Papa: tum quia Pontifex poteſt ſecum diſpenſare in iure Canonico prohibente;tum quia penſio ab eo impoſita in permutatione, habetur, vt ſpiritualis; tum quia poteſt illam ſeparare à beneficio pinguiori, & poſtea conferre illi, qui renunciat, ob commodum ſpirituale. ita Adrian.*quodl.9.ar.vlt. ad* 5. Card. Imola.Archar.*in c.cum venerabilis de except*.Nauar. *c.23. n.*100. Couarr.*l.*1. *var.c.5.n.8.& 9.*& poſt Suar.*l.4.c.34. hic*. Caſtrop.*pu.*16. vbi citat Garziam *de ben.f.c.7. n.*741. Em.Rodr.*2.t.ſum. cap.* 65.*num.* 6. tradit etiam Mandos. *de ſign.gr.tra. de permut*. Reginal. *lib.* 23.*num.*264.Barbos.*l.* 3.*iur. Eccl.c.*15. *nu.*181.Vidal.*tit. de ſimonia inquiſ.*2. *num.*40.remiſſiue.

32 Contra Hieron.Gonzal. *ſup. reg.*8. *Can.Gloſſ.* 14. *num.*38.Nicol. Delfinas *de Iur.patron. l.* 2. *qu.*18.*num.*161.qui putant poſſe per ordinariū fieri permutationem compenſata fructuum inæqualitate penſione impoſita. putant enim ordinarium iuſta cauſa intercedente poſſe penſionem ponere. Sed quæ afferunt ex dictis ſoluta manent. nec. *c. quæſtiones de rer.permut.* eſt ad rem,quia poſſeſſiones illæ duarum Eccleſiarum erant temporales, & ſub dominio temporali Eccleſiarum, & ſic poterant permutari, & ſolum Pontifex prohibet, ne compenſatio, quæ datur pro temporali, extendatur ad aliquod ſpirituale.

33 Hinc patet eſſe ſimoniam, ſi partes inter ſe conſentiant de compenſatione, non cogitando de licentia petenda à Papa; vel si paciſcantur, vt vnus ſoluat expenſas requiſitas ad permutationes vtriuſque, & hoc ſine Papæ conſenſu. ita etiam cum Suar. *loc.cit.*Garzia *p.*11.*c.3.§.2.num.*147.& alij Recent. ſupra relati.

34 Aduerto ex Flaminio *to.* 2. *de reſignat. benefic. lib.* 4. poſſe reſignatarium ſe obligare ad ſoluendas integras expenſas cum pacto, vt in primo termino ſolutionis penſionis ſibi ſatisfiat, additq; ita eſſe de conſuetudine.

✝

(:✝:)::(:✝:)

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO XXV.

De Simonia in renunciatione Beneficij in fauorem Tertij.

1 SVppono hic renunciationem, ſeu reſignationẽ expreſſam, (de qua loquimur, quia hæc tãtùm poteſt eſſe ſimoniaca) eſſe voluntariam abdicationem, qua quis ſe libere ſpoliat beneficio ſuo, illudque dimittit, quæ vt validè fiat, debet eſſe in manibus Prælati illam acceptantis *ex c. admonet de renunc.* poteſtq; fieri purè, & abſolute abſque vlla conditione, aut pacto, & tunc nulla eſt ſimonia, vel ſub conditione, vt detur Titio v.g. & nõ aliter, nec alio modo, ita vt ſuſpẽdatur renunciatio niſi detur illi, aut ſub modo v. g. renuncio dummodo detur Titio. & tunc renunciatio eſt perfecta, ſed Prælato imponitur onus dandi Titio, vel nec abſolutè, nec purè, vt cum ſit renunciatio ſub cõditione, vt detur Titio, & talis penſio imponatur; vel deniq; ſine conditione, ſed cum penſione. ita Suar. *ca.* 35. *l.* 4. *tract.* 3.

2 Tantum addo, & iuxta eius mentem, vt ex dictis, ac dicendis patebit, Prelatos, qui poſſunt renũciationem puram acceptare eſſe illos, qui habẽt poteſtatem inſtituendi, & deſtituendi, vt Papa, Legatus à latere, Epiſcopus, Capitulũ Sed. Vac. & alij habẽtes iuriſditionem quaſi Epiſcopalem. ita Garzia *p.* 11. *de benef. c.* 3. *§.* 3. *n.* 247. & alij apud ipsũ, & poſt motũ Pij V. de quo *nu.* 4. eorum dumtaxat recipere poſſunt, qui aut ſenio cõfecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, vel crimine obnoxij, & cẽſuris irretiti, vel qui vnum, aut plura beneficia obtinerũt, vel Religionẽ ingreſſuri, aut matrimoniũ contracturi, ſi poſtea ſequatur effectus; vel cum aliquis caſus acciderit, qui in Conſtitut. Innoc. 3. continetur, & qui non audẽt ob capitales inimicitias in ſuo beneficio reſidere; & ſi in Sacris ſint, habeant patrimonium. vide Vaſqu. *de Benef. dub. penul.* Barboſam latè has cauſas examinantem *l.* 13. *Iur. Eccleſ. cap.* 15.

QVÆRES I.

An Renunciatio ſub vera conditione ſuſpenſiuã poſſit fieri in manibus inferiorum Prælatorum abſq; Simonia.

3 REſp. negatiuè, ſed debet fieri in manibus Papæ, & quidem ſi non pręcedat pactum cum Epiſcopo, vel alio Prælato Papa Inferiore, quia ſcilicet ipſe non acceptat conditionem, nec facit conuentionem ex parte ſua, (nam pactum eſt duorum in idem placitum concurrentium) eſt peccatum iniuſtitiæ in materia Religionis talem reſignationem facere, & ſacrilegium cõtra reuerentiam debitam rebus ſacris; quia renunciãs hoc modo vult vſurpare iuriſditionem diſpenſandi beneficia Eccleſiaſtica contra iuris diſpoſitionem; nec ipſe Prælatus acceptans reſignationẽ, erit Simoniacus, ſi conferat beneficium illi, quem renuncians deſignat, non ex vi pacti, & obligationis; ſed ex ſua libera voluntate, quia non cõfert aliquid ſpirituale, ex aliquo oneroſo cõtractu, nec ex pacto. Ita Suar. *c.* 35. *à n.* 6. tradunt etiam nõ eſſe ſimoniam. Stafileus *de litt. grat. tit. de var. mod. vacationis. §. reſignationis modus à n.* 8. Quintana Dueñas *l.* 2. *eccl. à num* 19. Duard. *de Benef. l.* 8. *c.* 2. *§. quomodo Beneficium.* Vaſq. *de Benef. c.* 2. *§.* 4. *dub.* 7. Caſtrop. *pu.* 17. *num.* 5. vbi hanc vocat probabilem, & in eam magis videtur incliuare cõtra Garçiam *p.* 11. *c.* 3. *§.* 2. *num.* 152. & alios ab ipſo relatos, putantes probabiliter eſſe ſimoniam, quia videtur imponi aliquod onus Epiſcopo pretio æſtimabile.

4 Si verò præcedat pactum cũ Epiſcopo, & ex vi pacti conferatur beneficiũ, erit ſimonia ex parte reſignantis, & Prelati acceptãtis. ratio eſt, quia iura prohibent in materia beneficiorum omne pactum ob vitandam ſimo-

moniam. *ex ca. fin. de pactis*, & alijs ſupra non enim eſt ſimonia contra Ius Diuinum, cum non detur ſpirituale pro temporali: ſed gratis offertur. eſt communis ſententia; quam ſequuntur omnes citati DD. cũ Suar. *d. c. 35.*

5 Cõcluſio poſita ex vi iuris antiqui probari non poteſt, cum Canones, qui afferri ſolent, communiter nõ loquãtur de renunciatione ſimplici; probatur tamen ex perpetua Eccleſiæ traditione, & cõſuetudine, quę declarat Põtificem ſibi reſeruaſſe has reſignationes. Secundo quia ſecundum ius commune non poteſt beneficium cõferri, niſi vacet: ſed in tali reſignatione conditionali non vacat beneficiũ, niſi prius conditio impleatur, vt bene Rebuff. *in pract. tit. de renun. cõd.* ergo. Tertio probatur ex motu proprio Pij V. qui incipit. *quanta Eccleſia Dei.* vbi prohibet, ne renunciationes fiant, deſignando ſucceſſores, ibi. *ne verbo aut nutu futuri in huiuſmodi beneficijs, aut, officijs ſucceſſores ab ipſis reſignantibus aut alijs eorum ſignificatione, vel hortatu deſignentur, aut de his aſſumendis promiſſio inter eos, aut intentio qualiſcũque intercedat.*

6 Vbi non prohibet intentionem internam, vt detur alteri, quod Decius, & Abbas putarunt dicẽtes eſſe ſimoniacam talem intentionem: ſed intẽtionem prohibet, quæ tacitam petitionem afferat. ita Suar. *d. c. 35.* & ſeq. Rodriq. *2. t. ſum. c. 60.* Gomez *in rubr. de trien. poſſ. q. 16.* Filiucc. *hic c. 8. nu. 29. & alij.*

7 At contrarium putat Caſtrop. *trac. 17. d. 3. pun. 17. num. 10.* vbi citat Azor. *lib. 7. cap. 27. q. 6.* Guttierr. *can. 99. lib. 2. q. 25. num. 77.* Garçia de benef. *11. p. cap. 3. num. 161.* & alios apud ipſos, putantes non eſſe prohibitam intentionem explicatam: ſed deductã in conuẽtionẽm, aut pactum tacitum, vel expreſſũ, quę ſententia tuta ſane eſt ob Doctorum auctoritatem: ſed ſtando in verbis Papæ, Suarij ſententia eſt præferenda, quia non ſolum pactum: *ſed deſignatio verbo, aut nutu promiſſio, aut intentio prohibetur.*

8 Id tamen fateor nõ eſſe cõtra Bullam, ſi quis tertius ſciens intentionẽ, & voluntatem reſignantis, vt detur Titio, id manifeſtet Prælato, & hic ex vi talis ſcientiæ conferat Titio Beneficium; nam dicitur. *ab his reſignantibus aut alijs eorũ ſignificatione, vel hortatu:* ergo aliter ſi non eſt *eorum ſignificatione, vel hortatu*, quod forte Suarius ſignificauit *num.* 18. fine: vbi ait, non eſſe malum, & ceſſare præſumptionem mali, *quando intentio exterius manifeſtatur nullo ſigno prohibito*, pro vt plane accidit in caſu poſito.

QVÆRES II.

An poterit Ordinarius dare beneficium Perſonæ deſignatæ à reſignante, reiecta conditione, ſeu non ob eius conditionẽ: ſed quia ille eſt dignus beneficio.

9 RESp. probabilius eſt non poſſe ſine Papæ licentia licitè talem renunciationem acceptare, ac beneficium conferre; tum quia ex cõmuni vſu, & ſenſu DD. illa renunciatio eſt nulla, præſertim poſt dictam Bullam Pij V. irritantis, *quidquid præter, vel contra formam prædictorũ fuerit à quoquam temerè attentatum*; tum quia in effectu operatur ſecundum cõditionem appoſitam, licet non faciat ex ea intentione. ita Rebuff *de reſignat. cõd. à num. 7.* Guttierr. *conſ. 42. de Simon. n. 8.* Garçia *t. 11. p. de benef. cap. 3. §. 2. n. 155.* & Suarius *d. cap. 35.*

10 Immo addo multo minus poſſe Epiſcopum acceptare illam renũciationem conditionatam, reiecta conditione, & beneficium conferre cui voluerit, non ſolum, quia per dictam Bullam acceptio Beneficij reſignati ſub conditione prohibetur: ſed etiam ſtando in iure communi, quia illud beneficium per talem renunciationẽ conditionatam non vacat ante conditionem impletam: ergo non poteſt ab Epiſcopo alteri conferri, vt ex dictis patet, vt docet, & bene Rebuff. *d. c. nu. 16.*

Digitized by Google

*n.*16.etiã de Papa,quia poſito, quod acceptat renunciationem cum dicta conditione,debet conferre ei,cui vult reſignans, alias illum priuaret beneficio ſine cauſa.ita Suar.*d.c.*35.*l.* 4. ſequitur Garçia *loc. cit.* cum alijs contra Redoan.2.*p.de Simon.nu.*28. Boer. *de poteſt.leg.q.*2.concedentem hãc poteſtatem non ſolum Papæ;ſed etiam legato Papæ,& Epiſcopo.

11 Nec dicas Epiſcopum poſſe id facere in pænam reſignationis factæ contra formam iuris, quia ad ſummum poterit id facere poſt examinationẽ, & rectum iudicium,ferendo ſententiam; & ſic intellige Flam.*l.*1.*de reſig. q.*3.*num.*63. dicentem ex Rotæ decis. poſſe beneficium ab Epiſcopo acceptari,& alteri conferri,quando ſic reſignans ſcit Stylum Curiæ,intellige,inquam,poſt ſententiam datam, quia tunc vacat ex priuatione pænali, & idem docet cum Suarez hic *capit.*35. Leſſ. *cap.* 35.*dub.*14.*num.* 86.Caſtrop. *pun.*17.*tr.*17.*nu.*7. & alij Recentiores.

QVÆRES III.

An poſſint inferiores Papa acceptare renũciationẽ beneficij factam ſub modo,et cõferre deſignato à renũciante,vel alteri digno.

12 RESp. de iure communi poſſe; nã renunciatio illa ſtatim habet effectum, quia modus non ſuſpendit actum, & ſic beneficium vacat, nec eſt vllum ius,vnde Epiſcopus obligetur ad dandum beneficium deſignato à renũciante;nec ad id potuit obligari; etiam ſi renuncians id intenderit, & perperam Epiſcopum obligare voluerit.

13 At attenta Conſtitutione Pij V. de qua ſupra,nõ poterit Prælatus acceptare talem renunciationem cum dicto modo.vide Suarium hic *num.*18.& Doctores *num.*4.relatos.

Qui vero putant etiam poſt motũ Pij V. non eſſe prohibitam reſignationem ſpe à ſupplicante factam, putabunt in hoc caſu,quãdo modus adijcitur, vt ait Suarius, tantum ad inducendum Epiſcopũ,& non ad onus imponendum;non eſſe prohibitam, ac licere.iuxta dicta *nu.*7. & auctores ibi citatos.addo etiam Barboſam *lib.* 3.*Iur.Eccl.c.*15.*nu.*65. putare licitum eſſe renuncianti petere à Prælato, vt detur certæ perſonę,quia verba Pij V. diriguntur ad Epiſcopos, & nõ ad renunciantes.

14 Vbi nota 1.ex Redoan. 2.*p. de Sim. num.*27.Nauar.*c.*23.*num.*107. quos ſequitur Suar.& Rec.Bonacina.*qu.* 4.*§.* 14.*num.*5.Reginal.*lib.*23.*nu.*149. poſſe poſt reſignationem beneficij ſimpliciter factam, rogari Prælatum, vt conferat illud Titio. & addo Suario iuxta mentem Pij V.vbi eſt in vſu (nã Garzia aduertit hanc cõſtitutionem non ſeruari in Hiſpania.*p.* 11.*de benef. c.*3.*§.*3.*num.*270.) dummodo non petatur pro conſanguineo,affine,vel familiari renunciantis, aut Prælati, id enim eſt prohibitum cum irritatione actus ex dicta Bulla.

15 Nota 2.non poſſe fieri,niſi in manibus Papæ reſignationes reciprocas titulo,& colore permutationis, vt ego renuncio in fauorem tui nepotis,& tu in fauorem mei. & nec triangulares, vt vocant, quæ fiunt inter tres perſonas.vt Petrus renunciat Paulo beneficium curatum in fauorẽ Pauli. Paulus ſimplex in fauorẽ Ioannis. Ioannes ſuum Canonicatum in fauorem Petri.quia intercedit pactum, omnis autem pactio eſt prohibita,niſi in pura permutatione. Et multo minus licet fingere permutationem,cum Caius non habens beneficium renũciat Titio habenti,& hic Caio; nam ſi habens beneficium ſincere procedit,decipitur; ſi vero ex mala conſcientia proceſſit,ſciens fraudem,Eccleſia decipitur, & ſic talis renũciatio eſt nulla,ex defectu conſenſus Prælati,quidquid dixerit.Rebuff.*prac. tit. de perm. tit.*14.*&* 15.hæc Suarij *d.c.* 35.*nu.* 18. cui addo Leſſium *lib.* 2.*cap.*35.*dub.*14. *num.*87.Reginal.*l.*23.*n.* 250. Cochier. *de permut.*2.*p.cap.* 34.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES I.

An commutare ſpirituale pro ſpirituali ſit Simonia Iure Diuino.

1 RESP negat. etiam ſi res ſpiritualis detur cum omni proprietate pro alia re ſpirituali ex vero, & proprio pacto oneroſo, ſiue ſtatim detur ex vtraque parte ſpirituale pro ſpirituali. v. g. vnus recitet Aue, alter Miſerere, ſiue ambo obligentur in futurum recitandi Aue, & Miſerere; ſiue vnus recitet Aue, & alius obligetur in futurũ ad recitandum Miſerere; quia illa obligatio eſt etiã ſpiritualis, nec pretio vendibilis. Ratio eſt, quia vbi non eſt pretium, non eſt venditio, aut emptio: ſed quando datur ſpirituale, nullũ datur pretium, quia ſtando in Iure Diuino ſolũ tẽporale, ſeu quidquid pecunia æſtimari poteſt, habet rationem pretij ex comm. DD. ſenſu, & Patrum expoſitione in illa verba *Gratis date*. ideſt non propter aliquod temporale. nec per talem commutationem fit iniuria rei ſpirituali, ſiue nos ſimus domini ſpiritualium, ſiue diſpenſatores. ex Ioan. 1: *Gratiam pro gratia*. vnde Hieron. in Iſai. 55. *venite emite abſq; argento* ait, *emite abſq; argento, ac gratis accipite*. quia re vera, vbi nõ eſt temporale pretium, non eſt venditio humana. hanc ſentẽtiam docent D. Tho. *diſ. 25. q. 5. ar. 3. ad* 8. Duran. *q. 5.* ibi. Maior *q. 6.* Argen *ar. 4.* Victoria *de Simon. num.* 17. Couarr. *l. 1. var. c. 5. n. 4.* & poſt Suar. *tr. 3. l. 4. c. 30.* Bonacina hic §. 12. *n. 1*, Filiucc. *cap. 7, quæſ. 2. num. 6.* & alij.

2 Vbi nota debere proportionem ſeruari, vt ſc. permutentur pure ſpiritualia inter ſe, vel ſpiritualia annexa conſequenter temporalibus, vt calix conſecratus cum Calice, vel ſpiritualia, quæ habent conſequenter annexa temporalia, vt ſunt beneficia inter ſe; ne miſceatur compenſatio temporalis cum ſpirituali, & ſic eſſet ſimonia beneficium commutare cum calice, vel Roſarium pretioſum cum vili ob indulgentias. ita Suar. *d. c. 30.* & ſequitur in omnibus Bonacina *lo. cit.* & alij ſupponunt. Contra Adrian. *quodl.* 9. *circa fin.* Suppl. Gabr. & alios putãtes eſſe ſimoniã talem cõmutationem.

QVÆRES II.

An commutare ſpiritualia inter ſe modo prædicto ſit Simonia, ſaltem iure Eccleſiaſtico.

3 DICO 1. nõ eſt ſimonia iure eccleſiaſtico permutare ſpiritualia ſimplicia inter ſe; vt do tibi abſolutionẽ, & tu miniſtra mihi Euchar. vel ſpiritualia mixta, quæ ſunt cõnexa cum aliquo temporali antecedente, vt ſũt vaſa ſacra &c. de quibus ſupra. Ratio eſt, quia nullibi talis permutatio inuenitur in Iure eccleſiaſtico prohibita, ſolum enim vel damnant pacta in beneficijs, aut prohibent, ne pretio vendantur res ſpirituales. *C. tua nos de Sim. c. ad noſtram, & ſequ. eod. tit.* & vſus oſtendit hãc prohibitionem nõ eſſe. ita Gloſſ. *c. vlt. de pact.* vbi Abb. Card. & alij ſupra cit. *n. 1.* cũ Suar. *hic c.* 31. Addo ex Sãch. *conſ. mor. l. 2. c. 3. du. 44.* non eſſe ſimoniam, ſi Monaci paciſcantur inter ſe, tu elige me in Priorem, & ego eligã te in Prouincialem, vel tu elige me hac vice, & ego eligãte alia, quia hæ Prælaturæ nõ ſũt beneficia. eſto neget Paſqualigi *d. 224. iuncta deciſ.* 226. nam ratio eius: quia nimirum ſimonia ne dum dicit, quia ſpirituale commutetur cum temporali; ſed quod ſpirituale ſubijciatur cõtractu humano: non videtur vera; tum quia eſt cõtra definitionem ſimoniæ communiter receptam quam *diſ. 1. à n. 3.* attulimus: tum quia eſt contra commune Doctorum placitum aſſerẽtium poſſe ſpirituale pro ſpirituali commutari per contractum oneroſum, vt hac *diſ. à n. 1. dixi.*

4 Dico 2. licet fortaſſe nõ expediret moraliter prohiberi cõmutationem talium rerum ſpiritualium ſimpliciter, tamen poteſt Eccleſia talem prohibitionem ponere ob reuerentiam rei

Digitized by Google

rei ſpiritualis, & tunc eſſet simonia talis commutatio iure eccleſiaſtico, quia eſſet peccatum contra Religionem, & contra debitum modum cõtrectandi res ſacras, & per meram negotiationẽ prohibitam ab Eccleſia: ergo eſſet simonia. ita Suarez. d. c. 31.

5 Dico 3. in ſpiritualibus miſtis habet ſpecialem rationẽ Eccleſia prohibendi omnem pactionem, & permutationem eorum; quia ratione rei temporalis connexæ poteſt eſſe maior ſpecies ſimoniæ, nam poteſt fieri, vt in commutatione huiuſmodi rerum ſpiritualium maior ratio habeatur ad temporale lucrum, quam ad ſpirituale. vide Suar. *d. c.* 31.

6 Dico 4. permutationem Beneficiorum, & eorum quæ ad illa ſpectant, ſi fiat ſine Superioris auctoritate, eſſe ſimoniã iure eccleſiaſtico. Probatur quia *cap. quæſitum de Sim.* dicitur *Generaliter teneas, quod commutationes præbendarum de iure fieri non poſſunt, præſertim pactione præmiſſa*, vbi non loquitur de pactione, qua detur temporale pro ſpirituale, quia eſt ſimonia Iure Diuino; ſed de mutatione vnius beneficij cum alio. addit tamẽ *præſertim*, quia quãdo fit permutatio cum obligatione in futurũ, vt do hoc beneficium tibi, vt tu poſtea des mihi tuum, magis clara eſt ſimonia, & ratio eſt clara ex dictis concluſ. præcedẽtibus, & vlterius confirmatur, quia ſicuti eſt ſufficiens materia ſimoniæ res tẽporalis annexa ſpirituali, quãdo lex eccleſiaſtica illam prohibet vendi intuitu Religionis, ita res ſpiritualis habẽs annexum temporale, vt eſt beneficium eccleſiaſticum poteſt ratione illius prohiberi, ne adducatur in commutationem rei ſimilis. Vnde talis permutatio cũ occulta pactione erit etiam pro foro conſcientiæ vera ſimonia æſtimãda, tũ quoad pęnã, tũ quoad clupã. Hãc ſẽtẽtiã tenẽt communiter DD. tam Theologi, quam Canoniſtę. Vgol. *tab. 1. cap.* 27. Rebuff. *in pr. 3. p. tit. de permut. num.* 52. Valen. *diſp. 6. q. 15. p.* 3. & alij Canoniſtæ. *D. C. quæſitum* cum D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *ar.* 1. *ad.* 5. Palud. 4. *d.* 23. *q.* 5. Victor. *rel. de Simon. num.* 17. & cum Suario hic omnes Recentiores Caſtrop. *tract.* 17. *d.* 3. *pu.* 15. *num.* 3. vbi alios citat. Filliuc. *c.* 7. *q.* 2. hic Bonac. *loc. cit. de Simon. q.* 3. *§.* 12. Sanch *conſ. mor. l.* 2. *cap.* 3. *dub.* 24. & 37. Vidal. *tit. de Simon. in q.* 2. *num.* 14. Laym. *l.* 4. *tract.* 10. *cap. vlt. §.* 5.

Inferuntur aliqua notatu digna circa commutationem iurium ad beneficia ſpectantium.

7 Ex his infertur 1. eſſe ſimoniam iuris ſaltem humani commutare actiones pertinentes ad proviſiones beneficiorum v. g. vt eligo hũc, tu eligas illum, vel confirmes illũ, quia moraliter loquendo æſtimantur hæ functiones, quamuis ſint ſpirituales, vt medium ad lucrum temporale, & ſic ob eãdẽ rationẽ erit ſimonia permutare omnia ſpiritualia, quæ habẽt tẽporale adnexũ conſequenter quãuis in rigore beneficia non ſint, vt vicaria amouibilis ad nutum. ita cum Suario *c.* 31. *cit.* DD.

8 Infertur 2. eſſe ſimoniam, quia prohibita, permutare beneficium pro iure quaſi inchoato ad aliud beneficiũ, ſiue per præſentationem, ſiue per nominationem comparatum, vel aliquod etiam commodum acquiſitũ per litteras Apoſtolicas; vt ſi quis det beneficium Caio, vt is cedat præſentationi, vel renunciet litteris Apoſtolicis de obtinendo beneficio, faciendo nouum pactum de re, quæ in ipſis litteris nõ inerat, quia in prohibitione permutandi beneficia, includitur; etiam commutare hæc iura, cum ſint beneficijs annexa, & ſicuti præſentatio actiua non poteſt pro beneficio permutari, ita nec paſſiua, cũ ſit etiã ſuo modo beneficio connexa. ita Nauar *conſ.* 43. *de Sim.* Fran. *c.* 1. *de rer. per in* 6. vbi Io. Andr. & alij. quãuis. Gloſſ. *c. ad audien. de reſcrip.* oppoſitum ſentiant in renuntiante litteris Apoſtolicis. Sed vide Felin. late probantem, quod diximus. ex Suar. *c.* 31. *num.* 16.

9 Quãuis hi Doctores aliam afferãt ratio-

rationem, vel quia permutatio non conceditur, niſi in beneficijs, quæ sũt propria poſſidentis, vel quia dicta iura ſunt mere perſonalia, & intransferibilia: ſed prima ratio non vrget; nã qui habet ius ad beneficiũ, eſt dominus huius iuris: ergo cur non poteſt permutare? Secunda vero probat nec defacto poſſe cõmutari auctoritate Superioris, quod non videtur dicẽdũ; nam ea poſita poteſt fieri licite talis permutatio, ſi data eſſet facultas habentibus talia iura, vt poſſent permutare illa, quæ facultas permutandi non intelligitur conceſſa quando Papa daret alicui poteſtatem, vt ſuã expoctatiuam in alium transferat: ſed debet exprimi vt poſſit permutare. Hæc docet ſatis Suarez *loc. cit.* cui addo Sanch. *conſ. mor. l. 2. c. 3. dub. 37. nu. 7.* Filiucc. *c. 7. nu.* 13. Reginal. *l. 23. n. 263.* Nicol. Garçia de Benef. 4. 11. *p. c. 4. n. 6.*

10 Addit Suarez, ſic permutantes facere actum nullum, & poſſe priuari beneficijs, non tamen ipſo facto eſſe priuatos, aut cenſuras incurrere, & ita etiam nouiſſime tenet Caſtrop. *tract.* 17. *diſ. 3. p. 15. num. 4.* quamuis Barboſa referat *lib. 3. de Iur. Eccleſ. cap. 15. hic num.* 173. ex Garçia *num.* 59. hodie eſſe excommunicationem ex. *extrauag. cum deteſtabile de Simonia*: ſed quod ex Suario diximus eſt tutum.

QVÆRES III.

An Beneficiorum, & iurium ipſis annexorum permutatio, ſit licita cum auctoritate Superioris.

11 Reſp. affirmatiue *ex cap. cum vniuerſum de rer. Perm.* & alijs eod. tit. In quibus iuribus non ſolum agitur de tranſlatione beneficiorum, quę immediate reſpicit perſonas mutandas ab vnõ beneficio in aliud, propter Eccleſiæ vtilitatem; etiam ſi non ſit inter duos beneficiarios, & etiam ſine eorum conſenſu, aut commodo: ſed etiam de permutatione beneficiorũ, quæ fit per modum contractus, & neceſſario inter duos cõſiſtit, vt ego do tibi, hoc beneficium; tu da tuum, ac præcipue in bonum beneficiatorum, licet ſine Eccleſiæ incommodo fit. Quod autem *in cap. Quær. de rer. perm.* dicitur. *permutationes beneficiorum de iure fieri non poſſunt.* & ſubditur. *ſi autem Epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, licite poterit ab vno loco in aliũ transferre perſonas.* Voluit Papa ſignificare non poſſe priuata auctoritate fieri has permutationes, nec ab Epiſcopo eſſe faciendas ſine reſpectu ad bonum Eccleſiæ, quod cũ magis pendeat ex perſonis, ideo vſus eſt illa voce *transferre perſonas.* eſt communis omnium DD. ſententia quam ſequitur Suarius *tract. 3. lib. 4. cap. 32.*

QVÆRES IV.

Cuius Superioris auctoritate poſſit permutatio beneficiorum, & iurium ad ipſa, fieri.

SVppono hic nos loqui de permutatione, quæ fit ſimpliciter, & nõ cum oneris adiectione. de ea enim infra, & poſito conſenſu Collatoris, vel electoris, aut Patroni &c. ad quos collatio, inſtitutio, præſentatio &c. pertinet, vt ſupra innuimus *nu. 9. fine.* quia hæc iura concedentia permutationẽ de conſenſu Superioris nõ ſunt intelligenda cum præiudicio illorum, vt omnes ſupponunt cum Suarez *d. c. 32. n. 9. &* 12. hoc ſuppoſito ad Quæſitũ.

12 Reſp. poſſe fieri cum licentia Epiſcopi, vel habentium iuriſditionem Epiſcopalem pro ſua Diœceſi, vt ſunt Abbates exempti, Capitulum Sede Vacante &c. (quidquid dicat Mandoſius *de ſig. gratia. ti permut. §. pen.* requiri Papæ conſenſum ex motu Pij V.) ab alijs vero Prælatis inferioribus, qui habent poteſtatem conferendi beneficia, non poteſt hæc licentia dari, niſi habuerint præſcriptam iuriſditionẽ dandi facultatem in hoc actu. ita cõmuniter DD. Gloſſ. in Clem. *vnico vt concedantur de rerum. permut.* vbi Zabar. *q.* 11. Rota *deciſ.* 111. *&* 312. *in tit. de rer. permut.* Rebuff. *in pra. 4. tr. de rerum*

Digitized by Google

rum permut. à n.2. Federic. de Senis *de Beneſ. permut. q.* 19. quos ſeq. Suar. hic cui nouiſsime adſcribitur Vidal. *tit. de ſim. Inquiſ. 2. n.* 37. & ratio eſt, quia licet Epiſcop' nominetur *in d. c. quæſitum de rerum permut.* tamen fundamẽtũ talis actionis eſt iuriſditio Epiſcopalis, & nõ ordo: ergo qui illam habent; etiã ſi nõ ſint Epiſcopi, poſſunt hanc facultatem concedere.

13 Addere tamen poſſumus, quod licet approbare permutationem pertineat ad habẽtes iuriſditionem Epiſcopalem: attamen exequi permutationẽ acceptãdo reſignationẽ, & nouam collationẽ faciendo pertinet ad Prælatũ inferiorẽ, ad quẽ collatio beneficij pertinebat antea: ratio eſt, quia permutatio regulariter nõ fit ſine perſonarũ translatione, quæ ad Epiſcopũ pertinet. *ex c. mutationes* 9. *q.* 1. cui incũbit cura boni ſuæ Diœceſis, executio vero talis permutationis, remittẽda eſt illi, ad quem de iure ſpectat. vide Zabarell. *in d. Clem. vnico q.* 8. neq; in hac re vlla exceptio eſt faciẽda; nam iura generaliter dicunt eſſe ſimoniã facere cõmutationem beneficiorũ propria auctoritate, licet ſit licitum permutare fructus Præbẽdarum præſẽtes, vel futuros, vel prædia annexa ſuis beneficijs tantũ ad vſum fructum temporalem, quia fructus vẽdi poſſunt, vt latè, & toties dictum eſt, ita Suar. *d. c. 32. num. vlt.*

14 Cõtraria tamen ſententia, quod inferiores Prælati, ad quos pertinet beneficij collatio, poſsint dare licẽtiam permutandi, eſt valde probabilis: *ex c. vnico de rer. permut. in* 6. vbi id indicatur, & ratio ſuadet: nã ideq requiritur Superioris auctoritas in permutatione, quia non poteſt fieri renunciatio, & noua collatio ſine Superiore: ſed talis Superior eſt ille, qui poteſt cõferre beneficium: ergo. ita Angelus *ver. permutatio.* vbi Sylu. *q.* 2. & tenet ex Recent. Caſtrop. *nu.* 6. *lo. cit.* vbi *num.* 8. ait non poſſe abſque Papæ auctoritate fieri permutationem iurium ad beneficia: ſed quod ex Suario diximus eſt tutum: at placet, quatenus ait non poſſe Epiſcopũ dare auctoritatem in beneficijs Papæ reſeruatis. *ex Extrau. Ben. XI. dudum.* & Greg. Lopez *l. 2. ver. Noualdria tit. 6. p.* 5. ait eſſe Rotæ Deciſionem, & ſeq. Garzia *nu.* 82. Sãnch. *loc. cit.* quamuis Gambarus *in c. vnico de rer. perm.* putet poſſe, & ſi Stylus Curiæ non eſt in contrarium, probabilis eſt opinio.

15 Addo etiã Suarij dictis, Vicarium Generalem non poſſe permutationibus facultatem dare; etiam ſi habeat poteſtatẽ conferendi, niſi habeat mãdatũ ſpeciale. ita Rota in Barchinon *benefic. 3. Iulij.* 1628: quã affert, & ſeq. Barb. *lib. 3. de iur. eccl. c. 15. n.* 177. Garç. *d. c. 4. n.* 14. Greg. Lopez, & alij.

16 Nec Epiſcopus, qui habet in aliena Diœceſi facultatẽ cõferẽdi beneficiũ, poteſt his permutationibus auctoritatẽ præſtare. Garz. *d. c. 4. nu.* 71. nec ſi vnũ beneficium eſt in vna Diœceſi, & aliud in alia poteſt permutari per vnũ Epiſcopũ: ſed cõſenſus amborum requiritur, at nõ eſt neceſſe, vt fiat ſimul præſẽtibus ambobus reſignatio, vt docet Sylu. *permutat. 2. q. 13. d.* 7.

17 Vnde non placet, quod aiunt Barboſa *loc. cit.* Sanch. *l. 2. c. 3. conſ. dub.* 38. Merolla *t. 3. diſp. 7. du. 11. n.* 135. quem citat, & ſequitur Diana *p. 8. tr. 4. reſ.* 29. Capitulum non poſſe his permutationibus auctoritatem præſtare, quãdo ad ſolum Epiſcopum pertinet collatio; nam ex Suar. & alijs vidimus, poſſe ab Epiſcopo dari licentiam ad permutationem, quamuis collatio non pertineat ad Epiſcopum: ſed ad alios inferiores Prælatos; ergo etiam ſimiliter Capitulũ Sede Vacante poterit, quãdo collatio pertinet ad Epiſcopum, licet ille conferre debeat; & forte id intelligũt hi Doctores, quod ſcilicet non poſsit præſtari auctoritas ad finiendam vndequaque permutationem, & hoc eſt conforme dictis ex Suario, & in terminis, quod Capitulũ poſsit admittere reſignationes beneficiorum cauſa permutationis dandando auctoritatem docet Azor. *p. 2. l. 3. c. 38. q.* 8. vbi citat Federicũ, Lapũ, Panor. & alios.

Et

Digitized by Google

18 Et quãuis Suarius dicat,ſi Epiſcopi permutẽt beneficiũ requiri conſenſũ ſuorũ Superiorum *c.32.n.9.*nõ tamen explicat,an ſit Metropolitanus,vt illi tribuit Barb. *l.3. iur. Eccl. cap.15.§.5. nu.*177. At id explicat Filiucc.*hic.c.7. n.*20.dicẽs eſſe Primatẽ,Patriarcham, aut Archiepiſcopum,& Sanch.*l.2.c.3. du.*38.ait:requiri authoritatẽ Archiepiſcopi, quãdo Epiſcopus cõmutaret cũ Capitulo, at ſi cũ alio tertio ſufficere conſenſũ Capituli. Sed hoc non placet;quia Capitulũ nõ eſt Epiſcopo ſuperius, ſed cum illo corpus conſtituit, cui' caput eſt Epiſcopus.ex Bellam. *conſ.* 20. Card. Fuſc. *pra.conſ.t.*1. *lit. c concluſ.*54. quos citat Barboſ. *de Iur.Ecc.l.*1.*c.*32.*n.*1.

19 Puto etiam poſſe dare Epiſcopis hanc licentiam Iudicem R.M. in hoc Siciliæ Regno, qui nunc eſt Illuſtriſſ. D.D.Aloyſius De los Cameros vir,& Doctrina,& Morum integritate inſignis, & de hoc Regno optime meritus: ita enim hanc iuriſditionem adminiſtrauit, vt Catholici Regis iura ſeruaret intacta, & nequid detrimẽti inter populares tumultus caperent ſuã vitã diſcrimini obiectauit; quare omnibus bonis Laicis æque, ac Religioſis charus in primis exiſtit, cũ ad ipſum immediatè appelletur ab Epiſcopis;ſitq;Legatus à latere,qui eſt ſuperior Epiſcoporũ, & ad ipſũ via ſaltẽ appellationis recurratur, vt docet Sãch.*l.7.c.vn,du.*35.*à n.*1. loquens de legato à latere.Deniq;aduerto poſſe ſingulis menſibus beneficiũ permutari corã eo, qui poteſt beneficia approbare,vt docet Gõzal. alijs relatis, *reg.*8.*Cancell.Gloſſ.*14.*n.*33.

QVÆRES V.

An ſine licẽtia Superioris liceat partibus inter ſe cõcludere de permutatione faciẽda,habito poſtea cõſenſu Superioris.

20 Reſp. licitum eſſe (quid quid in contrarium alij dixerint,) quia nullibi hoc eſt prohibitum, & ex alia parte eſt morale medium ad beneficiorum permutationem: ſi enim tractatus,& concluſio, quantum eſt ex parte contrahentium prohiberetur, etiam eſſet permutatio prohibita, vt bene Suar.*l.citan.*

21 Immò licet ſe mutuo obligari ad ſtandum factæ conuentioni de permutatione, donec Superior neget illam,& in praxi ita ſeruatur; vt poſito conſenſu Prælati, partes non poſſint amplius retrocedere, ex Inno. *cap.Inter cætera de Preb.& c. vn. de rer. permut.in* 6. dicitur, *ſua beneficia permutare volentes*, quæ verba conſenſum præſtitum ſignificant. ita Zabar. ex Paul.*n.7.cap.d.* & Card.*in c. quæſitum. q.*39.*num.*23. Sylu. *ver. Permutatio* 2. *q.*5.Feder.de Senis,*tr.de permut.benef. q.* 38. nec diſſentit Panor. qui in cap. quæſitum dicit,non poſſe concludere inter ſe,id eſt abſq; ordine ad licentiã ſuperioris. *& c.cũ vniuerſorum* loquitur tãtum, vbi partes nõ requirebant Prelati conſenſum in reſignatione in fauorem tertij .hæc Suar.*c.32, à nu.*5. ſequitur Caſtrop. *tr.*17.*d,*3,*pu.*15.*n.*2. vbi cit.Leſſ.*l.2.c.*35.*du.*15. *nu.*92. Flamin,Pariſ.*l.6.de reſign. benef.q.2.à n.*7. Hieron, Paulus *Pract. Cancell.* & alij plures,quos ſequitur Sanch. *lib.2.c.*3. *dub.* 39. & nouiſſ. Vidal.*in arca vitali tit.de ſim.inquiſ.2.n.*55.

QVÆRES VI.

An Beneficia poſſint auctoritate Epiſcopi cum Penſionibus permutari.

22 Reſp.negatiue;ſed requiritur Papę licẽtia,ea autem poſita poſſunt abſq;ſimonia permutari.

Ratio eſt: quia licet pẽſio ſit ſpiritualis non eſt tamen beneficium,nec eſt perpetua, nec natura ſua eſt in alium transferibilis, nec cõfertur per Canonicam inſtitutionem, ſed Epiſcopi, & Prælati Papa inferiores tantum poſſunt ex iuris conceſſione facere permutationes beneficiorũ: ergo non poſſunt has facere.

23 Cõfir.quia hæ permutationes non ſunt fauorabiles,& ſic non debent ex-

tendi

Digitized by Google

tendi iura de permutatione loquentiá, & amplè interpretari; & dato quod materia permutationum ſit fauorabilis debet tantum extendi iuxta verborũ proprietatem, ſecundum quam nomine beneficij non venit penſio, alias poſſet Epiſcopus facere permutationes penſionum inter ſe, quod communiter negatur. ſic Suar. *tr.3.l.4.c.32.*& citan. Recentiores.

24 Immò etiam ſi Papa dediſſet penſionem Petro ſuper beneficium Pauli cum poteſtate transferendi illam in quemcumq; voluerit, ad huc non poterit Petrus permutare ſuam penſionem cum Paulo; quia in hoc caſu non eſt permutatio beneficiorum, & hęc permutatio eſt cum pacto, facultas vero transferendi intelligitur pura, & ſine pacto, cum ſit in iure prohibitum, nec Epiſcopo conceſſum; quamuis non eſſet improbabile oppoſitum, præſertim vbi adeſt conſuetudo.

25 Probatur nunc poſſe de licentia Papæ fieri; quia non eſt contra Ius naturale Diuinum, cum mutetur ſpirituale pro ſpirituali, vt ſi vnus det beneficium alteri, & hic illi penſionem, renunciando ad inuicem ſuis Iuribus poſita Papæ auctoritate. Eſt enim in hoc caſu vera permutatio, cum penſio non extinguatur per renunciationem ſub conditione, vt in alterum transferatur; & eſt eadem numero etiam ſi transferatur, nam ſuam indiuiduationem non accipit à perſona: ſed à beneficio, cui inhæret, & inter ſpecies diuerſas poteſt eſſe vera permutatio ex Dec. *l.2.ff.ſi.certũ petatur.*& Pinell.& per hæc etiam ſatisfactum eſt rationibus Pauli Rom. *tr.de Penſ.c.7.* ità Suar. *d.c.32.* ſequitur Caſtrop. *pu.* 15. *num.*8. vbi ait doctrinam de permutationibus intelligi de proprijs beneficijs. Bonac. §.12. *qu.*4. *num.* 8. Filiucc. *cap.*7. *num.* 27. vbi ait ex ſtylo Curiæ hanc permutationem beneficij cum penſione iam ad Papam pertinere.

26 Quod ſi Penſio ſit mere temporalis de qua diſp.19. (& idem de Commendis militaribus, & alijs officijs tẽporalibus, de quibus ſupra diſp. 20.) non poteſt cum beneficijs commutari abſq; ſimonia Iuris Diuini cum beneficium vendatur pro re temporali. vnde nec per Põtificem fieri poteſt: at poteſt Põtifex facere eumdem effectum, licet non via permutationis, vel acceptando reſignationem beneficij ſibi facta, & huic dare penſionem, & renunciãtes poſſunt abſq; labe ſimoniæ tutius hunc modum ſeruare, vt Pontifici renuncient ſuum beneficium abſolutè, & explicare illi ſuum deſiderium, & Papa poterit nõ dare beneficium vni, niſi penſionem renunciet, & det alteri, ad eius ſuſtentationem; & ſimiliter in Commẽdis, & alijs officijs idem dicendum. ita cum Suarez ſupponunt cit. DD. & expreſſe Filiucc. *lo.cit.*

QVÆRES VII.

An ſaltem poſſit Penſio imponi ad compenſandam inæqualitatem beneficiorũ, quæ permutantur, vel aliquid aliud exigi.

27 Reſp. negatiuè, eritq; ſimonia cõtra Ius Diuinum non ſolùm, ſi talis permutatio fiat propria auctoritate, ſed etiam ſi fiat auctoritate aliorum Prælatorum, Papa excepto, qui ſolus poteſt facere, ne talis permutatio ſit ſimonia: fundamentum eſt quia, vel inæqualitas beneficiorũ conſiſtit in fructibus temporalibus, quia ſcilicet vnum eſt pinguius alio, vel in fructibus, & ſpiritualitate, quia vnum eſt pinguius, & dignius alio, vel in ſpiritualibus tantum, quia ſunt æqualia in temporalibus, ſed vnum eſt alio dignius. Sed in nullo caſu poteſt hæc inæqualitas in permutationibus pretio temporali, vel penſione addita recompenſari auctoritate propria, aut alterius Superioris pręter Papam, abſque ſimonia Iuris Diuini: ergo.

28 Minor prob. quando inæqualitas conſiſtit in re ſpirituali non poteſt

compenſari cum aliquo tēporali pretio æſtimabili,vel cum penſione,quia venderetur ſpirituale pro temporali, nam etiam penſio propria auctoritate poſita ,aut Prælati inferioris, qui nō habet talem poteſtatem *ex c. vn. de rer.permut.in 6.& ex ſtylo Curiæ.* eſt quid temporale,& pretio æſtimabile, vt bene Suar.cum citand.DD.

29 Quamuis poſſit beneficiū dignius, & tenuius cum alio locupletiori, & minus digno commutari,quia regula generalis eſt,vt vnum beneficinm, ſiue Curatum, ſiue alio modo poſſit cum alio ſimpliciter commutari,nec poſſet eſſe præſumptio ſimoniæ, ſi pure fiat; quicquid dixerint aliqui, & multo magis abſque ſimonia poterit Pontifex ad compēſandam inæqualitatem in dignitate ſpirituali pēſionem imponere,quia penſio poteſt eſſe iuſta ex cauſa honeſta, nec datur intuitu compenſandi ſpiritualem dignitatem, vt ſuppono; ſed vel quia beneficiū eſt magis laborioſum &c.

30 Probo iam eſſe ſimoniā ſi inæqualitas ſit in fructibus tēporalibus,quia non poteſt fieri compenſatio pecuniæ in permutatione beneficij pinguis cum tenui à priuata perſona,vel ab alio præter Pontificem ob exceſſum fructuum temporalium, quin etiam fiat ratione ſpiritualis adnexi; nam ſolus Pontifex eſt qui habet poteſtatem ſeparandi titulum à fructibus,vt dixi diſp. 18. ergo facere hanc compenſationem in beneficijs eſt ſimonia Iure Diuino,niſi fiat de licentia Papæ,poſtquam ſcilicet is ſeparauit rationem tituli ſpiritualis à fructibus, vt ex dictis in cit.diſp. 18. patet. Confirmatur concluſio noſtra *ex c.quæſtiones de Rer.permut.*

31 Et idem dicendum eſt in adiectione penſionis, quæ ab alijs imponi nō poteſt ſine ſimonia, vt ſupra vidimus; ſed à ſolo Papa: tum quia Pontifex poteſt ſecum diſpenſare in iure Canonico prohibente;tum quia penſio ab eo impoſita in permutatione, habetur, vt ſpiritualis; tum quia poteſt illam ſeparare à beneficio pinguiori, & poſtea conferre illi, qui renunciat, ob commodum ſpirituale. ita Adrian.*quodl.9.ar.vlt. ad* 5. Card. Imola.Archar.*in c.cum venerabilis de except.*Nauar. c.23. *n.*100. Couarr.*l.*1. *var.c.5.n.8.&* 9.& poſt Suar.*l.4.c.*34. *hic.* Caſtrop.*pu.*16. vbi citat Garziam *de benef.c.7. n.*741. Em.Rodr.*2.t.ſum. cap.* 65.*num.6.* tradit etiam Mandos. *de ſign.gr.tra. de permut.* Reginal. *lib.* 23.*num.*264.Barbos.*l.3.iur. Eccl.c.*15. *nu.*181.Vidal.*tit. de ſimonia inquiſ.2. num.*40.remiſſiue.

32 Contra Hieron.Gonzal. *ſup. reg.*8. *Can.Gloſſ.* 14. *num.*38.Nicol. Delfinas *de Iur.patron.l.2. qu.*18.*num.*161.qui putant poſſe per ordinariū fieri permutationem compenſata fructuum inæqualitate penſione impoſita. putant enim ordinarium iuſta cauſa intercedente poſſe penſionem ponere. Sed quæ afferunt ex dictis ſoluta manent. nec. *c. quæſtiones de rer.permut.* eſt ad rem,quia poſſeſſiones illæ duarum Eccleſiarum erant temporales, & ſub dominio temporali Eccleſiarum, & ſic poterant permutari, & ſolum Pontifex prohibet, ne compenſatio, quæ datur pro temporali, extendatur ad aliquod ſpirituale.

33 Hinc patet eſſe ſimoniam, ſi partes inter ſe conſentiant de compenſatione, non cogitando de licentia petenda à Papa; vel si paciſcantur, vt vnus ſoluat expenſas requiſitas ad permutationes vtriuſque, & hoc ſine Papæ conſenſu. ita etiam cum Suar. *loc.cit.*Garzia *p.*11.*c.*3.*§.*2.*num.*147.& alij Recent. ſupra relati.

34 Aduerto ex Flaminio *to. 2. de reſignat. benefic. lib. 4.* poſſe reſignatarium ſe obligare ad ſoluendas integras expenſas cum pacto, vt in primo termino ſolutionis penſionis ſibi ſatisfiat, additq; ita eſſe de conſuetudine.

✝

(:✝:)::(:✝:)

DIS.

Digitized by Google

DISPVTATIO XXV.

De Simonia in renunciatione Beneficij in fauorem Tertij.

1 SVppono hìc renunciationem, ſeu reſignationē expreſſam, (de qua loquimur, quia hæc tātùm poteſt eſſe ſimoniaca) eſſe voluntariam abdicationem, qua quis ſe libere ſpoliat beneficio ſuo, illudque dimittit, quæ vt validè fiat, debet eſſe in manibus Prælati illam acceptantis *ex c. admonet de renunc.* poteſtq; fieri purè, & abſolute abſque vlla conditione, aut pacto, & tunc nulla eſt ſimonia, vel ſub conditione, vt detur Titio v.g. & nō aliter, nec alio modo, ita vt ſuſpēdatur renunciatio niſi detur illi, aut ſub modo v. g. renuncio dummodo detur Titio. & tunc renunciatio eſt perfecta, ſed Prælato imponitur onus dandi Titio, vel nec abſolutè, nec purè, vt cum fit renunciatio ſub cōditione, vt detur Titio, & talis penſio imponatur; vel deniq; ſine conditione, ſed cum penſione. ita Suar. *ca.* 35. *l.* 4. *tract.* 3.

2 Tantum addo, & iuxta eius mentem, vt ex dictis, ac dicendis patebit, Prelatos, qui poſſunt renūciationem puram acceptare eſſe illos, qui habēt poteſtatem inſtituendi, & deſtituendi, vt Papa, Legatus à latere, Epiſcopus, Capitulū Sed. Vac. & alij habētes iuriſditionem quaſi Epiſcopalem. ita Garzia *p.* 11. *de benef. c.* 3. §. 3. *n.* 247. & alij apud ipsū, & poſt motū Pij V. de quo *nu.* 4. eorum dumtaxat recipere poſſunt, qui aut ſenio cōfecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, vel crimine obnoxij, & cēſuris irretiti, vel qui vnum, aut plura beneficia obtinerūt, vel Religionē ingreſſuri, aut matrimoniū contracturi, ſi poſtea ſequatur effectus; vel cum aliquis caſus acciderit, qui in Conſtitut. Innoc. 3. continetur, & qui non audēt ob capitales inimicitias in ſuo beneficio reſidere; & ſi in Sacris ſint, habeant patrimonium. vide Vaſqu. *de Benef. dub. penul.* Barboſam latè has cauſas examinantem *l.* 13. *Iur. Eccleſ. cap.* 15.

QVÆRES I.

An Renunciatio ſub vera conditione ſuſpenſiuā poſſit fieri in manibus inferiorum Prælatorum abſq; Simonia.

3 REſp. negatiuè, ſed debet fieri in manibus Papæ, & quidem ſi non precedat pactum cum Epiſcopo, vel alio Prælato Papa Inferiore, quia ſcilicet ipſe non acceptat conditionem, nec facit conuentionem ex parte ſua, (nam pactum eſt duorum in idem placitum concurrentium) eſt peccatum iniuſtitiæ in materia Religionis talem reſignationem facere, & ſacrilegium cōtra reuerentiam debitam rebus ſacris; quia renunciās hoc modo vult vſurpare iuriſditionem diſpenſandi beneficia Eccleſiaſtica contra iuris diſpoſitionem; nec ipſe Prælatus acceptans reſignationē, erit Simoniacus, ſi conferat beneficium illi, quem renuncians deſignat, non ex vi pacti, & obligationis; ſed ex ſua libera voluntate, quia non cōfert aliquid ſpirituale, ex aliquo oneroſo cōtractu, nec ex pacto. Ita Suar. *c.* 35. *à n.* 6. tradunt etiam nō eſſe ſimoniam. Stafileus *de litt. grat. tit. de var. mod. vacationis. §. reſignationis modus à n.* 8. Quintana Dueñas *l.* 2. *eccl. à num* 19. Duard. *de Benef. l.* 8. *c.* 2. §. *quomodo Beneficium.* Vaſq. *de Benef. c.* 2. §. 4. *dub.* 7. Caſtrop. *pu.* 17. *num.* 5. vbi hanc vocat probabilem, & in eam magis videtur inclinare cōtra Garçiam *p.* 11. *c.* 3. §. 2. *num.* 152. & alios ab ipſo relatos, putantes probabiliter eſſe ſimoniam, quia videtur imponi aliquod onus Epiſcopo pretio æſtimabile.

4 Si verò præcedat pactum cū Epiſcopo, & ex vi pacti conferatur beneficiū, erit ſimonia ex parte reſignantis, & Prelati acceptātis. ratio eſt, quia iura prohibent in materia beneficiorum omne pactum ob vitandam ſimo-

Digitized by Google

moniam.*ex ca. fin. de pactis*,& alijs ſupra non enim eſt ſimonia contra Ius Diuinum, cum non detur ſpirituale pro temporali : ſed gratis offertur. eſt communis ſententia ; quam ſequuntur omnes citati DD. cũ Suar.*d.c.*35.

5 Cõcluſio poſita ex vi iuris antiqui probari non poteſt, cum Canones, qui afferri ſolent, communiter nõ loquãtur de renunciatione ſimplici; probatur tamen ex perpetua Eccleſiæ traditione, & conſuetudine, quę declarat Põtificem ſibi reſeruaſſe has reſignationes. Secundo quia ſecundum ius commune non poteſt beneficium cõferri, niſi vacet : ſed in tali reſignatione conditionali non vacat beneficiũ, niſi prius conditio impleatur, vt bene Rebuff. *in pract. tit. de renun. cõd.* ergo. Tertio probatur ex motu proprio Pij V. qui incipit. *quanta Eccleſiæ Dei.* vbi prohibet, ne renunciationes fiant, deſignando ſucceſſores, ibi. *ne verbo aut nutu futuri in huiuſmodi beneficijs, aut, officijs ſucceſſores ab ipſis reſignantibus aut alijs eorum ſignificatione, vel hortatu deſignentur, aut de his aſſumendis promiſſio inter eos, aut intentio qualiſcũque intercedat.*

6 Vbi non prohibet intentionem internam, vt detur alteri, quod Decius, & Abbas putarunt dicẽtes eſſe ſimoniacam talem intentionem : ſed intẽtionem prohibet, quæ tacitam petitionem afferat. ita Suar. *d.c.*35. & ſeq. Rodriq. 2.*t. ſum.c.*60. Gomez *in rubr. de trien. poſſ.q.*16. Filiucc. *hic c.*8.*nu.*29. *& alij.*

7 At contrarium putat Caſtrop. *trac.* 17.*d.*3.*pun.*17.*num.*10. vbi citat Azor. *lib.*7.*cap.*27.*q.*6. Guttierr. *can.*99.*lib.*2. *q.*25.*num.*77. Garçia de benef. 11.*p.cap.* 3.*num.*161.& alios apud ipſos, putantes non eſſe prohibitam intentionem explicatam : ſed deductã in conuẽtionem, aut pactum tacitum, vel expreſſũ, quę ſententia tuta ſane eſt ob Doctorum auctoritatem : ſed ſtando in verbis Papæ, Suarij ſententia eſt præferenda, quia non ſolum pactum : *ſed deſignatio verbo, aut nutu promiſſio, aut intentio prohibetur.*

8 Id tamen fateor nõ eſſe cõtra Bullam, ſi quis tertius ſciens intentionẽ, & voluntatem reſignantis, vt detur Titio, id manifeſtet Prælato, & hic ex vi talis ſcientiæ conferat Titio Beneficium; nam dicitur. *ab his reſignantibus aut alijs eorũ ſignificatione, vel hortatu*: ergo aliter ſi non eſt *eorum ſignificatione, vel hortatu*, quod forte Suarius ſignificauit *num.* 18. fine: vbi ait, non eſſe malum, & ceſſare præſumptionem mali, *quando intentio exterius manifeſtatur nullo ſigno prohibito*, pro vt plane accidit in caſu poſito.

QVÆRES II.

An poterit Ordinarius dare beneficium Perſonæ deſignatæ à reſignante, reiecta conditione, ſeu non ob eius conditionẽ: ſed quia ille eſt dignus beneficio.

9 RESp. probabilius eſt non poſſe ſine Papæ licentia licitè talem renunciationem acceptare, ac beneficium conferre; tum quia ex cõmuni vſu, & ſenſu DD. illa renunciatio eſt nulla, præſertim poſt dictam Bullam Pij V. irritantis, *quidquid præter, vel contra formam prædictorũ fuerit à quoquam temerè attentatum*; tum quia in effectu operatur ſecundum cõditionem appoſitam, licet non faciat ex ea intentione. ita Rebuff *de reſignat. cõd. à num.*7. Guttierr. *conſ.*42. *de Simon. n.*8. Garçia *t.*11.*p. de beneſ. cap.*3.§.2.*n.*155. & Suarius *d. cap.*35.

10 Immo addo multo minus poſſe Epiſcopum acceptare illam renũciationem conditionatam, reiecta conditione, & beneficium conferre cui voluerit, non ſolum, quia per dictam Bullam acceptio Beneficij reſignati ſub conditione prohibetur : ſed etiam ſtando in iure communi, quia illud beneficium per talem renunciationẽ conditionatam non vacat ante conditionem impletam: ergo non poteſt ab Epiſcopo alteri conferri, vt ex dictis patet, vt docet, & bene Rebuff. *d.c. nu.*16.

Digitized by Google

n.16.etiã de Papa,quia poſito, quod acceptat renunciationem cum dicta conditione,debet conferre ei,cui vult reſignans, alias illum priuaret beneficio ſine cauſa.ita Suar.*d.c.*35.*l.*4. ſequitur Garçia *loc. cit.* cum alijs contra Redoan.2.*p.de Simon.nu.*28. Boer. *de poteſt.leg.q.*2.concedentem hãc poteſtatem non ſolum Papæ:ſed etiam legato Papæ,& Epiſcopo.

11 Nec dicas Epiſcopum poſſe id facere in pænam reſignationis factæ contra formam iuris, quia ad ſummum poterit id facere poſt examinationẽ, & rectum iudicium,ferendo ſententiam; & ſic intellige Flam.*l.*1.*de reſig. q.*3.*num.*63. dicentem ex Rotæ decis. poſſe beneficium ab Epiſcopo acceptari,& alteri conferri,quando ſic reſignans ſcit Stylum Curiæ,intellige,inquam,poſt ſententiam datam, quia tunc vacat ex priuatione pænali, & idem docet cum Suarez hic *capit.*35. Leſſ. *cap.* 35.*dub.*14.*num.* 86.Caſtrop. *pun.*17.*tr.*17.*nu.*7. & alij Recentiores.

QVÆRES III.

An poſſint inferiores Papa acceptare renũciationẽ beneficij factam ſub modo,et cõferre deſignato à renũciante,vel alteri digno.

12 RESp. de iure communi poſſe; nã renunciatio illa ſtatim habet effectum, quia modus non ſuſpendit actum, & ſic beneficium vacat, nec eſt vllum ius,vnde Epiſcopus obligetur ad dandum beneficium deſignato à renũciante;nec ad id potuit obligari; etiam ſi renuncians id intenderit, & perperam Epiſcopum obligare voluerit.

13 At attenta Conſtitutione Pij V. de qua ſupra,nõ poterit Prælatus acceptare talem renunciationem cum dicto modo.vide Suarium hic *num.*18.& Doctores *num.*4.relatos.

Qui vero putant etiam poſt motũ Pij V. non eſſe prohibitam reſignationem ſpe à ſupplicante factam, putabunt in hoc caſu,quãdo modus adijcitur, vt ait Suarius, tantum ad inducendum Epiſcopũ,& non ad onus imponendum;non eſſe prohibitam, ac licere.iuxta dicta *nu.*7. & auctores ibi citatos.addo etiam Barboſam *lib.* 3.*Iur.Eccl.c.*15.*nu.*65. putare licitum eſſe renuncianti petere à Prælato, vt detur certæ perſonę,quia verba Pij V. diriguntur ad Epiſcopos, & nõ ad renunciantes.

14 Vbi nota 1.ex Redoan. 2.*p. de Sim. num.*27.Nauar.*c.*23.*num.*107. quos ſequitur Suar.& Rec.Bonacina. *qu.* 4.*§.* 14.*num.*5.Reginal.*lib.*23.*nu.*149. poſſe poſt reſignationem beneficij ſimpliciter factam, rogari Prælatum, vt conferat illud Titio. & addo Suario iuxta mentem Pij V.vbi eſt in vſu (nã Garzia aduertit hanc cõſtitutionem non ſeruari in Hiſpania.*p.* 11.*de benef. c.*3.*§.*3.*num.*270.) dummodo non petatur pro conſanguineo,affine,vel familiari renunciantis, aut Prælati, id enim eſt prohibitum cum irritatione actus ex dicta Bulla.

15 Nota 2.non poſſe fieri,niſi in manibus Papæ reſignationes reciprocas titulo,& colore permutationis, vt ego renuncio in fauorem tui nepotis,& tu in fauorem mei. & nec triangulares, vt vocant, quæ fiunt inter tres perſonas.vt Petrus renunciat Paulo beneficium curatum in fauorẽ Pauli. Paulus ſimplex in fauorẽ Ioannis. Ioannes ſuum Canonicatum in fauorem Petri.quia intercedit pactum, omnis autem pactio eſt prohibita,niſi in pura permutatione. Et multo minus licet fingere permutationem,cum Caius non habens beneficium renũciat Titio habenti,& hic Caio; nam ſi habens beneficium ſincere procedit,decipitur; ſi vero ex mala conſcientia proceſſit,ſciens fraudem,Eccleſia decipitur, & ſic talis renũciatio eſt nulla,ex defectu conſenſus Prælati,quidquid dixerit.Rebuff.*prac. tit. de perm. tit.*14.*&* 15.hæc Suarij *d.c.* 35.*nu.* 18. cui addo Leſſium *lib.* 2.*cap.*35.*dub.*14. *num.*87.Reginal.*l.*23.*n.* 250. Cochier. *de permut.*2.*p.cap.*34.

Digitized by Google

QVÆRES IV.

An reſignare beneficium abſolute cum penſione, vel alio onere ſit Simonia.

16 RESp. affirmat. niſi fiat in manibus Papæ, vel legati de eius licẽtia; nam in iure non habetur, quod legatus poſſit has renunciationes cum pẽſione acceptare: ratio eſt, quia in hoc caſu commutatur temporale pro ſpirituali, cum Prælati inferiores ex ſupradictis, & Stylo Curiæ non poſſint pẽſionem imponere. Et ſic erit ſimonia Iuris Diuini.

17 At ſi fiat in manibus Papæ poteſt licitè, & honeſtè penſio imponi, non ſolum quando renunciatio eſt abſoluta: ſed etiam quando eſt in fauorem tertij, in quo caſu ex dictis conſtat eſſe ſimoniam, ſi fiat in manibus Prelatorum inferiorum: ratio eſt, quia Papa poteſt reſignationes in fauorem tertij acceptare, & penſiones ponere titulo ſpirituali, vel prius imponere onus beneficio, & poſtea illud conferre. ita Suar. *ca.*35. cui addo Leſſium *l.*2.*c.*34. *dub.*38. Caſtrop. *tract.*17.*d.*3.*p.*17.*n.*13. Bonac. *q.*4.*§.*14.*num.*2. Filiucc. *hic cap.* 8.*num.*34. & alij.

18 Verum tenendo probabilem ſententiam, quod poſſit Epiſcopus penſiones imponere iuſta cauſa exiſtente, quam tenet Gigas *de penſ. q.*6. Rota *in vna Mediol. Canon.*9. *Martij.* 1595. quam refert Barboſa *lib.*3. *Iur. Eccleſ. c.*11.*num.*56. vbi plures affert, & forte ob hanc opinionẽ Suarius ait cõmuniter non poteſt Epiſcopus penſiones imponere. Dicẽdũ videtur probabilẽ etiã eſſe, poſſe reſignationẽ puram cũ reſeruatione penſionis acceptare. ita etiam Caſtrop. *loc. cit.*

19 Vnde patet nõ eſſe ſimoniã, ſi partes inter ſe conſentiant de penſione cum ordine tamen ad Papam; ſeu ad eum, qui illam poteſt imponere, modo non adijciantur onera, quæ non ſunt in pẽſione incluſa, vt dandi cautionem laicam de ſoluenda penſione, nec Epiſcopus, qui habet auctoritatẽ penſionem imponendi, poteſt illam acceptare, ſic Suarez *num.* 23. quem ſequitur Caſtrop. *d.p.* 17. *num.* 14. vbi citat Leſſium *dub.* 15. *num.* 39. dicentem, poſſe penſionem taliter conſtitutam non ſolui, & beneficium tanquam vacans propter ſimoniam alteri conferri, Flaminium. *lib.* 14. *q.*7. *à num.*53. cum communi putãtem poſſe hæc onera adijci poſt penſionem conſtitutã, nec pro foro externo eſſet ſimoniaca præſumenda.

20 Similiter erit ſimonia cõtra Ius Diuinum renunciare beneficium cum pacto, vt renunciatarius ſoluat expẽſas, cum hæ non fiant in renunciando beneficium, & ſicuti non poſſunt expenſæ pro itinere &c. peti, *ex ca. ſuper. hoc de renunc.* ita neque hæ litis: immo neque à Pontifice poteſt hæc renunciatio cum tali modo acceptari: ſed poſſet is alio modo renuncianti prouidere, ſi pauper eſſet. hæc Suar. & ſequuntur ſupra citati Doctores.

21 Deniq; ad complemẽtum Doctrinæ addo Suárij dictis, nos loquutos eſſe de Beneficijs iam pacificè acquiſitis, etiam non poſſeſſis; nam beneficia litigioſa poteſt ſine Superioris auctoritate reſignare. Et idem de beneficio ad quod habes ius ad rẽ, quia ſcilicet præſentatus, nominatus, vel electus es. *c.* 2. *de in integrum reſt.* & 2. *de reſeru.* Flam pluribus relatis *lib.* 3. *de reſign. benef. q.* 1. *à num.* 74. & *lib.*7. *q.*1. *num.*104. Garç. *p.*11. *de benef. cap.*3. *§.*3. *num.*247. & 249. & alij.

DISPVTATIO XXVI.

Explicatur in quo conſiſtat ratio formalis pretij.

EGimus *diſ.*24. de pretio materiali, nempe de re, quæ dari poſſit per modum pretij. nũc explicandum eſt formale, nempe ratio illa, ſub qua res data habet rationem pretij.

1 Dicendum eſt, tunc tantum donũ, ſeu rem, quæ datur habere rationem pretij, quando datur pro ſpirituali re & in

& in eius cõmutationẽ:ratio eſt,quia poſita ea habitudine,ſeu reſpectu,habetur ratio pretij, & poſita quacũq; alia. & ea non poſita,non habetur:ergo.Maior eſt apud philoſophos clara.

2 Prima pars minoris probatur,quia per commutationem vnius rei pro alia excluditur gratuita donatio, & explicatur contractus onerosus ad ſimoniam requiſitus,nempe emptio,& venditio, quæ dicit commutationem alicuius rei pro pretio.

3 Secunda prars probatur,quia ſi res detur gratis non eſt ſimonia, ſaltem Iure Diuino.*ex c.ſicut Epiſcopus.* 1.*q.* 2.ſiue donum temporale detur ante collationẽ doni ſpiritualis, ſiue poſt, ſiue in ipſa collatione,dummodo verè gratis detur; quia id, quod gratis datur,excludit pretium, & gratitudo reſpicit beneficium ex Nauar. *cap.*23. *num.*106.& DD. *in c. cum de conſtitut.* ſi vero datur ex obligatione iuſtitiæ, & non in commutationem rei ſpiritualis v.g.ad ſuſtẽtationem miniſtrorum;vt ſunt obligationes &c. eſt talis datio licita ex Paul. ad Rom. XV. & ſic non ſimoniaca, vnde non interuenit pretium pro re ſpirituali, & idem patebit infra de alijs reſpectibus, quibus donum temporale poteſt dari:ergo.ita Nauarr.*c.*23.*nu.*100.Archidiac. *cap.Iudices.*1.*q.*1.& poſt Suar.*cap.* 36. *lib.* 4. docet plurious relatis. Caſtrop. *pun.*4.*num.*4.Reginal.*lib.*23.*num.*121. Bonac.*q.*1.*de Simon.num.*2.& paſſim cæteri ſupponunt.

QVÆRES I.

An ſi quis non habeat talem intentionem dandi temporale in commutationem ſpiritualis poſſit eſſe Simoniacus coram Deo.

4 RESp.affirmat. nam ſufficit,ſi hæc intentio habetur moraliter, & virtualiter,ſcilicet quod quis ſolum dat aliquod temporale ad obtinendũ aliquod ſpirituale, abſque eo, quod habeat aliud motiuum verum,& honeſtum v. g. redimendæ vexationis, vel ſuſtentationis,aut laboris exſtrinſeci &c.ratio eſt, quia ad peccatum ſufficit voluntas operis,cui eſt adiũcta deformitas;etiam ſi illa non intendatur formaliter,nec etiam ad hoc vt ratio pretij formaliter intendatur,neceſſe eſt, vt dans pecuniam intendat illud eſſe pretium beneficij in actu ſignato:ſed talis eſt ſi habeat intentionem pretij conſtitutiuam, nempe do hoc pro illo.ita Suarius *d.c.* 36. Cuius ſententiam ſequitur re vera Caſtrop. *num.* 5. *p.*4. nam eſt intelligendus de voluntate, formali aut virtuali commenſurandi pecuniam cum re ſpirituali propter argumentum factum, quod etiã in alijs materijs patet,quia eſt adulterium habere rem cum coniugata, quamuis eam rationem expreſſe non cogites, ſic etiam Filiucc. *cap.*9.*num.*3.Bonac. Reginal. *loc.cit.*3. *p.q.*6. Valen.*tom.diſp.*6.*q.*16.*p.*

5 Addo Suarij dictis eſſe ſimoniam, quamuis qui dat pretium pro re ſpirituali,ſine aliquo titulo honeſto; excluderet ſe non dare propter pretium; quia poſito quod nullus ſit alius, virtualiter vult dare pro pretio:ſicuti eſſet ſacrilegus ſi haberet rem cum religioſa, & excluderer illam rationem religioſi vt de ſe patet; nam quamuis ſimonia maxime pro foro interno maiori ex parte pendeat ex intentione,vt docet Suar.*hic.num.*6. tamen ea intentio iam habetur ſaltem virtualiter,cum implicet dare ſine vllo titulo iuſto,& nolle dare ob pretium rei ſpiritualis.

QVÆRES II.

An qui dat temporale, vt ſpirituale accipiat,cenſendus ſit pro foro externo, & in dubio pro foro conſcientiæ dare pro pretio, & ſic Simoniacus reputandus.

6 RESp. hoc iudicium eſſe faciendũ, vel ex inditijs,vel iuris inſtructione *c.& ſi quæſtiones de Simonia.*

Indicia ſunt 1.videre an ſit prohita talis

Digitized by Google

talis datio intuitu Religionis. 2. an pactum præceſſerit, & nulla ſit iuſta cauſa, ſeu titulus honeſtus accipiendi temporale pro ſpirituali, quia ex ipſo facto ſatis colligitur mala intentio, niſi aliunde excuſet ignorantia.

7 Quando vero factum poteſt in vtramque partem interpretari, quia eſt capax bonæ, & malæ intentionis, ſi eſt titulus honeſtus inducens obligationem dandi illud temporale; nec pro foro conſcientiæ præſumendus eſt animus Simoniacus, quia vnuſquiſq; habet ius ad famam ſuam, & bonam opinionem, quamdiu factum eius malum nõ oſtenditur, iuxta Theologos *in 2.2.q.60. ar. 4.* & Iuriſtas *l. merito. ff. pro ſocio.*

8 Si vero nõ eſt titulus obligationis; ſed tantum dubitatur num ſit ex donatione, tunc videndum eſt, an fuerit pactum, aut taxatio rei temporalis v. g. da centum; quia ea reputatur pactio virtualis, aut ſi aliqua executio interceſſit, aut petitio maxime antecedens ad collationem rei ſpiritualis, præſumendus eſt animus Simoniacus. *ex cap. dilectus. de ſimon. ex cap. de Eulogiis* 18. *d.* vt bene Suar. *d. c.*36. & citan. DD.

9 Quod ſi nulla ex his, & ſimilibus indicijs ſunt, adhibe Iuris regulas, nẽpe attendendæ ſunt perſonæ dantis, & accipientis, qualitas, & quantitas muneris, & tempus, ſeu occaſio donationis, ad quas omnes circumſtantiæ reducuntur, quæ in hoc caſu conſiderari poſſunt ab homine, & quidem circa perſonam comprædenditur, *quis, & circa quem.* quia quantitas donationis num ſit excedẽs, vel moderata reſpectu perſonæ, cui datur, debet conſiderari v. g. ſi des centum Principi, vel diuiti eſt donum leue, magnum ſi perſonæ ordinariæ, vel quia qualitas eorum tollit aliquando ſuſpicionẽ ſimoniæ, vt ſi ſint amici, vel virtuoſi, nobiles &c. ex Tiraq. *de nobilit. cap.*29. *n.*2. Suarius *loc. cit.*

10 Ad quantitatem reducitur circumſtantia *circa quod*, ex ea poteſt ſumi coniectura; ſi enim eſt minima, cum res ſpiritualis quæ datur ſit maximæ dignitatis, nõ eſſe ſimoniam, aut res ſit in cibo, & potu: contra vero ſi ſit magna nimis quia nemo preſumitur bona ſua prodigere. ex Tiraq. *l. ſi vnquam ver. donatione à num.*205. in rebus vero medijs attendẽda eſt earum exiſtimatio conferendaque cum ſupradictis.

11 Circa tempus cõſideranda eſt occaſio, in qua res temporalis fuit data, vt ſi quando Prælatus indigebat, cenſetur data ad ſuſtentationem. (verum ego ſalua pace Suarij puto hãc occaſionẽ potius augere ſuſpicionẽ ſimoniæ, niſi concurrant aliæ circũſtantiæ v. g. bonitas Prælati, vel quia nil ſignificauit, vel quia fuit data poſt collationem beneficij.) & quamuis dare ante receptionem ſpiritualium poſſit eſſe ſimoniæ præſumptio, contra verò ſi detur poſt collationem ſpiritualium: tamen niſi prohibitio Eccleſiæ adſit, non erit ſufficiens præſumptio varietas temporis. ex Abb. & alijs. *cap. ſua nos de Simon.* hæc Suar. *d. cap.*36. *à num.* 8. quem in omnibus ſequitur Bonacina *quæſt.* 8. *de Simon. §.*2. *per totum* Filiucc. *cap.*9. *à n.*4. hic.

12 Vide etiam Pariſium *l.*14. *quæſt.* 9. *à num.*9. Menoch. *conſ.*67. *nu.*7. *vol.*1. Salſed. *pract. crim. cap.* 91. *pag.* 271. Flamin. *l.*14. *de reſignat. quæſt.*6. *n.*14. Ant. Gabr. *tit.*1. *de præb. conſ.*1. Garç. *de beneſ.* 11. *p. cap.*3. *num.* 297. ex quibus habes coniecturas ad probãdam ſimoniam eſſe debere euidentes, ac conuincentes de crimine, neque ſufficere vnius coniecturæ probationẽ, nec vna coniectura ſufficit, ſed duæ requiruntur cum alijs indicijs; neque ex pluribus illegitimis præſumptionibus vna conualeſcit, ſed debent in re eſſe completæ. at data ſententia ſimoniæ, non ſuſpenditur per appellationem in pœnis ipſo iure impoſitis. Maranta *de ordine Iudiciario 6. p. ac.*2. *num.* 187.

(+)§(+)§(+)

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO XXVII.

An communis diuiſio pretii Simoniæ, nempe muneris à manu, à lingua, & ab obſequio, ſit bona, & ſufficiens.

1 Reſp. affirm. nam nullum eſt pretium ſufficiens ad ſimoniam, quod ad illa capita nõ reducatur; bona enim tẽporalia, quæ dari poſſunt ad inuicem, vel ſunt bona fortunæ, ſeu diuitiæ; vel actiones humanæ, quę per membra corporis exhibentur, vel interceſſiones, quæ verbis fiunt, & ad hæc tria capita pertinent obligationes, ſeu promiſſiones eorum. vt ſi promittant pecuniam, obſequium, vel fauorem, & mala contraria, vt abſtinere à fauore &c. ſunt enim hæc pretio æſtimabilia quatenus quis ea ſuſcipit ratione alterius: merito igitur *cap. ſunt nonnulli* 1. 4. *q.* 1. ex Greg. Pap. diuiſio ponitur, & ab omnibus cum Suario *l.* 4. *c.* 37. recipitur, & magis patebit ex ſequ. Quæſito.

QVÆRES I.

An ſit Simonia dare Beneficium conſanguineo, vel amico.

2 Reſp. negatiuè, quia nõ accipitur aliquod tẽporale pro ſpirituali, & ſic non poteſt eſſe ſimonia contra Ius Diuinum, nec etiam contra Ius humanũ; textus enim *cap. ſi quis neq;* 1. *q.* 1. *& cap. vnico, vt eccleſ. ben. ſ. &c.* tantũ dicunt non debere beneficium conferri ex carnali affectu, quod veriſſimũ eſt, ſolet enim vt plurimum Prælatos excæcare ad dandum beneficia minus dignis, & ſic ad peccatum iniuſtitiæ diſtributiuæ; licet poſſit nullum eſſe peccatum dare beneficium conſanguineo, alioqui digno ex Couarr. *lib.* 1. *Var. c.* 9. 5. *n.* 4. & alijs ibi. Addo etiam nec poſſe fieri ſimoniacam talem actionem ob Eccleſiæ prohibitionem, quia nulla eſt vmbra cõmutationis rei ſpiritualis pro tẽporali, & ſic nullum fundamentum ſimoniæ. ita S. Th. 2. 2. *q.* 100. *a.* 5. *ad* 7. Altis. *l.* 3. *ſum. tr.* 27. Adrian. *quodl.* 6. *ad* 2. Victor. *relec. de ſim. n.* 16. Couarr. *l. c.* quos ſequit. & citat Suar. *l.* 4. *c.* 37. quibus addo Flamin. *de reſign. lib.* 14. *q.* 7. *nu.* 19. Valen. *p.* 3. *d.* 6. *q.* 16. Man. Rodr. *t.* 2. *c.* 59. *ver. ſimon. n.* 7. *&* 8. Filiuc. *c.* 9. *n.* 7. Reginal. *l.* 23. *c.* 11. *dub.* 1. Caſtrop. *tr.* 15. *d.* 3. *pun.* 3. *fine.* & alios apud ipſum contra Maiorem 4. *d.* 25. *q.* 3. *ad* 1.

QVÆRES II.

An conferre beneficium, vel quid ſpirituale, vt audire Cõfeſſiones, vel puerum baptizare ob timorem, ne malum inferatur ſi hæc denegentur, ſit Simonia.

3 Reſp. negatiuè. fundamentum eſt, quia operari ex metu non eſt operari ex pretio: nam non eſt operari propter rem aliquam, ſed tantùm ex aliquo motiuo. Confirm. 1. quia eſt bonum inducere ad opus ſpirituale faciendum per comminationem mali, vt faciũt Deus, Eccleſia &c. ergo etiam erit bonum facere opus ſpirituale ad vitandum malum cõminatum, ſiue malum ſit amiſſionis vitæ, ſiue famæ, ſiue ab homine, ſiue à lege; ſiue denique amiſſionis bonorum, ſiue iuſte, ſiue iniuſte inferendę: nam ſemper verum eſt dicere, quod non fiat pro pretio opus ſpirituale.

4 Confirm. 2. quia ſicuti non eſt ſimonia dare ſpirituale ad amicitiam acquirendam, cum non ſit ſimonia dare ad illam fouendã, quod eſt eiuſdem rationis; ita neque eſt ſimonia ad placandam iram alterius dare beneficium.

5 Confirm. 3. *ex cap. ad audien. de iis, quæ vi &c.* vbi dicitur, reſignationem factam ex metu debere irritari, & reſignanti reſtitui, & *c. ad aures eo. tit.* idem dicitur de renunciatione electionis: ergo ſignum eſt, quod nõ eſt ſimonia ſpirituale cõferre ex metu; alias reſignans ex metu, vtpote Simoniacus nõ eſſet reſtituendus ad beneficium. ita Victor. *rel. de ſimon. n.* 24.

*n.*24.Angel.*v.ſimonia nu.*38. Sotus 9. *de iuſ.q.*7.*a.*2.& poſt Suar.hìc Bonac. *q.*1.*n.*8.Reginal.*l.*23.*du.*8.*n.*143.Sāch. *l.*2.*conſ.c.*3.*dub.*29.& alij cōtra Maior. *d.diſ.*25. & Adrian. *quodl.*9. *art.*2.*dub. vlt.* putātes abſolutè eſſe ſimoniam.

At ſi fiat pactum in futurum v. g. do beneficium, dummodo ceſſes nocere, vel eſſe inimicus &c. erit ſimonia non ſolum contra ius humanum, præſertim in collatore beneficij; ſed etiam cōtra Ius Diuinum;quia obligatio illa eſt pretio æſtimabilis.

Contra vero ſi tantum exprimatur intentio, ne noceat, vt ſi qui patitur metum, conferat aliquod ſpirituale inferenti metum rogando illum, vt ceſſet à metu, non erit ſimonia, nec per ſe malū;quia res ſpiritualis gratis datur, & multo minus erit, ſi ab ipſo minas inferente incipiat promiſſio, v. g.ceſſabo à malo inferendo,ſi beneficium reſignes, quia tunc eſt potius permiſſio, quam donatio rei ſpiritualis moraliter loquēdo. ita cum Suar. hìc tradunt Filiucc.*cap.*9.*q.*5. Bonac, & alij. *lo. cit.*

QVÆRES III.

An ſit Simonia dare beneficium, vel ſpirituale timore lucri ceſſantis, vel damni emergentis.

6 SOlet aliquando quis ad petitionem Principis dare beneficium, timens,quod ſi illum offendit, non promouebitur ad pinguiorem Epiſcopatum &c. vel ſi conferat beneficium debitori,timens ne amittat debita, & ſic patiatur hoc damnum emergens.in his ergo caſibus,

7 Reſp.non eſſe ſimoniam,nec de ſe malum;ratio pro primo caſu eſt,quia (ceſſante,vt ſuppono pacto,& intentione de lucro obtinendo,vt petione) non datur ſpirituale pro temporali pretio, vt ex dictis patet; eadem enim eſt paritas; licet ſolum in hoc ſit differentia, quod ceſſatio damni imminentis poſtulari poteſt. v. g. do beneficium, at ceſſa me lædere iniuſtè.at lucrum ceſſans non poteſt peti, quia eſt poſtulare, vt detur lucrum.

8 Pro 2. caſu ratio eſt,quia (ceſſante pacto, vt ſuppono cum noua obligatione in futurum, v. g. vt des decem pro centenario, quod debes, vel nouam ſecuritatem, addendo pignus, aut fideiuſſionem &c.) non intēditur lucrum,ſed quod eſt ſuum; verum tamen eſt, quod eſſet aliqua irreuerentia doni ſpiritualis; ſi dans beneficium debitori peteret,vt prius, vel ſtatim ſoluat debitum, niſi ille claram committeret iniuſtitiam non ſoluendo; tunc enim eſſet redimere vexationem, ſicuti poteſt dare beneficium debitori impotenti ad ſoluendum, vt ſoluat debita ex fructibus beneficij. hæc optimè Suar. *d. cap.*37.*à num.*17.*l.*4.*tract.*3.quem in omnibus ſequitur Bonac.*quæſt.*1.*de Simon. à num.* 9. vbi citat pro priori parte Valentiam hìc *par.* 3. *ver.* 4. ſequitur Reginal. *l.* 23. *numer.* 138. Molfeſ. *tract.*6.*cap.*15.*à num.*50. Sanchez *l.*2.*conſ.mor.cap.*3.*dub.*29.*nu.*3.

Vbi ait forſan eſſe probabilius non eſſe ſimoniam petere debitum cum pacto inito, vt ſibi ſoluatur, quia petit, quod alias erat debitum; & certe iuxta Suarium, qui tantum ait. *Videtur aliqua irreuerentia; & num.* 18. ait. *ſi nullum pactum intercedat cum noua obligatione in futurum,* non erit ſimonia.

QVÆRES IV.

An ſit Simonia ad vitandum timorem mali iuſte incuſſum dare beneficium, vel aliquod ſpirituale.

9 REſpondeo non eſſe ſimoniam, ſed ſacrilegium,& iniuſtitiam, quando interuentu rei ſpiritualis inducitur Iudex ad pœnam remittendam contra iuſtitiam: ratio eſt, quia niſi pactum, vel promiſſio rei ſpiritualis ſub tali conditione intercedat, non dantur tamquam pro pretio omiſſionis, ſed tantum ad inducendum animum Iudicis: è contrario

rio ſi pactum fiat; ſicut eſſet Simoniacus, qui beneficium conferret creditori ſub conditione, ne debitum petat; aut ſi quis peteret in genere aliquid temporale pro ſpirituali; licet enim non habeat rationem rigoroſam pretij ſecundum Ius, *ex l. quod ſæpe 1. ff. de contr. empt.* tamen eſt contractus oneroſus, & res ſpiritualis pro vili pretio æſtimatur, & ſic patet omnia alia, quæ poſſunt rationem pretij habere ad tria prædicta capita reduci; nam omnia illa poſſunt ex metu conferri, & de omnibus poteſt generalis pactio fieri, & regulariter intelligitur de munere à manu. ita Bonac. & Filiucc. *lo. cit.* ſequentes Suar. hic cũ Vgolin. *tab. 1. c. 54. §. 1. de Sim.*

10 Iuxta Suarij, & aliorum traditam doctrinam videtur non eſſe ſimonia, neque vllum peccatum, poſita idoneitate, & alijs requiſitis, ſi quis conferret beneficium filio Titij. v.g. ſperans, vt hoc pacto ille tradat filiam vxorem nepoti; vel etiam ſi Titius nollet dare v.g. centum in dotem nepoti Epiſcopi, quia aliàs filius remaneret pauper, & Epiſcopus diceret, ego tuo filio prouideo de beneficio, & hoc fiat abſque vlla pactione, nec tacita, nec expreſſa, quia vere beneficium non datur pro aliquo onere temporali, ſed tantum datur ad ſubueniendum filio Titij, & ad matrimonium facilitandum cum tãta, vel tanta dote, & hoc videtur innuiſſe Toletus *lib. 1. c. 90. n. 3.* dum ait eſſe ſimoniam conferre rem ſpiritualem ex conditione, vt in matrimonium duceret conſobrinam; ergo ſecus erit, ſi non ponatur, vt conditio.

DISPVTATIO XXVIII.

Quid ſub munere à manu comprahendatur adhoc, vt eius datio ſit Simonia.

1 RESP. certum in hac re eſt, quod veniat primo pecunia, quamuis non ſit numerata; ſed tantum promiſſa. *ex c. tua nos, & aliis de Sim.* & in quacumq; quantitate etiam minima iuxta dicta *diſp. 3. à num. 3.* nec *cap. & ſi quæſtiones de Sim.* cõtradicit. quia ibi non dicitur, paruã pecuniam non ſufficere ad ſimoniam, ſed quod ex paruitate muneris præſumitur in dubio non eſſe datum pro pretio, & ita docent Nauarr. Manu. *c. 23. n. 101.* Duran. *q. 4. nu. 6.* Gloſſ. in *c. ex tua de Simon.* vbi Panor. Felin. & alij, & poſt Suar. hic *c. 38.* ſupponunt fere omnes.

2 Venit etiam ſecundo quæcumque res tẽporalis pretio æſtimabilis iuxta explicationem *cap. totum 6. qu. 1.* ibi. *Totum quidquid homines poſſident in terra, omnia, quorum domini ſunt, pecunia vocatur, ſeruus ſit, vas, ager, arbor, pecus quidquid horum eſt, pecunia dicitur.* quia eadem eſt deordinatio in commutatione rei ſpiritualis pro tẽporali, (non enim facimus vim verbis) pretio æſtimabili, quæ eſt in propria venditione pecunia numerata. ita Suarius *l. cit.* & eſt communis omnium.

QVÆRES I.

An veniat ſub munere à manu remiſſio debiti, aut promiſſio remittendi illud.

3 RESP. affirm. immò promiſſio, vel remiſſio rei non debitæ in eo caſu, quo erit ſibi debita, vel ſi debita Eccleſiæ remittat, aut rapinas, quia cenſetur tunc remittens rapere bona Eccleſiæ, & ob beneficium &c. dare; vel ſi eligendus in Canonicum, vel Parochũ promitteret ſe remiſſurum dimidiam partem Præbendæ, vel decimæ cœteris Canonicis Electoribus, vel nominantibus &c. vel ſi Patronus præſentaret v.g. Rex Epiſcopum, ſub conditione, quod ille nõ accepturus erit redditus Epiſcopatus.

Ex qua Suarij, & aliorum doctrina, videor bene ego dixiſſe his diebus elapſis cõtra quemdam Theologum, ſimoniam eſſe in hoc caſu. Parochi quidam habet ius eligendi loco mortui ſocij poſt menſem, & intra illum lucra diuidunt. volebant eligere Titium, & quia hic cupiebat eligi ante

Digitized by Google

elapſum menſem, fecerunt pactum, vt cederet illis diſtributiones.dixi inquam eſſe ſimoniam, quia manifeſtè datur ſpirituale pro temporali,& ſaltem eſt pactio Iure eccleſiaſtico prohibita,& ſimoniaca.

4 Et idem dicas de Epiſcopo ordinãte,vel de præſentante ad ordines,vt ſi titulum conſtituat, vel conſentiat illum ordinari ad titulum alicuius beneficij, ſub conditione, vt ordinatus non petat debitam ſuſtentationem, quam tenetur dare Epiſcopus, ſi aliquem ordinet ſine patrimonio, vel præſentet. *ex cap. ſecundum de Præb*, aut ſi quis conſtituat titulum patrimonij ex ſuis bonis alteri cum promiſſione, quod nihil poſtulabit,quia eſt quædam præſentatio ad ordines. In his enim caſibus ob rationem dictam cõmittitur ſimonia. hæc Suar. cum Nauarr. *c. 27.num.*158. cui addo quoad omiſſa Filiuc.*c.9.n.*12.Bonac. *q.*1.*§.de Sim.*præſertim.*n.6*, conſentit etiam Caſtrop.*p.3.n.2*.

5 Vbi bene ait non eſſe ſimoniam dare patrimonium cum pacto,vt ordinatus reſtituat fructus,ſeu quod nõ ſit fructus percepturus; ratio eſt quia datio Patrimonij non eſt præſentatio ad ordines,nec quid ſpirituale,vt docet etiam Tolet. *l.1.Sum.cap.*48.*n.*10. Immò puto nec eſſe peccatum;quãdo ordinatus vere eſſet perſona honeſta, & poſſet aliunde iuxta ſuã cõditionem viuere, quia iam ceſſat finis Conc.Trid.in hoc caſu; ſeu potius hic caſus nõ fuit comprehenſus cum iam ordinatus re vera habeat patrimonium.

QVÆRES II.

An mutuum,& ſolutio anticipata debiti v. g. quod debetur hinc ad annum, ſoluas nunc, comprehendatur ſub munere à manu.

6 RESP.affirm, quando aliquod pactum præceſſit,vel requiritur in compenſatione rei ſpiritualis, tunc enim eſt ſimonia, tam Iure humano, quã diuino prohibita: ratio eſt,quia licet mutuum non ſit pretio æſtimabile, & in eo detur pecunia integre ſoluenda,vnde per ſe non eſt vſurariũ mutuare pecuniam ſub pacto, vt ſibi detur mutuum triticum. ex D. Tho. *2.2.q.78.a.2. ad*4. tamen eſt quid vtile,& onus quoddã tẽporale (& idẽ de anticipata ſolutione) quod nõ poteſt pro re ſpirituali commutari ſine maxima eius irreuerẽtia. *& l. quiſquis c. ſi certum petatur*.mutuãs Iudici *quaſi emptor legum atque prouinciæ*.punitur. ita ſupponit Nauarr.*c.36.conſ.*14. *n.6. de ſimon.& conſ.23.n.2*, vbi docet,non eſſe ſimoniã petere mutuum ad Bullas expediendas in renunciatione, ſi pactum nõ ſit, & Leſſ.*lib,2.c.20.du.9*. quos ſeq. Suar.*d.c.*38. cui addo Arag. *2.2,q.78.ar.2.p.*687. Flamin.*de Reſign. ben.lib.*14.*q.7*.Garz.*de benefic.*11.*part. c.3.à num.*171.Caſtrop.*p.3.nu.3*.Man. Rodr.*to.2.ſum.verſ.ſimon.c.*59.

QVÆRES III.

An Penſio impoſita ei, cui datur beneficium, vel collatori præſentanti, renuncianti, vel aliter procuranti ſoluenda ex beneficio, vel aliunde, pertineat ad munus à manu.

7 RESP. affirm. quia eſt promiſſio certæ pecuniæ ſoluendæ pro re ſpirituali,& quamuis Epiſcopus poſſit ex iuſta cauſa ad tempus penſiones ponere, & fructus ſibi reſeruare beneficij, cuius perciebat fructus antequam illud donaret,vt tradit Suar. hic *n.*10.Gloſſ.*ca.ſi propter de reſ. in 6*. & docet nouiſſime alijs citatis Barb. *de iur.Eccl, lib.3.c.*11.*n.*56. alios afferens:tamen non poteſt abſq; ſimonia dare beneficium cum conditione, vt ſibi detur fructus, quando antea eos nõ percipiebat,vel ſi percipiebat,exigere conſenſum eius, cui dandum eſt beneficium, cum id ſit facere pactũ, vt penſionem ſoluat pro beneficio.

8 Similiter erit munus à manu paciſci cum curiali,vt ſtrenue laboret pro beneficio litigioſo ſub cõditione ſoluendi

uendi ei penſionem,vel cum Aulico, vt admoneat ſtatim de vacantibus beneficijs ſub eadem pactione, quia per illas paratur via ad beneficium, & ſic pro beneficio dari cenſetur.

9 Deniq;omne donum iure poſitiuo prohibitum dari pro re ſpirituali, ad munus à manu reducitur, quamuis ſit ſpirituale habens annexum tẽporale,vt ſi petatur permutatio,vel reſignatio beneficij,aut quid ſimile. ita Nauarr. *in varijs conſ. de ſim. conſ.*59. & 47.Flam.*de reſign.lib.*74.*q.*4. vbi ſimiles habet caſus, & poſt Suar. omnes ſupra cit. Recent.

10 Addẽdum tamen eſt primo Suarij dictis quod notant Zecchius *de beneſ. & penſ.c.*11.*n.*2.*in prin.*hodie nullam penſionem valere, nisi ſit Pontificia confirmatio,& ſeq. Caſtrop.*p.*3.*nu.*4. *tract.*17.*diſ.*3.

11 Secũdo reduci ad munus à manu, & sic eſſe simoniam petere, vt quis relinquat prius beneficium incompatibile cum ſecundo, anteca ptam ſecũdi poſſeſſionem, vel vt relinquat libere,aut in fauorem alicuius, quando non vacat ipſo facto, apposita cõditione,& pacto:nam si nõ eſt pactũ, ſed tantum quoddam motiuum non eſt munus à manu, & ſimonia, vt ſi Patrono volenti præſentare ad beneficium pingue, offeram beneficium ſimplex non in vim pacti: ſed vt impulſiuum ad me præſentandum. ita Garzia *de beneſ.p.*2.*c.*8.*ca.*2.*à num.*17. Rodriq *c.*64.*n.*4.*t.*2.*ſumma,* Caſtrop. *p.*3. *num.* 5.

12 Tertio addo eſſe munus à manu, ſi ordinarius conferens beneficium exigat à collatario iuramentum de non reſignando illud cum penſione, aut in fauorem,& tale iuramentum nõ tenet,quia exigitur onus aliquod pro re ſpirituali, quod iure non ineſt. ita Nauar.*cõſ.*1.*in Eccl.benef.*Caſtrop. *lo.c. n.*6. alios citans. qui idẽ addit de oppoſitore, qui dimitteret Parochiã ex vi conditionis poſitæ ab Epiſcopo, adhoc vt alia Parochia ſibi cõferatur.

13 Contra Garz. *lo.cit.nu.*33.34.& 39. putantem nõ eſſe ſimoniam ſi Iuramentum ante collationem exigatur, vt etiã tenet Corduba *ſum.q.*30.quod ego puto probabiliſſimum, quando peteret, ne fieret reſignatio ſine licentia,& debitis requiſitis: quia petitur quod iure ineſt.

14 Deniq; munus à manu erit,ſi quis tradat bona ſua Collegiatæ Eccleſiæ pacto,vt illum eligãt in Canonicũ,& durante eius vita retineat vſum bonorum pro præbenda.ſecus autem ſi tradat bona,& tantum roget admitti. *ex cap. tua nos de Simon.*Bonacina §.1.*q.*1.*num.*6.hic.

DISPVTATIO XXIX.

Quid comprehendatur ſub munere ab obſequio.

SVppono in hac Diſput.vt certum, obſequium temporale, quod ſc. ordinatur ad cõmoditates hominis ſecundum naturalia ſpectati,eſſe ſufficiẽs pretiũ ſimoniæ,ſiue obſequium præſtetur ad obtinendũ aliquod ſpirituale, ſiue hoc detur pro obſequio, dũmodo ſeruetur ratio pretij diſp.24. explicata. Contra vero obſequiũ ſpirituale, quod eſt omnis functio ſpiritualis, non poſſe ex natura ſua eſſe pretium rei ſpiritualis, niſi accedente Eccleſiæ inſtitutione, vt diſp.27. cit. dictum eſt.hoc poſito ad caſus particulares deueniendo.

QVÆRES I.

An dare beneficium,vel quid ſpirituale ob obſequia temporalia iam præſtita, ſit dare ob pretium, & conſequenter Simonia.

1 REſp.ſi beneficium detur,vel accipiatur in cõpenſationem obſequiorum, veluti ſolutionẽ obligationis ex iuſtitia,erit ſimonia, quia iam datur ſpirituale pro tẽporale, vel cõtra:At ſi detur tantum gratis,licet ex motiuo obſequiorũ; quia tunc obſequia nõ habẽt rationẽ pretij, ſed tãtũ gratis dãtur,licet ex motiuo famulatus,& ſeruitiorũ nõ cõferuntur beneficia

Digitized by Google

ficia ſe eximit ab obligatione iuſtitiæ ratione ſeruitij. ita Sot.*l.9. qu.7. ar.3.* Vict.*rel.de ſim.n.36.et* 37.D.Th.2.2.*q.* 160.*ar.*5.Ant.2.*p.t.*1.*c.*4.§.2.& quãuis aliqui ex his diſtinguãt, quãdo obſequia sũt honeſta, at ſi sĩt turpia, dicãt eſſe ſimoniã; tñ intelligi debent de ſimonia late accepta, hoc eſt, quia eſt indignũ cõferre beneficium v.g. quia hic fuit leno, & ſeruiuit Domino, at vera ſimonia non eſt, cum nõ habeat rationem pretij. hæc Suarez *l.*4.*ca.*39. cui addo Couarr.*l.var.cap.*20.*num.*5. Molſes *tra.*6.*cap.*15.*num.*62.Azor.3.*p. l.*12.*cap.*11.*q.*2.

2 Atque hoc pacto excuſantur Principes ſæculares, qui habent ius præſentandi, vt Epiſcopus &c. & illi qui ipſis ſeruiunt, à ſimonia, hi enim dum famulatum gratis recipiunt, & poſtea intuitu talis famulatus ad beneficia præſentant, titulo tantum gratitudinis faciunt. Contra vero ſi acciperent famulatum in re neceſſaria, tũc enim neceſſe eſt, vt pactum tacitum intercedat, & niſi detur tẽporale aliquod ſtipendium, vix poterit à ſimonia excuſari, conferẽdo beneficium, vt cum Suario hic tenet etiam Bonacina.*q.*1. §.1.*num.*12.Sanchez.*l.*2.*conſ.ca.* 3.*dub.* 27.*num.*7.Filiuc.*cap.*10.*n.*24.*hic.*

3 Quamuis autem Suarius exempla non affert, dico tamen iuxta eius mẽtem nõ eſſe ſimoniam, dum quis v. g. fit Cappellanus Regis; etiam ſi principaliter intendit aliquam prælaturã ob ſua ſeruitia, immo, & munera Regi offert, non vt obligantia: ſed tãtum mouentia, & ad eius gratiam conciliandam, vel ſi in Curiam Cardinaliũ ſe conferat, ſubſtentans ſe ſuis expenſis, & ſolum ad præſtãdum obſequiũ, & honorem comitetur illum &c. Cõtra vero ſi fiat Cardinalium aulicus, ſecretarius, à cubiculo &c. tunc enim videtur eſſe pactum implicitum, ſi nil recipit, at corã Deo bene poterit excuſari, ſi vere gratis procedatur, & tãtum ad amicitiam fiant, & Cardinalis vere det beneficia, aut procuret titulo gratitudinis. videte Sanchez, & Bonacinam *loc. cit.*

QVÆRES II.

An dare beneficium cum onere exhibendi aliquod temporale obſequiũ habeat ſemper rationem pretij.

4 RESP. negat. ſed hæc ſit regula. Si obſequium temporale non eſt annexum beneficio, tunc dare ſpirituale cum ea conditione, eſt dare ob pretium, & ſic ſimonia; nam ſicuti eſt ſimonia dare abſolutionẽ debiti exhibiti, ita eſt ſimonia dare ſpirituale cum pacto dandi temporale tãquam ex debito v.g. do beneficium, vt doceas Theologiam, vel Geometriam, & quid ſimile, licet Epiſcopus poſſit dare beneficium, ſperans, quod à Beneficiario docebitur Theologiã &c. ex gratitudine. ita ex Gloſſ. & DD. *c. cum eſſent. de Simo.*Suar.*d.c.*39.Bonac. *q.*1.§.1.*num.* 9. vbi addit exemplum de Epiſcopo, qui daret licentiam abſoluendi à caſibus reſeruatis cũ onere ſibi certo tempore inſeruiendi. Addo etiã ſi dicat, ſeruiat Hoſpitali, quia eſt quoddam temporale miniſteriũ, non tamen ſi dicat cum conditione, & onere, vt ſtudeat, quia illa conditio ineſt; nam debet Sacerdos reddere ſe idoneum.

5 Si vero obſequium temporale eſt annexum ſpirituali, vt beneficio, ſiue hæc connexio ſit coniuncta antecedenter, ſiue fiat cum vacat beneficiũ ab habente poteſtatem, vt eſt Papa, & Epiſcopus in caſibus iure, & conſuetudine cõceſſis; (de quib' videte Barboſam de Pot.Epiſ. certum tamen eſt, quod regulariter loquendo, non poteſt Epiſcopus facere hanc annexionem in ſuam peculiarem commoditatem.) in hoc inquam caſu nõ habet rationem pretij, poteſt dari beneficiũ cum obligatione, & cõditione adimplendi tale onus v. g. docendi grammaticam, exercendi munus Theſaurarij &c. ratio eſt, quia ſicuti poteſt præbenda annecti muneri ſpirituali, ita etiã dari poteſt propter obſequiũ tem-

Digitized by Google

temporale,& ſic ſi res ſpiritualis, quæ principaliter confertur, non haberet emolumentum temporale, non poſſet talis annexio fieri v. g. do ius conferendi beneficium ſub conditione, vt facias negotia Eccleſiæ; hoc enim on' nō imponeretur propter aliquod temporale annexum rei ſpirituali: ſed tantum propter ſpirituale. hæc doctè Suarez *d.l.4.cap.* 39. & omnes ſupponunt, dum ad illum ſe remittunt, quamuis vix reperies aliū, ita diſtincte pertractantem, vt videre eſt in Bonacina Filiucc. Caſtropal. Reginald. & alijs hic.

QVÆRES III.

An dare beneficium ob obſequium ſpirituale iam exhibitum, vel exhibendum habeat rationem pretij ab obſequio.

6 Dico 1. non habet rationem pretij, & ſic non erit ſimonia dare beneficium ob obſequium ſpirituale præſtitum, niſi in aliquid temporale reſoluatur v. g. Epiſcopus poteſt dare beneficium Vicario propter miniſterium ſpirituale exhibitum, quia eſt commutatio inter ſpiritualia, quę iure naturæ non eſt prohibita; nec iure eccleſiaſtico, quia non eſt prohibitio aliqua in hoc caſu. At ſi detur intuitu ſuſtentationis, ſeu ſtipendij debiti ex munere Vicariatus, iam datur ſpirituale ob temporale, quamuis à ſpirituali ortum habuerit. ita etiam Victoria hic *nu.*6. Sot. *l.*9.*q.*5.*ar.* 1. & poſt Suar. *d.c.*39. cit. Recent.

7 Dico 2. obligare ſe ex pacto ad obſequium ſpirituali, quod non eſt annexum beneficio aut dignitati ſpirituali pro ſpirituale beneficio, eſt iure eccleſiaſtico prohibitum, & ſic habet rationem muneris ab obſequio, & eſt ſimonia iure tantum eccleſiaſtico, vt ſi Epiſcopus det Beneficium Vicario cum onere miniſtrandi in ſpiritualibus, ſolū ratione beneficij, vel ſi Patronus præſentet aliquem cum pacto, vt dicat pro ſe tot Miſſas, vel do beneficium ſub cōditione recitandi litanias quotidie &c. omnia enim pacta, quæ ſunt veluti perſonalia, & non annexa beneficio, ſunt iure prohibita, licet nō ſit ſimonia Iure Diuino, vt ex numero pręcedenti patet, eſt communis sētentia, vt videre eſt in Gloſſ. *ca. tua. nos de Sim.* Redoa. 2. *p.c.*6. Rebuſſ. *in prac. t. de requiſ. ad coll.* 2. *p.c.*6. & loquentes in noſtro caſu Panor. *c. ſignificatum de præb. num.*7. vbi alij Victor. *nu.* 36. vbi damnat modum hunc, do tibi centū pro miniſterio, quod exhibeas, donec nō prouidebo de beneficio. hęc Suar. *d. c.*39. vbi *n.*13. aduertit Prælatos, dū onus, vel præceptum imponunt ordinatis, vt Miſſas pro ſe celebrent, facere ex conſuetudine eccleſiaſtica imponente in ordinatione tale onus, & quamuis Suarius eo *num.*13. videatur ſentētiam Victoriæ in hoc vltimo caſu approbare, mihi tamē probabilius videtur modus ille non eſſe ſimoniacus, modo Epiſcopus non faciat pactum, quod recepto beneficio ille ſeruiat, gratis, vel ſalarium, acceptū reſtituat, quia in hoc caſu eſſet dare beneficiū pro re tēporali: at in primo ceſſo à dādo ſalario, quādo ille habet vnde viuat. ita Sanchez *lib.*2. *conſ. ca.*3. *dub.*28.

8 Vnde patet nō eſſe ſimoniam prędicta facere abſque pacto, dummodo detur aliquod ſtipendium iuxta *n.* 2. ne videatur ſimonia, præſertim, cū hæc obſequia ſpiritualia ſemper aliquod onus temporale habeāt, & maxime poteſt appropinquari ſimoniæ de iure naturali, vt faceret examinator, vel Vicarius Epiſcopi, qui curam ſuam alteri traderet tacite, vel expreſſe promittens beneficium, vt ſine ſuſtentatione ſeruiat, quod etiam præter Suarez aduertit Leſſius *ca.*35. *dub.* 20. *num.*117. & ſupponunt cit. Recent. Bonacina Filiucc. Sanchez *loc. cit.*

Et ſic iuxta Suarij, & aliorum dicta patet eſſe ſimoniā, ſi Patronus nominet ad Beneficium cum pacto, vt ille de fructibus beneficij pauperes ſuſtentet, vel milites ad fidei defenſionem alat, niſi forte is, qui nominaretur, vel eligeretur, ad id in conſcientia tene-

teneretur vel ob grauem neceſſitatẽ Patroni,vel ob beneficium,quia cum non importetur noua obligatio,tantũ quod iure naturæ debetur, explicatur, & ſic non eſt onus nouum imponere iuxta dicenda *diſp.* 30. *num.*7. aut ſi non ex pacto beneficiarius ea præſtet, licet non præſtaret ſi beneficium non haberet.

9 Dico 3. ſi obſequium ſpirituale annexum ſit beneficio, ſiue ab inſtitutione, ſiue per habentem auctoritatẽ, vtputa per Epiſcopum vel Prælatos habentes iuriſditionem Epiſcopalem, vel ſolos,vel de cõſenſu Capituli iuxta *cap. ſignificatũ de Præb.*& alia 10. *q.* 1.ex Trid.*ſeſſ.*24.*c.*10. *de reform.* non erit pretium, nec ſimonia iure eccleſiaſtico conferre beneficium cum tali onere, & ſub tali conditione patet *ex d.c.ſignificatum*.vbi omnes DD.id notant. Et quamuis in *d. c.* videatur potius præbenda fuiſſe ab alijs ſpiritualibus functionibus ſeparata, & applicata ad obſequium dicendi Miſſam quotidie de Sancta Maria;tamẽ oſtẽdit,quod liceat pactum ponere propter obligationem aliquam, & poſſe optime adiungi onus ſpirituale beneficio habenti alia onera, quando eſt prudens moderatio, attento emolumento.videte Suar. hic *c.* 39. *num.*16. *&* 17.quem ſequitur Caſtrop.*part.* 3. *num.*8.*ver.nec.obſtat*.

10 Quare ex hac Suarij doctrina ſequitur,ni fallor,quod non erit illicitũ, nec ſimonia dicere Miſsã pro Sacerdote, cum conditione vt ille cras celebret pro me:quia ſpirituale pro ſpirituali commutatur, & nulla eſt Eccleſiæ prohibitio,quæ vt diximus *diſ.* 23.eſt in beneficijs eccleſiaſticis.Similiter nec erit ſimonia, ſi ego hodie audio confeſſiones in tua Parochia, cum conditione, & pacto vt tu cum fuerit concurſus,audias in mea,vel dũ Cappellanus duabus hebdomadis inſeruit, vt ſocius etiam recompenſet, ſic enim vſus timoratorum etiam obtinuit,vel ſi Epiſcopus dans licentiam audiendi confeſſiones apponat pactũ vt Confeſſarius audiat confeſſiones monialium v.g.(dato ſuo ſtipẽdio ſolito)alias dabitur ſpirituale pro onere temporali. Contra vero ſi dans ordines ponat pactum, vt dicat Miſſas 20.v.g.vel in tali Eccleſia &c.etiam ſi ſtipendium daret, quia eſt onus temporale,& grauis obligatio adſtringere ad Miſſam dicendam in tali loco &c. Denique qui ſimularet ſanctitatem pro obtinendo beneficio, non eſſet ſimoniacus;quia nihil dat pro eo, nec tenetur illud reſignare,vt tradit Sanch.*l.*2.*c.*3.*dub.*28.*num.*6.

QVÆRES IV.

An ſit Simonia relinquere res temporales Eccleſiæ ſub conditione præſtandi aliquod ſpirituale obſequium v.g.tot Miſſas celebrãdi, ſingulis annis, funus faciendi &c.

11 RESp.negat. ſed eſſe licitum, tam Iure Diuino, quam eccleſiaſtico:ratio eſt,quia ibi non emitur ſpirituale precio: ſed tantum diſtribuens ſua bona vult vti ſua poteſtate,& date illa Eccleſiæ ſub hac conditione,vt ſi daret vas argenteum ad hoc vt Calix fiat,non aliter,nec alio modo, neque eccleſiaſtica iura hos modos prohibuerunt: ſed approbarunt, & vt licitos admittunt.vt in *ca.olim de reſtit.* & *c.verum de condit.oppoſ.* vbi dicitur, has donationes non reuocari,ſi non impleatur conditio, niſi id ſit expreſſum in donatione; eſt communis ſententia Maior *quæſ.*6.*ad.*1.4.*d.*27.Scot. *quodl.*20. D. Thom.2.2.*qu.*100.*art.*7. *ad* 2. vbi tamen ait eſſe ſimoniam, ſi hæc pacta addantur, cum intentione emendi ſpirituale,& poſt Suar. hic *ca.* 39.*à num.*18.Filiucc.*c.*9.*circa fin.*Bon. *q.*1.*§.*1 *ſub.num.*12.Caſtrop. *p.* 4.*nu.*4. vbi citat Guttierr. *Can. quæſt.cap.* 29. Valentiam,& alios.

(:+:) (:+:) (:+:)

DI-

Digitized by Google

DISPVTATIO XXX.

Explicatur quid ſub munere à lingua comprahendatur.

LOquimur hic de obſequijs à lingua præſtitis, mere humanis, vt ſunt preces, adulationes, laudes &c. non pro vt habent aliam promiſſionem expreſſam, vel tacitam alicuius obſequij, vel doni, nam tunc eſſent munera ab obſequio, & manu, ſed pro vt tales ſunt, nec pro vt fieri ſolent per modum ſeruilis obſequij, aut miniſterij, tunc enim ad onus ab obſequio pertinēt, ſed pro vt fiunt vt plurimū à liberis, & Principibus etiam.

QVÆRES I.

An precibus beneficium pro ſe, vel pro alio obtinere ſit Simonia?

1 REſp. negat. ſiue Perſona pro qua petitur ſit digna, ſiue nō. fundamētum eſt, quia dare propter preces non eſt vendere: ergo nec velle propter preces eſt emere. vult enim beneficium ex vi precum, ſed non ex vi pretij, & ſic preces non habent rationem pretij, & conſequenter nec ſimonia erit, ex toties dictis præſertim cū iure ciuili, & Canonico diſtinguatur emptio ab aſſecutione rei per preces, *ex c. 1. 8. q. 2. & c. tua nos de ſimo.* & alibi potius approbatur datio beneficij propter preces. ibi *humiliter rogati, vt in Canonicum eligeretur*, & indulgentiæ precibus conceduntur.

2 Quod autem perſona ſit indigna, erit aliud peccatum, & non ſimonia, quia cum non detur pro pretio, non poteſt eſſe ſimonia, ſed ad ſummum præſumptio ſimoniæ; nec etiam eſt ſimonia pro ſe petere, nā licet ſi pro ſe petens eſt indignus, ſit peccatum iniuſtitiæ, & temeritatis, præſertim in beneficijs curatis; tamen ſi eſt dignus, & prudenter talis exiſtimatur, abſque vllo peccato poteſt pro ſe beneficiū petere. & Cōc. Trid. *ſeſſ. 25. c. 18. de reform.* dum concurſum ponit ad hæc beneficia. id licitum ſupponit, & vſus piorum hominum oſtendit ita Canoniſtæ cōmun. *in cap. tuam de ætat. & qual.* vbi Abbas *nu. 3.* Supplem. Gabriel. *4. d. 25. du. 4. ar. 3.* Caet. *v. Simonia* Victor. *à nu. 36. rel. de ſim.* Nauar. *c. 23. n. 102.* quos citat, & ſequitur Suarius, *tr. 3. l. 4. c. 40.* quibus addo Greg. Lop. *leg. 4. tit. 17. p. 1.* Rodriq. *to. 2. ſum. c. 59. num. 7. & 8.* Valen. *diſp. 6. q. 26. p. 3.* Caſtrop. *hic p. 3. n. 9* Sanch. *l. 2. c. 3. du. 28. fine.* Bonac. *q. 1. §. 1. n. 13.* & alij.

QVÆRES II.

An dum collator, vel præſentator &c. ad Beneficium, intendat alium obligare, vt fundat pro ſe preces apud Principem &c. ſit munus à lingua, & ſic Simonia.

3 REſp. affirm. quādo collator, præſentator &c. faceret pactum expreſſum vel tacitum (nam eo præciſo, ſi fiant ex gratitudine non eſt ſimonia, vt ſupra in munere ab obſequio diximus) ratio eſt, quia ſtando in Iure Diuino preces hæ ſunt quid tēporale, & pretio æſtimabile, fiuntq; in gratiam, & lucrum eius: ergo pro illis dare ſpirituale, eſt ſimonia Iure Diuino, & cum Ius Canonicum preces poſuerit inter munera, certè tunc erunt, quando non collatori offeruntur; rogando, vt beneficium conferat; ſed quando in illius vtilitatem fiunt. vt mox ſubdam. ſic Suar. *d. cap. 40.* ex commun. DD. ſententia, vt apud cit. DD. videre licet.

4 Vnde erit ſimonia ſi prius preces præcedant ex pacto v. g. ſi intercedas pro me apud Regem &c. dabo beneficium, vt omnes ſupponunt; immò etiam ſi Epiſcopus diceret, dabo tibi beneficiū dummodo id à me petas, puto eſſe ſimoniam ſaltem Iure eccleſiaſtico, quia eſt pactū prohibitum Iure eccleſiaſtico, tum quia medio beneficio negotiatur fauor alterius. ſic Suarius *d. cap. 40.*

5 At Sanchez *lo. cit.* poſt Suar. putat,

non eſſe ſimoniam, niſi inducatur obligatio, quia obligatio eſt pretio æſtimabilis, non autem illæ preces & ſane probabilis eſt ſententia, & iuxta illa bene excuſantur Collegiatæ, quæ dum volunt beneficium, ſeu Canonicatum conferre alijs dicunt *facite, vt illi rogent, & memoriale offerant.*

6 Deniq; quæ diximus de precibus, eadem dicas de adulationibus, intercesſionibus &c. ſi enim fiunt ex pacto, erit ſimonia dare beneficiũ pro illis, vt ſi Epiſcopus pactũ tacitũ faceret dandi beneficium viro nobili, ſi profiteatur ſe eſſe cõſãguineũ Epiſcopi, & idem dicas de alijs ſignis honoris, & beneuolentiæ quando fiunt ex pacto, quia sũt pretio æſtimabilia, & multo magis obligatio. ſic Suar. *l.c.*

7 Sed Sanc. vt dicebam *n.*5. putat nõ eſſe ſimoniã facere pactum, vt laudetur, vel vt ſibi ſigna beneuolẽtiẹ oſtẽdantur, ſi nõ ſit pactũ de obligatione, vt ille ſe. ad hęc obligetur. ſed quod ex Suario diximus eſt tutius ſaltẽ iure poſitiuo, à quo omnis pactio in beneficijs excluditur, in alijs vero rebus ſpiritualibus nõ modo probabilis, vt ſupra dixi, ſed tuta eſt ſententia.

DISPVTATIO XXXI.

De varijs modis Simoniæ, qui ex modo contrahendi naſcuntur.

1 EXplicauimus ſupra materiam, & pretium ſimonię, nũc ex profeſſo eius malitiam ex parte contractus examinabimus: ex quo orta eſt celebris diuiſio ſimonię, in mentalem, cõuentionalem, & realẽ, de quibus iura meminerunt *in c. vlt. de ſim. c. cũ eſſẽt.* & alibi, & quamuis multi Theologi ponant tantũ ſimoniam mentalem, ſeu internã, & conuẽtionalem ſeu externã, nos tamẽ ex cõmuni Canoniſtarũ ſententia vtemur hac diuiſione, quia valde cõfert ad explicanda iura, pœnas imponentia ſimoniacis, vt videre eſt apud Redoan. 1. *p. c.* 2. *nu.* 11. Gomez *reg. de tren. poſſ. q.* 12.

QVÆRES I.

Quænam dicatur Simonia mentalis, conuentionalis, vel realis.

2 DIco 1. ſimonia mentalis non dicitur ex propoſito, ſeu interno deſiderio committendi ſimoniam; nam cum ſimonia ſit vitium de ſe externum, quod opere conſũmatur, nulla de actu interno eſt difficultas, cognita actus externi malitia, nec iura quo ad pœnas de hoc loquuntur. Sed dicitur mentalis ex eo, quod effectus externus, ſeu actus ſenſibilis, & exterior talis eſt, vt in illo non ſtatim appareat malitia ſimonię, ſed fit ſimoniacus poſita mala intentione; quæ poteſt eſſe ex parte vnius tantum, & ex parte vtriuſque aliquo caſu, & non ex pacto expreſſo, vel tacito; vt ſi Titius tradat rem temporalem, oſtendens dare gratis, & interius velit dare pro pretio erit ſimonia mentalis ex parte ipſius, quod ſi Caius accipiat, oſtendens gratis accipere; ſed vere intendat emptionem, erit etiam ſimonia ex parte Caij. at nulla erit externa conuentio; ſed tantum actus externus erit traditionis ſigno gratitudinis. ex *cap. tua nos & c. vlt. de ſim.* Suar. *l.* 4. *tr.* 3. *cap.* 41. Valen. 2.2. *d.* 6. *q.* 16. *p.* 5. Caſtrop. *p.* 2. *nu.* 3. Regin. *l.* 23. *n.* 153. Azor. 3. *p. l.* 12. *c.* 1. *de Simon.* Filiucc. *cap.* 10. *quæſt.* 1. Conrad. *prax. diſp. lib. v. c.* 9. *n.* 9. & alijs comm.

3 Dico 2. cõuentionalis ſimonia eſt quãdo tantũ fit pactũ dãdi ſpirituale pro tẽporali, & ẽ cõtra: ſed nõ dũ facta eſt traditio rei ſpiritualis, aut pretij, quæ licet in ratione cõtractus ſit perfecta, nõ tamen eſt cõſũmata, niſi per traditionem rei ſpiritualis, & tẽporalis, quod ſi facta ſit traditio ex vna tãtum parte v. g. quia data eſt res ſpiritualis, & pretiũ nõn dum ſolutũ (licet multi teneant eſſe ſimoniam realem, quando poſt promiſſionem pretij res ſpiritualis data eſt) tamen probabilis eſt Nauarri ſententia *d. c.* 23. *num.* 103. Vgol. *tab.* 3. *cap.* 5. & aliorũ putãtium

eſſe

eſſe tantum ſimoniam conuentionalem; at negari non poteſt eſſe magis completam ſimoniam per traditionem rei ſpiritualis cum promiſſione pretij; ſed quid dicendum quoad pœnas videbimus infra cum de pœnis. *diſ.37. à num.* 17. hæc Suar. cum alijs ſupra. Farin.*l.*1.*dec.*34.*n.*45.Conradus *praxi.diſp.lib* 5.*cap.*9.*num.*6.

4 Dico 3. Realis ſimonia eſt cum vltra conuentionem additur traditio rei, & pretij, tunc enim ſimonia eſt maxime conſummata; & hi quidem modi non diſtinguuntur inter ſe ſpecie, ſed potius tamquam includens ab incluſo; nam cōuentionalis includit mentalem, & ab ea diſtinguitur per additionem contractus ſimoniaci externi; includitur autem à reali,& ab ea diſtinguitur,quia in reali eſt rei traditio, & ſi aliqui vocant hos modos ſpecies, intellige veluti accidentales,& quoad varios effectus,de quibus infra.videte Suar.*d.c.*41.& ſupra cit. Recentiores;atq;adeo hæc diuiſio eſt generalis competens ſingulis materijs, ſeu ſpeciebus ſimoniæ, vt eſt etiam confidentialis, de qua cum de pœnis agemus, abunde tractabimus infra *à diſ.*36. ex Suario *c.* 43.

QVÆRES II.

An Simonia ficta comprehendatur inter ſpecies Simoniæ aſſignatas.

5 RESp. negat. quia non eſt vera ſimonia, ratio eſt, quia vbi non eſt verus contractus,& vera conuentio,nō poteſt eſſe vera ſimonia, nam ex ſupradictis, ad ſimoniam requiritur contractus; ſed in ſimonia ficta non eſt verus contractus,nec vera cōuentio,ergo.minor prob. quia vel eſt ficta ex parte amborum,& ſic in nullo eſt vera intentio, nec mentalis ſimonia, & omnino eſt nullus contractus;vel eſt ficta, ex eo quod promittens rem ſpiritualem fictè promittit, & non intendit ſe obligare, & ſic nec interius eſt verè ſimoniacus, nec exterius facit veram conuentionem,ſed tantum committit ſacrilegium, & pernicioſum mēdacium, etiā ſi alius vero animo promittat pretium,& ſic ſimoniam mentalem cōmittat. nam ad verum pactum requiritur,vt vtraque pars verè conſentiat; ſicuti matrimonium eſt fictum, & nullum, quamuis vnus tuntum fictè conſentiat, & alius re vera voluit contrahere, & eadem ratio militat ſi promittens rem ſpiritualem vere promittat, & alius promittēs pretium fictè promittat.ita contra Nauarr.*in com.ad c. vlt.de ſimon.n.*10.tenet Caet. *t.*2.*opus: tra.*9.*q.*2.Sotus*l.*9.*q.*8.*ar.*1. Tolet.*l.*5. *c.*90.*n.*4.Nauar.*lib.*2.*de reſt.c.*2.*diff.*12. *nu.*397. *in* 2. *edit.* quos ſequitur Suar. *c.*42.Bonac.hìc *q.*2.*n.*7.Reginal. *l.*23. *n.*187.Filiucc.*ca.*10.*q.*2.Caſtrop.*pu.*6. Addens cum Valen. *diſ.*6. *q.*16,*p.*5.*§. mihi vero.*Id eſſe veri, quamuis promittens pecuniam fictè, traderet inſtrumētum, quod non prodeſſet collatori,nec pro foro externo,cum debeat puniri, vt ſimoniacus; ſecluſo etiam inſtrumēto, vt docet Suar. nec pro foro conſcientiæ. omnes tamen concedunt non ſufficere hanc ſimoniam ad pœnas incurrendas.

6 Nec obſtat quod promiſsio illa ſit aliquod temporale,nam non eſt pretium,neque pars pretij,pro quo alius intendit dare beneficium,alias ex ſola promiſsione poſita diceretur ſimonia realis; & quamuis illa promiſsio rei ſpiritualis ex parte verè promittētis non ſit grauita, & ex falſa imaginatione;tamen re ipſa non conſtituit veram conuentionē defectu alterius partis; quæ ſi fictè promitteret centum aureos,ſed haberet veram intentionem dandi cētum ex ſtamno, iam erit conuentio,quia pars intendit dare,quid vile pro re ſpirituali.

7 Sed quamuis optime Suarius conceſſerit caſu quo promittens pecuniam intēderet dare ex auricalco eſſe ſimoniam, tamen poteſt probabiliter negari, quia iam deficit conſenſus ex parte alterius,qui promittit rē ſpiritualem; ille enim non intēdit dare beneficium v. g. niſi dentur cētum aurei.

Digitized by Google

aurei:ergo dum ille ſpondet centum, intelligens ex ſtamno nõ facit veram conuentionem,nam promiſsio ſe habet tamquã conditio conferens certitudinem de pretio, non quocumq; ſed quod ex compacto ſtatutum eſt; quæ ratio habet locum, preſertim ſi fieret per modum ſtipulationis, in qua requiritur reſponſio conformis interroganti *inſt. de verb. oblig.* ſaluo &c.

Aduerte etiam fictè promittẽtem committere ſimoniam per cooperationem in ſimonia alterius, qui vere promittit,vt aduertit Bonacina citãs Suarium,& Nauarrum *q.1.hic,n.5.*

DISPVTATIO XXXII.

Explicantur ea,quæ ad Simoniam mentalem pertinent nec ne,

CVm ad ſimoniam mentalem requiratur intentio,ſeu propoſitũ accipiendi ſpirituale media re temporali, vel contra accipiendi temporale media re ſpirituali,ſiue tale ſit in ſe vt eſt in ſimonia Iure Diuino; ſiue ex Eccleſię inſtitutione, vt in ſimonia Iure humano, hoc enim eſt obiectum materiale,circa quod talis intẽtio verſatur, donatio ſc. rei materialis, vel operatio,cum ordine, & habitudine ad aliquid ſpirituale.

QVÆRES I.

An quoties media re,ſpirituali v.g. datione beneficij, collatione abſolutionis &c.principaliter intenditur aliquid temporale,& contra,ſit Simonia mentalis.

1 REſp.neg. fundamentum eſt, quia ſimonia mentalis externa (de qua loquimur iuxta dicta diſp. præc. n.2.)conſtituitur per voluntatem internam dandi rem temporalem pro pretio rei ſpiritualis, & hoc ex contractu oneroſo;ſed non quoties principaliter intenditur res tẽporalis media re ſpirituali,vel contra,nempe res ſpiritualis media re temporali, habetur voluntas dandi rem temporalem pro pretio rei ſpiritualis: ergo non quoties intenditur principaliter res temporalis media ſpirituali, & contra,eſt ſimonia mentalis.

2 Maior prob. quia ſimonia mentalis, à qua procedit ſimonia mentalis externa quo ad malitiam internam, & veram rationẽ peccati eſt eiuſdem ſpeciei coram Deo cũ ſimonia reali, ergo per eamdẽ rationem conſtituitur in ratione malitiæ ſimoniæ, per quam conſtituitur in eadem malitia ſimonia realis, nam debent habere idem obiectum; ſed hæc in ratione malitię internę ſimonię conſtituitur, quod res temporalis detur pro pretio rei ſpiritualis, nẽpe in commutationẽ ipſius ex contractu oneroſo, vt ſupra preſertim diſp.26.dictum eſt:ergo ſimonia mentalis &c. conſtituitur per voluntatem dãdi temporale, vt pretium rei ſpiritualis, quod etiam docuit Sotus *lib. 9. q.2.ar.2.& q.8.ar.1.* Victor.*relect.de ſim.n.53.*& poſt Suar. hic.*c.44.n.8. & 9.*docẽt, & ſupponũt omnes fere Recentiores citandi.

3 Min.prob.ſc. quod *nõ quoties datur ſpirituale principaliter ad obtinendum principaliter aliquod tẽporale detur ob pretium,*quia ratio finis principalis,& ratio pretij,ſunt diſtinctæ, & vna poteſt inueniri ſine alia, nam finis dicit reſpectum ad appetitum, vt bonum propter ſe expetendum, & ad media, vt bonũ,propter quod alia appetuntur; quia nimirum finis principalis appetitur propter ſe, & media appetuntur,quatenus ad finem cõducunt; & vel eſt principalis in omni genere, qui eſt tantum vltimus,nempe Deus ſecundum rectam rationem, vel eſt proximus, qui poteſt eſſe principalis reſpectu operis, non autem reſpectu operantis,& reſpectu operantis varijs modis poteſt eſſe principalis proximus iuxta diuerſitatem ſuæ intentionis, vel totaliter vt ſanitas reſpectu totius curationis, vel ex æquo, vt ſi quis in cibo æque delectationem, ac conſeruationem intendat, vel partialiter,

Digitized by Google

liter, quia ſcilicet finis eſt res ſimul cũ alia propter ſe intenta per medium, & ſic qui petit eleemoſynam, habet pro fine ſuo proximo eleemoſynam, non tamen vt pretium ſuæ petitionis &c. & ſic de alijs, at ratio pretij non poſtulat vt intercedat tanquam bonum per ſe amabile, nec ordinatè intendi poteſt, nam pecunia poteſt appeti vt inſtrumentum ad alia bona, & bene ſtat quod aliquis vendat rem v. g. triticum ob pretium, at habeat alium finem principalem, nempe ſubuenire pauperibus &c. nam ad rationẽ pretij per accidens eſt ratio finis principalis, aut ſecũdarij, ſeu acceſſorij quia ſi quis velit temporalem mercedem in commutationem rei ſpiritualis, licet nõ intendat illam, vt finem principalem: ſed tantum vt cauſam & impulſiuum, adhuc requirit pretium: ergo ratio finis principalis, & ratio pretij ſunt diſtinctæ, & poteſt vna eſſe ſine alia, quod erat probandum, hanc ſententiã tenẽt vltra citati DD. quos ſecutus eſt Suarius *d. ca.* 44. Farinacius *lib.* 1. *conſ.* 75. vbi multos citat *à nu.* 3. 44. *&* 48. *& infra* Caſtrop. *tract.* 17. *d.* 3. *p.* 4. *num.* 3. *v. dicendum.* Bonac. *qu.* 2. *ſub num.* 9. *ver. ſecunda ſent.* Filiucc. *c.* 10. *q.* 4. Sanchez *conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 12.

4 Hinc infertur nõ eſſe ſimoniacum Canonicum, qui horas recitat principaliter ob diſtributiones, & Sacerdotem, qui Miſſam celebrat principaliter ob ſtipendium ſuſtentationis, ſicuti nec eum, qui dat Sacerdoti ſtipendium principaliter, adhoc vt Miſſam celebret, vel cõcionatorem, qui principaliter ad captandam gloriam, vel aliam dignitatem cõcionatur, & vniuerſaliter quoties quis media re ſpirituali v. g. confeſſione &c. principaliter intendat, quid temporale, dummodo non ſub ratione pretij. ita cum Suarez *d. cap.* 44. docent cit. Recentior. & alij omnes.

(:✝:)(:✝:)(:✝:)

QVÆRES II.

An, & quale peccatum ſit intendere Principaliter aliquod temporale media re ſpirituali.

5 Reſpon. ſi finis temporalis ſit vltimus, quia ſcilicet operans eſt paratus ad illum quærendum; etiam cum peccato mortali, eſt ſacrilegiũ, vt Sacerdos, qui in peccato mortali celebrat ob ſtipendium, hic enim dũmodo lucrum obtineat, non curat ſacrilegium committere. Si vero finis temporalis eſt tantum proximus, & non eſt de re intrinſece mala, tũc erit tantum peccatum veniale, quando intentio non eſt ordinata ad finem honeſtum, quia non eſt grauis deordinatio, quando vero eſſet ordinata ad honeſtum finem v. g. ad familiam ſuſtentandam, nullum eſſet peccatũ: quia poteſt res ordinis Superioris appeti propter honeſtum finem inferiorem, dummodo non ſiſtatur in illo ita Nauarr *c.* 23. *num.* 10. & cum Suar. *l.* 4. *cap.* 44. tradunt Sanch. Caſtropal. Filiucc. ſupra, & alij ſupponunt. vide de hac re diſtincte, & ſolide loquentem P. Thomam Tamburinum *Opuſculo* 3. *de ſacrific. Miſſe. lib.* 2. *ca.* 1. *§.* 1.

6 Contra Maiorem 4 *d.* 15. *q.* 29. *ad* 5. Adrian. *quodl.* 9. *ar.* 2. Cordub. *l.* 1. *q.* 32. *art.* 1. & alios, qui dicunt eſſe ſimoniam principaliter intendere lucrum temporale; & ita loquitur S. Thom. *quodl.* 8. *art.* 11.

Sed re vera aut hi auctores forte locuti ſunt de ſimonia largè ſumpta, ideſt de Sacrilegio iuxta dicta n. prec. vel de illo fine, qui intenditur, quaſi proportionatus operi & commenſuratus illi, qui eſt verum pretium; nam illa diſtinctio, quam aliqui adhibent nimirum de cauſa finali, & impulſiua, ſeu motiua, in noſtro caſu non habet locum, cum cauſa motiua ſit reſpectu voluntatis finis: nam proponitur ab intellectu ſub ratione aliqua bonitatis &c. videtc Suar. *hic ca.* 44. *à num.* 13.

QVÆ-

QVÆRES III.

An Simonia mentalis poſſit eſſe in materia Simoniæ iure eccleſiaſtico prohibita, vt ſi quis intendat permutare beneficiũ ſine auctoritate ſuperioris &c. & hac intentione veniat ad actum externum, ſine pacto tamen externo.

7 RESp. affirm. quia licet Eccleſia directè nõ prohibeat actum internum, tamen prohibendo actum externum, mutat obiectum voluntatis internæ, & facit, vt poſita prohibitione, illa voluntas, quæ circa tale obiectum non fuiſſet ſimonia, per prohibitionem Eccleſiæ talis ſit. ita videtur ſentire Caccialup. *de pēſ. q.* 19. *à nu.* 7. *vſq. ad* 13. Gigas. *q.* 4. *de pœnis.* & Adrian. *q.* 9. *ar.* 2. quos ſeq. Suar. *hic c.* 44. *n.* 16. & poſt ipſum Bonac. Filiuc, & alij communiter *lo. cit. num.* 9.

QVÆRES IV.

An ſit mentalis Simonia dare, vel recipere aliquid ſpirituale intentione remunerandi obligationem antidoralem ortam ex dono temporali, vel ſpirituali.

8 CAſus eſt, Epiſcopus accipit beneficiũ ab aliquo, vel ſeruitium à famulo, ex quo eſt illi obligat' obligatione gratitudinis, quam antidoralem vocant, & cõtra Titius facit aliquod beneficium temporale Epiſcopo, vel alteri, vt Epiſcopus obligatus ex gratitudine cõferat ſibi beneficiũ, vel aliquod donum ſpirituale, quærimus. An hæc præſtare ex hac intentione ſit mentalis ſimonia.

9 Reſp. non eſſe ſimoniam, nec per ſe malum, ſi alias ſeruetur iuſtitia, & reuerentia debita rebus ſacris, quia ſcilicet non petatur in pretiũ earum. Ratio eſt, quia nec à dante donum temporale cum intentione obligandi alium ad gratitudinem, nec à dante ſpirituale ad remunerandam obligationem antidoralem, intenditur venditio, aut emptio rei ſacræ: nec pretium, aut quid pretio æſtimabile iuxta *l. Sed & ſi. §. Conſuluit. ff. de pet. hæred.* vbi is, qui alios antidoraliter ſibi obligauit, non cenſetur ditior factus. tum quia qui intẽdit obligare alium beneficio, non intendit ſua voluntate nouum onus imponere præter obligationem, quæ naſcitur, & neceſſariò ſequitur ex ipſo beneficio, tum quia donatio antidoralis gratuita ſimpliciter eſt, & ſic quod datur, gratis datur: ergo nec eſt ſimonia, nec per ſe malum dare quid temporale &c. eſt communis ſententia Nauarr. *cap.* 23. *n.* 106. Vgol. *tab.* 1. *ca.* 58. *§.* 4. Sot. *lib.* 9. *q.* 7. *a.* 1. *&* 3. quibus addo Valen. *diſ.* 6. *q.* 16. *p.* 3. *v. in contrariũ. & ver. ſunt tamen.* Rodriq. *c.* 59. *n.* 2. 1. *concl.* Couarr. *l.* 1. *var. c.* 20. *n.* 1. & poſt Suar. *hic c.* 45. Caſtrop. *p.* 4. *n.* 2. Bonac. *q.* 6. *pu.* 1. *à n.* 1. Filiucc. *cap.* 9. *q.* 1. *& c.* 10. *q.* 5. *num.* 21. & alij communiter.

10 Nec eſt aliqua improportio in hac re, tum quia res ſpiritualis v. g. beneficium nõ ſperatur, aut datur, vt quid cõmutatum ſeruitio, aut dono temporali; tum quia ex parte dantis donum temporale non inducitur obligatio determinata ad beneficium dandum, ſed ad reddendum beneuolum, & gratum, licet ex particularibus circumſtantijs res tantum ſpiritualis ſperari poſſit, & ſi aliqua eſt de ordinatio v. g. quia remunerãtur turpia obſequia de beneficio eccleſiaſtico; non erit ſimonia, ſed aliud vitium.

QVÆRES V.

An ſit Simonia petere ab eo, cui donum temporale confers, vt ſit gratus, vel in pactum deducere obligationem antidoralem, nec dando donum temporale, aut obſequium, niſi ſub conditione implendi obligationem illam.

11 DIco primo non eſſe ſimoniam dare aliquid tẽporale, vel præſtare obſequium gratis, & dando petere ab accipiente v. g. ab Epiſcopo, cui pręſtatur obſequiũ, vt ſuã obligationem

tionem recognoſcat; & licet Epiſcopo, vel alteri poſt receptum obſequiū temporale, vel donum ad extinguendam obligationem antidoralem dare beneficium, vel aliquod donum ſpirituale; & poſtulare ab alio, vt obligationem remittat, quando ſpirituale donum æſtimatur ſufficiens: ratio eſt, quia exprimere ea, quæ inſunt, vbi per expreſſionem non additur noua obligatio, non eſt ſimonia: ſed in caſibus dictis exprimuntur ea, quę iure inſunt, quia ex beneficio accepto ſequitur naturaliter obligatio antidoralis, & per donum ſufficiens ex intentione gratitudinis datum, extinguitur illa obligatio: ergo non eſt ſimonia ea exprimere modo dicto.

12 Confirmatur, quia in materia vſuræ licet hoc debitum exigere, nec per hoc cenſetur pretium aliquod vltra ſortem. ex Thom. *2.2.q.78.art.2.ad.3.* ita Suar. *hic cap.* 45. *num.*8. vbi optimè aduertit circa primam partem concluſionis cauendum eſſe à ſimili petitione, quādo temporale eſt adiunctum ſpirituali, vt ſi des beneficium eccleſiaſticum, vel ſi conferas donum petens beneficium eccleſiaſticum titulo gratitudinis, ne ſit ſuſpicio ſimoniæ. Nauarr. *cap.* 23. nec diſſentit Lazzarius *de Simon. num.*7. Vgolin. *tom.* 1. *cap.*8.§.4. Bonac. *qu.* 1. *de Simon. loc. cit.* Caſtrop. *pu.*4. *num.*2. *hic.* & nouiſſime. Cæleſtinus *comp. Theol. mor. tr.*17. *ca.*4.

13 Ex qua Suarij doctrina, & fere cōmuni, infero non eſſe ſimoniam dicere conferēti beneficium, vel alteri iuuāti, mediatori &c. omnia bona mea ſunt tuo ſeruitio dicata, vel numquā me ingratum experieris, vt putat Nauarr. apud Azorium *p.3.l.12.c.23.lit.c.* niſi hæc verba ex circumſtantijs pactum continerent.

14 Nec ſi quis rogatus adire Monialiū Monaſterium ad Confeſſiones audiēdas dicat. Ibo, ſed volo, vt à collocutione ſe abſtineant, cum ſæcularibus &c. quia ſolū eſſet petitio rei, quæ iure ineſt. Immo idem credo ſi dicat: ſed ego peto, vt propter Deum ſe abſtineant à collocutione cum parentibus per aliquot dies &c. vel vt eleemoſynam dent, quando tenentur quia eſt de re virtuoſa ex actu virtutis, nec vllam habet ſpem lucri, cum non petat, vt ſibi detur eleemoſyna, vel huic in particulari, hoc enim eſſet onus tēporale imponere iuxta dicta cū Suarez *diſp.*14. *num.*5..

15 Et quamuis ibi ille non explicet, an ſit ſimonia petere ſibi eleemoſynam, ſi ipſe confeſſarius ſit in graui neceſſitate, ita vt alter potius illi, quā alijs pauperibus teneatur ſubuenire; mihi tamen videtur ex dictis ſequi non eſſe ſimoniam petere v. g. dabo tibi cōfeſſionem vt tu des eleemoſynam mihi; nā in hoc caſu petitur id, ad quod alius iure naturæ tenetur. ſaluo &c.

Similiter puto non eſſe ſimoniam in hoc caſu: quoddam monaſterium debebat centum acceptos ex mutuo alteri monaſterio, & per multos annos à ſuperioribus præteritis non fuerunt ſoluta, quia allegebant paupertatem domus, quidam religioſus dixit ſuperiori illius monaſterij creditoris, facias me eſſe ſuperiorem eiuſdem monaſterij, & ego ſoluam debitum. dico, inquam, non eſſe ſimoniā quia obligatur ad id ad quod tenetur de iuſtitia, neque nouam ſibi imponit obligationem cū ſpeciali obligatione v. g. hypotheca bonorum. ſaluo &c.

16 Dico 2. eſſe ſimoniam deducere in pactum obligationem antidoralem cum ſpeciali promiſſione implendi illam, v. g. non dabo tibi hoc donum, vel obſequium nō præſtabo, niſi promiſeris vel te obligaueris ſoluere talem obligationem: ratio eſt, quia iſta obligatio eſt noua, & addita obligationi naturali, & eſt veluti ciuilis obligatio: ergo iure eccleſiaſtico eſt illicita in beneficijs, vbi omnis pactio prohibetur. & etiam iure naturæ, quia eſt onus impoſitum pretio æſtimabile, etiam ſi ſolum eſſet obligatio impoſita ex promiſſione tantum, & obligante in cōſciētia ex vi promiſſionis. Et quamuis poſt factum obſequium liberaliter, & gratis, non erit ſimoniacum

cum in beneficijs, nec vſurarium in mutuante poſtulare non ex iuſtitia, ſed ex beneuolētia gratitudinem, vel promiſſionem ex beneuolentia factam, niſi fiat palliate; tamen ſi hæc petitio fiat antecedenter, ad collationem beneficij vel mutui, erit manifeſta ſimonia in beneficio & vſura in mutuo; quia eſt rigoroſa exactio, & pactio, & ſolum verbis vult ludure, qui ait v. g. niſi liberaliter conferas beneficium, non ſeruiam gratis. ita Felin. *ca. ad audien. 2. do reſcru. num.* 10. cum multis, & in mutuo. Gabr. 4. *diſt.* 15. *q.* 11. *ar.* 1. *not.* 1. & alij, & poſt Suar. *hic cap.* 45. *à num.* 9. Farin. alijs relatis. *l.* 1. *conſ.* 75. Rodriq. *tom.* 2. *ſum. cap.* 56. *num.* 8. Bonac. *d. pun.* 1. dicens *numer.* 7. eſſe communem. Filiucc. *c.* 10. *à n.* 22. *hic*. Caſtropalaus alios referens *d. pun.* 4. & nouiſſime Syluius v. ſimonia. 2. *concl.* 2. ſed nouiſſime Ghilinus *in prac. reſol. caſ. conſ. v. beneficium nu.* 7. ſequens Valentiam *tom.* 3. *diſ.* 6. *q.* 16. *pu.* 3. Tānerum 2. 2. *d.* 5. *q* 8. *du.* 3. *n.* 76. & apud ipſū Gaetanū Sotū, & alios. hęc habet. *in obtinendis beneficijs licet paciſci de aliquo temporali tribuēdo tanquam motiuo, ſeu pro recompenſatione gratuita; & in hoc non committitur ſimonia, quia in hoc caſu datur, vel ex gratitudine, vel etiam ex iuſtitia, non quidem pro re ſpirituali, vt ſpiritualis eſt; ſed ſpectato ſecundum communem æſtimationē labore pro vt ex obligatione oneroſa ſuſcipitur, & etiam ſi detur aliquid notabile vltra æſtimationem laboris, nō erit peccatum ſimoniæ, nec iniuſtitiæ dando illud plus liberaliter, & gratis.* Hæc ille, & idem docet Cœleſtinus *in compendio Theol. mor. tr.* 7. *c.* 4. *n.* 3. vbi hanc reddit rationem, *ſi finis eſt licitus, etiam media ad finem ſunt licita; ſed intendi poteſt ſpe gratitudinis, aliquod beneficium pro obſequio temporali, vel è contrario* (nempe aliquod obſequium temporale pro beneficio dato) *ergo pactum quo mediante impetratur finis non poteſt eſſe illicitum, nec ſimoniacum*, vbi vides hos DD. nō ſolum loqui poſt collatum beneficium liberaliter, & gratis; ſed ante beneficij collationem: ſed certe tunc magna cautela opus eſt in praxi ne verum pactū pretij, & iuſtitiæ ſubrepat, vnde Diana *p.* 6. *tra.* 7. *r. ſ.* 42. putat in praxi non eſſe amplectendam huiuſmodi ſententiam, quod verum eſt ſi in praxi non fiat vere, & abſq; vlla fictione, tantum titulo gratitudinis; quæ facilius habet locum in mediatore, vt ex *diſp.* 36. *à num.* 16. apparebit.

17 Vbi aduerto mihi nō videri ſimoniam nec illicitum in caſibus *à n.* 13. poſitis eos deducere in pactum; quia de eleemoſyna &c. petitur id quod naturaliter obligat, et iuxta Felinum, quod Suarius re vera *nu.* 9. intelligit, quia tunc eſt quædā recordatio obligationis, & non pactum nouum; de alijs vero actionib' virtuoſis pactum facere, eſt quædam permutatio in rebus ſpiritualibus, quæ ex dictis ſupra cum ipſo Suario, & communi eſt licita, & ſicut ex probabiliſſima ſentētia poſſum dare temporale cum pacto, vt bonum opus faciat donarius; multo magis poſſum cōferre aliquod ſpirituale cum pacto, vt ipſe ſpirituale faciat opus, & virtutis ad vtilitatem animæ ſuæ,

DISPVTATIO XXXII.

Explicantur aliqua circa Simoniam conuentionalem, & realem.

QVÆRES I.

An ſit Simonia conuentionalis facere pactum de ſtipendio ſuſtentationis, v. g. non celebrabo Miſſam niſi dederis decem ad ſuſtentationem, vel non concionabor &c. quando miniſter non tenetur ex officio.

1 RESp. nō eſſe nec Iure Diuino, nec Iure eccleſiaſtico: ratio eſt quia pactū non fit de pretio, ſed de ſuſtentatione, non enim Clericus petit ſtipendium ratione rei ſpiritualis, veluti in cōmutationem illius; ſed ratione ſuſtentationis, & perſonæ, ergo &c.

antec.

antec.prob.quia ex vi pacti nõ inducitur venditio,& emptio,nam etiam poſito ſtipendio ſuſtentationisgratis, datur ſpirituale miniſterium ex Paul. 1. *Corinth.* 9.

2 Quod autem nec Iure eccleſiaſtico ſit ſimonia prob. quia nulla eſt ſpecialis prohibitio de nõ faciẽdo pacto in datione rei ſpiritualis, & generalis quæ eſt *in c.vlt.de pact.*& *c.quampio* 1. *q.*2.& alibi,conſuetudine eccleſiæ in Iure.*c.*1.*q.*1.2.& 3.nõ intelligitur de pacto ſtipendij ſuſtentationis,ſed de pactis inhoneſtis, & de his,quæ ſtare non poſſunt cum donatione gratuita rei ſpiritualis. Et ſicuti nõ poteſt fieri inter homines datio ſpiritualium per modũ miniſterij,& datio tẽporalium per modum ſuſtẽtationis,quin ſit aliqua pactio virtualis,vt cum quis dat centum aureos,vt tot miſſæ dicãtur, debet explicari tali modo, vt Sacerdos maneat obligatus ex iuſtitia , & vbi lex non taxauit, neceſſe eſt vt fiat à partibus,determinatio; & tamen illam leges nõ prohibent:ergo etiam ſi fiat explicite, nõ erit prohibita cum nõ variet honeſtatem,aut diſpoſitionem *ex l.*3.*ff.de leg.*1.Eſt iam cõmunis ſententia Gloſſ.*c.ſignificatum de Præb.* vbi Panor.*nu.*8.& *c,ſuam.num.*12.vbi Anan.*n.*8.Sotus *lib.*9.*q.*6.*ar.*2. Victor. *rel.de Sim.*2.*p.n.*20.Rodoan.*p.*2.*ca.*27. & poſt Suar.hic *c.*46.*à d.nu.*7.tradunt Sanch.*l.*2.*conſ.mor.c.*1.*dub.*11.Bonac. *p.*2.*q.*6.Reginal.*l.*23.*num.*117.Filiuc. *cap.*10.*queſt.*7.

3 Et hæc procedunt ſiue miniſter ſit pauper,ſiue ſit diues,quia nunquam petit vt pretium, & ſic non eſt ſimoniac⁹,nec iniuſtus,quia nemo tenetur ſuis ſtipendijs militare, nec eſt mendax qui petit non vt pauper , ſed vt miniſter,vt de altari viuat,nec Ius eccleſiaſticum id prohibuit,& quamuis *c.Clericis.*1.*q.*2. & alibi. videatur dici eſſe mortale Clericis diuitibus ſtipẽdia exigere,tamen debet intelligi Patres,qui hæc dixerunt, non quia id de ſe ſit tale , ſed quia ſolet in tali caſu committi,dum Clerici ad cumulandas diuitias hæc quærunt . Ita Suar. *c.*46.*cit.* Bonac.Filiucc.Regin.Sanch. *lo.cit.*cum Val.*p.*3.*diſ.*6.*v.quod etiam.* Caſtropal. & alij paſſim.

4 His Suarij dictis addo nõ eſſe peccatum nolle cõcionari, vbi minus eſt ſtipendium ſuſtẽtationis, præciſa aliqua obligatione,vel pro pluribus miniſterijs plura ſtipẽdia exigere,vt docet Sãch.*lo.cit.* & quamuis ſit iniuſtitia recipere ſtipendium pro eodem miniſterio,pro quo habet ſtipẽdium, at non eſt ſimonia,vt idem docet.

5 Similiter poſſunt Cleri,& Religioſi cogere Laicos coram iudice,vt ſoluãt ſtipendium ſuſtentationis debitum pro miſſis &c. Bonacin. *de Sacr. d.* 4. *q.vlt.pu.*8.*nu.*2.immò, & id, quod ex conſuetudine debetur illis , quando initium non habuit à violentia Clericorum ex Sanch.*loc.cit.*vt puto eſſe violentiam illam , qua in hoc Siciliæ Regno in quibuſdã Ciuitatibus vtuntur quidam, dum petunt in eleemoſynam triticum ex agaſonibus, ita vt illos omnino cogant,& inuitos compellant,qui huic oneri ſatisfacere volentes triticum aqua vitiant . Vnde mihi placet Suarij Conſilium *nu.* 11. fine.his verbis . *Obſeruare oportet , vt res tranſigatur purè , & ſimpliciter ſine contentione nimia,ne res ſpiritualis pro mercatione exposi videatur ,* & addit quod ad tollendam pro foro externo ſuſpicionem ſimoniæ, non ſunt vſurpãda illa verba Do tibi hoc pro miſſa , vel pro exequijs &c. quia ſonant in rigore pretium , ſed potius dicendum eſt,do tibi hoc in eleemoſynam &c. ſed de vocibus non eſt contendendum.

QVÆRES II.

An quantitas ſtipendii Miſſæ , & aliarum ſpiritualium functionum poſſit lege taxari abſque Simonia,& peccato.

6 RESpondeo poſſe talem taxationem fieri hoc pacto,vt non detur minus,quam argenteum v.g. in Miſſæ ſtipendium,vel pro funere mi-

Qq nus

Digitized by Google

nus, qnam quatuor aurei: at non poteſt Clericis imponi, vt minus pretium non accipiant, niſi ex valde vrgente cauſa, cum non ſit malum intrinſecè: ratio poſterioris partis eſt, non quia eſt ſimonia, nam nulla eſt venditio rei ſpiritualis, ſed quia eſt irrationabile, & præcludere viam, vt gratis hęc miniſteria exhibeantur: ratio prioris partis eſt, quia poteſt per pactum inter partes fieri taxatio ſtipendij, vt tantum detur, & non minus, vt ſupra diximus, ergo etiam per legem; & ſicut poteſt Iudex arbitrari iuſtum ſtipendium poſt factum miniſterium, cur non poterit lex arbitrari. eſt communis ſentẽtia, quam poſt Suar. hìc *cap.46.& in 3.p.diſp.87.* *ſ.2.* vbi Deo iuuante alia quę ad hanc materiam erunt dicenda, addemus, docet Reginal. *l.23.n.241*, Barb. *all.24. de pot. Ep. num.3.* vbi ait non poſſe per Epiſcopum fieri, ne plus donetur, quam lege ſit taxatum, & eſt iuxta Suarij mentem, vt ex dictis colligi poteſt, Fagund. *in præc. eccleſ. præc. 1, l.3.cap.7.à num.5.*

7 Addo etiam cum Genuen *prax. Ep. Neap. cap.48.* non poſſe Epiſcopum cogere hœredes defuncti, vt conuocet ad funus omnes Canonicos, ſeu Clericos Parochialis Eccleſiæ, & non alios, niſi poſtquam totus numerus eorum expletus eſt. vnde à fortiori puto nec poſſe cogere, vt omnes aduocet, ſi illos nolit hæres, vel quia nõ habet tantam facultatem, vel alia cauſa, & ſicubi eſt hæc conſuetudo, potius eſt corruptela, & omnino eſſet profliganda, preſertim cum Clerici æſtiment bona Laicorum, & ſi cenſent ſufficientia, eos omnino cogunt, vt omnes Clericos vocent, & tale funus faciant; alias veluti eſſent creditores pignora capiunt, ac domum expoliant, vt vendant bona defuncti, ſeu hœredum, ad ſua ſtipendia recipienda.

✝:(✝:):✝

QVÆRES III.

An ſit Simonia conuentionalis facere pactum de ſtipendio pro functione ſpirituali debita ratione officij, vel beneficii, vt ſi Parochus dicat, niſi pro ſuſtentatione dederis aureum, nolo Baptizare.

8 DIco 1. ſtipendia à iure conceſſa, vt ſunt accipere oblationes ſpontaneas fidelium (in quarum acceptione quamuis fiat exceſſus, tantum poteſt eſſe ſuſpicio ſimoniæ non ſimonia vera) ex Gaet. *v. ſimonia. c.2. v. quare nota*, vel Cathedraticum, quod eſt tributum datum in honorem Cathedræ Epiſcopo, quod etiam ſynodaticum dicitur, in cuius taxatione cõſuetudo eſt reſpicienda; nam ſecũdum Ius eſt duorum ſolidorum. vel procurationes, ſtipendia ſcilicet debita Prælatis viſitantibus. hæc inquam, & alia, ſi quæ ſunt in iure, poſſunt abſque ſimonia exigi à Prælatis etiam diuitibus. Fundamentum eſt, quia licet habeant decimas, & aliunde poſſent ſuſtentari; tamen quia ſuſtentatio non conſiſtit in indiuiſibili potuit Ius ob ſpeciales rationes hæc ſtipendia imponere propter extraordinarias expenſas, quas in ſimilibus functionibus ſolent facere Prælati; & quamuis per accidẽs illi ſint diuites, tamen ius non mutatur, neq; in hoc facit exceptionem, vt ex Cõcil. Trid. *ſeſſ.24.ca.3.de refor.* colligi potoeſt. ita Suar. *cap.47. tract.3. l.4.* vide etiam de his *Bellet. Diſq. Cler. p.1.t.de Clerico debitore. §.15.* Franc. Leo. *Theſ. fori Eccl. cap. 14.* Barboſ. *de pot. Ep. p.7. alleg.86. §.3.& alleg.137.* Item *alleg.73.n.43.* & alij paſſim ſupponunt.

9 Dico 2. in caſibus, in quibus Ius commune prohibet exigi aliquid ratione ſtipendij, erit graue peccatum iniuſtitiæ, & ſaltẽ ſimoniæ præſũptæ. Immò probabile eſt eſſe veram ſimoniam, quia qui tenetur ex officio præſtare ſpirituale miniſterium, & abſque vllo ſtipendio, ſi illud petat

non

Digitized by Google

non poteſt petere ratione ſtipendij, ergo præſumitur ratione miniſterij ſpiritualis; & cum hæc prohibitio ſit intuitu Religionis probabile eſt etiã eſſe veram ſimoniam juxta ſuperius dicta. ita Suar. *d. c.* 47. *à num.* 5. ſequit. Filiucc. *cap.* 10. *à num.* 32. *hic.* Bonac. *qu.* 6. *pun.* 2. *num.* 1.

10 Dico 3. ibi Ius non prohibet, nec concedit exactionem ſtipendij temporalis pro miniſterio ſpirituali, ad quod ex officio tenetur, eſt iniuſtitia, & ſimonia, ſaltem præſumpta, illud exigere, etiam ſi Parochus v. g. habeat bonam intentionem dandi pauperibus ob dictam rationem num. præc. eſt comm. ſententia, & cum D. Tho. 2. 2. *q.* 190. *ar.* 3. *ad.* 3. docent Theologi, & cum Suar. hic citati Recentior. cum Reginald. *l.* 23. Valen. *p.* 3. *ver. quoad etiam diſp.* 6.

11 Verum tamen eſt, quod ſi hi non habeant ſufficientem ſuſtentationem ex ſuis præbendis, poſſunt implorata Iudicis Eccleſiaſtici auctoritate, ſtipẽdium exigere. Et Epiſcopus poteſt in ſua cauſa, quando cauſa rationabilis eſt manifeſta per ſe ipſum ponere taxam ſui ſtipendij: ita Panorm. *ca. ſuam de ſimon.* Cardin. *c. prohibemus de Cenſib. in ſimil.* quos ſequitur Suar. *d. cap.* 47. *num.* 11. & cit. DD. ſupponunt, dum ipſum citant.

12 Illud tamen adderem huic Suarij doctrinæ, nempe poſſe Parochum v. g. & alium, qui ex officio tenetur, abſque ſimoniæ ſpecie, aut injuſtitia, caſu quo redditus aſſignati non ſoluerentur, nec facilis eſſet recurſus, aut expeditio apud ſuperiorem ob aliquam cauſam petere ſtipendium ſuſtentationis ab his, qui volunt percipere Sacramenta, quando verè ex redditibus Eccleſiæ non habet, vnde ſuſtenteтur, nec ex alijs antecedentibus pinguibus ſuperſit pecuniæ (tũc enim deberet compenſare cum emolumentis pręſentem negationem ſtipendij,) quia in hoc caſu militat ratio D. Pauli. *nemo militat ſuis ſtipendijs*, nec ob id, quod eſt Parochus, tenetur ſine ſtipendio miniſtrare, cum ſit de Iure naturę, habere ſuſtentationem pro miniſterio ſpirituali exhibito; niſi forte Parochiani extremè indigerent Sacramentorum adminiſtratione, quę omnia ſunt valde notanda, cum non ſint obuia. quod ſi quis à me petat,

An ſit graue peccatum iniuſtitiæ, & ſimoniæ, ſtipendium hoc ſuſtentationis modicum exigere?

13 Reſpon. ſaluo Suarij iudicio, cum diſtinctione ſi cõſideremus malitiam iniuſtitię eã eſt leuis ex paruitate ſtipendij; quia læſio dantis illud eſt modica, vt ex materia de iuſtitia conſtat. Si vero malitiam ortam ex tranſgreſſione legis puto eſſe graue peccatum, & in Suarij ſentẽtia res eſt clara; nam cũm ipſe putet eſſe malitiam ſimonię, & in ſimonia non detur per ipſum, & alios communiter paruitas materię, vt diſp. 3. ſupra vidimus. Sequitur quod ſit peccatũ mortale ſacrilegij, quod ad ſimoniam reducitur, etiam ſi Parochus &c. exigat paruum ſtipẽdium in caſibus prohibitis, quos infra habes. *à num.* 15.

14 Immò tenendo non eſſe veram ſimoniam, ſed tantum preſumptam, vt Leſſius docet *dub.* 8. *nu.* 51. adhuc dico eſſe peccatum mortale, quia eſt trãſgreſſio legis in re graui; nam grauitas materię non eſt attendenda ſecundum ſe ſpectata, ſed in quantum inducit ad finem legis, vt docet Vaſq. 1. 2. *to.* 2. *diſ.* 158. *c.* 6. Suar. *de legib. lib.* 3. *c.* 25. *n.* 4. Bonac. *diſp.* 1. *de leg. q.* 1. *p.* 7. & alij. Sed finis legis Eccleſię prohibẽtis acceptionẽ ſtipendij in aliquibus caſibus eſt ad vitandam ſpeciem ſimonię, vt aduertit Suar. *d. c.* 47. *nu.* 5. quę ratio de ſe eſt grauiſſima, & per modicum ſtipendium ſuſpicio ſimonię non vitatur, ſed augetur, vt ex mente Suarij dicto *du.* 3. dixim᷑, & alibi, quę omnia videntur eſſe ſatis probabilia, & conformia Suarij doctrinę, vt ex ſupradictis colligi poteſt.

Digitized by Google

QVÆRES IV.

An dicta prohibitio non exigendi ſtipendium in aliquibus functionibus poſſit per Epiſcopi ſtatuta, aut conſuetudinem tolli, ita vt non obſtante Iure communi exactio ſtipendij liceat.

15 RESp. negatiuè. quādo aut Epiſcoporum ſtatuta, aut conſuetudo eſt Iuri communi cōtraria v.g. *c. cum Eccleſ. de ſimon.* prohibetur ne aliquid exigant pro benedictionibus nuptiarum, aut Sacramentis conferendis, aut collatis, *& cap. ſicut pro certo.* damnantur extorſiones, & taxationes turpes de his, quæ debent dari Epiſcopis, & Abbatibus etiam titulo ſuſtētationis *& c. Iacobus.* prohibetur ne in creatione noui Canonici prandium exigatur, vel alia res temporalis in inueſtitura aliarum præbendarum, & alias prohibitiones inuenies *C. quidquid 1. q. 1. & ſequ.* & meritò, quia cum hi habeant ſufficiētes redditus pro ſuo miniſterio, ſi quid exigant, cenſetur pro pretio velle, vt ait Suar. *c. 47. nu. 5.* ſi ergo Epiſcopus præciperet exactionem fieri ſtipendij in his caſibus, vel conſuetudo: iam hoc eſſet directè contra prohibitionem Iuris communis, & tunc dicimus nō poſſe nec per ſtatutum iuri cōmuni derogari in hoc; ratio eſt, quia iura prohibentia exactionem ſtipendij in caſibus poſitis, & ſimilibus, fundantur in hoc, quod exactio iſta eſt iniuſta, & ſic eſt ſimonia, aut vehemētem habet ſuſpicionem, quæ omnino cauenda eſt *Cap. in tantum de ſim.* & non ſolum damnant quamcumq; ſtipēdij exactionem in iis, qui ex officio tenētur ſpiritualia miniſtrare; ſed etiam ſi illa exactio fiat ad pios vſus, vt ad ſubuentionem pauperum *in cap. ex multis 1. qu. 2.*

16 Nec Trid. *ſeſſ. 24. c. 14.* dum ait poſſe eſſe aliquas exactiones huiuſmodi ad pios vſus, concedit eſſe licitas, & Iura conſuetudines has, non ſolum prohibent, ſed reprobant, vt malas, & vt corruptelas: ergo conſuetudo, & ſtatutū Epiſcoporum non poteſt cōtra has leges præualere, & multo minus poſſunt introducere, vt licitum ſit dare temporale, vt pretiū pro ſpirituali, cum ſit intrinſecè malum: ex Couarr. *l. 3. var. c. 23. n. 4.* Greg. Lopez *lib. 3. tit. 2. p. 1. Gloſſ. 6.* & aliis apud ipſos. ita Suar. *c. 48. n. 1. 4. 7. 8. ſeq.* Regin. *l. 23. nu. 137.* Bonac. *q. 6. pu. 6.* Filiuc. *cap. 11. n. 35. 38. & 39.*

17 At ſi adſint tales circumſtantiæ, quæ non ſolum veram malitiam in ipſa exactione auferant, ſed etiam ſuſpicionem mali purgent, poteſt eſſe licita talis conſuetudo, aut ſtatutum; ratio eſt, quia iam conſuetudo, & ſtatutum non erunt contra Iura prohibentia talem exactionem ſtipendij, & reprobantia conſuetudinem: vnde Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 14.* vniformiter loquitur de conſuetudinibus, & ſtatutis, quia in hoc caſu æquiparantur; & ſolum conſuetudo ſuperat ſtatutum in hoc, quod poſſit pluribus titulis honeſtari ex parte materiæ, vt innuit etiam Nauarr. *cap. 23. num. 102.* & docuit Innoc. & alij. *cap. conquerente de off. ordin.* hæc Suar. *cap. 48. num. 9. & 12. & cap. 47. num. 8.*

18 At Caſtropal. hic *p. 5. num. 2. ver. ſecundo aduerto.* putat non obſtante prohibitione Eccleſiæ facta intuitu Religionis, poſſe adhuc præualere cōſuetudinem exigendi ſtipendium ſuſtentationis; quia licet conſuetudo immemorabilis antecedens fuerit reuocata, non tamen ea, quam introducerent, annullatur, & ſic ait: *licet Concilium contrarias taxas, ſtatuta, conſuetudines immemorabiles aboleuerit, non tamen irritauit; neque annullauit ſequentes conſuetudines, ratione quarum hæc exactio honeſtari poteſt.* quæ ſane ſententia non caret probabilitate: ſed Suarij verior, & Iuri conformior ob aſſignatas rationes.

(:+:)(:+:)(:+:)

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES V.

Vnde nam poſſit cognoſci, quando ſtatutum, & conſuetudo ſit honeſta, & per conſequens licita.

19 RESpo. omiſſis aliorum reſponſis, quæ potius accomodantur ad cognoſcẽdas cõſuetudines introductas ex voluntate offerentium, quas ſupponimus poſſe eſſe iuſtas, & ex his habere Beneficiarios ius ad oblationes fideliũ præter id, quod datur pro decima, vel alijs rationibus, vt videre eſt in Vgolino *tab. 1. q. 10. nu. 8. ca. 9. & alijs in ſtatum de Simo.* & dico, poſſe cognoſci ex his tribus capitibus, quæ ſi concurrant, poteſt conſuetudo poſt Epiſcopi examen ex Trid. *loc. cit.* admitti. Primum eſt, ſi poſſit reduci talis petitio ad ſtipendium debitum ratione ſuæ originis, quia nimirũ propter exigentiam miniſtrorũ tale onus fuerit impoſitũ, quod poteſt cognoſci ex materia occaſionis muneris, & alijs circũmſtantijs lucrorum, & perſonarũ, & ſi poteſt titulus iuſtus probabiliter eſſe, ſupponendus eſt, nam, quod aiunt Canoniſtæ dicentes, quod quando conſuetudo eſt laicorum dãtium clericis ſtipendium, præſumitur habere ſpontaneum initium. Contra verò ſi ſit Clericorum, quia Clerici nõ ſolent has oblationes ſpontaneas facere alijs clericis, non eſt vniuerſaliter verum.

20 Secundum ſi ex ſufficienti auctoritate ſit facta, cum non poſſint Clerici etiã egentes ſua ſponte hæc onera imponere, quę debet præſumi, quãdo non obſtat aliud in cõtrarium. ex Nauarr. *conſ. 3. de Simon.*

21 Tertium ſi non appareat indebitus modus exactionis v. g. exigendo vt prius dẽtur tẽporalia, vel certa cautio ex *c. ad Apoſtolicam de Simon.* & tũc vix poteſt præſumi auctoritas ſuperioris; verum in hac re periculum ſimoniæ maius eſt in exigẽtibus quam in ſoluentibus ſtipendium, tum quia poſſunt rectam habere intentionem ſoluendi, vt debitum; tum quia iura præſertim de exigentibus loquuntur. hæc docet late Suar. *d. cap. 48. à num. 9.* ſequitur in omnibus Filiuccius. *cap. 10. à numer. 39.*

QVÆRES VI.

An de iure eccleſiaſtico detur aliqua ſimonia ob receptionem rei temporalis gratis datam, abſque alia conuentione, & quæ ſit.

22 REſp. affirmat. & aio tantum eſſe, quãdo Eccleſia prohiberet donationem gratuitã intuitu Religionis in aliqua materia, quæ aliquo modo ſpectat ad commutationem rerũ ſpiritualium cum temporalibus, tum iniuria rerum ſacrarum itario eſt, quia poteſt Eccleſia prohibere gratuitam largitionem, & receptionem rei temporalis, factam intuitu ſpiritualis miniſterij, quia licet gratuita donatio vt ſic non ſit contractus oneroſus; tamẽ quando vna res non datur, niſi alia recipiatur, coram hominibus habet aliquam vmbram venditionis, & ſic poteſt prohiberi ob reuerentiam rerũ ſacrarum ad vitãdam ſpeciem ſimoniæ. Et ſicuti poteſt, vt ex dictis patet dari ſimonia cõtra ius humanum ratione materiæ, & pretij, conſtituendo aliquid pro materia, vel pretio ſimoniæ, quod in ſe non eſt, ita etiam poteſt ex parte contractus conſtitui aliquid, quod vere talis non ſit ad tollẽdam ſuſpicionem.

23 Vnde quæuis alia prohibitio accipiendi aliquid ſponte oblatum, niſi fiat tali intuitu non ſufficit ad conſtituẽdam receptionem illam ſimoniacam, & niſi textus expreſſe rationem ſimoniæ explicet, accipere aliquid gratis datum contra eius prohibitionem erit aliud peccatum, non ſimonia v. g. ſi Prælatus viſitans, aliquod munus accipiat, nõ erit ſimonia, quia *cap. 1. de cenſ.* vbi id prohibetur non exprimitur fieri ob reuerẽtiam ſacrarum, & ad ſuſpicionem ſimoniæ vitãdam. Et idem dicas de prohibitione

*in c.ſtatutum de reſt.in 6.*nam intendit integritatem Iudicij, dum prohibet quidcquam accipi à Iudicibus delegatis &c. à Sede Apoſtolica. Contra vero prohibet ſub ratione ſimoniæ, ne examinatores quidquã gratis accipiant.*ſeſſ.24.ca.18.de reform.* ita Suar. *cap.49.*ſequitur Bonac.*q.4.5.5.num.3.* vide infra *diſp.35.à num 5.*

24 At Caſtropalaus *lo.c.* quamuis Suarium ſequatur, quatenus ait poſſe Eccleſiã ſtatuere, vt aliqua donatio gratuita ſit ſimoniaca; tamen contendit de facto nullam eſſe talẽ prohibitionẽ (excepta materia beneficiorum,) quę faciat ſimoniam gratuitam donationem. Et iura à nobis poſita, & alia, quę adduci ſolent, explicat, quod loquãtur de receptione per modum pretij, & ſic cõcludit in foro conſcientię nũquam eſſe ſimoniam ex parte dantis, aut recipientis donationem gratuitã. vide ipſum *hic pu, 5.per totum* vbi addicit Farinac.*conſ.75.num.3.*& Zerolã *prax.epiſc. ver.ſimonia.* dicentes nunquam eſſe ſimoniam abſque pacto, & conuentione, quod etiam clare docet Leſſius *l.2.c.35.dub.10.nu. 62.* ibi *quia ceſſat pactio, & ratio debiti, quæ neceſſaria eſt ad Simoniam,* & eſt valde probabilis opinio. vide infra *diſ.35.à.n.6.*

DISPVTATIO XXXIV.

Explicatur quando ob redimendam vexationem, vel litem componendam, poſſit fieri pactio, vel traditio re temporalis, ad obtinendam ſpiritualem, abſq; Simonia reali, & conuentionali.

PRæter ea, quæ de redemptione vexationis in receptione Sacramentorum in ordine ad ſimoniam Iure Diuino, & ex natura rei diximus *diſp.7.*aliqua nunc videnda ſunt, præſertim quo ad materiam beneficiorum, & in ordine ad ſimoniam iure poſitiuo inductam.

(:+:)(:+:)(:+:)

QVÆRES. I.

An ſit Simonia dare aliquid temporale, ſeu de eo pactum facere ad redimendã vexationem, qua aduerſarius iniuſte intendit tollere ius acquiſitum, ſeu obtentum beneficium, vel aliquod ſpirituale donum.

1 REſp.negat.ſed eſſe licitum: ratio eſt, quia in dicto caſu non datur donum temporale pro re ſpirituali, neque hæc acquiritur media re ſpirituali; nam iam ſupponitur acquiſita. ſed tantum iniuria, quam aduerſarius iniuſte præſtat, vel machinatur, redimitur. Eſt communis DD.ſententia, cum D.Thom.2.2.*qu.*100.*artic.*2. Gaet.Soti &c. *& in 4. diſt. 25. & cap. dilectus 1.de Sim.*omnes ſcribent.Paul. Burgen.*de irreg.tom.de Simon,num.*58. Nauar.*cap.25.num.*102. Rebuff. *practi.de Sim.in ren.à.*18.& poſt Suar.*lib.4. cap.50.num* 2.omnes Recent.

2 Ad hoc autem, vt redemptio vexationi illatæ ad tollendũ ius acquiſitum ſit licita, ſunt neceſſariæ he cõditiones. primo vt ius ſit certum, & indubitatum, ad quod ſufficit ſẽſus peritorum in tali ſcientia. vide Redoan. *3.par.cap.2.num.16.*

3 Secunda vt ius ſit plenũ in eo genere, ſiue ſit in re, ſiue ad rem v.g. electus ſi iniuſte turbatur à ſua electione, poteſt pecunia vexationem redimere, quia habet ius plenum in eo genere, nempe in iure ad rem. Et præſentatus habet ius plenum in ſua præſentatione: at ſi vellet pecũnia vexationem redimere circa confirmationem, eſſet ſimonia iuxta *cap.Matthæus de Simon.* ſecundum veram intelligẽtiam illius, nẽpe quod ideo reputatur ſimoniacus electus à maiori parte, quia voluit redimere vexationem circa confirmationem.

4 Tertia eſt, vt vexatio ſit iniuſte illata ſaltem quo ad modum, vt ſi habeas ius acquiſitũ, quod vna via infirmari poteſt, & alius vellet turbare, non illa via: ſed modo iniuſto, vel ſi ſit tuum ius

ius infirmum vt vnum, & ille vellet vt decem infirmare, tunc erit vexatio iniuſta, & ſic de alijs quam appellant vexationem defacto, ad differentiam vexationis iuſte illatæ, quam appellant de iure, quæſecundum omnes, nõ poteſt abſque ſimonia redimi, quia in hoc caſu mediãte pecunia vult cõparare conſeruationem beneficij, vel rei ſpiritualis, quæ non erat firma, & ſtabilis, poſito quod iuſte poteſt debilitari. ita Nauarr. *con.*41.*de Simon.* Redoan.3.*p.c.*22.*nu. vlt.* quamuis aliam addat rationem, nempe quod iuſta vexatio, eſt correctio: ſed hoc nõ probat aliud, niſi quod ſit illicita redẽptio perſeuerantiæ in malo.

5 Quarta denique conditio, vt vexatio non redimatur aliqua re ſpirituali, v.g. dando beneficium: ſed media re temporali; nam alias erit ſimonia, quia datur ſpirituale pro ceſſatione à vexatione, quæ eſt quid temporale.

6 His autem poſitis conditionibus, licet vexationem redimere; etiam ſi non ſit moraliter neceſſaria: ſed alia via poſſit ius acquiſitum conſeruari, modo ſcandalum non oriatur; quia ſi ius naturale conſideremus, nec eſt ſimonia, cum non comparetur mediante pecunia aliquid ſpirituale, nec iniuſtitia, quia poti' ipſe patitur iniuriam, nec de iure poſitiuo eſt talis diſpoſitio, nec illam Theologi ſignificant. hæc Suar. *d.c.*50 *à num.*1.*ad* 15.& ſeq. Caſtrop.*pu.* 20, Regin.*l.*23,*n.*124. Bona.*q.*6.*p.*5. vbi cit. Azor.3.*p,l.*12.*c.*3.

7 Aduerto hic, ſane iuxta Suarij mẽtem ſimoniam committi ab eo, qui dat temporale alteri competitori, vt deſiſtat vel exceptiones iuſtas, aut defectus non opponat. ita Proſper. Aug. *addit. ad Quarant. ver. Simonia add.*3. Barboſa *de poteſt. epiſc. all.*60.*p.*3.*n.*54. Baſil. Pont. *lib.* 5. *de matr. cap,*13.§.6. *num.* 40. & loquens quando ius non eſt acquiſitũ, tradit Suar.*n.*18. vbi etiã alia affert exempla, nempe de eo, qui teſtes corrumpit pecunia, vt mediante eorum falſo teſtimonio ordinem aſſequatur, vel beneficiũ. vide Nauar, *conſ.*40.*de Simonia*.

Quid dicendum ſi ille, qui habet ius acquiſitum in foro externo, coram Deo illud non haberet ob aliquod occultũ impedimentum v. g. quia eſt Simoniacus.

8 Reſp. probabile eſt (quamuis nec apud Suarium inuenerim hunc caſum) poſſe adhuc redimere vexationem, quam faceret iniuſte alius, qui neſciret impedimentum, quia ſic dans non dat pro re ſpirituali: ſed pro ceſſatione ab iniuria, quam vere ille infert, nec obſtat quod corã Deo nullum ius ſit acquiſitum, quia hoc ſolum facit, vt ſic electus, vel confirmatus teneatur petere diſpenſationem, aut electioni renunciare; ſicuti ex eo, quod maritus per fornicationem occultam amiſit ius petendi, ſi alter neſciat, & nolit reddere, poteſt illam cogere, & illa iniuſtitiam committet vt dixi cum Sanchez Turrecr. Archid. Gaet. & alij *diſp.*68.*de matr.l.*1.& hoc videtur innuiſſe Suarius, *vt num.*4. retulimus, quamuis expreſſius loquatur ibi, quando ius eſt quidem validũ: ſed irritari poteſt. Nec noſtra ſententia procedit ſolum, quando opponẽs aliud falſum delictum vellet obijcere: ſed etiam ſi vellet obijcere verum: ſed occultum, quod neſcitur ab opponẽte, nec probari poteſt, quia vere adhuc ille eſt iniuſtus, vel iniquus; nam de non apparentibus, & non exiſtentibus idem eſt iudicium. *l. duo ſunt Titij ff. de teſt. tut.* quod innuit Nauarr. *conſ.*40.*de Simon. v. non obſtat.* vide aliqua de hac materia in fine *diſp.*

QVÆRES II.

An ſit Simonia dare aliquid temporale ad redimendam vexationem, quæ iniuſte impedit ius acquirendum.

9 Caſus eſt. Titius prætẽdit Electionem ad beneficium, vel aliquod ius ſpirituale, quod non dum habet. Caius conatur illius iuris acquiſitionem iniuſte per mendacia &c. impedire:

dire:quærimus an ſi Titius det pecuniam,vel donum Caio cum pacto, vt à tali conatu , ſeu vexatione deſiſtat, ſit ſimoniacus, vel alio modo peccet; nam ſi iuſte impedit.certum eſt apud omnes eſſe ſimoniam, quia tunc non eſt vexatio : ſed iuſtum obſtaculum, & dans pecuniam emit ius quod nō habet. vide dicta *num.* 7. vel ſi Titius petat à Caio pecunia mediãte,vt etiã electores inclinet , ac propenſos reddat , aut denique ſi ſubornatione ſubornationē deſtruere conatur , v.g. ſi ſcit electores media pecunia à ſuo cōpetitore fuiſſe ſubornatos,& ipſe media pecunia electores ſubornet,vt pro ſe ferant ſuffragium;nam non ſunt facienda mala vt caueantur nocumenta hæc Suar. *d.ca.* 50.*num.*18.*&* 26.ac omnes citandi conſentiũt, inter quos Bonacina ait, quod licet Monopoliũ Monopolio deſtruere , quia infertur iniuria prius Monopolium machinãtibus , nō tamen ſubornationem ſubornatione , quia infertur iniuria rei ſpirituali.

Vnde ego his diebus elapſis,bene conſului , potuiſſe tuta conſcientia , quemdam exlitigantibus ſcripturam, vel teſtamentum falſo cōficta ab alio comburere quæ ſibi ad manus deuenerunt , quia nemini fit iniuria , & eſt iuſta defenſio , cum raro ſine expenſis multis poſſit probari falſitas corã Iudice ; non tamen ſcripturam aliam falſificare, quia infertur iniuria communitati,& iuſtitiæ legali. Addit etiã Suarij dictis Caſtrop.*num.*6.non eſſe ſimoniam dare pecuniam ſubornatis, v.g.illis,quos ſcio à meo competitore pecuniam accepiſſe , vel alio modo ſubornatos fuiſſe; vt animum mutẽt: ſed eſſe periculum incidendi in ſimoniam,ac ita præſumi in foro externo, & ita probabile. putat Hurtadus 2.2. *diſp.*173.*ſec.*17.§. 243. iam ad caſum propoſitum.

10 Reſp. ſi vexans iniuſte non eſt perſona,quæ neceſſaria eſt ad collationẽ beneficij,v.g.quia non eſt elector, vel Epiſcopus confirmaturus:ſed tantum impedit v.g.detinendo violenter domi beneficij competitorem , ne ſe opponat, vel per mendacium infamando,vel precibus,aut pecunia ſubornãdo Electores ne Titium eligant : ſed alium,cum ipſe elector non ſit ; in his enim,& ſimilibus caſibus dico poſſe abſque ſimonia , & licite dari pecuniam,vel quid temporale,vt is ab iniqua vexatione ceſſet,quia redemptio vexationis ex ſe nō eſt emptio rei ſpiritualis ; licet ordinetur ad rem ſpiritualem ; vt ſi quis adhoc vt fiat habilis ad beneficium emat doctoratum, non ideo dicitur emere beneficium: ſed tantum fit veluti capax ad beneficium.ita Suarius *c.*50. & citan. DD.

11 Nec eſt iure poſitiuo prohibita, quia *c. Matthæus cit.* inquo aliqui fundantur , loquitur quando pecunia eſt data electoribus,& ſic ijs qui prodeſſe per ſe poſſunt; & parum refert , quod aliquando vexatio non contineat iniuſtitiam,vt in vltimo exemplo forte accidit , cum quis electores ſubornat pecunia vt non Titium : ſed Caium eligant,& tenet Leſſius , putans non teneri reſtituere ſic impediens.*lo. cit. num.* 109. quia ſufficit ſi ſit iniqua , & prætendenti nociua, & nec ab eo petitur vt bonum præſtet officium inducendo electores. hoc enim eſſet ſimonia: ſed tantum vt deſiſtat à malo officio. Eſt communis ſententia Recentior.Theol. quos ſequitur Valent. *diſp.*6.*quæſt.*16.*pun.*3.Leſſ.*l.* 2. *cap.* 35. *dub.*18.Arag.2.2.*quæſt.* 100. *artic.*2.& poſt Suarez *d.cap.*50.*à num.* 19. *ad* 25. tradunt Caſtropal.*pun.*20.*numer.* 4.*v. ſecunda pars.*Bonacin.*quæſt.*6. *part.* 5. *numer.*5.*&* 6.Filiucc.*tract.* 45. *cap.*11. & alij.num.ſeq.citandi.

12 Contra aliquos ex antiquis inter quos cenſetur Turrecrem. *cap. quæſitum.*1.*quæſt.*3 *numer.* 7, vbi Archid. & Raymund. mouentur. ex *capit. de hoc.de Simon.*ſed textus loquitur quando datur aliquid electoribus iuxta dicenda, nunc videamus quid dicendum.

✝

Si

Digitized by Google

Si præſtans vexationem iniuſte, poteſt prodeſſe, & vt talis eſt illam præſtat, v. g. eſt confirmator, & iniuſte opponit calumnias ad non confirmandum, vel vult indignũ eligere, & me dignum præterire &c.

13 Dicendum puto non poſſe pecunia redimi vexationem abſque ſimonia ſaltem cõtra Ius eccleſiaſticum in beneficijs, & officijs eccleſiaſticis, (nã de alijs rebus ſpiritualibus dicam in fine diſp.) cõtra vero ſi tãtũ veluti materialiter ſe habet is, qui poteſt prodeſſe in vexatione, vt ſi Epiſcopus, qui poteſt confirmare, me infamet, tunc materialiter, & per accidens eſt, quod poſſit prodeſſe ad confirmationem; nam non vexat, vt confirmator, & in eo genere, ſed vt quilibet ali'; tũc enim erit licitũ iuxta dicta numeris præced. quamuis recipiens pecuniam, ex ſua malitia, illam vt pretium electionis recipiat, vel ob pecuniam poſtea mutet animum, & me eligat &c. ratio eſt, quia ob ſpeciẽ ſimoniæ Eccleſia illam prohibuit, & quãuis talis prohibitio, non ita clare *in c. Matthæus de ſimon.* habeatur. ſufficienter tamen exprimitur poſita communi DD. ſententia, & cõſuetudine, ac ſtylo Curiæ. hanc etiam tenet Leſs. *l. cit. nu.* 108. Man. Rodr. *2. t. ſum. c.* 61. *nu.* 1. Vgol. *t.* 1. *cap.* 9. *§.* 8. *n.* 3. Sot. *l.* 9. *q.* 6. *a.* 1. *ad.* 3. poſt Suar. hìc *cap.* 50. Bonac. *d. p.* 5. *n.* 4. quamuis ibi oſtẽdat Suarium oppoſitum ſẽtire, quod verum non eſt Filiuccius *c.* 11. *q.* 3. *nu* 3. Layman. *l.* 4. *tract.* 10. *cap. vlt. num.* 22. Gordonus *lib.* 8. *Theol. mor. q.* 8. *cap.* 18. *n.* 54 Villalob. *p.* 2. *ſum. tr.* 37. *diffic.* 30.

14 Non deſunt tamen, qui putent non eſſe ſimoniam corã Deo, ſed tantum ita reputari ab Eccleſia, quia qui dat pecuniam ſolum directe intẽdit tollere prauum affectũ Electoris; & idẽ eſt de confirmatore, & pecunia poteſt dari nõ in pretium electionis, ſed in remotionẽ peccati, ſi elector vellet indignum eligere, me prętermiſſo. ita Valen. *diſp.* 6. *q.* 16. *pu.* 3. cum Adriano *quodl.* 9. quæ ſentẽtia de ſimonia iure naturæ bene procedit, vt Suarius hìc *nu.* 27. aduertit, & Caſtrop. *pu.* 20. *n.* 4. docens abſolute probabile eſſe nullam eſſe ſimoniã, *offerre tunc pecuniã ſub onere, vt eligaris*, vbi ad ſtylũ Curiæ, ait procedere pro foro externo.

QVÆRES III.

An electus, & confirmatus ſi iniuſtè à poſſeſſione beneficij acquirenda impediatur, poſſit pecunia tale impedimẽtum remouere, etiam ab eo, qui poteſt prodeſſe.

15 Reſp. affirm. & quamuis pro foro externo ſit optimum cõſilium, quod aiunt Abbas. Felin. & Alex. ad ſuperiorẽ recurrere, quando ſine magno incommodo poteſt; tamen pro foro conſcientiæ talis recurſus non eſt neceſſari', ratio eſt quia licet poſſeſſio ſit adnexa rei ſpirituali, tamen ea non redimitur ſecundum talem annexionem, ſed tantum ſecundum ſe pro vt eſt quid facti. ſuppono enim ius ipſum eſſe certum, nec vt dubium impugnari.

16 Et ſicuti negatio fructuum poſſet pecunia redimi, quando poſſeſſio eſt certa, non vero quando quis negaret fructus, volens reuocare indubium, probabile ius beneficij, ita in caſu noſtro dicendum: hanc tenet maior *d.* 25. *quæſt.* 5. qui putat non eſſe improbabile, non eſſe ſimoniam dari pecuniam pro redimenda vexatione in confirmatione ad beneficiũ, ei, qui poteſt prodeſſe. ſed ſtante Iure Canonico hæc ſententia nõ eſt admittẽda. quia etiam cõfirmatio, cõſtitutio, & collatio eſt, quid ſpirituale, ſicuti electio. Cardinalis *c. ad aures de ſim.* dicẽs eſſe cõmunem. Alex. de Neapol. *in addit. ad Abb. c. dilectus, eod,* D. Th. *q.* 100. *ar.* 2. *ad* 5 Arag. ibi *dic.* 3. *p.* 111. Leſſ. *l.* 2. *c.* 35. *dub.* 18. *nu.* 100. & poſt Suar. hìc *c.* 50. Caſtrop. *d. p.* 20. *n.* 3. Filiuc. *ca.* 11. *q.* 4. Regin. *l.* 23. *c.* 11. *nu.* 130. & Bonac. *diſp.* 5. Sanch. *l.* 2. *ca.* 3. *dub.* 30. *num.* 11. Layman. *lib.* 4. *tr.* 10. *c. vlt. n.* 22. & alij.

17 Cõtraria ſententia, quod non poſſit eſt Redoan. *pu.* 3. *c.* 22. *n.* 2. Præp. 1. *q.* 1. *nu.* 28. Vgol. *to.* 1. *§.* 8. *nu.* 5. & aliorum

Digitized by Google

quos refert, & ſeq. ex Recent. Garſia 1.*p.de beneſ.c.2.nu*,53.& hanc ſententiã putat in praxi conſulendã Bonac. *loc.cit*. quando pecunia daretur pro poſseſsione acquirenda, ſed quod ex Suario diximus eſt tutum ſatis, & commune.

18 Vnde multo magis poterit redimi vexatio ad recuperandam poſseſsionem, à qua ſum eiectus iniuſtè, & tenent etiam multi, qui cõtrariam ſententiam ſunt amplexi, & Sãchez addit, & bene iuxta Suarium poſse dari pecuniam, vt præbenda mea iniuſte alteri data mihi detur. Et quãuis hic auctor dicat ſi ſit à Prælato ſpoliatus, non poſse. intellige ſi iuſte ſpolietur, & ſeruata iuris forma, alias poſſum redimere vexationẽ iuxta dicta *nu*.8.

QVÆRES IV.

An ſaltem pro conſeruando iure acquiſito Eccleſiæ poſſit dari pecunia, quando perſona particularis non habet ius acquiſitum ad Prælationem &c. vt ſi Papa nondum ſit electus, & quis det pecuniã electoribus, vt dignũ eligãt.

19 DIco 1. in electione Papæ licitum eſt dare pecuniam Electoribus (non quidem eos præueniendo, ſed tantum quando ipſi ſunt propenſi ad indignum, vel minus dignum eligendum) ne indignus, aut minus dignus eligatur, vel etiam vt dignus, vel dignior eligatur, nõ ſolum quando tres v.g. vel plures eſſent digni inter cæteros Cardinales, & eſſent æquales meritis. ſed etiam ſi vnus tantum eſſet dignus, vel inter dignos dignior, tunc enim poteſt pecunia, vel muneribus redimi vexatio, vt digniſſimus eligatur, vel ne eligatur minus dignus. Ratio eſt, quia in his caſibus datur pecunia tantum pro redimenda vexatione, ſeu ad hoc, vt electores à praua voluntate deſiſtant, præſertim cum Eccleſia habeat Ius acquiſitum ſiue iuſtitiæ commutatiuæ, vt aliqui probabiliter putãt; ſiue iuſtitiæ diſtributiuę, vel legalis, aut fidelis diſpẽſationis, vt dignior eligatur. Ergo licet cuilibet iuxta dicta, pecunia redimere vexationem circa hoc ius. Nec refert vim facere verbis, nã idẽ eſt nõ eligere indignũ, quod eligere dignũ, & licet in vna tãtũ perſona verificetur, quod ſit dignus, vel digniſſimus, id eſt per accidẽs, & nõ mutat honeſtatem, ita Gaet.*to.2.opus.tr.9.q.3* Sot.*l.9.q.6.a.1. ad* 5.Maior.4.*d.25.q.5*. & poſt Suar. *d. c.50.à n.35*.tenet Caſtrop. *pun.2.nu.8*. Põt.*l.5.de mat.c.14.§.6.n.43*, Filiu.*c.11. à n.11*. Laym.*l.4.tr.10.c.vl.§.2.nu.23.*

20 Cõntra Sãch. *l.c.du.32*. Bonac.*q.4. pu.5.nu.11.& 12*. & alios quos tacito nomine refert Suar. *n.36*. putãtes eſſe ſimoniã ſi detur, vt eligatur dignus in comm. ſicuti ſi detur, vt dicatur Miſſa in communi, ſed nego paritatem quia tunc non eſt redimenda vexatio, vt accidit in caſu noſtro.

21 Dico 2. poſſe ẽt pecunia redimi vexationẽ, quãdo impediretur ne fieret electio Papæ, vel nimium differretur, quia licet detur pro exercitio muneris ſpiritualis, tamen cũ nõ detur pro pretio, nec eſt ſimonia iure diuino, cũ quæratur bonum totius Eccleſiæ, nec iure humano, quia nulla eſt prohibitio, vel non obligat in tanta neceſſitate, ita Suar.*num.36*.

22 Dico 3. cũ multi ſũt æque digni, nõ eſt licitũ dare pecuniam determinate pro vnius electione, quia nõ eſt dare pecuniã pro redẽptione vexationis, ſicuti numquam licebit moraliter loquẽdo inducere electorẽ, vt eligat determinatã Perſonã v.g. Petrũ, ſub hoc colere, quod ille ſit dignior, quia eſt directe inducere electores per pecuniam ad hãc perſonã, & ſi dignus eſt manifeſte, jam ſufficit dicere, dignum elige, & ſic vitatur ſcãdalũ, & redimitur vexatio. ita Maior. 4. *diſ.25.ad 2*. Gaetan.*tom.2.opuſ.tract.9. q.3*. & poſt Suar. docẽt Sanch.*lo.cit*, Bonac. *d.p.5*.

23 Cõtra tamẽ ſentit Caſtrop.*d.pu.20. n.9*. nẽpe non eſſe ſimoniã dare pecuniã, vt eligatur ille, qui dignus eſt ẽt ſi ſit tñ vn⁹, & citat Põt. vbi ſupra Leſſ. *l.2.de iuſ. cap.35. dub.19. num. 114*. & Valen.*diſp.6.quæſt.16.pu.3.ver.quarto* Sed hi non videntur loqui expreſſe de hoc caſu, nam Leſſius loquitur in

caſu

caſu neceſsitatis;at Suarius ait moraliter nō licerē, nempe quia moraliter nō accidit talis caſus, vt vnus tantum ſit dignus, quare pro praxi non puto recedendū à ſententia Suarij, niſi forte Electores eſsēt valde hebetis ingenij, & nō cognoſcerent illum, qui eſt dignior; tunc poſſēm dicere, eligite digniorem qualis eſt Petrus, quia neceſſitas, & bonum Eccleſiæ vrget, nec militat Suar. argumentum.

24 Dico 4. in alijs electionibus aliorū Prælatorum nō licet regulariter dare pecuniam iuxta dicta de Sum. Pōtif. quia in eo eſt peculiaris ratio cum requiratur in eo sūma prudentia, nec error commiſſus facile emendari poſſit. at in Prelatorum inferiorum electione ſeruandum etiā eſt, quod Canones ſtatuūt, & ideo eorum decreta in his ſeruanda ſunt, niſi forte tanta eſſet neceſſitas Eccleſię, & non pateret recurſus ad ſuperiorem, vel eſſet valde difficilis, tunc enim poſſet redimi vexatio, & quamuis ex parte accipientis pretiū ſit ſæpius ſimonia, quia cedit alicui iuri ſpirituali, vt mox dicam, & ſic nulla electio; poſſet tamen peti à Papa diſpēſatio. ita Suar. *d.c.*50. *num.*42. ſequitur Bonac. *d.p.*5. *num.*11. Reginal. *l.*23. *num.*133.

25 Quamuis Leſſ. *lo.cit.* quem ſeq. Caſtrop. *d.p.n.*8. citans Nauar. *c.*23. *n.*102. *verſ.*8. traditam doctrinam circa Papam extendant ad omnes electiones inferiorum Prelatorum; & ſatis probabiliter. vide in fine diſp.

Quid autē dicendū de redemtione vexationis in alijs materijs prẹter beneficia. vide diſp. 14. & diſp. 7.

QVÆRES V.

An recipiens pecuniam ad hoc vt ceſſet à vexatione ſit Simoniacus.

26 RESp. neg. (niſi cedat alicui iuri ſpirituali, v.g. electioni, quia tunc tam dans pecuniam, quam recipiens eſt ſimoniacus, cum redimatur quid iuris) ratio eſt, quia ex vi redemptionis vexationis, qui pecuniām accipit, nil ſpirituale vendit: ſed tantum omittit iniquam vexationem.

27 Tenetur tamen ad reſtitutionem, quia ſine vllo iuſto titulo recipit pecuniam, & dans coactus donat. nec obſtat *c. dilectus, de ſimon.* vbi Pontifex ait, compellendum eſſe ad reſtitutionem pecunię, ſi illam accipiens cum promiſsione non vexandi, non obſeruauit promiſſum, nā omiſsis aliorum ſolutionibus, prẹſertim Gloſſę ibi addentis *maxime*. ita vt ſenſus ſit teneri reſtituere, maxime ſi non obſeruauit promiſſum. dico Papā reſpondiſſe ad querelā, quę erat de non ſeruata promiſsione, in quo caſu pecunia erat omnino reſtituēda, ſiue vexatio fuiſſet iuſta, ſiue iniuſta: vnde illa nō fuit tranſactio, vt putāt Hoſtiens. & aliqui ibi, ſed redēptio vexationis: hęc optime Suar. *c.*50. *nu.*14. & 16. ſeq. Bonac. *q.*4. *p.*5. *n.*2. & 4. Regin. *lib.*23. *nu.*128.

28 Addo, quod in caſu poſito à me *n.*8. vexās iniq; tenetur reſtituere acceptum; & redimens vexationem poteſt tuta cōſcientia repetere datum; quia vexans nō habet ius exigendi, & tradens ad redimendā vexationem habet ius ad ſe defendendū. Hęc omnia applicanda ſunt; quando aliquis, vel moueret litem, vel iam mouiſſet circa ius certū quod habeo in beneficio &c. poſſum enim pecunia vexationem redimere in omnibus ſupra dictis caſib', quia vexatio eſt iniuſta, vt Suar. aduertit hoc *lib.*4. *c.*51. *n.*2. *fine.*

29 Denique ſi Nouitius peracta ſua probatione, contra formam regulæ à Monachis, vel à Superiore nō reciperetur: poſſet abſq; ſimonia hāc vexationem pecunia redimere; quia habet ius, vt ad profeſsionē admittatur poſitis debitis requiſitis, & videtur hoc ſequi ex his; quę diximus ex Suario, cum hic nō agatur de beneficio; & ex alijs DD. *num.*13. relatis.

Inferuntur varij caſus pro praxi circa redemptionē vexationis in beneficijs.

30 EX dictis in tota hac diſp. infero 1. quid dicendū *ſi Caius pecuniam*

det Titio, qui non poteſt prodeſſe; vt deſi- ab oppoſitione veri criminis, quando is talem oppoſitionē parat, ad hoc vt prætendens beneficium, impediatur: & loco ipſius amicus Titij alioquin immeritus eligatur.

Reſp. licere, quia illa vexatio procedit, ex animo iniquo, eſto non ſit iniuſta: ergo licet redimere illam pecunia; quando conſtat de praua intētione opponentis, & crimen nō eſſet tale, quod indignum redderet pretēdētem: hoc aperte dabit Leſſ. citatus *num.11. l.2.ca.35.dub.8.num.*109. vbi ait, *ſi ei, qui ſolum poteſt obeſſe licitum eſt offerre pecuniam, vt ceſſet à nocumento, quod eſt contra iuſtitiam; cur non etiam à nocumento, quod eſt contra charitatem?*

31 Vbi etiam conſequenter aio poſſe pecunia redimi vexationē ab eo, qui ex odio vellet cōtra eligendū obijcere vera crimina, ad hoc vt odium deponat, & ponat ſe in animi æquitate: quod intelligendum eſt quando hic non poteſt prodeſſe; nā ſi ſit elector, vel confirmator; & vt talis eſt, vellet opponere; non obſtante, quod faciat ex malo animo, non poteſt pecunia dari; quia moraliter eſt talis datio cōiuncta cum inclinatione ad dandum votū, nec eſt ſimile de vexāte iniuſte à quo poſſe redimi vexationem diximus *num.14.* eſſe probabile: nam hic obijciēs vera crimina vtitur iure ſuo, & non facit cōtra debitum ſui officij, eſto ob malum animū peccet. quare pro hac limitatione ſunt manifeſte DD. omnes *nu.*13. citati cum Suario, nec illi fauent Doctores citati pro contraria *num.14.*

Secundo an iuſta vexatio poſſit redimi pecunia ab eo, qui non habet obligationem opponendi.

32 CAſus ponitur à Paſqual. *dec.*237. quādo vexans nō eſſet elector, vel confirmator &c. ſed Tertius quidam, qui licet non teneatur crimina prætendentis beneficium opponere; vult tamen zelo bonæ electionis illa detegere, & ait poſſe hanc vexationem redimi. ſumma argumentorum huius Doctoris eſt: (nam ea per exteſum ponere, ſine neceſſitate prolixum erit,) quia poteſt eligendus iure ſuo naturali ſe defendere, & propulſare omne malū, quod fit à quocūq; cui nō ſubijciatur; ita vt poſſit ab ipſo puniri; atq; adeo omne malum, quod nō habet rationem iuſtæ punitionis, & poteſt adhibere pecuniam, vt medium indifferens. Cōfirmat quia accipiens pecuniam non inducitur ad actum malum; cum tantum exigatur ne noceat; nec per hoc parat ſibi viā ad electionē; quia non ponit aliquam diſpoſitionem ad ipſam; ſed tantum conſeruat bonum nomen apud Electores, qui non inducuntur adhunc potius eligendum, quam alium.

33 Sed re vera videtur eſſe ſimonia, ſaltem iure humano; cum iuſta vexatio, nō ſit vexatio, vt iam diximus nu.4. & communis ſentētia indiſtinte loquatur, nō poſſe pecunia redimi iuſtā vexationē teſte ipſomet Paſqual. *deciſ.*236. quod nō debet dici factum fuiſſe ex incōſideratione Doctorum, vt innuit Paſqualigi *num.2.d.*236. ſed quia voluerūt dare regulam vniuerſalem, ex ſacris Canonib' deductam. Quia media pecunia pararetur via ad beneficium; nām cum ea detur, & non ad tollendam vexationem, cum ea non ſit, vt diximus; nec ad tollendum malum animum opponentis, & ad faciendum hoc opus bonum, nam ſupponimus ipsū moueri Sancto Zelo, & manifeſtationem eſſe bonam; & opus virtutis; remanet vt tantum detur ad facilitandam viam, ad beneficium media pecunia, quod nullo modo licitum eſt per Sacros Canones, vt ex dictis tota hac diſput. & ſuperioribus patet. Et ſi non licet ſecundum omnes, quando vexatio eſt iuſta, dare pecuniam ad illam à mouendam, vt beneficium obtentum ſecurius, & firmius retineatur: multo minus licebit redimere vexationem pro beneficio obtinendo, vt bene Suar. *l.4.c.50.n.*18. cum alijs quos citat, & *quæſt.2.* viſum eſt,

Digitized by Google

eſt,& Nauarr. *conſ. 39. de ſimon. & ſeq.* quem laudat Suar. *d. loc.* aperte hoc ſetit; dum ait eſſe ſimoniam dare pecuniam, ne quis denunciet defectum aliquod ad beneficium &c. vt *n.7.* dixi, & per hæc manent ſoluta, quæ ad cõfirmationem attulit Paſqualigius.

34 Tantum noto eius præcipuum argumentum nimium probare: nam ex eo ſequitur quod poſſet dari pecunia ipſi Electori, addandum ſuffragium, quia is affert negationem ſuffragij, & ſic malum, & non eſt talis, cui eligendus ſubijciatur, ita vt poſſit ab eo puniri, & per conſequens eligendus poteſt iure naturali vti, ſe defendendó, ad vitãdam illam mortificationem; nempe quod ſit prætermiſſus; nec refert, quod Elector teneatur manifeſtare, nec ne crimen eligẽdi; hoc enim ad ſimoniam eſt impertinens, ſicuti non eſſet ſimoniacus, ſi nullo pacto interueniente, vel pecunia indignum eligeret; ſicut ergo Paſqualigius non obſtante ſuo argumento, dicit tunc eſſe ſimoniam; ita etiam ego dico in caſu ab ipſo poſito eſſe ſimoniam.

35 In vno tantum caſu hanc Recent. ſententiã admitto; quando nimirum Titius Clericus haberet aliquod vitium, quod ſi ſciretur, & eueniret caſus, vt ageretur de ipſo eligendo retardet Electores: at hic caſus nõ euenit, & eſt valde remotus; puta quia, nec Canonicus vacat, nec ipſe Canonicatũ petijt, tunc poteſt Titius pecunia &c. rogare aliquẽ, qui ſcit ſuũ vitium, ne illud manifeſtet; quia hoc non eſt parare viam ad beneficiũ mediãte pecunia; ſed ſolũ ſuam bonã famã retinere, & nõ reddere ſe ineptum ad Canonicatũ, ſi quãdo caſus occurrerit: ſicuti poſſet media pecunia Doctoratus Lauream procurare, amicos, ac beneuolos omnes reddere.

36 Et eadẽ limitatione admitto eiuſdẽ Doc. placitum *decis. 238.* volẽtis abſolute poſſe dari pecuniã Electoribus, quando iſti non tenentur opponere vitium, vt illud taceant: nam ſine tali limitatione omnino eſt improbabile, vt ex dictis conſtat.

Tertio, an ſit ſimonia dare pecuniam, ad hoc, vt electio fiat iuridice v.g. ſeruata forma ſcrutinij, etiam ſi fiat de perſonæ determinatæ electione.

37 DIco nullam eſſe ſimoniam, quia redimitur vexatio ne fiat iniuria Collegio, ſeu iuri formam illam præſcribẽti; neq; implicite; neq; explicite Canonici ad hunc potius; quam ad alium eligendum inducuntur. ſic Sanchez *lib. 2. conſ. c. 3. dub. 30. num. 9.* Quod etiam licere puto, quamuis redimens hanc vexationem ſperet hoc pacto fore, vt ipſe eligatur, nil enim operatur, quod promoueat ſuam electionem, nec ex vi illius actionis facilior redditur via ad beneficium; ſicuti nec eſſet ſimonia, etiam pecunia, & muneribus inuitare Electores, vt potius in hac Ciuitate, quam in illa faciant electionem; quando hoc ipſis liberum eſt; etiam ſi ſit ſpes, vt eligatur perſona hæc determinata v.g. cuius talis Vrbis; quia id quod ex vi illius pecuniæ &c. obtinetur, nõ eſt materia ſimoniæ, & valde remote, & dubie ſternit viam ad beneficium; alias nec poſſet, quis inuitare v. g. Epiſcopum, vt apud ſe diuertat, & illũ laute habere abſq; vlla prorſus ſignificatione ſui animi: ſi ſperat per hoc beneficium; quod falſum eſt, vt ex dictis, & infra dicendis patet.

Quarto, an pro ceſſione iuris ſpiritualis, poſſit dari pecunia ad redimendam illam vexationem, nolentis cedere.

38 NVllo modo id poſſe fieri ſine ſimonia, *quæſt. 5.* vidimus; iunctis dictis quæſt. præcedentibus: nam datur illud ius ad beneficium, quod eſt ſpirituale pro pecunia, vt ex *cap. præterea de tranſ. ic.* & alijs iuribus dicit eſſe certum, & apud omnes conſtare Caſtropalaus *tra. 17. diſ. 3. pu. 19. num. 1.* alios citans.

At

39 At contrarium putat Paſqualigus *deciſ.*241. Mouetur hac conſideratione: *quod ſpirituale nunquam poteſt eſſe ipſa formalis vexatio: ſed tantum materia, per quam fiat vexatio: vexatio enim formalis eſt illa moleſtia, quæ prouenit ab animo male affecto, ſi ſit iniuſta, vel ab animo illam intendẽte ob aliquem iniuſtum finem, quia autem poſſumus nobis muneribus, & aliis huiuſmodi; etiam mediãte pacto aduerſos animos conciliare, & non aduerſos reddere beneuolos: ideo quando vexatio fit per aliquod ſpirituale; poſſumus vti pretio ad nobis conciliandum, & reddendum beneuolum animum vexantis, in eum finem; vt poſita beneuolentia deſinat vexare. Quod autem fiat ceſſio iuris ſpiritualis; hoc non eſt ex vi contractus, neq; ex vi pecuniæ: ſed ex vi animi compoſiti, & bene affecti; ita tamen, vt nec mediante animo bene affecto: ſequatur talis ceſſio ex vi pecuniæ: ſed ſequitur ex vi iudicii rationis, quod ſtante animo bene compoſito poteſt ad id mouere.* Hæc ille, cuius argumẽtum per extenſum poſui, vt Iudicet prudens Lector an tanti ſit ponderis, vt ſuadeat à communi ſententia poſſe diſcedi. Ego vero ad hanc Paſqualigi conſiderationem, ſeu rationem ſoluendam ita diſcurro.

40 Vexatio in hoc caſu ſi conſideretur in termino a quo, nẽpe ab eo, a quo prouenit, & cauſatur, eſt formaliſſimè illa non ceſſio iuris ſpiritualis; nam poſito quocumque alio, ea non poſita non eſt vexatio, & ablato quocumque alio, ea non ablata remanet vexatio: ergo formaliſſimè conſiſtit in illa nõ ceſſione iuris. Conſequentia apud Philoſophos eſt clara. Anteç. tantum indiget cõſideratione, fac enim quod habens ius ad beneficiũ, quod tu prætendis, te maxime diligat, de te bene loquatur, honoris ſigna tibi exibeat; ſi tamen velit ſuum ius manutere, & tibi non cedere, vexatio circa beneficium remanet. Contra vero ſtatim ac, ius ſuum tibi cedit, ceſſat vexatio in beneficio, quãuis ille te proſequatur in reliquis odio Vatiniano, & tua bona dilapidare intendat; adhuc dicetur non cauſare vexationem in beneficio termiuatiue vero vexatio, ſeu quatenus conſideratur in eo, contra quem alter prætendit ius ſuũ in beneficio retinere, eſt moleſtia pro vt dicit, ſeu connotat in alio negationem ceſſionis iuris ſpiritualis ad beneficium; nam aliud fingi non poteſt in hoc caſu: parum enim curat patiẽs moleſtiam vtrum alter illum amet, vel odio habeat: ſed hoc tantum animum illius affligit, & litẽ mouet, expenſas cauſat, ius labefactat, quod ſuũ ius velit ſuſtinere, circa idem beneficium: qui ergo dat pecuniam ad hãc vexationem redimendam, plane dabit adhoc, vt ille iuri ſuo ſpirituali cedat, & ad hoc vt ipſe liberetur moleſtia, non vt ſic: ſed pro vt prouenit à negatione ceſſionis iuris, quod alter habet: ergo dat pecuniam vt talis ceſſio fiat, & ſic pro re ſpirituali, quod eſt ſimonia manifeſta, atque ex his.

Reſpondetur rationi oppoſitæ.

41 NEGO vexationem eſſe illã moleſtiam prouenientem ab animo male affecto, vel ab animo illa intendẽte ob aliquem iniuſtum finem, vel iuſtum, vt fortaſſe debet legi: ſed illam moleſtiam pro vt dicit, & connotat negationem ceſſionis iuris ſpiritualis, vel pro vt eſt à nolente cedere ſuo iuri vt dictum eſt. Concedo tamẽ vltro nos poſſe muneribus aduerſos animos conciliare, & non aduerſos beneuolos reddere, at nego poſſe dari pecuniam, quando vexatio ipſa eſt ita coniuncta cum re ſpirituali: vt non poſſit ceſſare, niſi ceſſet, ſeu detur illud ius ſpirituale; quia tunc ob pecuniam datur.

42 Neque in hoc caſu habet locũ præciſio iſta dandi pecuniam ad reddendum beneuolum opponentem; & ad eius animum bene componendum; nam vel ſupponimus habere legitimum ius ad beneficium, vel non: ſed per iniuriam vexare; ſi ſecundum ſumus extra caſum propoſitũ; hic enim eſt tantum vexatio facti, & nõ iniuris, nec

nec per pecuniam ceditur iuri: ſed omittitur iniuſta vexatio. Si primum nulla eſt in hoc animi immoderatio, nullum odium, vel iniuſtitia ex vi talis vexationis: quia vnuſquiſq; poteſt licite ius ſuum tueri, & etiã aliquando tenetur: dare ergo pecuniam huic habenti tale ius, vt ceſſet à vexatione, nõ eſt aliud niſi dare, vt cedat ſuo iuri ſpirituali: nam nec odium habet, quod deponat, nec animum in compoſitum, ex vi iſtius actionis, qua ius ſuum, quod habet in beneficio vult manutenere.

43 Nec ex eo, quod *nu.* 14 cum aliquibus probabile putauerimus poſſe pecuniam dari ad reddendum iniuſte vexantem bene affectum, & vt ceſſet à peccato: ſequitur eſſe probabile poſſe in hoc caſu; quia nullum eſt peccatum, vt diximus, in iſto pro ſequente ſuũ ius, & ſic quamuis Caſtropalaus vt ibi vidimus putet illã ſententiam probabilem; in hoc tamen caſu ait non poſſe fieri ſine ſimonia, nam loquens de ceſſione beneficij litigioſi *d. pun.* 19. *num.* 1. ait conſtare eſſe ſimoniam; & reddit rationem ibi: *ratio eſt clara, quia datur aliquid ſpirituale, ſcilicet ius aliquod in beneficium pro temporale*, qua ratione dum omnes vtuntur: plane oſtendunt, non eſſe locum diſtinctioni, & formalitati quam affert Paſqualigus cuius ſententiam, & ſi maxime vellem, non poſſum probabilem putare.

Quinto, an ſi electus vexetur per viam iuris circa poſſeſſionem iam habitam poſſit pretio redimere vexationem.

44 DIcendum puto eſſe ſimoniam, vt ex Suario, & alijs ſupra *n.* 15. & 16. dixi, & ita communiter tenẽt DD. quia redimeretur pretio poſſeſſio, vt adnexa iuri ſpirituali; & ſic ex parte ipſum ius: nam qui habet poſſeſſionem beneficij; & non habet ius ſtabile, ſi dat pecuniam, ne hoc ius iuridice impugnetur; iam vult redimere ius intenſius, vt ſic dicam, cum videat, quod id quod habet eſt dubiũ, & remiſſum, ita vt poſsit ab alio tolli.

Quare nõ poſsũ acquieſcere Paſqualigo, qui *d. deciſ. n.* 2. conatur ſuadere oppoſitum, nempe licere tunc pecuniam dare ad hoc, vt alius ceſſet à lite iuſta contra beneficium, quod poſsidet: nam eius rationes videntur facile ſolui poſſe, nec habere tantam vim, vt contra commune Doctorum placitum ſit ſentiendum.

45 Obijcit 1. dictus Author nõ remanet priuatus poſſeſsione; neq; iure ad ipſam, niſi per ſententiam: vnde ante ſententiam poteſt habere ius, & poſſeſsionem pro ſuis, & vti iure naturali defendẽdi ſe, & ſua, & pretio redimere vexationem, vt contra ſua propria procedentem, in tali enim caſu redemptio vexationis eſt licita, vt quædam naturalis defenſio.

Reſp. cõcedo hunc poſſe defendere ſe, & ſua, & litigando poſſeſsionẽ beneficij quantũ poteſt ſi probabilitatẽ ſui iuris habeat, defendere; at nego poſſe redimere vexationem illatam à prætẽdente; quia cum hæc ſit iuris, vt ipſe Paſqualigus ſupponit, vexatio nõ eſt, vt iam diximus ſupra. dare autem pecuniam, ad hoc vt ille ceſſet à ſua iuſta prætentione; eſt dare pecuniam ad ius ſuũ ſpirituale dubium ſtabilendum; quod ſimoniam eſſe probauimus.

46 Obijcit 2. ſimonia ſolum committitur, quando pecunia ordinatur, ad acquirendum aliquod ſpirituale: in caſu autem dicto ordinatur tantum ad auertendam vexationem, vt vexans non vtatur iure ſuo vexandi per viam iuris.

Solutio huius argumenti ex dictis *à nu.* 39. patet; nam qui dat pecuniam ad hoc vt alter ceſſet ſuum ius ſpirituale iuridice quærere; ordinat illam ad cquirẽdum aliquid ſpiritule; nẽpe ius illud nõ ſimpliciter, ſed quatenus firmius v.g. vt quatuor, ſi durante lite competoris erat, vt duo, & ſic falſum eſt, quod aſſumit Paſqualigi *n.* 4. nẽpe dantem pecuniam ad hoc, vt ille ceſſet à vexatione iuris; non firmare ſibi ius,

ius & manere in eo ſtatu, in quo erat antea: nam manet in ſtatu ſecuriori, & iure ſpirituali, vt ita dicam pleniori, ceſſante iuſto oppoſitore, quia licet ius in ſe, & coram Deo maneat in eo ſtatu, in quo erat quando Aduerſarius iuſte ſe opponebat; tamen quãdo ceſſat alite, & ab oppoſitione manet firmius, & ſecuri' quo ad poſſidẽtem beneficium; & hoc ipſe vult, & æſtimat, parum curans de iure, vt ſic conſiderato: num ſecundum ſe ſit idem, aut diuerſum: ſed vult vt in ordine ad ſuum beneficium ſit firmius.

Sexto, An dare pecuniam alicui, ne mihi in electione exceptionem opponat, quam iure poteſt opponere, vel cõcurrenti, vt à concurſu deſiſtat, ſit ſimonia.

47 RESp. eſſe ſimoniam, ſicuti etiam eſſet ſi deretur competitori, vt deſiſtat à præſentatione ex D. Tho. 2.2.*q.*100.*ar.*2. Leſſio *lib.*2.*c.*35.*nu.*18. Pontio de Leon *lib.* 5. *de matr.cap.*13. §.6.*n.*40. & alijs, & ratio eſt clara; quia hoc pacto mediante pecunia paratur via ſecurior ad obtinendam electionem ad beneficium. ita Caſtrop. 3.*p.* *tr.*17.*d* 3.*pu.*20.*n.*2.

48 Cõtra vtramq; partem communis reſolutionis ſentit Paſqualigus *d.*247. *&* 248. cõtra primam mouetur: quia oppoſitio exceptionis eſt, quid mere temporale, & ſic quantum eſt de ſe nõ eſt materia ſimoniæ, nec trahit ſecum quid ſpirituale, quod ſit ipſi annexum; quia ad huc eſt in poteſtate electorum ſicut erat antea. Nec hic præparat ſibi viam ad electionẽ, quia non facit aliquid, quod directe tẽdit ad illam; ſed tantũ tollit impedimenta: præparatio autem viæ ad electionem tunc ſolum eſt materia ſimonię, quando eſt talis, vt trahat ſecum electionẽ. Deniq; cum dicitur quod redditur via ſecurior ad electionem, hoc non eſt verum de ſecuritate poſitiua; ſed tantum de negatiua; quia non ponitur aliquod poſitiuum, ſed tantum remouetur obſtaculum. Hæc eſt ſumma argumentorum, quæ d. Author ponit *cit. decif.*247.

49 Solutio tamen eorum ex ſupra dictis *à nu.*39. petenda eſt; nam eadem eſt omnium vis, quæ in ſuperioribus argumentis ineſt; nam parare viam ad beneficium, & reddere illam ſecuriorem ex parte eligentium, media pecunia, eſt ſimonia; qui autem mediante pecunia impedit, ne contra ſe iuſta exceptio opponatur hic & nũc, parat viam faciliorem ad beneficiũ; non ſolum negatiue, ſed poſitiue: hoc enim eſt ẽt poſitiue parare viã, nẽpe tollere impedimenta, quæ dum curro mihi ſeſe obijciũt, nec ex eo quod ſit in poteſtate electorum, vt me eligant, vel non; tollit quin ſit ſimonia datio pecuniæ ad eorum votum erga me conciliandum, quod moraliter conſtat danti pecuniam ad hoc, ne quis contra ſe opponat exceptionẽ; alias ſi ex ceſſatione exceptionis opponendæ non ſperaret electionẽ valde facilem, pecuniam non daret; nec eſt idem in hoc caſu quod eſt in præparante ſe media doctrina, bonis excẽplis, &c. ad beneficium, nam hic tantum diſponit ſubiectum ad hoc vt ſit capax beneficij, quod præciſis alijs prauis circumſtantijs, bonum eſt: at dans pecuniam ad impediendum exceptionis iuſtæ oppoſitionem, trahit ad ſe beneficium media pecunia: & ponit mediante pretio diſpoſitiones ex parte electorum, quia & ſi nõ impellantur poſitiue ad hunc eligendũ: poſito tamen quod electuri ſunt, & de hoc cogitant, & nulla ponitur exceptio, moraliter hunc eligent; vel ſaltem facilior ſequetur electio oppoſitione ceſſante.

50 Eadem fere eſt reſponſio ad argumenta poſita à Paſqualigo *decif.*248. cõtra ſecundam partem reſolutionis noſtrę; nam obiectum illicitum quod habet, qui dat pecuniam, ne alius ſecum concurrat; non eſt ceſſatio concurſus, vt ſic; ſed ceſſatio concurſus, quatenus ſecũ moraliter ſecure trahit electionem ad beneficium; quia vt dicebam nemo dat pecuniã alicui,

vt à

vt à cōcurrentia ceſſet, niſi quatenus eius cōcurſus poteſt ſuę electioni obſtare, & ceſſatio faciliorē reddit electionem, nec amplius circa hæc immoror: nam patent ſoluta ex dictis, vt lector poteſt aduertere, quare ſiue ſit paratus ad nō opponendum, ſiue non; non poſſum dare pecuniam ne opponat, vel non concurrat.

Septimo, an ſit ſimonia paciſci cum aliquo ne concurrat in hac electione, & tu non concurres cum illo in ſubſequente.

51 RESP. affirm. ratio eſt, quia obligare ſe ad non concurrendum ad beneficium eſt pretio æſtimabile; & datur ad hoc ne alius cōcurrat: ergo datur, quid temporale ad parandam viam ad beneficium: antecedēs eſt certum, & docet Sanch. *l.2. conſ. c.3. dub.3.n.13.* conſequentia patet ex dictis *à n.38.* & præſertim *à n.46.* nam per ceſſationem concurſus alterius competitoris paratur via facilior ad beneficium.

52 Contra ſentit Paſqualig. *deciſ.249.* & ſane conſequenter ad ea, quę deciſ. precedentib. docuit. Sed quia illa mihi probabilia non ſunt; ideo etiam in hoc caſu puto cum Sanchez eſſe ſimoniam iure eccleſiaſtico ſaltem.

Ad primum argumentum huius Doct. nempe ſi obligatio nō concurrendi pro poſteriori vice eſt pretio eſtimabilis, etiam obligatio non cōcurrendi pro priori vice eſt pretio æſtimabilis; atq; adeo in hoc contractu fit commutatio eorum, quę ſunt pretio æſtimabilia, & ſic nulla eſt ſimonia, ad hoc inquā argumentum.

Reſp. conceſſo atecedenti, nego cōſequentiam; nam permutare ea, quæ ad beneficia ſpectāt eſt ſimonia iure eccleſiaſtico, vt *diſp.24 à n.6.* dictum eſt, ſed hæ ceſſationes à concurſu ſpectant ad beneficia, cum parent viam ad ipſa: ergo non poſſunt inter ſe cōmutari ſine ſimonia.

(+)(+)(+)

Octauo, an cum quis ex eo, quod prodeſſe poteſt, mouetur ad vexādum, vt mediante vexatione obtineat pecuniā, committat ſimoniam, & electio ſit nulla.

53 RESP. eſſe omnino ſimoniam, & non præſumptā; quia tunc non poteſt ſaltem moraliter fieri, vt intendat accipere pecuniā, ſolum pro ceſſatione à vexatione; nam pecunia, poſita illa intentione antecedēti; neceſſario eſt coniuncta cum electione; & ſic realiter, & vere tantundem eſt, dicere; volo hunc vexare, vt hic det pecuniam ad ceſſandum à vexatione, & poſtea eligam; quantundem eſt dicere; volo pecuniam, vt eligam. Quare diſplicet hoc docuiſſe Paſqualigum *deciſ.242.* nam hæ præciſiones de medio tollunt palliate tantum ſimoniā, quæ tam pernicioſa eſt Eccleſiæ Dei, vt initio huius *lib.4.* vidimus.

54 Dabo tamen in hoc caſu, quod etiā ſi cōſtaret hæc intentio prætendenti, poſſet is dare pecuniam recta intentione ad redimendam iniquam vexationem, & ad reddendum illum in bono ſtatu, & animi æquitate iuxta Doctores relatos *num.* 14. quorum ſententiam probabilem putaui.

Nono, an quando ius ad poſſeſſionem eſt dubium, liceat pretio redimere vexationem contra poſſeſſionem illatam.

55 EX dictis *à n.1 ad 7.* patet nō poſſe ſine ſimonia id fieri; ſed quia video Paſqualigum, quamdam afferre rationem, ſeu diſtinctionem, quæ videtur in hac materia non poſſe facile accōmodari, illam diſcutiam accuratius. ſic ille diſcurrit: ſi vexatio eſt cōtra ius ad poſſeſſionem acquiſitū per electionem, quod tamen ſit dubium, tūc cum per electionem poſſideat illud ius qualecumq; ſit, & in dubijs ſit melior cōditio poſſidentis: poteſt illud ius tamquam aliquid propriū ſui defendere, & adhibere omnia media,

quę ad defenſionē ſui,& ſuarũ rerum permittuntur. Hoc argumentũ, & ea quæ ex illo deducit *à n.5* iam ſupra ſoluta ſunt *à n.43.* dicimus enim poſſe vti defenſione permiſſa à iure litigando coram Iudice competente: & in hoc poſſeſſionē illius iuris fauere, non autem pretio, vel muneribus aduerſarium iuſtũ inducendo ad ceſſionem litis, vt ſatis ſuperq; dictum eſt.

56 Iam ad aliã partē diſtinctionis traditæ à Paſqual. accedamus. ea eſt huiuſmodi: ſi vexatio ſit cõtra poſſeſſionē poſſe pretio redimi eſt extra difficultatē; nam poſſeſſio eſt, quid tẽporale: ergò dare pecuniam pro ipſa, eſt dare pro re mere tẽporali: immò datur pro propulſanda vexatione, cui cũ nõ teneatur ſubiacere poteſt illam quocumq; licito modo propulſare. Cõfirmat quia non dici poteſt, quod poſſeſſio trahat ſecum ius ſpirituale, aut corroboret, & faciat melioris cõditionis: nã poſſeſſio ſequitur ad ius, & validitas poſſeſſionis, eſt à validitate iuris acquiſiti per electionem: & poſſeſſio eſt nulla ſi ius ſit nullum, & dubia, ſi eſt dubium.

57 Antequã ad ſolutionē accedã peto à Paſqual. an loquatur de vexatione iniuſta, vel vi impediẽtē poſſeſſionē; an de vexatione iuſta: ſi loquitur de iniuſta nulla opus eſt argumẽtatione; nam vltro cõceſſimus cũ Suar. & alijs hac *diſ. n.1.* relatis id licitũ eſſe, & nũc iterũ cõcedimus, vt ſi dũ Titius poſſeſſionē beneficij, vult capere Cai' per vim illũ detineat &c. tunc ſane poteſt Titius pecuniã dare Caio, vt deſiſtat; quia militat argumentũ Paſqual. at ſi loquatur de vexatione iuſta, vt loqui debet, dum ait Suar. Palaũ, Layman, Reginald. sẽtire oppoſitũ; nã re vera iſti DD. dum dicunt nõ poſſe redimi vexationē circa poſſeſſionē iuris dubij, loquũtur de vexatione iuſta; poſito. n. quod ius ſit dubiũ, nullã cõmittit iniuſtitiã, qui illud impugnat, ex hoc quod impugnet modo iuridico.

Tunc certe Argumentum Paſqualigi facile ſoluitur: nam qui dat pecuniam, ne moleſtetur iuſte circa poſſeſsionem dubiam; dat pecuniam ne moleſtetur circa ius ſpirituale dubium: poſſeſsio enim, vt ipſe Paſqualigi dicebat, tunc dicitur dubia, quãdo ius eſt dubium; & qui vexat, ſeu impedit poſſeſsionem dubiam: ſemper fundatur in hoc, quod ius ſit dubium, & ipſum reuocat in cõtrouerſiam, vt bene Suarius *cap.50. num.31.* citato à Paſqualigi: ſicut autem diximus *à num.32.* non poſſe redimi vexationem iuſtam circa ius ad beneficium. ita nunc dicimus, nec poſſe redimi pecunia vexationem circa poſſeſsionem dubiam, vt probat hoc vltimum argumentũ Paſqualigi, quod mihi fauet, vt iam dixi, & patebit hac reſponſione.

58 Concedo enim poſſeſsionem eſſe quid temporale, & diſtinguo conſequens, dare pecuniam pro ipſa quando ius eſt certum, eſt dare pro re tẽporali concedo cõſequentiã quando ius eſt dubium nego conſequentiã; & ratio diſparitatis eſt, quia quãdo titulus, ſeu ius ſpirituale plene adeptus eſt, poſſeſsio non prætenditur, tamquam annexa rei ſpirituali; ſed vt quid per ſe ſtans. at quando ius eſt dubium, poſſeſsio manutenetur, ſeu prætenditur, vt iuri ſpirituali adhærens: nam quando impugnatur nõ impugnatur ſimpliciter, ſicuti impugnatur poſſeſsio proueniens ex iure pleno, & ſic ſemper talis impugnatio eſt iniuſta; ſed impugnatur quatenus prouenit à iure dubio, vnde ipſum ius directe impugnatur, & ſic ipſum ius media pecunia redimitur, quam doctrinam confirmo ex cõfirmatione à Paſqualigi adducta paulo ante quia poſſeſsio ſequitur ad ius, & validitas poſſeſsionis, eſt à validitate iuris acquiſiti per electionem, & eſt dubia ſi ius eſt dubium. Ad id autem quod dicebatur, quod poteſt propulſari vexatio circa poſſeſsionem, quia non tenetur illi ſubiacere iam ſatisfecimus in ſimili *num.34.* vnde nil eſt addendum.

De-

Decimo, an ſi quis det alicui pecuniam, vt metum competitori incutiat, ad hoc vt deſiſtat à cõcurſu circa electionem ad beneficium: ſit ſimonia.

59 DIcẽdum puto eſſe ſimoniã, quia mediãte pecunia parat ſibi viã ad electionem: ergo committit ſimoniam antecedẽs indiget probatione; & quidem quod per ceſſationẽ concurſus cõpetitoris, hic paret ſibi viam ad beneficium ex dictis *à n.46.* patet probatum, quod autem ſit parare viam ad beneficium mediante pecunia ſic probo; quia id quod immediate facit cõcurrentem deſiſtere eſt metus, vt ſupponimus; ſed metus cauſatur per pecuniam: ergo ceſſatio à cõcurſu cauſatur per pecuniam: nam quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.

60 Cõfirmatur, ex cõmuni Doctrina Theologorum, & canoniſtarum de qua infra *diſ.36. à num.* 17. nam ratio ob quam dicunt eſſe ſimoniam dare amicio Prelatorum pecuniam, vt impetrent beneficium &c. eſt, quia hæc interceſſio continet virtute beneficium: ergo ſimiliter hic metus in cuſſus continet virtute ceſſationem concurſus ex parte alterius prætendẽtis: ergo datur pecunia pro ceſſatione concurſus: quod ſupra diximus eſſe ſimoniacũ. Nec dicas interceſſionem cõtinere beneficium; quia immediate ſit apud Prælatum conferentem beneficium: nam vis argumenti ſtat in hoc, quod ſicuti preces continent beneficium; quia pro eo adhibentur: ita metus continet ceſſationem à cõcurſu, quia pro ea adhibẽtur, & ſicuti pecunia intelligitur ibi dari immediate pro beneficio; ita hic intelligitur dari immediate pro ceſſatione concurſus, quod autem hoc ſit ſimonia, quia eſt parare viam ad beneficium, ex ſupradictis in his corollarijs ſufficienter, ni fallor probatum eſt. vnde aliud addendum non erit. Eſto cõtrarium putet Paſqualigi *dec.* 250. ſed eius rationes ex dictis corrunt, vt conſideranti manifeſtum fiet.

DISPVTATIO XXXV.

An ſit Simonia, per tranſactionem, litem circa ſpiritualia terminare.

1 NOmine trãſactionis intelligunt DD. pactionem in aliqua lite dubia ſaltem ex partium exiſtimatione cum aliquo onere ad illam litem dirimendam, ſiue ea ſit intentata, ſiue non, *l. eleganter. ff. de cond. ind. l.2.c. de tranſact.* ad differentiam amicabilis compoſitionis, quæ eſt remiſſio in iure certo extra litem, vt cum Papa remittit fructus beneficij, vel res reſtituendas in certis creditoribus, vel cum litigantes inter ſe conueniunt, vt alter omnino cedat ſuæ actioni.

2 Et loquendo in caſu noſtro de lite circa materiam ſpiritualem erit amicabilis compoſitio, & à Canonibus approbata, ſi alter contentdentium de aliquo beneficio omnino gratis cedat iuri ſuo in gratiam alterius, vel ſi ambo arbitrum eligant, ad hoc, vt qui habet minus probabilẽ cauſam, gratis cedat, in quo non requiritur auctoritas Prælati: ſed ſolum quando vellent renunciare ex Panor. *ca. ſuper eo de tranſ.* Contra vero erit trãſactio ſi res ſpiritualis, circa quam eſt lis, diuidenda ſit arbitrio prudentum, vel ſi vnus cedat alteri rem, & hic aſſignet aliqua bona, ſeu redditus. De hac ergo præſens diſputatio inſtituta eſt ad cuius deciſionem.

3 Reſp. ſimonia eſt facere trãſactionem, in qua ius ſpirituale pro aliquo temporali remittitur; non autem quando ius ſpirituale cum alio ſpirituali compenſatur, tunc enim licet etiam ſine ſuperioris auctoritate ex vi tranſactionis, niſi forte in materia beneficiorum, in qua tranſactio facta arbitrio prudentum abſq; ſuperioris auctoritate, eſt ſimoniaca iure humano. Hæc concluſio tria continet.

4 Primum *quod ſit ſimoniaca tranſa-*

Digitized by Google

ctio rei ſpiritualis pro temporali,& contra (quæcumq; illa ſit,dummodo rationem ſpiritualis retineat)probatur, quia dare temporale pro ſpirituali, eſt ſimoniaca venditio,niſi fiat ad redimēdam vexationē,ſed in trāſactione non poteſt eſſe redemptio vexationis,quia illa eſt circa ius dubium, at vexatio circa ius certum.ita eſt cōmunis,& certa ſentētia, *ex c.1.& 2.de tranſact.*de qua præter Suar.*cap.*51.& DD.quos ipſe citat,Caſtrop.*p.*19.*n.*1. *initio*.Sanch.*l.2.c.3.du.*32.*n.*1. Filiucc. *c.*11.*num.*23.Regin.*lib.*23.*c.*11. *du.*11. Bonac.*q.*4.*§.*15.*nu.*3. Vaſq. *opuſc. de reſtit.dub.*7.*nu.*43.& alios paſſim.

5 Secundum,*quod liceat ſi fiat cum cōpenſatione alterius rei ſpiritualis proportionatæ*,vt *num.* 7. explicabo. prob. quia nec eſt intrinſece mala, nec iure eccleſiaſtico prohibita.ita Abb. *c.ſup. eo.de trāſ.*& alij ibi,& cū Suar.cit.DD.

6 Tertium,*quod in materia beneficiorum ſine auctoritate Prælati ſit ſimoniaca* probatur *ex ca. ſuper eo de tranſ.* ibi *aliàs ſi gratis,& amicabiliter inter ſe litigantes componant.* ergo ſi non gratis erit ſimonia , quia omnis pactio onerofa in beneficijs, eſt ſimonia , vt conſtat apud omnes.ita Lambert. de iure Patron.*l.3.q.9.a.6.*Reb.*pra.Cācell.* Decius.*cōſ.*436.& cū Suar.*c.*51. *nu.*11. cit.Recen.*n.*4.

Vnde bene his diebus præteritis, dixi cuidam Prælato , qui ductus bono zelo volebat,vt examinādi ad beneficium curatū promitterent, quod qui ex ipſis eſſet Parochus, non moturus eſſet litem iuſtam ad augendos fructus ſui Beneficij:dixi,inquā, hanc pactionem eſſe ſimoniacam,cum ad obtinendū beneficium promitterent cedere iuri ad ampliores fructus , ſeu reddit',& eſt remiſſio tēporalis lucri ſaltem dubij pro obtinēdo beneficio, quam eſſe ſimoniam patet ex dictis.

Explicantur varij caſus, in quibus ſit, nec ne ſimonia in tranſactionibus.

7 EX dictis infero 1.non eſſe ſimoniam trāſigere in materia iuriſditionis cedēte vno alteri circa eamdem materiam v.g.tu eligas:ego preſētabo,aut in reb' ſacris,v.g.reliquias, eas diuidēdo , vel dando vni integrū caput ſub conditione. vt alia reliquia alteri detur, & idem dico de decimis, vel alijs reb' ſpirituali annexis, ſeruata proportione,vt dixi, hoc eſt tranſigēdo,& commutando ſpirituale pro ſpirituali,vel annexū pro annexo , vt partē fructuū pro alia; vnde ſi pro reliquia peteretur Calix aureus,eſſet ſimoniæ ſpecies , quia nō ſeruatur proportio,potius.n.cenſetur peti ratione materiæ. Cōtra vero in his nō poteſt trāſactio fieri cōpenſatione pecuniæ, niſi fiat intuitu materię tantū,vt ſi de Calice eſſet lis,non ratione conſecrationis. hæc Suar.*tract.*3. *l.4.d.cap.*15. alij paſſim poſt ipſum.

8 Infero 2. quando lis eſt circa vnum beneficiū,nō licet tranſigere,ipſū beneficium diuidendo,quia indiuiſibile eſt,vel penſionē ponēdo;nam cū hæc ſit temporalis,eſſet ſimonia,vel aliud beneficiū dando cedenti ius ſuū,ſine ſuperioris auctoritate;quia eſt quædā permutatio , ſeu renūciatio in fauorē ex pacto,vel deniq;promittēdo litem omittēti accipere illū in Vicariū, aut coadiutorē,aut preſētare ad aliud beneficiū procurādo electionē &c.quia hæc pacta sūt prohibita,& cēſetur fieri cōmutatio ſpiritualis pro tēporali.

9 Ed idem dicas ſi ſit lis ſuper plura beneficia, eſt enim ſimoniaca tranſactio facta abſq; auctoritate ſuperioris ſi fiat,vt vni detur vnum,alteri aliud &c.ita Suar.*c.*15.*n.*13. *&* 14. quę ſeq. Bonac.*q.*4.*§.*15.*n.*6.Filiuc.*c.*11.*à n.*25. Sāc.*l.2.c.3.du.*32.per totū Lay.*hic.§.*5.

10 Infero 3.ſi duo beneficiarij v.g. Titius,& Caius moueant litem de beneficio ad inuicem,Caius cōtra beneficium Titij,& hic contra Caium non poſsūt trāſigere,vt Caius cedat ſuum beneficiūm Titio, & hic ſuum Caio. aut ſi Caius cedat beneficio,& Titius det aliquod ius ſpirituale , quia eſt permutatio. cōtra vero poſſunt à lite deſiſtere cum pacto, vt vnuſquiſq; ſit ſuo beneficio contentus;ac liti cedat, quia

Digitized by Google

quia non eſt tam tranſactio ſuper beneficium, quam ſuper litem, & ſic nõ eſt neceſſaria auctoritas Prelati. ſequuntur Suarium *nu.15.* cit. Recent.

QVÆRES I.

An ſi duo litigent de Beneficio, & conſtituant Epiſcopũ arbitrum, vel alium poſſit hic vni Beneficium applicare, cum onere, vt ſoluat penſionem.

11 SVppono poſſe partes de beneficio litigantes non ſolum Epiſcopum, vel alium Iudicem ordinarium, aut delegatum, ſed quẽlibet alium, (modo Clericus ſit, cum materia ſit eccleſiaſtica) in arbitratorẽ eligere, vt omnes tradunt *ex cap. niſi de Præb. & cap. de Cætero de tranſact.* & ſolum quæro an tũc talis arbitrator poſſit pẽſionẽ, vel onus tẽporale imponere. hæc ex Suar. *c.51.n.4.17.24.25.* & aliis citãd.

12 Tantum aduerto Suarium, & alios indifferenter vti verbo, arbiter, & arbitrator. proprie tamen in tranſactionibus arbitrator eligitur, qui ſcilicet non tenetur ſecũdum ius pronunciare ſentẽtiam: ſed pro bono pacis poſſe auferre de iure vnius, & dare alteri; dummodo non ſit magna læſio, quia hic etiam habet lucrum ceſſandi à lite. ita Gloſſ. *l. ſed, & ſi in ſeruum 9. ff. de receptis, & arbitris,* & in hac materia eſt manifeſtum, cum vni datur titulus beneficij, alteri penſio iuxta *c. niſi de Præb.* & aduertit Sanch. *l.6.c.13.nu.52.* ſupponitque Suarius *nu.22. circa med.*

Addo etiã poſſe laicum ſimul cũ Clerico eligi in Arbitratorem. *ex cap. per tuas 9. de arbitris,* & tradunt Vicmius *tom.1. com. opin. l.2.t.26.* Couar. *pr. c.34. num.1.* Coſta in memoral. *v. compromiſſum* Moneta *de Decim c. 8. n.23.* & alij quos ſeq. Barb. *alleg.108. p.3. de pot. ep.* nec credo Suariũ cõtradicturũ; nam ipſe poteſt intelligi, quando ſolum laicus eligeretur compromiſſarius hoc poſito.

13 Reſp. affirm. cum hac tamen differentia, quod alij arbitratores; etiam ſi ſint legati Sedis Apoſtolicæ, non poſſunt penſionem imponere: ſed adiudicando beneficium ei, qui habere verum titulũ, aut magis habere præſumitur; (nã alias eſſet iniuſtitia priuare ius habentem beneficio.) & imponendo Beneficiario onus aliquod temporale ſoluendum alteri, durante vita ipſius Beneficiarij. Et quamuis Anton. *in d.c. niſi num.6.* neget, id poſſe Arbitratores, qui non ſint Prælati partium, aut Iudices; ſaltem delegati; tamen concedit Panorm. & probatur *ex cap. niſi* ibi. *Hoc ſecundum prouidentiam intelligitur eſſe præceptum ex arbitraria poteſtate;* nam in eo caſu fuerunt conſtituti arbitratores, nõ Iudices: ſed tantum quidam Clerici. ita poſt Suar. *d.c.51.nu.42. & 43.* Caſtrop. *hic pun.19. num.7.* Reginal. *l.23.n.257.* Bonac. *q.4.§.15. à numer.12.* Filiuccius *q.13.num.31.*

14 Epiſcopus vero poteſt penſionem imponere, nempe ſupra ipſum beneficium, ſoluendam etiam poſt mortẽ beneficiarij. *ex c. de cætero de tranſ.* vbi à contrario ſenſu infertur. ita Panorm. Cardin. & alij, quos refert Gigas *de Penſ. q.6.* Caccialup. *q.5.* Gamb. *l.6. de offi. & poteſt. leg. à num. 77.* hanc docet vt pote iuri conformiorem Suar. *cap. 51. num.18.* quem ſequit. Caſtrop. *loc. cit. num.5.* vbi citat Camill. Caut. *trac. de penſ. epiſc. num.10.* Quintan. Dueñas *l.2. Eccleſ. à num. 44.* Mandoſ. *reg.33. q. 14. num.36.*

15 Contrarium tamen tenet Azor. *to. 2. l.8. c.6.* putans tãtum poſſe imponi, vt onus perſonæ; etiam ab Epiſcopo, quem ſequitur omittẽs Suarium Bonacina *q.4.§.15. num.9. ver. vt ea,* dicens ſic videri deciſum à Rota Rom. in vna Calagurit. Beneficij de Ondateg. 28. mar. 1583. quę ſentẽtia eſt probabilis, quia cum lis ſit de iure beneficiarij, æquitas poſtulat, vt ipſe tantum grauetur.

16 Nec in impoſitione oneris temporalis, aliqua eſt ſimonia, quia aſſignatur pro bono pacis, & vtilitatis, quæ temporalia ſunt, & pro compenſanda aliqua in æqualitate ratione iuſtitiæ, vel expenſis factis &c. nec *cap.2. de arbitris, & c. vlt. de rer. permut.* eſt cõtra, quia

Digitized by Google

quia in primo reprobatur arbitrium iniquum, quod à dolo cæpit originē; in ſecundo vero vituperatur venditio, quæ potius per arbitros fiebat, quam commutatio pro bono pacis, vt doctè Suarez *num.22.& 23.* immò quamuis Abbas Hoſtien. & alij in *ca. licet.* putent nō poſſe Epiſcopum imponere penſionem, quādo partes antecedēter de ea conuenerunt, tamen intellige, quando penſio eſt mere tēporalis, data ſine onere ſpirituali, tūc enim poteſt Epiſcopus, ſi iudicauerit, ponere nō ad partium inſtantiā, at ſi eſt ſpiritualis data cum onere ſpirituali, poteſt ad partium inſtantiam poni, vt notat etiam Caſtropal. *n.6.* cum Suar. *n.20.& 21.d.cap.51.*

QVÆRES II.

Cuius Prælati auctoritate poſſint hæ tranſactiones in beneficijs fieri.

17 Reſp. auctoritate Epiſcopi, & aliorum Ordinariorū, vel Arbitratorum à partibus electorū, quod intellige cum limitatione *nu.13.* poſita. Eſt. comm. ſent. *ex cap. niſi de tranſact.* Verum hoc intelligendum eſt ex vi tranſactionis, ad hoc, vt ſimoniaca non ſit; nam aliunde poterit eſſe neceſſaria auctoritas Epiſcopi, vt ſi conferēdum ſit beneficium extra litem, vel Papæ, ſi fiat tranſactio in decimis iuxta *d.l.2.diſp.5. à num. 10.* vel ſi aliqua alienatio rei Eccleſiaſticæ ſit faciēda, tunc enim requiruntur ſolemnitates requiſitæ iure. ita Suar. *d.c.51. n.10.& 16.24.& 25.* Suar. adde Vaſq. *opus. de reſt. c.6.§.2. dub.7.num.44.* vbi ait ſufficere iudicium ordinarij, Bonac. Filiucc. *l.cit.*

18 Cōtra Caſtropal. putantem requiri Papæ conſenſum in exemplis *à nu.8. poſitis*, quia eſt permutatio inter beneficia litigioſa. ſed vide dicta ſupra *diſp. 24. num. 14.* Addo iuxta Suarij doctrinam, & rei veritatem requiri auctoritatem Papæ, quando interuenit reſignatio in fauorem tertij cum onere &c. iuxta. *diſ. 24.* vt ſi duo litigent circa beneficium, & tranſigant, vt poſſidens illud renunciet cuidam tertio v. g. cōſanguineo litigantium.

DISPVTATIO XXXVI.

De cauſa efficiente Simoniæ, ſeu de Perſonis, quæ illam cōmitere poſſunt.

QVÆRES I.

An Papa poſſit eſſe Simoniacus.

NOn eſt quęſtio de poteſtate cōmittendi ſimoniam ex parte voluntatis, quia certum eſt eam eſſe defectibilem, ſed tantum ex parte legis ſimoniæ, aut materiæ, an ſcilicet ea, quæ eſt materia ſimoniæ, & ex vi legis in alijs, talis cenſetur reſpectu Pontificis talis ſit dicenda, ad quod.

1 Reſp. licet in materia in qua Iure Diuino eſt ſimonia v.g. in venditione rei ſpiritualis pro temporali pretio, poſſit eſſe Pontifex ſimoniacus, ſi illam vendat; tamen poteſt iuſtis titulis, & modis pecuniam accipere quibus à ſimonia excuſetur, ita vt vix poſſit in illum cadere ſuſpicio ſimoniæ; videte Redoan. *p.1.c.20.* Iul. Clar. *lib.1. §. ſimonia n.5.* Couarr. *regul. peccat. p.2.c.8.n.8.* Sotum *l.9.q.5.ar.2.* Panorm. Felinum, & alios *cap.1. de ſimon.* quos citat, & ſequitur Suar. *c.52.* adde Valen. *to.3.d.6.q.16.p.6. ad fin.* Molſeſ. *tract.6.cap.15.num.81.* Azor. *3.p.l.22. cap.25.* & alios Recent.

2 At vero ſi faciat contractus iure eccleſiaſtico prohibitos v. g. permutando beneficia cum onere penſionis &c. poteſt à ſimonia excuſari ex duplici capite. 1. quia materia legis non pertinet ad ipſum vniformiter, vt patet in permutatione beneficiorum, renūciationibus, exactione ſtipēdiorum, & vēditione officiorū temporaliū Eccleſiæ; leges enim circa has materias non videntur ſe extendere ad Pōtificem. nam in eius manibus poſſūt abſq; ſimonia fieri, & licet peccaret Papa ſi cōtra bonum Eccleſiæ, ea præſtaret, at ſimoniacus non eſſet.

Se-

Digitized by Google

3 Secundo excuſari poteſt, vt communiter tenent DD. quia poteſt ſecū diſpēſare, & licet ſine rationabili cauſa ſecum diſpensās peccet, non tamen eſt inualida diſpenſatio ſecundum communiorem ſententiam de qua. Suar. *de leg. l. 6. c. 19.* & nos late *in trac. de matrim. l. 8.* diximus.

4 At demus, quod Pōtifex ſimoniam committeret contra Ius Diuinum, vel cōtra leges Canonicas, quod moraliter eſt impoſſibile, vt ſcilicet ſciēs poſſe ſecum diſpenſare, nolit; tamen non incurrit pœnas contra ſimoniacos impoſitas, quia nō ſubijcitur ſuis legibus, quoad viam coactiuam, neq; poteſt ab alio de hoc vitio iudicari; ex D. Thom. 1. 2. *q.* 96. vbi DD. Panor. *c. cum veniſſent de iud. num.* 7. alia de contrahentibus cum Papa *vide diſp. vlt.* hæc Suar. *c.* 52. & omnes ſupra cit. DD. conſentiunt, & Sanch. *l. 2. c. 3. d. 3.*

5 Deniq; à fortiori patet in Rom. Curia committi poſſe ſimoniam non ſolùm ab his, qui ibi tractant negotia; ſed etiam ab officialibus Papæ, & curiam formaliter conſtituentibus; & etiam ab omnibus alijs Prælatis, ſeu Cardinalibus Papa inferiorib', tū quoad pœnam, tum quoad culpam, niſi forte in aliquibus caſibus lex ſit abrogata, ad quod requiritur patientia, & ſcientia Pontificis, vt prudenter abrogatio legis cenſeatur, vel tales Prælatos excipiat. ita Suar. *c. 52. num.* 10. *&* 11. *& c. 53. num.* 1. *&* 2.

QVÆRES II.

In quibus caſibus Prælati inferiores, & eorum Miniſtri, vt tales ſunt committant ſimoniam.

6 RESP. Epiſcopi, & eorum Miniſtri non poſſunt pro collatione ordinum aliquid petere, vel exigere etiā in ſuſtentationem abſque ſimonia, in alijs autem actibus non eſt talis prohitio. *ex c. 1. de Sim. & c. ſicut Epiſcopum 1. q.* 2. quę prohitio augetur ad ſponte oblata per Trid. *ſeſſ. 21. cap.* 1. ibi *nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam Clericalis tonſuræ, nec pro litteris Dimiſſorijs, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, aut alia quacumque de cauſa etiam ſponte oblatum Epiſcopi, & alij ordinum collatores, aut eorum Miniſtri quouis prætextu accipiant.* ex quo textu verisimile videtur ſpontaneas etiā oblationes; & donationes prohiberi vt ſimoniacas, licet non ita clare explicetur ita Suar. *cap. 53. num.* 5. iuncto *cap. 49. numer.* 7. ſequitur Filiucc. *cap. 12. numer.* 8. Bonacin. *quæſt.* 4. *§.* 1. Sanchez *l. 2. cap. 3. dub.* 19. vbi citat Man. Rodriq. 2. *tom. ſum. cap. 58. numer.* 10. Capuam *l. 2. deciſ. cap. 95. numer.* 59. qui loquuntur etiam, ſi quid gratis oblatum recipiāt, ante ordinum collationem.

7 At Caſtrop. *p. 5. n.* 2. putat nō eſſe ſimoniā iure eccleſiaſtico gratis oblatū recipere: ſed peccatū mortale auaritię ſi materia ſit grauis, nēpe quādo donū eſt tale, vt ſufficiat ad animū corrūpēdū; nā finis concilij eſt prohibere affectum auaritiæ, qui ſimoniæ fauet. Idē tenet Leſſ. *l. 2. c. 35. dub. 10. n.* 65. fine, vbi ait. Conciliū loqui ex præſūptione pactionis, & eſt probabilis ſētētia, quā etiā ſequutus eſt Suarius noſter *de cenſ. diſ. 31. ſect. 4. nu. 23. fine*, neq; ſane hic illū mutaſſe ſētētiā puto; nā dū ait *n.* 5. eſſe ſimoniā loquitur iuxta iura antiqua, quæ citat, vbi petitio ſuſtentationis in collatione ordinis, aut vēditio manus, quā Epiſcopus imponit &c. dānatur vt ſimoniaca, nō autē ſpōte oblatū, vt ipſemet Suarez docet *c.* 49. & licet citet Trid. *ſeſſ. 21. ca.* 1. videtur adducere ad explicādum, qui d veniat nomine Miniſtri, vt patet ibi *nam per illa verba* quacumque de cauſa. *Et illa* aut eorum Miniſtri: *quacumque vocem, vel actionem miniſtrātium collationi ordinum comprehendit.* & ſupra *cap.* 49. *numer.* 7. tantum ait *veriſimile eſt etiam ſpontaneas donationes, ſeu oblationes ex vi illius iuris eſſe prohibitas vt ſimoniacas*; quod etiam ex dicendis poterit aduerti, ni fallor.

8 Excipe 1. à prædic. Suarij Cōcluſiones Cereum, quem poteſt Epiſcopus acci-

accipere, & ſtophiola, quibus ligantur manus Sacerdotum oleo linite, vt docet Bonac. *lo.cit.ex Cardin. Declar.* non tamen poteſt accipere forcipes, pectines, & mappas, & Sacra Congr. Card. declarauit abrogatam fuiſſe hanc conſuetudinem, vt ex Piaſec. *prax.Epiſ.nu.*55. docet Barb. in Trid. *ſeſſ.*21.*c.*1.*n.*2. Excipe ſecundo, ſi quid ſponte oblatum ſit poſt collationem ordinum tunc licite poſſe recipi. ita Nauarr. *ſum.c.*23. *num.*102. *ver.*11.& Sanch. *du.*19.*nu.*4.& eſt probabile, ratio poteſt eſſe, quia Trid. dicit pro Collat. ordinum, & cum ſit materia odioſa, merito nõ debet extendi poſt collationem datam, nam munus factum non eſt pro collatione, ſed in gratitudinem &c. quamuis Suar. videatur oppoſitum ſentire *cap.*56.*n.*5. *circa finem.*

9 Nec puto nomine miniſtrantium collationi ordinum, de quibus loquitur Suar. & iura., venire pueros Epiſcopi, ſeu famulos, qui dum legitur Euangelium cereos accenſos honoris cauſa deferũt; aut qui manus Epiſcopi lauant, aut menſam ad Miſſam præparant &c. hi potius miniſtrant Epiſcopo, vt Domino, quàm ordinationi.

QVÆRES III.

An notarius poſſit abſq; ſimonia, & peccato, aliquid accipere pro litteris Dimiſſorijs, aut teſtimonialibus.

10 RESp. ſi intendat vẽdere ſuas operas, ſimoniam committit, quia eius actio eſt annexa ſpirituali muneri, nempe ordini veluti conſequenter; quia ob illud teſtimonium commode exercetur, at ſi Notarius habeat ſalarium ab Epiſcopo, peccat contra iuſtitiam aliquid accipiendo pro ſuſtentatione, & probabile eſt, tunc eſſe etiam ſimoniam, quia licet in rigore non ſit, niſi præſumpta, tamen ſuppoſita prohibitione Canonum id prohibentium intuitu Religionis, probabile eſt eum committere ſimoniam. ita Sylu. *v. ſimon. q.*8. Duran. *4.d.*25.*q.*3. Sotus *lib.*9.*q.*6.*a.*1.& poſt Suar. *ca.*53. *nu.*7.& 8. docet Sanch. *l.*2.*c.*2.*dub.*20. vbi plures citat ex antiquis. Bonac. *q.*4.*§.*5.*n.*4. Regin. *l.*23.*n.*200.& alij.

11 Poteſt tamen licite accipere decimam partem vnius aurei, vbi non eſt conſuetudo in contrarium, & ſtipendium nõ habet aſſignatum, nam nec Prælati diuites tenẽtur illud aſſignare, ac denique vt nihil lucri illius ad Epiſcopũ deueniat, vt patet ex Trid. & tenent omnes cum Suario, qui optime aduertit *n.*12. non eſſe prohibitionem notarijs, & ſimilibus v. g. ſecretario &c. accipiendi ſtipendium, ſeu pretium in collationibus beneficiorum faciendo contractus &c. ſed ſeruandæ ſunt regulæ generales, ne ſint iniuſti, ſi exigant vltra, id quod debetur, vel ſimoniaci, ſi ratione ſpiritualitatis plus exigant. ſequitur Caſtrop. *pun.*12. *num.*9. Garcia *de ben.* 8.*p. cap.*1. *num.*80.

Addo, Suarij dictis poſſe notarium ſiue ante, ſiue poſt Ordinum collationem datum omnino gratis accipere ab eo, qui ſcit non plus debere, quam decimam vnius aurei partem, nam Tridentinum, cum loquitur de notarijs non prohibet ſponte oblatũ, ſed tantum quando agit de collatoribus ordinum, aut eorum miniſtris. Contra vero ſi accipiat plus pro eo, quod facit dimiſſorias pro ordine digniori, erit ſimoniacus contra Ius Diuinum. nec Suarius hæc negabit iuxta regulas ſupra poſitas, ſolum enim hic loquitur, quãdo daretur pecunia, per modum ſtipendij. ita Sanch. *lo. c.* Hoſt. *c.*1. *de ſim.* vbi Ant. *n.*7. Lud. Lop. 1 *par. init. noui c.*301. & alij.

QVÆRES IV.

An Aduocati, & teſtes in cauſis ſpiritualibus recipiendo pecuniam pro patrocinio, & teſtimonio ſint ſimoniaci.

12 DIco 1. Aduocati poſſunt in quacumque cauſa ſuum patrocinium

nium vendere abſq; ſimonia. *cap. non ſane.14 quæſt.5.*

13 Dico 2. valde probabile eſt, quando teſtis corrumpitur pecunia in cauſa ſpirituali, eſſe ſimoniam, ſicuti quãdo Iudex in ſimili cauſa corrũpitur, & eſt ſimonia. ex Panor. *cap. tua nos.num.6.de ſimon.*

14 At ſi teſtis nolit verũ teſtimonium dicere, niſi mediante pecunia, dans nõ erit ſimoniacus, quia redimit vexationem, at recipiens erit iniuſtus, & non ſimoniacus, niſi directe recipiat illam, vt pretium ad promouẽdam cauſam ſpiritualem: ſi verò vt ſtipendium, aut pretium ſui laboris, nullum erit peccatum hęc Suar.*c.53. à num.9.*& Vgolin.*tab.1.c.53. §.1.n.2.* ſequitur Bonac.*q.4.§.17.n.vlt.*Filiuc. *c.12.q.6.n.11.* Sanchez *conſ.l.2.ca.11, dub.21.* vbi loquitur abſolutè, & ait, etiam ſi cauſa ſit tẽporalis, ſed Iudex eſt eccleſiaſticus, quia tunc mediante pecunia vs' eccleſiaſticę iuriſditionis habetur, quod nõ eſt improbabile.

15 Verum ergo probabilius puto nõ eſſe ſimoniam, etiam in cauſa ſpirituali teſtimoniũ ferre ob pecuniam, ſiue teſtes ſint laici, ſiue clerici, quia teſtificari nil aliud eſt, niſi manifeſtare veritatem, præſertim ſi pecuniam poſtularet vt ſtipendium. In hanc inclinat Caſtropal. *loc.cit.*& videtur tenere Bonacina ſupra, dum docet nõ eſſe ſimoniam, niſi accipiatur ad Iudicem inducendum, quod eſt verum, quia tunc potius eſt mediator, & eſt iuxta Suarij mentem, is enim iiſdem vtitur verbis.

16 Deniq; aduerto, quod licet Sylueſter, & alij putent eſſe ſimoniam aliquid recipere pro ſigillo in Iudice Eccleſiaſtico, aut Epiſcopo præter expenſas ceræ &c. quia eſt vendere teſtimonium, tamen verum eſt non eſſe, quia hic non habet rationem ſpiritualitatis, magis, quàm in notario. ita Sanchez *dub.21.num.3.*& alij Recentiores apud ipſum.

(+)(+)(+)

QVÆRES V.

An ſit ſimonia dare pecuniam familiaribus, aut priuatis amicis Prælatorum, vt ab eis beneficiũ, vel aliquid ſpirituale v.g. diſpenſationem &c. obtineant in gratiam dantium pecuniam.

HOc tantum explicãdum remanet in hoc puncto, nam cętera, quæ poſſent inquiri circa collationes beneficiorum decidenda ſunt iuxta dicta de collatione ordinum.

17 Dico igitur eſſe ſimoniam tam iure Diuino, quam humano, quia emitur beneficium, vel aliud pertinens ad iuriſditionem ſpirituale mediatè. adde hanc interceſſionem virtualiter eſſe quid ſpirituale, cõtinet enim virtute collationem beneficij, Sicuti ſi quis diceret, dabo tibi centum, ſi habebo beneficium medijs tuis precibus, vt omnes ſupponunt, & colligitur, *ex cap. Statuimus 21.q.1. & c.præſentium.1.q.5.* eſt cõmunis Doctorum ſententia Nauarr.*c.23.num.106.*apud quem Innoc. Panor. Ant.& Felin. *cap. tuam de ætat. & qual,* Sot. *l.9.q.7.a.3.* & poſt Suarium *hic cap.53. à num.13.* omnes fere RR. quamuis Sanch. infra citandus *num.1.* aſſerat doctiſſimum Neothericum ſenſiſſe non eſſe ſimoniam, & Greg.Lopez. *l.17.p.1. fine,* dubitare, quia ſolum emitur ſollicitudo alterius, & non beneficium, quę ſane ratio valde efficax eſt, & illã proponit noſter Suar. *lo.cit.* ſed obſtat cõmunis Doctorum ſenſus.

18 Verum ſi familiaris pecuniam acciperet in pretium laboris, vel damni emergentis, aut quia aperit ianuam, vel informat Prælatũ, non erit ſimoniacus, ſi aliquid accipiat in pretium, quãuis debeat fieri hoc vltimũ magna cautela, ne loco informationis, ſit perſuaſio, & ſic melius erit accipere aliquid pro ſtipẽdio, talis informationis, ſicuti poteſt aduocatus, vt *à n.12.* dixim'; hic enim vices Aduocati gerit. ita ex Palud. 4. *d.25. quæſt.* 5.

 Na-

Digitized by Google

Nauarr.*l.c.* Leſſ.*l.2.c.35.dub.*8. & poſt Suar. ad vnguem ſequitur Caſtrop. *pu.*11.*à nu.*4. Sanch.*l.2.c.3.dub.*26.

Addit Sanch. *n.* 8. vt probabile ex Gabriele, Vaſquez, & alijs non eſſe ſimoniã, ſi detur pecunia v.g. Petro, vt hic intercedat apud Paulum, & Paulus apud Epiſcopum pro beneficio, quia non paratur via immediate ad beneficium, & ſic ceſſat communis ratio Doctorum, & Suarij, at contrarium putat probabilius, & re vera tale eſt.

20 Id tamen vltro fatetur, Sanch. *lo.ci.* & mihi valde placet, quia videtur iuxta huc vſq; dicta ex Suarij doctrina, non eſſe ſimoniam, ſi Petrus, & Paulus inter ſe conuenerunt, vt qui prior beneficium obtineret, dabit cẽtum ſingulis annis. v.g. & Paulus obtinet beneficium pro Petro, tunc poteſt tuta conſcientia dari, ſi ſincerè, & abſque intentione obligandi illum, fiat. ſic multi docti RR. apud ipſum.

21 Et idem eſt, ſi quis deſiderans ordinari, diceret. ò ſi ordinationem haberet Epiſcopus, ego centum darem in prẽmiũ nuncianti, & amicus apud Epiſcopo intercedat, vt is ordinationem habeat, poteſt tuta conſcientia centum recipere, & forte nec faciet contra Præceptum Trident. etiam ſi recipiens ſit miniſter Epiſcopi, quia nõ accipit pro collatione ordinationem, quod vetuit miniſtris Trident. ſed in præmium ſponſionis poſitæ. Suppono autem fiere ſincere, abſque aliquo pacto tacito, neque puto hoc Suarium negaturum.

Vtrum autem poſſit mediatori fieri promiſsio de danda pecunia pro beneficio obtinendo cum proteſtatione, quod tantum cauſa gratitudinis detur, vel poſſit fieri pactum de eo, quod eſt pro gratitudine dandum. vide *diſ.32.à num.*11. ad finem, quia eadem ſunt in hoc caſu applicãda in mediatore, in quo certe militat minor ratio ſimoniæ.

(:+:)(:+:)(:+:)

QVÆRES VI.

An omnes homines cuiuſcumq; ſtatus, & conditionis poſſint Simoniam committere.

22 RESp. affirm. ſiue ſint Clerici, ſiue Religioſi, ſiue Laici, ſiue etiam Infideles, aut Vniuerſitates, vt Capitulum, & Collegium &c. quia hi in ſuis peculiaribus rationibus peccare poſſunt, v.g. Clerici vendendo miniſteria ſpiritualia, & qui primam habent tonſuram, aliquem actum iuriſditionis. Religioſi ſi pecunia mediante Religioſum acceptent, vel procurent officia, vt Prouincialatum, Rectoratum, officium Procuratoris, vel Sacriſtæ &c. *ex c. Saluator* 1.*q.* 3. Infideles etiam, ſi vellent baptiſmum emere, vel ſi res conſecratas venderẽt, vel aliorum ſimoniæ cooperãdo &c.

23 Capitulum verò quatenus tale eſt incurrit ſimoniẽ pęnas, & intelligitur eſſe ſimoniacũ nõ ratione ſingulorũ, ſed quia facit vnũ corpus, & licet coram Deo ſi ſinguli nõ cõſentiant, ſed quantũ poſſunt cõtradicant, nõ ſint ſimoniaci; tamen totum corpus cõcurrente maiori parte eſt ſimoniacũ, & peccatũ, & omnes pœnas incurrẽt propter coniũctionẽ cũ alijs. ita Suar. *c.*54. & eſt cõmu, doctrina de ſe clara.

DISPVTATIO XXXVII.

De pœnis, quæ ſunt effectus ſimoniæ.

LOquimur hic præſertim de pœnis iure impoſitis, nam certum eſt alias poſſe imponi per Iudicis ſẽtentiam, vt dicemus.

QVÆRES I.

An ob ſimoniam in alijs materijs præter ordinem, beneficium, & ingreſſum Religionis ſit aliqua pœna ipſo iure impoſita.

1 RESp. nullã eſſe. prob. quia ſi aliqua eſſet pœna ipſo iure impoſita

Digitized by Google

ob ſimoniam in alijs materijs quam in illis tribus (de quibus infra) maxime eſſet in *Extrauag. Secunda de Sim.* ſed ibi nulla eſt talis pœna ipſo iure incurrenda. ergo.

2 Maior prob. quia iure antiquo, licet multæ fuerint pœnæ ferendæ contra Clericos, & laicos *cap. reperiuntur. cap. quidquid, & ſeq. 1. q. 1. cap. ſicut de Sim. cap. de hoc.* & alibi, vt videre eſt apud Menoch. *de arbitrar. caſ.* 401. tamen ante *d. Extrauag.* non inuenitur pœna ipſo facto; nam ea debet exprimi verbis ſufficientibus, nec ſufficit argumẽtari per æquiualentiam, vel exceſſum delicti. & quamuis *diſ.* 32. *§. verum* pro ſimonia publica videatur fuiſſe impoſita ſuſpenſio, adhuc tamen illa proprie talis non erat, neque nunc ipſo facto incurritur, vt probat Suar. *diſ.* 31. *ſect.* 4. *à num.* 4. *de cenſ.* & Aduerſarij in hac fundantur, vt videre eſt in Soto *l.* 9. *q.* 8. *ar.* 7. quamuis enim aliæ extrauagantes referantur; tamen hę aut fuerunt reuocatæ, aut loquuntur in materia beneficiorum, aut cum hac Pauli II. confunduntur, quam Pius V. cõfirmauit in ſua Conſtit. *cum primum* 5. *in Bullario.*

3 Min. probat. quia dum Pontifex ibi ait, *quas.* (nempe pœnas antiquas) *ipſo facto eas incurrere volumus*, loquitur de pœnis, quas prius incurrebant ipſo facto ſecundum communiorem opinionem ſimoniaci publici, vt eas incurrant occulti: vel certe dicendum eſt, eius verba non eſſe communi vſu cum tanto rigore recepta. Et dum §. *Statuentes* ait. Omnes ſententiam excommunicationis incurrant, loquitur de ſimonia in ordine, & in beneficio, vt ex tenore conſtat; nam grauius voluit has ſimonias, quam alias punire, vt colligi etiam poteſt ex Pio V. in d. Conſtit. ita Nauar. *cap.* 23. *nu.* 111. Vgol. *tab.* 1. *cap.* 12. Felin. *cap. de Simon.* Graff. *deciſ. l.* 2. *cap.* 92. & Leſſius *lib.* 2. 35. *dub.* 25. & poſt Suar. *hic cap.* 55. Caſtropal. *pun.* 21. Garçia *p.* 8. *cap.* 1. *nu.* 44. Gordon, *t.* 2. *l.* 8. *q.* 9. *cap.* 3. *§.* 1. *numer.* 8. Sanch. *l.* 2. *cap.* 3. *dub.* 107. *nu.* 3. vbi plures citat Tanner. *in* 2. 2. *diſ.* 5. *q.* 8. *du.* 4.

4 Addit Sanch. *loc. cit. n.* 9. Suarij dictis exceptionem, quando quis daret pretium pro iuſtitia, aut gratia obtinenda in Curia Romana, in quo caſu excommunicatio ipſo iure incurritur ex Extrau. Greg. XIII. vbi alias pœnas impoſuit: De qua vide Molin. *tom.* 1. *de iuſt. diſp.* 92. & Nauar. *tom.* 2. *ſuorum operum*, at vere hæc limitatio non eſt, quia ibi non prohibetur datio pecuniæ intuitu Religionis: ſed vt *domus, & Curia à ſordibus expurgetur*, & infra. *quæ cum peſſima ſint, & Curia prædictæ exiſtimationem offendant &c.* & eas incurrunt; etiam dantes, & recipientes nullo pacto, aut promiſſione præcedenti, vt ipſe Sanchez docet *du.* 104. *n.* 56. & ſic abſque ſimonia; etiam iure eccleſiaſtico vt ex dictis patet; quod ſi hi committãt ſimoniam aliquando medijs pactionibus; id eſt per accidens ad hanc excommunicationem. Addo denique hanc excommunicationem eſſe tantum pro Curia Romana, vt notauit Suar. *de Cenſ. diſ.* 22. *ſect.* 4. *num.* 36. & merito illam non poſuit inter excõmunicationes propter ſimoniam, vt de alijs fecit.

QVÆRES II.

An propter Simoniam mentalem, vel conuentionalem in ordine, beneficijs, & ingreſſu Religionis, incurrantur pœnæ ipſo iure impoſitæ.

5 Reſp. neg. & quidem ſi ſimonia ſit pure mentalis, & non exiens in actum externum, eſt manifeſtũ, quia iuriſditio eccleſiaſtica non extenditur ad actus pure internos. Si vero habet aliquos actus externos v. g. ex intẽtione emendi beneficium do cẽtum, nulla tamen poſita pactione, ſeu promiſſione, licet poſſit tale factum per Eccleſiam puniri; tamen de facto nulla eſt pœna *ex. cap. vlt. de Sim.*

6 At de ſimonia conuentionali, & pura, licet ſi publica ſit, poſſit puniri pœna aliqua extraordinaria à Iudice Eccleſiaſtico; tamen per eamn on in-

Digitized by Google

curri pænas ipſo iure latas prob. quia iura dum pænas conſtituunt ipſo facto incurrendas non vtuntur verbis ſignificantibus ſolum vitium ſimoniæ: ſed actionem ſimoniacam executioni mandatam, *ex Extrau. 2. de Simon.* ibi *qui ſimoniace ordinati fuerint*, & infra *qui quomodolibet dando vel recipiendo*, & eodem modo loquūtur alia iura antiquiora 1. *qu.* 1. *c. Præsbyter*, & alijs, & 1. *q.* 2. *per tot. & in tit. de Simon.* ergo dum eſt ſola conuentio, & non proceſſum eſt ad executionem ſimoniæ, non incurruntur pænæ ipſo iure latæ, quia leges pænales sūt ſtricti iuris, & dum loquuntur de aliquo vitio, non attenditur malitia ſola coram Deo: ſed etiam actio ipſa materialis, & effectus conſummatus, quādo verba ſignificant actionem cum effectu, vt eſt in caſu noſtro. Eſt cōmunis ſententia Theol. & Iuriſt. & poſt Suar. *ca.* 55. *à num.* 10. docet innumeris allegatis Garçia 7. *p. ca.* 1, *à num.* 41. Caſtrop. *pun.* 12. & alij infra cit. Contra Tancredum relatum in Gloſſ. *cap. tua nos, ver, culpabiles de Sim.* quando autem cenſeatur completa actio ſimoniæ dicam *diſ.* 37.

Vnde non videtur neceſſarium, quod ait Conradus praxi benefic. *lib.* 5. *cap.* 9. *nu.* 11. & 12. ſimoniam mentalem eſſe manifeſtandam Datario, quando petitur diſpenſatio in materia beneficiorum; nam ea non eſt neceſſaria ad valorem diſpenſationis vt ipſemet Conradus fatetur; nam cum pro ea nulla ſit impoſita pæna, non debemus aſſerere eſſe hanc pænam, nempe manifeſtandi ſuum delictum occultum; nec eſt manifeſtatio neceſſaria ad vitandum peccatum ſimoniæ mentalis ne fiat, vt videtur ipſe Conradus ſentire, dum ait: *Vnde propter hoc incurrit ſaltem peccatum: ſed pro eo vitando cum caſus contigerit &c.* nā poſito quod duo velint ſua beneficia permutare, (qui caſus ponitur ab ipſo Cōrado) quorum vnum erigitur Apoſtolica auctoritate ad effectū, & animo permuntandi iam commiſſa eſt ſimonia mentalis: quia eſt intētu permutandi ſine auctoritate ſuperioris, vt ſuppono ex dictis ſupra *diſ.* 31. *n.* 7. & ſine aliquo pacto deuenitur ad actum externum, nempe ad erectionem beneficij permutandi; cum ergo petitur diſpenſatio, vt permutetur beneficium cur manifeſtandum eſt hoc factum: non quidem ad hoc vt per Papæ ſcientiam purgetur reatus culpæ, cum iam potuerit ceſſare per pænitentiā; nec ſola Papæ cognitio ſufficit ad reatum delendum: non pænæ, quia propter ſimoniam mentalem nulla pæna incurritur, vt ipſe Cōradus etiā docet: ergo ad quid iſta manifeſtatio inſeruiet? neque multum mouere debet, quod curiales, ipſo Conrado teſte, ita faciant: cum ipſi legem non faciāt niſi conſtet eſſe Stylum Curiæ Romanæ, & dato quod eſſet talis Stylus ſi quis non manifeſtaret peccatum ſimoniæ mentalis adhuc valide impetraret diſpenſationē vt de ſe patet.

QVÆRES III.

An per ſimoniam, quæ ſolum eſt contra Eccleſiæ prohibitionem, vt ea, quæ fit in permutatione beneficiorum, de quibus ſupra diſp. 4. incurrantur pænæ latæ contra Simoniacos.

7 RESpon. incurri, niſi ex verbis legis cōtrarium deducatur, quia v.g. ijs verbis vtitur, quæ non compræhēdūt aliquos caſus; vt ſi lex pænas imponat in venditione beneficiorū non extenditur ad venditionem penſionis; ſimiliter pæna impoſita in venditione officiorum eccleſiaſticorum nō extēditur ad officium oeconomi, aut aduocati, vel ad venditionem iuris patronatus; non quia hæc vendere ſit contra ius eccleſiaſticum: ſed quia verba ponentia pænam, hæc non cenſentur includere, cum nō ſint officia eccleſiaſtica, quod etiam patebit infra cum agemus de ſimonia confidētiali, quæ punitur excommunicatione; & tamen hæc pæna nō extēditur ad alias ſimonias Iure Diuino: & ratio eſt, quia licet ſimonia ſit de iure tan-

Digitized by Google

tantum eccleſiaſtico;tamen eſt vera ſimonia, & de illa loquuntur Canones indiſtinctè *ex c. cum olim de rerum prauitate, & alibi: & ex d. Extrauag. 2. de ſimon.* hæc Suar. *cap. 54.* ſequitur Caſtrop. *pu. 2. nu. 2. fine* Malder. *in 2. 2. D. Th. tr. 9. ca. 3. du. 155.* Villalob. *ſum. to. 2. tr. 37. diff. 39. nu. 2.* Bonac. *q. 7. §. 2. nu. 10.* & ex antiquis Nauar. *c. ſi quando de reſcript.* Redoan. alios referens 3. *p. c. 8.* & alij apud Suar. & cit. DD.

8 Contra Arag. *2. 2. q. 100. art. 6. dub. pæn.* vbi tamen malè citat Couarr. Caſador. & alios. Nauarr. *l. 2. de reſtit. c. 2. n. 436.* & ex Recent. Leſſ. *lib. 2. c. 35. dub. 25. num. 141.* vbi agit de permutatione. Reginal. *tom. 2. lib. 23. cap. 12. num. 184.* Sanch. *lib. 2. cap. 3. dub. 108.* ducuntur, quia in pœnis proprior, & rigoroſa ſignificatio verborum eſt tenenda; ſed permutationes &c. contra Ius eccleſiaſticum non ſunt propriè ſimonia; ergo. ſane quamuis Suario hæc ſententia non videatur probanda, mihi tamen tuta apparet, quod etiam docet nouiſſime Diana Clericus Regularis vir pietate, & eruditione inſignis *reſol. 155. tr. Miſcell. par. 4.* qui optime cōcludit, quando aliquis obtinuit beneficium data pecunia mediatori, vel ſi electores pacti ſunt, vt vnus alteri ſuffragetur, non incurrere priuationem beneficiorum, ex Sanch. qui putat eſſe ſimoniam Iure humano tantum. *l. 2. c. 3. dub. 26. nu. 9.* & Villalob. *ſum. tra. 27. tom. 2. diff. 24. n. 1. loquente in ſecundo caſu.*

9 Immò nec caret probabilitate, quod docet Nauarrus *d. l. 2.* de eo, qui penſionem ſibi reſeruat Papæ auctoritate.

DISPVTATIO XXXVIII.

De Cenſuris, & aliis impedimentis Canonicis, quæ in Ordine, Beneficio, & ingreſſu Religionis incurruntur.

AD duo capita reduci poſſunt hę pœnæ, nempe ad cenſuras, ſub quibus omnia impedimenta Canonica, irregularitatem, infamiam &c. huiuſmodi compræhendimus, & ad priuationem omnium bonorum, ſiue ſpiritualium, ſiue temporalium per ſimoniam acquiſitorum. In hac diſputatione agemus de cenſuris.

QVÆRES I.

Quæ Cenſuræ ſint latæ in ſuſceptione, & collatione Ordinis Simoniaca.

1 DIco 1. tam ordinans ſimoniace, quam ordinatus, & qui mediator eſt, vel procurator, cuiuſcūq; ſint dignitatis Eccleſiaſticæ, vel temporalis, incidunt in excōmunicationem ipſo Iure latam, non ſolum pro collatione ordinum minorū; ſed etiam pro collatione primæ tonſuræ, quia per eam quis conſtituitur in ordine clericali. Concluſio omiſſis alijs Canonibus antiquis, qui aut tantum de aliquo ordine ſacro probant, aut non imponunt excommunicationem; ſed cenſuram aliquam ferendam, aut deniq; nō ſunt in vſu, vt habes ex Proſp. Turrecr. Hugone & alijs. *c. reperiuntur. 1. q. 1. & ex cap. quicumq; ſacris,* & alibi *eod. tit.* Prob. *ex extrauag. 1. Pauli 2. ibi, qui quomodolibet dando, vel recipiendo ſimoniam cōmiſerint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint, ſeu procurauerint.* ita Suarez. *c. 56. lib. 4. trac. 3.* & eſt communis. Vgol. *de ſimon. tab. 4. c. 3. n. 2.* Salzedo ad Bernar. Diaz. *prac. Canon. cap. 91.* Alterij *to. 2. diſp. 15. c. 4.* Reginal. *l. 23. cap. 12. num. 174.* Filiuc. *c. 13. nu. 9.* Leſſius *lib. 2. cap. 35. dub. 23.* Caſtrop. *pun. 24. n. 1. de ſimonia.*

2 At de prima tonſura aliter ſentiunt Leſſius, & Caſtropal. ducuntur, quia non eſt verus ordo, & pœnæ ſunt reſtringendæ, quod certè eſt ſatis probabile; & ad Suarij argumentum poteſt dici, quod licet quis cōſtituatur in ſtatu Clericali per primā tonſurā, at nō dicitur ordinatus, ſed initiatus ad ordines, excōmunicatio aūt fertur cōtra ordinatos &c. quod ſi aliæ cēſuræ incurrantur per primā tonſurā, id exprimi neceſſe eſt, vt videbimus.

Vbi

Digitized by Google

3 Vbi aduertendum eſt hanc excõmunicationem, non incurri à notario, vel alio miniſtro, qui pro dimiſſorijs, vel ſigillo ad ordines aliquid exigeret, nec Epiſcopus, qui dedit purè ordines, ſi poſtea aliquid gratis oblatum accipiat, nam Trident. *ſeſſ. 21. cap.* 1. non imponit nouas pœnas, ſed antiquas, quæ non comprehendunt hoc caſus. ita etiam Leſſius *l.* 2. *c.*35. *dub.*24. *n.*133. Nauarr. *c.*23. *n.*111. & poſt Suar. *c.*56. Caſtrop. *lo. cit.*

4 Contra Vgol. Salzed. ſup. quos citat Suarius, quibus addo Sanchez *l.*2. *c.*3. *dub.*104. *n.*21. Manuel. *ſum. cã.* 56. *num.*6. & alios putantes incurrere notarios, vel alios miniſtros, quando faciunt contra prohibitionem Triden. exigendo aliquid in ordine.

5 Vnde conſequenter loquendo ad Suarij doctrinã dico, quod licet dans pecuniã mediatori ad obtinẽdas litteras dimiſſorias ſit ſimoniacus, quãdo eas mediator pecunia impetrauit, vt putat Sanch. *loc. cit.* (quod ego intelligendum puto, quando daret mediatori hoc animo, vt daret notario) tamen non incurrit dictam excommunicationem ob aſſignatam rationem contra Sanch. & Nauarr. apud ipſum. Cõtra vero ſi daret mediatori ad ordinem aſſequendum, quia iam mediator eſt cauſa, vt ordinatio ſimoniaca ſit ſaltẽ dãdo, quod ſufficit ad pœnas incurrendas iuxta dicta cum Suar. *diſp. preced.* licet cõtrarium ſit probabile, tenendo, quod ſit tantum ſimonia iure eccleſiaſtico, vt ibidem ex alijs dixi *n.* 8.

6 Dico 2. tam ordinantibus, quam ordinatis ſimoniacè imponitur ſuſpenſio ipſo facto incurrenda, ab executione ſuorum ordinum, nõ autem ab officio, aut beneficio. quia in *d. Extrauag.* ita exprimitur. & Sixtus V. tantum addidit, vt in ſuſpenſione celebrantes fierent irregulares, & ſi ſæculares priuentur beneficijs, regulares voce actiua, & paſſiua; præſentatori vero ſuſpenſio per triennium, *ex c. penul. de ſimon.* ita Suar. *c.*56. *nu.*11. 15. 17. & 18. de qua præter ea, quæ dicemus cum eodem Deo fauente de Cenſ. *ſect.*4. *diſp.*31. & apud cit. Recẽt. videri poſſunt, aliqua notanda ſunt, tam circa ordinatum, quam circa ordinantem.

Circa ſimoniace ordinatum.

7 NOta 1. quod ſi ordinatus ſimoniace ſit de crimine conuictus, & ſententiam Iudicis habuerit, non poteſt à dicta ſuſpenſione abſolui via ordinaria, niſi poſt decennium, quo elapſo non ſtatim ſuſpenſio tollitur, ſed poteſt obtineri à Papa diſpenſatio ex Pio V. *Cõſt.* v. & quãuis *Olim.* 8. temperauerit pœnas à Sixto V. contra male promotos iuxta ius commune: tamen contra ſimoniacos reliquit. Ita Suar. *num.*10. & ſequuntur communiter cit. Recent.

8 Nota 2. hanc ſuſpenſionem non incurri ab ordinato, qui ignorauit cõmiſſam eſſe ſimoniam, vt poſt Suar. *num.*9. docet Caſtrop. *pun.*24. *nu.*3. vbi citat Leſſ. *l.*2. *c.*33. *num.*136. Eman. Sà *ver. ſimonia. n.*12. & 13. ſequitur etiam Sanch. *l.*2. *c.*3. *dub.*104. *n.*35.

9 Duo addo huic Suarij doctrinæ, nempe non incurri ſuſpenſionem in prædicto caſu, etiam ſi fuerit ignorãtia peccaminoſa mortaliter modo nõ ſit craſſa, vt docet Sanch. *loc. cit.* & Layol. 9. *de matri. diſp.*32. cum ipſo diſputaui, quamuis Suar. oppoſitum ſentire videatur *num.* 6. nec etiam ſuſpenſionem, aut excõmunicationem ab ordinato incurri, ſi ſciens Titium pro ſua ordinatione dediſſe centum v.g. illa ſoluat Titio, quia verè nõ fuit ſimoniace ordinatus, & ſi non complacet ſibi de alterius ſimonia, non peccat ſoluens, nam vult damnum illius reſarcire. Sic Sanch. & Caſtropal. *l. c.* cum Nauar. *l.* 5. *conſil. de Sim. cã.* 10.

Circa ordinantem Simoniacè.

10 ADuerte primo, quod licet aliqui vt Præp. *cap. Statuimus.* 21. *qu.* 1. *num.*4. Sylu. *ver. Sim.* 97. putarint non incurri ſuſpenſionem ipſo iure ab ordi-

di-

Digitized by Google

dinante, niſi ſit publicus ſimoniacus; tamen ea diſtinctio non eſt admittẽda, cum etiam in antiquis iuribus *cap. quicumque ſacros.* 1. *q.* 1. *& cap. quibuſdam.* 1. 17. de ordinantibus dicatur. *eorum Deo Vindice cathedræ ceciderunt.* vbi Gloſſ. ait ipſos ordinantes etiam occultos eſſe ſuſpenſos. Et in Decretalibus *cap. pæn. de Sim.* quamuis tantũ triennalis ſuſpenſio ponatur ordinanti; tamen incurritur ab eo etiam; ſi ſit occultus; quia textus loquitur indiſtinctè. ita Suar. *d. c.* 56. *à n.* 11. ſequitur Sanch. *l.* 2. *cap.* 3. *dub.* 104. *num.* 39. Bonac. *q.* 7. *§.* 7. & alij ex antiq. apud. Suar. *loc. cit. num.* 13.

11 Aduerte 2. quod per motum Sixti V. *ſanctum, & ſalutare* conferens etiã primam tonſuram incurrit *perpetuam ſuſpenſionem à collatione quorumcumq; ordinum, atque adeo ipſius tonſuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium.* Quare nec poterit confirmare, nec conſecrare, nec alia munera, quæ requirunt Pontificalem ordinationem; incurrit pręterea interdictum ab Eccleſiæ ingreſſu, & tandem ſi ſuſpenſionem prædictam non ſeruauerint, *ſuſpenſionem incurrunt à regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, & perceptione fructuum.* Sunt verba prædictæ Bullæ. vide Suar. *à num.* 15. cum quo in tr. de Cenſuris alia quæ ad hãc rem deſiderari poſſent, dicemus. ita communiter RR. citati.

QVÆRES III.

Quæ ſint cenſuræ pro Simonia in beneficijs.

12 RESp. incurri excommunicationẽ ipſo facto tam à conferente, quam ab accetante, quam à mediatore iuxta dicta *à num.* 1. non tamen à non reuelante incurritur excommunicatio, quia in *Extrauag.* 2. *de Simon.* quæ à Pio V. fuit confirmata, non habetur niſi præceptum reuelãdi in ordine ad ſcientes. Nec ſuſpenſio ab ordine, aut beneficio incurritur ipſo iure, cum nullibi inueniatur: ſed tantum irritatio beneficij ſimoniacè habiti, vt dicemus. ita cum Suar. hic. *cap.* 56. *nu.* 6. *&* 9. Caſtrop. *pun.* 25. Sanch. *l.* 2. *cap.* 3. *dub.* 404. initio. *& num.* 8. *& ſequent.*

QVÆRES IV.

Quæ cenſuræ imponantur ipſo facto pro Simonia in Religionis ingreſſu.

13 RESp. Regulares aliquid exigentes ab ingreſſuro ſũt excommunicati ipſo facto, & ipſe dans ex vitalis executionis, & Capitulum, ſeu Conuentus conſentiens ſimoniacæ receptioni ſuſpẽditur ab omni actu requirente adminiſtrationem, & iuriſditionem eccleſiaſticam, ipſe vero ingrediens, licet ſimoniam committat aliquid à Monaſterio exigendo pro ſuo ingreſſu, non incurrit pænas dictas; nec ſi gratis det aliquid, ab accipientibus incurruntur dictæ pænæ, cum non ſit ſimonia. ita Suar. *d. c.* 56. *num.* 7. *&* 8. ſequitur Alterius *tom.* 2. *diſp.* 17. *num.* 2. & alij paſſim.

14 Probabile tamen eſt nõ incurri has cenſuras, niſi quãdo profeſſio fiat ſimoniace. De his cenſuris hæc dicta ſufficiant, reliqua habebis cum de Cenſuris. ita Suar. *num.* 7. *&* 8. vbi aduertit his cenſuris non ligari Monialesvt etiam tenent omnes, & expreſſe Turlench. *de Bulla Cruc. l.* 1. *§.* 3. *dub.* 2. *num.* 4. Caſtrop. *pun.* 23. *num.* 3. vbi ait Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 131. docere Extrauag. non eſſe quoad excommunicationem ſaltem receptam: forte in Belgio ita erit, at in Sicilia obſeruatur.

15 Solum addo Suarij dictis, quod in Societate Ieſu, videntur Conſultores Prouincię non incurrere hanc ſuſpenſionem, ſi (quod Deus auertat) conſentirent receptioni ſimoniacæ; nam eorum votum non eſt deciſiuum, bene tamen incurret Prouincialis recipiens. Ita etiã doctiſſimus Bardi putauit de hac re à me conſultus, verum nec tum puto incurrere Conſultores, vel Magiſtrum Nouitiorum, ſi Prouincialis ſcribat, ſi vobis idoneus videtur

detur eum recipite;nā vere tunc Prouincialis recipit,tenendo vero probabilem ſententiam, quod dictæ cenſuræ pro ſimoniaca profeſſione incurrantur, dicendum eſt in Societate Ieſu,incurri poſt biennium Nouitiatus, quia tunc vere in ſtatu religioſo ponitur,ſaluo aliorum iudicio.

16 Et præter has cenſuras nulla alia ipſo facto incurritur ; nā irregularitas non contrahitur , niſi celebretur poſt ſuſpenſionem, aut poſt infamiam iuris,ſicuti depoſitio , quæ non incurritur ipſo facto:ſed poſt ſententiam Iudicis,licet probabile ſit poſſe ferri pro quacumq; graui ſimonia in quacumque materia,vt etiam poſt Suarium docet Caſtrop.ex Panor.*ca.Inquiſitiones de accuſ.num.*6. & addit probabile eſſe non poſſe imponi , niſi via accuſationis procedatur. Depoſitio vero propter ſimoniam in beneficio , nec poſt Extrauag.d.incurritur ipſo iure: ſed poſt ſententiam. videte Redoan, *4.p.c.9.nu*,9.Bern.Diaz *prac.c.9.*Hoſt, *ſum.tit.de Sim.§.qua pæna*.Greg. Lop.*l*, 11.*tit.*17.*part.*1. vbi docent non eſſe deponendum,ſi delictum ſit occultū, & an imponatur, quando proceditur via Inquiſitionis.ita Suar.*c.*56.*à n.*20. cum quo alia,quæ hic deſunt proprio loco dicemus.

Quoniam vero excommunicatio, & ſuſpēſio ſtatim incurritur poſt delictum ſimoniæ realis cōſummatum, ſiue ſit publicum , ſiue occultum , vt omnes docent.

QVÆRES V.

Quando cenſeatur Simonia realis conſummata ad excommunicationem,& ſuſpenſionem ipſo facto incurrendam.

17 DIco 1.ſi pretium eſt ſolutum, at ordo, vel beneficium , aut profeſſio non eſt ſecuta, (& idem eſt de donatione rei ſpiritualis quoad alias pænas ſimoniæ ,) non incurritur ſuſpenſio , aut excommunicatio : ratio eſt, quia talis ſimonia adhuc cenſetur Conuentionalis:ergo nō incurrit pænas vt patet ex dictis diſp. præc.& iura ponentia has cenſuras ſēper requirūt traditionem rei ſpiritualis , *qui ordinati ſimoniace fuerint , qui pretio Eccleſiam obtinuerint dando, vel recipiendo*.Eſt certa ſententia Guttier.*q.canon. cap.9.à num.*8.quem citat, & ſequitur Suar.*cap.*55.*num.* 16. *& cap.* 56.*nu.*23. *&* 24. & omnes RR. tradunt. Notat etiam Suar.*d.num.*24.mediatorem ſimoniacę ordinationis,aut collationis beneficij, vel procuratorem has cenſuras nō incurrere , niſi effectu ſequuto ; nam debet intelligi de præſentatione conſummata.

18 Dico ſecundo certum eſt , incurri pænas quoties ex vtraq;parte eſt conſummata,licet non integre,quia ſcilicet pars pretij data eſt , & pars rei ſpiritualis.ita cum Suar.*num.*17.*d.ca.*55.

19 Dico tertio etiam ſi Beneficium, aut ordo ſit collatus,ſi pretium non eſt ſolutum:ſed tantum præceſſit promiſſio, adhuc non incurruntur dictæ cenſuræ,quia ſic vſu Romano receptum eſt, vt ſola ſimonia realis vtrimque completa puniatur excommunicatione,& ſuſpenſione;licet ex vi verborum iurium , quæ ſolent allegari, videatur ſufficere ad incurrendam ſuſpenſionem collatio beneficij,aut ordinis cum ſola pretij promiſſione. ita Suar.*cap.*56.*num.*33. ex Caſad. *deciſ.*5. *de Conſt.*Gomez *reg.trienn.qu.* 12. vbi teſtatur receptum eſſe Romæ.Salzed. *im prac.crim.*Berna.Diaz *cap.* 91. *l.D.* Couarr.*reg.peccatum* 2.*p.§.*8.*numer* 7. quibus addo Rodriq.2.*to.ſum.cap.*55. *num,*3.Paris de reſign.*lib.*7.*q.*2.*nu.* 16. Zerol.*Prax.Epiſc.*1.*p. verb. Simon.n.*9. & Leſſiū Auilam Azor.& alios , quos citat Garzia de benef.*p.*8.*ca.*1. *num.*9. Sanch.*l.*2.*c.*3.*dub.*106.*n.*4.Bonac. *q.*7. *§.*2.*n.*7.& nouiſſime Conradum *prax. diſpenſ.l.*5.*cap.*9.*num.*6.

Immo addo non eſſe ſimoniam completam; etiam ſi inſtrumentum pecuniæ factum ſit , & traditum alteri , qui dedit beneficium ; nam vt ait Sanchez *loc.cit.* ſcriptura non eſt pars pretij in rigore. Contraria tamen ſententia eſt multorum Gaet. 2. 2.*q.*100. *ar.*6.

Digitized by Google

*ar.*6.Soti *lib.*9.*q.*8.*ar.*1. Gabr. 4.*d.*25. *q.*3.Garz.pluribus relatis *l.c.* Caſtrop. *pu.*22.*n.*5.& eſt probabilis,tum quia habet magnum fundamentum in iure,tum quia per traditionem ordinis iam eſt collatio ſimoniaca,quam iura punire intendunt.

20 Dico 4. dato pretio ſtatim incurruntur cenſuræ dictæ ab eo momento,quo pretium eſt ſolutum , & non fit retro tractio ad tempus collati beneficij v. g. fuit tibi datum beneficiũ an.1648.ſub promiſſione ſoluẽdæ pecuniæ ſummam ann.1649. nunc ſoluis ſtatim cenſuras incurris, at non cenſeris excommunicatus, vel ſuſpẽſus pro anno preterito 1648.ratio eſt, quia nullibi talis retrotractio inuenitur,nec ex ſtylo Curiæ conſtat.nec poteſt explicari, quid operetur quoad cenſuras: nam pro illo tempore, quo non eſt ſolutum pretium, valida eſt abſolutio,& alij actus exerciti,nec retractantur, nec exercens eſt irregularis. ita cum Suar.*d.cap.*56. *à nu.*35. Caſtrop.*pu.*22.*n.*7.Filiucc. *hic ca.*13.*à nu.*17.Bonac.*lo.ci.nu.*8.contra Nauar. & alios quos citat, & ſequitur Sanch. *lo. cit.*dicens eſſe ita de ſtylo Curiæ. ſed de hoc non conſtat.

DISPVTATIO XXXIX.

Explicatur quando actiones ſacræ, & collationes rerum ſacrarum ſimoniacæ factæ ſint validæ nec ne.

QVÆRES I.

An iure naturæ ſecluſa Eccleſiæ irritatione,actiones ſacræ ſint nullæ tantum ob id, quod fiant ſimoniace.

1 REſpon. negat.ſiue hæ relinquant aliquem effectum phyſice, vel moraliter permanentem, vt ordinatio &c. ſiue nõ,vt eſt benedictio ouorum &c.Ratio eſt,quia ſicuti alia peccata mortalia grauiſſima, de ſe non irritant actiones ſacras, vt ſi quis in peccato mortali det ordines, vel Calicem conſecret,ita nec ſimonia;præſertim cum multæ ex his non ſint irritabiles per Eccleſiam,& habent ſuũ effectum independentem à culpa recipientis, vel miniſtrantis: eſt communis DD. ſententia, cum Suar. hic *cap.*57. ex qua.

2 Infero 1. quod ordinatio ſimoniacè collata,vere imprimit characterẽ, nec abEccleſia poteſt irritari,niſi quo ad vſum,nempe quia ſuſpẽditur executio, & ſic etiam valet conſecratio Eccleſiæ,& Calicis,& omnes functiones ordinum,& benedictiones Sacramentales, de quibus ſupra, quia vel irritari non poſſunt, vel Eccleſia non irritauit.Nam *cap. Eccleſia* 1.*q.*4. vbi dicitur.*Eccleſia quæ per pactionem conſecrata fuerit, potius execrata dici debet.* intelligi debet, quantum eſt ex parte conſecrantis,quia ſc. ille quantum eſt ex ſe tractat locũ veluti profanum.ita omnes cum Suar. *n.*3.*&* 5.

3 Infero 2.collationem omnium Sacramentorum validam eſſe, etiam ſi ſimoniace conferatur, vere enim recipit Corpus Chriſti, qui in communione ſimoniam commiſit. & vere conficit Sacerdos conſecrans ſimoniace, & licet accedens ad confeſſionem, & actu committens ibi ſimoniam, non recipiat Sacramentum, id nõ eſt ratione peculiari ſimoniæ, ſed peccati mortalis, ob quod ponitur obex ; & quamuis poſſet Eccleſia irritare abſolutionẽ in caſu ſimoniæ, & actus cæteros Eccleſiaſticæ iuriſditionis : tamen non irritauit ratione ſimoniæ.ita Suar.*num.*3.

4 Infero 3. validã eſſe profeſſionem Religionis factam per ſimoniã, quia nullibi talis irritatio inuenitur,ſed tãtum imponitur pœna, vt conuictus de ſimoniaco ingreſſu, à ſuo Monaſterio expellatur, & in locum auſterioris regulę collocetur. iuxta *c. quoniam de ſimon.*quod extẽditur ad omnes Religioſos in futurum. ita Vgol. §.4.*c.*16.*tab.*1.Leſſ.*c.*35.*du.*23. & poſt Suar.Caſtrop.*pu.*23.*nu.*1. Bonac. *q.*7. §.7.*pu.*2.*n.*7. Filiucc.*c.*139.*n.*7.Regin. *num.*181.*l.*23.

5 Contra Nauarr. *l. com. 4. de regul. num. 25.* quem ſequitur Sanchez *l.2. conſ.c.3.dub.105.num. 54.* indicantem teneri in cōſcientia dimittere ſuſtentationem, locum in Choro &c. quia dicit quod ius ad hęc non acquiſiuit.

QVÆRES II.

An valida ſit acquiſitio ſimoniaca rerum ſacrarum, beneficiorũ, officiorum Eccleſiaſticorum &c. ſecluſa Eccleſię irritatione.

6 RESp. affir. ratio eſt, quia ad hoc, vt talis acquiſitio ſit valida ſufficit voluntas transferentis rem à ſuo dominio, & voluntas alterius acceptantis, ſed hæ poſſunt haberi, non obſtāte ſimonia, ſi nulla lex eccleſiaſtica has translationes irritet. ergo.

7 Neq; hæc regula difficultatem habet in collatione beneficij Eccleſiaſtici, nam (ſecluſo Iure eccleſiaſtico de quo iam iam dicam) propter peccatum ſimoniæ, nec Prælatus conferens amittit eſſe talis, nec amittit capacitatem ille, in quem confertur, ſicuti non amittunt per alia peccata mortalia; vt cōtra Vicleph dicentem Prælatum in peccato mortali non eſſe Prælatum, ſtatuit Eccleſia.

8 Nec ex eo, quod Chriſtus Dominus pręcipit, vt ſpiritualia gratis dentur, ſequitur eorum translationem per ſimoniam eſſe irritam, nam is non prohibet ſubſtantiam, ſed modum dationis, qui non eſt de ſubſtātia, & eſſentia actus, & ſicuti non obſtāte lege naturali dictante, vt mutuum gratis fiat, adhuc poteſt mutuatarius acquirere dominium pecuniæ, & illa vti, non obſtante quod per vſuram habuerit; alias ſequeretur, quod etiam in ſimonia mentali beneficium eſſet reſtituendum cōtra *c. vlt. de Sim.* nam lex naturalis obligat etiam in occultis, & tandem non videtur, cui facienda ſit reſtitutio talium rerum, ſi collatio eſſet iure naturæ irrita, nō illi, qui dedit, nam nulla fuit facta ipſi iniuria, nec Deo, niſi tantum, quoad modũ facta eſt iniuria, & nō quoad ſubſtantiam rei donatæ, ita Paludan. *4.d.15.q.5.n.9.* Sylu. *v. ſimon. q.20.* Gaet. *eod.* Victo. *2.p. relec. de ſimon. n.4. & 5.* Redoan. *3.p.c.8.n.4.* loquentes *de beneſ.* & cum Suario *hîc c.57. à n.11.* docent Caſtrop. *pu.26.n.1.* Bonac. *q.7.p.2.* Sanch. *l.2.c.3.dub.111. n.2.* vbi citat Ludou. Lopez *c.306. 1.p. inſtruct. nou.* Arag. *2.2.q.32.a.7.* contra Henric. *quodl.6.q.26.* Adrian. *9. ar.3.*

QVÆRES III.

An acquiſitio rerum ſpiritualium &c. per Simoniam facta ſit iure Eccleſiaſtico irrita.

9 RESp. ſolam acquiſitionem beneficij eccleſiaſtici ſimoniacè factā irritari ab Eccleſia, ita vt nullum ius, aut titulus acquiratur per eam. & quidē quod beneficiorũ eccleſiaſticorũ acquiſitio irritetur ipſo facto, patet ex extrauag. Pauli II. de ſimon. quam Pius V. confirmauit, & quãuis cōmunis ſententia affirmet, hanc pęnam fuiſſe in antiquis Canonibus; tamen aliqua, quæ adducunt, eam non probāt; ſed in Decretalibus ſatis clare cōtinetur. *c. Matth. de Sim. & c. quod in Dubiis de renunc.* vbi Abbas. Anton. & alij Burgos *de Irreg. tit. de Sim. nu.74.* Redoan. *2.p.c.10.n.33.* & quidem de Benef. eſt comm. ſent. Theol. cũ S.Th. *in 4. diſt. 25. & 15.* & Canoniſt. vt ex cit. DD. patet. cum Suario *d. cap. 57.* docent omnes RR. infra citandi.

10 Vnde recipiēs ſimoniacè beneficiũ, etiā ſi occultus ſit, tenetur ante ſentētiā illud vna cũ fructib' perceptis, vel quos ſua culpa nō percepit, Eccleſiæ vbi eſt beneficium, reſtituere, vel ſucceſſori ſi vigeat talis conſuetudo, vel Curię Apoſtolicæ, vt aliqui tradũt ſeruari ex cōſuetudine, vt Mend. *in prax. ſignat. tit. diſpenſat cum Sim.* Conrad. *prax. diſpēſ. l.5.c.9.n.16.* alias debēt reſtitui Eccleſiæ, vel illi, ad quē ſpectarēt fructus, ſi beneficium vacaret, niſi rite habita fuiſſet compoſitio à Papa. Ratio eſt, quia cũ ex iure eccleſiaſtico nullũ ius acquiratur in illud, ſequi-

Digitized by Google

quitur iure naturę eſſe reſtituendũ cũ fructibus &c.iuxta regulas de reſtitutione facienda à poſſeſſore malæ fidei.ita Nauar.*conſ.9.de Sim.* Caſſador. *deciſ.6.de præb.*& poſt Suar.hic *à n.*23. Bonac.*q.7.pun.2.à num.* 10.Reginald. *l.*23.Filiucc.*cap.*13.Caſtrop.*pun.*25.& 26.Sanch.*l.2.c.3.dub.*115.plures citãs. Nomine autem fructuum intelligit. Suar.*num.*26.illos qui competunt ratione tituli v.g.Parochię,licet mediãte aliquo miniſterio v.g. communicandi &c.nam illa emolumenta,quæ occaſione beneficij prouenirent. v.g. aliqua ſtipẽdia promiſſis nõ ſunt reſtituenda, nec etiam vt putat Caſſad. Nauar.*l. c.* diſtributiones quotidianæ competentes Canonicis,licet in rigore verius ſit eſſe fructus beneficij, vt etiam tenet Bonacina.*num.*12.

11 Vbi bene Suarij dictis addit *nu.* 10. non ſolum deducendas eſſe expenſas iuſtas:ſed etiam ſalarium,quod debebatur miniſtro ratione miniſterij v.g. quia is, qui ſimoniace obtinuit beneficium miniſtrauit Eccleſiæ per duos annos;nam vere præſtitit obſequium Eccleſiæ.Sic etiam Henriqu.*lib.*13.*de excomm.cap.*14.*num.*3.fine.contra Couarr.4.*decret.2.p.cap.6.§.8.num.*7. Rebuff.*prax.beneſ.tit.de Sim.in reſig.n.*15.

12 Aduerto etiam vltra Suarij dicta, hæc eſſe intelligenda quando beneficium confertur ſimoniace tamquam vacans ; nam ſi quis renunciet per ſimoniam illi eſt reſtituendum vna cũ fructibus;quia non amiſit titulum beneficij,per reſignationem nullam(nõ loquor hic de ſimonia confidentiali, de qua dicam infra)ſic Sanchez.*lo.cit. dub.*118.*num.*4.dicens ſic tenere Capellam Toloſanã *deciſ.*438.Flaminiũ *l.1.de renunc.beneſic. q.*3. vide alia ap. Sanch.*loc.cit.*quamuis Tiraquell. *de retract.lingn.§.26.Gloſſ.2.num.*10. cum alij teneat valere reſignationem in præiudicium reſignatis,quod eſt probabile.

Denique optime Sanch. *dub.* 119. ait non eſſe Stylum Curiæ,vt Cameræ Apoſt.reſignentur fructus: ſed poſſe dari iuxta dicta.ex Suario *nu.*10 Pauperibus diſtribui.Sic etiam Victor.*rel. de Sim.2.p.num.*6.

Ex his infero 1.poſſe beneficiarium facere compoſitionem cum Cõmiſſario Bullæ Cruciatæ, tum quia probabile eſt fructuum reſtitutionẽ poſſe fieri pauperibus quo caſu poteſt fieri compoſitio per Bullam. ex Ludouic. à Cruce *diſ.3.dub.*10.*num.*7.Trullenc. *lib.* 3. *de Bulla compoſit.* caſu 6.*num.* 4. tum quia conceſſio facta Commiſſario eſt ampla,& extenditur ad quęcumque male acquiſita;etiam ſtando in Suarij ſententia, quod debent reſtitui Eccleſiæ, vel illi ad quem ſpectarent fructus, ſi beneficium vacaret; nam etiam ipſe ponit exceptionem, niſi fuiſſet habita compoſitio à Papa: ergo idem ſi à Commiſſario,cui Papa id delegauit , & ſic tenet multis allegatis, Doctiſſ. Bardi Magiſter meus. *p.* 3. *expoſ. Bullæ. tract.* 5. *diſſer.* 2. *ſec.* 3.*nu.*25.& 26. quem vide loquentem generaliter de eo, qui beneficium accipit titulo inualido. vide infra *diſ.*45.

Probatur,& explicatur ſecũda pars noſtræ Aſſertionis.

13 QVod autem in acquiſitione ſimoniaca cæterarum rerum ſacrarum,quæ beneficia non ſunt,non ſit facienda reſtitutio iure eccleſiaſtico,patet,quia nullibi extat irritatio acquiſitionis cæterarum rerũ ſacrarũ per ſimoniam, vt omnes docent, atque adeo.

Infero 2. poſſe tuta conſcientia ſibi retinere reliquias,vel coronam &c. quia illa emit carius ratione ſpiritualitatis,vel Indulgentiæ,qua poteſt frui etiam licite ; vel qui ius patronatus obtinuit per ſimoniam dãdo pretiũ, quia licet turpiter,tamen iuſte acquiſiuit.ita Suar.*d.c.*57.*nu.* 12. & 13.Reginal.*l.*23.*num.* 81. Filiucc. *cap.*13.*hic. num.*22.Caſtrop.*pun.*26.*num.*1.dicens eſſe communem,& alij multi.Contra Garziam *par.5.cap.9.num.*9.vbi ait inualidam eſſe vẽditionem iuris patronatus,& alios,quos citat Bonac. *qu.* 7. *p.2.n.*9. dicentes eſſe irritam collatio-

Digitized by Google

nem quarumcumque rerum ſpiritualium, ſi fiat data vel promiſſa pecunia, quorum ſententiã ipſe putat valde probabilem: ſed quod diximus ex Suario, & alijs tenendum eſt.

Infero 3. Sacerdotem poſſe vti licentia abſoluendi per ſimoniam acquisita, quia vt diximus ex Suar. *nu.* 3. *fine*. actus iuriſditionis, (niſi aliunde irritetur) nõ obſtante quod per ſimoniam ſint acquiſiti, validi ſunt. Et docent Caſtrop. & Bonacin. ſup. & Suar. *n.* 50. fine vbi ait validam eſſe licentiã conceſſam à Parocho eligendi Confeſſarium; nec ſolum valide: ſed etiam licite ſi peracta pænitentia ſimoniæ illa vtatur.

QVÆRES IV.

An Beneficium ſit reſignandum, quando ſimonia commiſſa fuit ab alio tertio, & non ab eo, qui illud recepit.

14 DIco 1. ſi tertius dedit pecuniam ſciente, & non contradicente electo, electio eſt nulla ipſo facto, iuxta ſuperius dicta; quia potens contradicere, & non faciens, cenſetur conſẽtire in ſimoniã illam. Sic etiam Leſſ. *lib.* 2. *c.* 35. *n.* 137. Vgol. *tab.* 1. *c.* 4. §. 2. & 4. & poſt Suar. *d. ca.* 57. *num.* 28. citandi Recentiores.

15 Dico 2. ſi electus, ſeu prouiſus de beneficio ſciuit tractatum de dando pretio, & voluntatem deprauatã Prælati, & contradixit. valet prouiſio, non autem ſi ſciuit iam fuiſſe datum, quia vere ſimoniace accipit. & *c. ſicut tuis* dicitur *te penitus ignorante*. ita Suar. *n.* 28. ſequit. Filiucc. *c.* 13. *n.* 23. Caſtrop. *pun.* 25. *num* 3. *circa med.*

16 Dico 3. ſi neſciens delictum, tamẽ quia timuit ſimoniam, expreſſe contradixit, valet collatio, ſiue pecunia data ſit ab amico ipſius, ſiue ab inimico, ratio eſt, quia non debet nocere factum illi, cui prorſus diſplicet ex *cap. ſicut tuis. de ſim.* vbi quamuis fiat mentio inimici, id non obſtat, quia ponitur maioris claritatis gratia, licet quoad forum externum facilius præſumatur conſenſus, quando conſanguineus pecuniam dedit. ita Suar. *d. c.* 57. *num.* 28. cui adde citatos DD. Contra vero ſi non obſtante contradictione ante collationem beneficij ſciuit ſimoniam eſſe commiſſam, & adhuc beneficium recepit; nulla eſt collatio, quia iam ſimoniace illam obtinuit. ſic Suar. ibid.

17 Quamuis Burg. Vgolinus, quos citat Suar. quibus addo Toletum *l.* 5. *ſum. c.* 90. Bonac. *nu.* 17. Reginal. *l.* 23. *num.* 178. abſolutè dicant non eſſe irritam, ſi contradicat.

18 Dico 4. ſi Beneficiarius contradixit ſimoniacę electioni &c. at ante factã electionem mutauit animum, & aſſentitus eſt, certum eſt, nullam eſſe collationem; at ſi poſt factam collationem factum approbet, dando pecuniam, quam alius ſoluet (ſi enim dat, ne alter hoc incommode patiatur, non eſt ſimoniacus, vt ſupra notaui) verè incurrit malitiam ſimonię, nõ tamen excommunicationem: nec collatio eſt ipſo facto irrita, ex *c. cum quis de ſent. excõm. in* 6. & *c. ſicut tuis de ſim.* probabile tamen eſt, quod poſſit per ſententiam beneficio priuari, vt eſt intelligendus S. Tho. 2. 2. *q.* 100. *a.* 6. *ad* 3. & tenet Tãcred' teſte Gloſſ. *d. c.* Adrian. *quodl.* 9. *ar.* 3. poſt Suar. *d. c.* 57. *nu.* 31. & 32. Caſtrop. *p.* 23. *nu.* 7. & *pu.* 25. *n.* 3. Reginal. Bonac. Filiucc, & alij ſup. cit.

19 Dicerem ego, & fortè non recedẽdo à Suario, quod ſi qui contradixit dationi pecuniæ ante collationem ſolum interius cõſentiat, valebit collatio, quia hic conſenſus non facit ſimoniam realem ex parte ipſius prouiſi, cũ nullo modo influat in ſimoniam factam à tertio in ſui fauorem, nec cenſetur conſentire, ſed contradicere.

Quid dicendum ſi ignorauit ſimoniam, & non contradixit.

20 DIco ſi quis obtinuit beneficium, ignorãs collationem eius fuiſſe habitam per ſimoniam, à tertia perſona

ſona commiſſam, quæ vt ipſi faueret dedit pecuniam collatori, vel inſtitutori, aut mediatori, ignorāte ipſo collatore, (nam etiam tunc prouiſio eſt ſimoniaca,) quando ſcit ſimoniam, tenetur ante Iudicis ſententiam renunciare beneficium, vna cum fructibus extantibus, vel quibus eſt factus locupletior à die, quo habuit beneficium iuxta regulas poſſeſsionis bonę fidei, fitque inhabilis ad obtinendum illud beneficium per nouam collationem, ex *cap. penul. de ſim. in 6.* niſi ſit diſpenſatio Papæ in dignitatibus, & curatis beneficijs, vel Epiſcopi in alijs ſimplicibus. hæc concluſio eſt D.Th. 2.2.*q*.100.*a*.6. vbi DD. communiter, & quamuis Nauarr. *conſ*.95. *de ſimon.* & Vgol.*tab*.4.*c*.7. dicant non eſſe ipſo facto irritam, ſeu irritandam; tamen cum concedant teneri ad fructuum reſtitutionem, manifeſtè conuincuntur dicere eſſe irritam per ius eccleſiaſticum ipſo facto, & prob. ex *cap. ſicut tuis de ſimon. & c. nobis eod. tit. & alibi*, vbi dum dicitur *penitus reprobãda* ſignificatur effectus nullitatis, & ab ipſa origine fuiſſe nullam. ita Suar. *c*.57.*n*.35. & cum eo Recent. Caſtrop. *pu*.25.*n*.3. Bonac.*q*.7.*p*.2.*n*.17. Filiucc. *c*.13.*n*.23. adde Leſſium *lib*.2. *cap*.35. *nu*.137. Couarr. *reg. Peccatum. p*.2.§.8. *num*.57. Barboſa *to*.1.*coll. iur. in l*.1. *de tranſ. epiſ. tit*.17.*n*.2. *in c. ſi alicuius*, vbi plures citat.

21 At quãuis Suarij ſententia ſit tuta ſatis, placet mihi diſtinctio, quam adhibet Sanchez *l*.2.*conſ.c*.3.*dub*.106. *num*.15. & 16. *iun*.23. nimirum non eſſe irritam prædictam collationem, quando beneficium fuit collatum ſimoniacè, quia vacauit, & ſic fructus etiam percepti, & extãtes eo tempore, quo beneficium fuit bona fide poſſeſſum, non ſunt reſtituendi in cõſciẽtia, quia fuit titulus validus. ſicuti etiam placet, quod docet Suar. *de Cenſ. diſ*.14.*ſec*.2. quem ſequitur Garz. *de benef*.5.*p. c*.5.*n*. 74. non eſſe nullam electionem, quando alij, cum quibus non eſt commiſſa ſimonia ſunt ſufficientes. Contra vero ſi fuit collatio facta per renunciationem.

22 Dico 6. ſi ille tertius animo nocẽdi Beneficiarium, dedit pecuniam eo ignorante, poteſt retinere beneficiũ, & fructus tuta conſcientia ex *cap. ſicut de ſimon.* ita Suar.*n*.33. ex D.Tho. & omnibus.

23 Nota tandem quod ille qui bona fide beneficium accepit; ſi iam illud per tres annos pacifice poſſedit, non poteſt per litem moleſtari cõtra vero, qui ſcienter admiſit beneficium ſimoniace habitum ex Lud. Gomez in regul. *can. de trien. poſſ. ſſ. q*.12. Vgol. *tab*.4.*c*.6.§.9. tradit Suar.*n*.39. vbi habet rem dubiam eſſe, an in foro conſcientiæ acquiratur præſcriptio.

24 Sed puto hoc dubium eſſe deponẽdum, & in vtroq; foro acquiri præſcriptionem, vt latè Sanch. *lib*.2.*cap*.1. *dub*.21. cum Gomez *q*.58. *l.c.* Probo *add. ad Coſm. pragm. ſanctio. tit. de pac. poſſ. Gloſſ*.13. Rebuff. *de pacif. poſſ. à n*. 7. An autem poſſit fieri compoſitio circa fructus reſtituendos, vide *num*. 12. ſupra.

QVÆRES V.

An Reſignatio beneficij, & fructuum ſit facienda quando ſimonia fuit tantum contra Ius eccleſiaſticum.

25 Reſp. affirm. quia in iure punitur, vt vera ſimonia, nec benigna interpretatio admittenda eſt, niſi ſalua verborum ſubſtãtia. ita DD. communiter *cap. cũ vniuerſorum de rerum permutat.* Rebuff. *tit. de ſimonia in reſignat. num*.14. Redoan. 3.*p.c*.8. plures referẽs. & poſt Suar. *c*.57,*n*.42. Bonac. *q*.7.*pu*.2. *nu*.15. Filiucc. *c*. 13. *num*.23. Caſtrop.*p*.2.*n*.2.*fine*. & alij quos ſupra retuli *diſp*.40.*num*.7.

26 Contra Pariſiũ *lib*.4.*conſ*.29. & 30. Petrum Nauar. & Aragon. quos citat, & ſequitur Reginald. *lib*. 23. *nu*. 184. putantes non eſſe ipſo iure irritam, quando eſt ſimonia, tantum contra ius humanum, vide quæ dixi *d*.36.*n*.5.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES VI.

Quænam officia, aut beneficia Eccleſiaſtica per ſimoniam habita ſint ipſo iure nulla, & ſic reſignanda.

27 Reſp. omnia, & ſola beneficia Eccleſiaſtica, ſiue curata, ſiue ſimplicia: ratio eſt, quia licet in *Extrauag. 2. de ſimon.* irritentur etiam prouiſiones officiorũ eccleſiaſticorum, tamen loquitur tantũ de quibuſdam officijs ordinarijs Eccleſiarũ, & Monaſteriorum, quæ per Canonicam electionem, aut collationem prouidentur, vt mox dicam. ratio eſt quia lex pœnalis ſtricte eſt accipienda: ergo dũ ex textu poſſit haberi talis explicatio, ita debet accipi. ita cũ Suar. *d. c. 57. num. 45.* Caſtrop. *pun. 25. num. 1.* Bonac. *q. 7. p. 2. n. 8.* Reginal. *l. 23. n. 181.* Filiucc. *trac. 45. cap. 13. num. 23.* Sanch. *l. c. 3. dub. 104. nu. 5. & 10.* Diana. *tract. 4. reſ. 56. par. 4.* & alij apud ipſos.

28 Vnde infertur primo non eſſe irritas penſiones, quæ proprie beneficia non ſunt; etiam poſt motum Pij V. aut Auditoriatus, vel Clericatus Cameræ Apoſtolicę, aut Vicariatus ad tempus ſiue Epiſcopi, ſiue Parochi, ſiue Inquiſitoris, cum is iuxta communem ſententiam. ex Eymeric. *in 3. par. Direct. q. 4.* habeant poteſtatem delegatam, licet ampliſſimam. ita Nauar. *cap. 23. nu. 111.* Salzedo ad Diaz *prax. crim. c. 91. §. 35.* Leſſ. *lib. 2. c. 37. dub. 25.* & cum Suar. *loc. cit.* Recent. Idem etiã dicerem de inſtitutione Commiſſarij Bullæ Cruciatæ, ſi mediante pecunia fieret à ſummo Cõmiſſario, quia eſt delegatum officium, & non beneficium.

29 Quamuis Garçia *add. in par. cap. 5.* putet Suarij ſententiam falſam quoad penſiones: ſed immerito hoc dicit Garzia; nam eſt tuta, & probabiliſſima, & iuri conformis.

30 Infertur 2. officia Religionum iuriſditionem ſpiritualem habentia ordinariam, vt Generalis, Abbatis, Guardiani, Prioris, Prouincialis, & ſimilium. item Vicariatus perpetui ſi per ſimoniam ſunt habita eſſe ipſo iure nulla, quia *Extrauag. d.* dicitur Electiones Poſtulationes, prouiſiones &c. in Eccleſijs, Monaſterijs &c. ita Gaet. *ver. excomm cap. 27.* loquens de pœna excommun. & cum Suar. *cap. 57. n. 47.* Caſtrop. Sanch. Reginal. Diana ſupra, & alijs apud ipſos.

31 Sed contrariam ſententiam docet Bonac. *q. 7. p. 2. nu. 23. verſ. prior tamen.* pro qua citat Leſſ. *in p. edit.* Nauarr. & Azorium quibus adde Barboſam *coll. tom. 3. lib. 5. Extrauag. 2. num 9.* Peregr. *de Relig. ſubd. t. 1. 9. c. 31. §. 9.* quia hæc officia proprie beneficia non ſunt, & illa verba in Eccleſijs, Monaſterijs &c. dicunt fuiſſe adiecta ad compræhendenda beneficia propria in illis, quæ ſententia mihi etiam probabilis eſt: licet Suarij ſit probabilior.

32 At diſplicet Filiuccius *nu. 23. fine.* vbi, ait Superioratus Mendicantium nõ eſſe irritos, contra vero, Abbatias Prouincialatus, Generalatus &c. quia habent præbendam, nõ inquam placet diſtinctio, quia proprie beneficia Eccleſiaſtica non ſunt pro vt in iure accipiũtur, niſi ſint Abbatiæ, & Prioratus. Nam ſi iuxta Extrauag. loqui velit, vel hæc officia debet compræhendere, quia de illis facta eſt peculiaris mentio, vt putauit Caſtrop. & ſic non debet diſtinguere: vel quia ſunt beneficia, & ſic nec Generalatus proprie eſt beneficium.

33 Infero 3. ex ſupra dicta Suarij doctrina, ni fallor, nõ incurrere pœnam hanc irritationis, nec excommunicationem &c. Conſultores noſtræ Societatis, ſi mediante pecunia ſint cõſtituti, tum quia puto non eſſe materiam ſimoniæ hæc officia, nec Iure Diuino, cum non ſint quid ſpirituale non habent enim vllam ſpiritualem iuriſditionem, nec iure eccleſiaſtico, tum quia dato, quod eorum emptio eſſet Simonia, quia ordinatur ad aliquam ſpiritualem Oeconomiam; tamen non eſt beneficiũ, nec officium eccleſiaſticum habens iuriſditionem aliquam ne dum ordinariam, quam

Sua-

Digitized by Google

Suarez requirit ex dicta Extrauag. & quãuis Procuratoris munus ad Congregationem Generalem media pecunia obtinere ſit ſimonia, cum ille habeat vocem definitiuã ad electionem Generalis, & non eſt vt Procurator, qui quolibet tertio anno cõſtituitur, tamen ſi pecunia eligatur, nõ erit electio nulla, nec ille ex vi iuris communis excommunicationẽ, aut cenſuram incurret. ſaluo ſemper aliorum iudicio. Quare quamuis Peregr. quẽ citat, & ſequitur Diana *reſol.* 156. *cit.* de Conſultoribus, Definitoribus ſuæ Religionis dicat incurrere pœnas ſimonię, quia veniunt nomine beneficij, probabilius puto contrarium, licet vocem definitiuam habeant, ob dictas rationes.

34 Infero 4. Vicarium Generalem cõſtitutum ob mortem Generalis, vel eius depoſitionem verè incurrere dictas pœnas, ſequendo Suarij ſententiam, de qua *nu.* 32. ſi fiat ſimoniacè iuxta dicta de Beneficijs, quia habet ordinariam iuriſditionem; nõ tamen Coadiutorem, ſeu Vicarium datum Generali ob ſenectutem &c. quia habet poteſtatem delegatam. Saluo ſemper &c.

QVÆRES VII.

An si pretium non eſt ſolutum, ſed promiſſum, sit irrita collatio beneficiorum &c.

35 RESp. negat. quia ita eſt conſuetudo, & ſtylus Curiæ; at ſi poſtea pretium ſoluatur, debent reſtitui beneficium, & fructus à die conuentionis ſimoniacæ ex ſtylo Curiæ, quem dicunt extare, qui ſi eſt facit legem; & aliqui docti cenſent non teneri in foro conſcientiæ ad reddẽdos fructus perceptos à tempore ſimoniacæ cõuẽtionis, ſed à tempore, quo pretium ſoluit, quia ſtylus Curiæ eſt pro foro externo. ita Leſſ. *l.c.* 35. *dub.* 27. *fin.* & cum Suar. *c.* 57. *à n.* 51. docent Bonac. *quæſt.* 7. *pu.* 2. *à num.* 28. vbi alios citat. vide *diſp.* 41. *à n.* 18.

36 Quod autem Doctores aliqui dicunt primam collationem in tali caſu eſſe pendentem ſic intellige, ſc. fuit pro tunc valida, dependenter tamen à futuro euentu, ita vt ſi pretium non ſoluatur, aut conuentionalis ſimonia in iudicium deducatur, valida ſit, & firma, & interim poteſt beneficium gratis renunciare alteri in manibus Papæ, & renunciatio valet. ita Suar. *n.* 54. *&* 52. Addit Sãch. *l.* 2. *c.* 3. *du.* 106. ex Nauarr. renunciatarium teneri beneficium dimittere, quando pretium ſoluitur, quod eſt conforme traditæ doctrinæ, habito reſpectu ad ſtylum Curiæ.

37 Deniq; quæ huc vſque diximus de irritatione beneficij per ſimoniam obtenti nõ habent locum in electione Papæ, nam per Ius commune *cap. vbi periculum de Sim. in* 6. ſtatuitur, vt nulla exceptio cõtra eius electionem legitimam opponi poſſit. & Bulla Iulij 2. anno 1505. fuit reuocata per conſtitutionem 88. Pij IV. hæc Suar. *num. vlt. cap.* 57. Filiucc. *cap.* 13. *nu.* 23.

Verum aliqui putant dictam Bullam Iulij II. adhuc vim habere, vt Sãchez *lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 104. *nu.* 12. & Barb. *Collec. in* 1. *Decretal. de Elect. pot. c. licet.* illam refert, nec meminit cõſtitutionis Pij IV. illam reuocantis.

DISPVTATIO XXXX.

An recipiens beneficium Simoniacè, priuetur ipſo facto beneficijs ritè obtentis, & fiat inhabilis ad futura.

CAſus eſt. Titius Cleric' habebat beneficium, ſed poſtea fuit prouiſus de alio v. g. pinguiori per ſimoniam iuxta dicta diſp. præc. quærimus an ipſo facto priuetur beneficio, quod habebat ante ſimoniacè collationem alterius (quod eſſe irritum iam diximus,) & ſit inhabilis ad alia beneficia obtinenda, etiam ſi rite, & abſque ſimonia conferantur.

1 Reſp. negat, & quidem de beneficijs obtentis eſt communis ſententia Canoniſtarum, cum nullo iure antiquo,

quo, neque in Extrauag. ſit poſita priuatio beneficij legitimè prius obtenti, ipſo facto. Immò etiam poſita ſentētia declaratoria criminis ſimoniæ adhuc non habetur priuatio beneficij obtēti, niſi exprimatur in ſententia; & quamuis poſſit talis priuatio imponi à Iudice, tamen non trahit ſecum priuationem fructuum habitorum ex tali beneficio, niſi exprimatur, quia ſunt pœnę diuerſæ, & per ſe loquendo ex titulo, quod fructus ſint ex beneficijs poſt ſimoniam cōſecutis, non poteſt, aut debet priuari fructibus illis ex Felino *cap. de quarta. de præſcript. n.* 32. *&* 33. cōtra Rebuff. *de pac. poſſ. nu.* 135. Nec ex eo quod ſimonia comparatur hæreſi debet habere eaſdem pœnas. ita Nauar. *cōſ.* 92. *de Sim.* Vgol. *tab.* 4. *c.* 6. *§.* 6. *n.* 3. & cum Suar. *c.* 58. *vſq; ad n.* 9. Caſtrop. *pu.* 27. *n.* 4. *&* 5. Filiucc. *c.* 13. *n.* 24. Bonac. *q.* 7. *pun.* 2. *diff.* 1. *n.* 1. Sanch. *l.* 2. *c.* 3. *du.* 104. *nu.* 16. vbi pro ea citat Rebuff. *tit. de ſimon. reſign. n.* 13. & alij.

2 Contra Bern. Diaz *prac. cap.* 131. & Rebuff. *de pacif. poſſ. nu.* 33. quos citat Suarius, putātes incurri priuationem beneficiorum obtentorum poſt ſententiam declaratoriam.

3 Quoad inhabilitatem ad alia beneficia obtinenda licet ex vi iuris in Conſtit. Pij V. videatur incurri ante omnem ſententiam: tamen ex conſuetudine, & vſu non incurritur talis inhabilitas, niſi poſt ſententiam declaratoriā criminis, vt putat Nauarr. *conſ.* 91. *de ſim.* & præter Suar. *num.* 10. docet Leſſius *lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 26. & Sanch. *lo. cit. num.* 14.

4 At Filiuccius quamuis in omnibus Suarium ſequatur, quē etiam ſequitur Bonacina *l. c. diff.* 2. & ante ipſos Vgol. *tab.* 4. *§.* 6. *c.* 6. putat vſum ſacræ Pœnitentiariæ eſſe in contrariū; quia in formula abſolutionis à ſimonia addit etiam diſpenſationem ad alia beneficia obtinenda, ſed hoc non cogit me recedere à Suarij ſententia, quia ſolent etiam Pontifices aliqua apponere, quæ neceſſaria nō ſunt, ſed ad maiorem ſecuritatem, vel iuxta varias ſententias; atq; adeo nouiſſime illam tenet Torre, *q.* 100. *ar.* 6. *diſp.* 5. *ad* 4. & videtur ſequi Garzia *de benef. par.* 8. *cap.* 1. *num.* 72.

5 Deniq; nota cum Suario *num.* 7. & alijs Recent. cit. vnam actionem ſimoniacè factam non reddere aliam irritam v.g. ſi electio rite eſt facta, & cōfirmatio ſimoniace, hæc eſt irrita: at valet electio; licet per ſententiam Iudicis ſit irritanda: Contra vero ſi electio, quæ eſt fundamentū aliorum actionum ſit irrita cæteræ ſequentes, vt confirmatio &c. ſunt irritæ. At contrarium videtur tenere Vgolin. *tab.* 4. *cap.* 6. *num.* 6.

6 Excipe hìc ſimoniam confidentialem, de qua dicā diſp. penult. & examinatores ad beneficia: nam hi ſi ſimoniam cōmittant in examine priuantur beneficijs, quæ habebant ipſo facto, ita vt nequeant abſolui, niſi prius illa dimiſerint ex Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 18. *de reſor.* & notat Suar. *d. c.* 58. *n.* 3.

7 Aduerto etiam circa hanc Suarij doctrinam, quando collatio beneficij eſt irrita, eam non poſſe virtute Bullæ reinualidari, vt notat Bardi *de Bulla Cruc. tract.* 5. *par.* 3. *differ.* 2. *ſec.* 3. *num.* 24.

DISPVTATIO XXXXI.

De reſtitutione pretij ſimoniacè accepti.

CErtum eſt apud omnes recipientem pretium cum pacto dandi aliquid ſpirituale teneri à contractu recedere, & pretium eidem, qui dedit reſtituere (niſi à Iudice aliter diſponatur per ſententiam ob attentatum crimen ſimoniæ, ſeu conuentionem iuxta *l. ſi ob turpem. ff. de cōd. ob tur. cauſam*, de qua vide Couarr. *reg. pec.* 2. *p.* §. 2.) ratio eſt, quia qui pecuniam dedit, non habuit voluntatem transferendi dominium in alium, niſi impleta conditione, & ſub onere reſtituendi illam, ſi conditio non impleatur; nec eſt cur debeat dari Eccleſiæ, vel pauperibus, iure naturali ſpectato.

ita

Digitized by Google

ita Gaet. *ſum. ver. Simo.* Victoria 2. *p. rel. nu.* 6. Nauarr. *cap.* 23. *n.* 104. & cum Suario hîc *c.* 59. *num.* 1. 2 *&* 3. Leſſ. *l.* 2. *c.* 35. *dub.* 31. *n.* 170. Caſtrop. *p.* 26. *nu.* 3. Sanch. *l.* 2. *c.* 3. *du.* 114. *nu.* 2. vbi multos citat, & alij. Hoc poſito.

QVÆRES I.

An pretium ſimoniace acceptum in ſimonia reali, & completa, ſit reſtituendum Iure Diuino.

2 RESp. tantum eſſe reſtituendum, quando in ſimoniaca vēditione rei ſpiritualis eſt peccatum iniuſtitiæ, contra iuſtitiam commutatiuam, ſiue ſit ſimonia Iure Diuino, ſiue ſit mala, quia prohibita, & res quę venditur, habeat temporalitatem annexam conſequenter, vt beneficiū, ſiue antecedenter, vt ſunt vaſa ſacra &c. quod autem tunc ſit reſtituendum pretium probatur, quia vendēs rem ſpiritualem ſi peccat contra iuſtitiam cōmutatiuam dum pretium exigit, ac retinet, iniuſte agit: ergo tenetur illud reſtituere.

3 In hac ſententia conuenimus cum Adriano, *quodl.* 9. *art.* 3. Henr. *quodl.* 8. *q.* 26. Soto. *q.* 8. *a.* 1. *l.* 9. Arag. 2. 2. *d. q.* 32. *ar.* 7. *f.* 759. qui docent abſolute reſtituēdum eſſe pretium Iure Diuino in omni ſimonia, quia iniuſtę accipitur. vide Suar. *ca.* 59. *n.* 11. & hęc cōcluſio eſt intelligenda ante omnem Iudicis ſententiam, & ſecluſa qualibet lege eccleſiaſtica, vt notat Suar. *c.* 60. *nu.* 1.

4 Quod autem nō ſit reſtituendum pretiū in ſimonia, quando vltra peccatum contra Religionem non eſt iniuſtitia cōtra commutatiuam probatur, quia nulla alia malitia obligat ad reſtitutionem pretij in contractu, præter iniuſtitiam commiſſam in eodem contractu: ergo ſi in venditione rei ſpiritualis non interuenit iniuſtitia, nō eſt facienda reſtitutio, quomodocumq; ſit ſimonia; hanc vltro admittent docētes abſolutè nō eſſe Iure Diuino pretiū reſtituendū ob ſimoniacā venditionē, vt tradunt Canoniſtæ comm. *cap. vlt. de ſim.* Nauar. *c.* 23. *n.* 103. & in com. *n.* 12. Vict. 2. *p. rel. n.* 4. Gaet. *ver. ſimon. fine* & alij, quos refert, & ſeq. Sāc. *l.* 2. *c.* 3. *du.* 111. *n.* 5. in terminis tamen Suarij hîc *c.* 59. *n.* 35. tradūt Bonac. *q.* 7. *p.* 3. *diſſ.* 1. *n.* 3. Filiuc. *c.* 13. *à num.* 28. Ad prædictam doctrinam ad praxim applicandam, ſubdam.

Exempla.

In quibus committitur iniuſtitia in ſimonia, & ſic Iure Diuino pretium eſt reſtituendum.

5 DIco 1. qui pretiū exigit pro aliqua functione ſpirituali v.g. pro audiēda Cōfeſſione, ad quā ex officio tenetur, debet illud reſtituere, etiā ſi ſimonia ſit præſumpta, vel cōtra ius eccleſiaſticū, vt ſi Parochus petat pecuniā, non vt pretium, ſed vt ſtipendium, ratio eſt, quia cum aliunde teneatur miniſtrare, tamen vult duplicatū ſalarium exigere, vel plus iuſto.

6 Idem eſt de eo, qui non tenetur ex officio, at vult pecuniam (nō vt ſtipēdiū iuſtū cōſiderata qualitate materialis actionis) ſed vt pretiū rei ſpiritualis, quia tūc vēdit id, quod nō eſt ſub humano dominio; ſed ſub dominio ſolius Dei, qui tantum miniſtris ſuis cōceſſit, vt gratis darēt ſc. illi, qui ex officio tenētur omnino gratis, cū aliūde habeāt ſuſtētationē, illi, qui nō tenētur ex officio, ne exigāt pecuniā, vt pretiū, aut ſupra iuſtū ſtipēdium.

7 Dico 2. qui rem ſpiritualē permanētem vendit ratione ſpiritualitatis tātum, cōmittit nō ſolū ſimoniā; ſed ēt iniuſtitiā, ob dictā rationē, & ſic tenetur reſtituere Iure Diuino. hęc Suar. *c.* 59. cum quo ſentiūt cit. Doct. at Sāchez in hac vltima cōcluſione putat nō eſſe iniuſtitiam cū DD. *n.* 2. *relatis.*

8 Dico 3. Prælati vēdentes officia, vel beneficia eccleſiaſtica, vel tēporalia Eccleſiæ, quæ iure cōmuni prohibentur vēdi intuitu Religionis, vt ſupra diximus diſp. 23. peccāt ēt cōtra iuſtitiā, & tenētur ad reſtitutionē pretij, ratio eſt, quia non ſūt Domini, ſed tātū diſtributores: ergo vendunt, quod non eſt ſuum: vt ſi hæres, qui tenetur

diſtribuere dotes virginum, vel alia legata pia, peccaret cõtra iuſtitiã exigendo pretiũ ab illis, ſolũ adhoc, vt eas eligat, quod etiã verũ eſt de S.Põtifice ſi per ſimoniam cõferat beneficia, quia re vera eſt diſpẽſator beneficiorũ, & ſolũ põt applicare ſibi partẽ fructuũ, & poſtea ratione illorũ pretiũ accipere, vt bene Suar.*n.*38.*c.*59.

9 Et idẽ dicas de electoribus, qui pecuniã accipiunt, vt dignũ eligãt, quia ad id ex juſtitia cõmutatiua tenẽtur, & quãuis ſi accipiant, adhoc vt digniorẽ eligant, aliqui putent (nempe Leſſius, Toletus, & alij, apud Bonac. de Benef.) non teneri ad reſtitutionẽ, quia non peccãt niſi cõtra iuſtitiam diſtributiuã; tamen probabiliꝰ eſt teneri, quia vendũt munus debitum ex officio, nempe ad faciendã iuſtã electionẽ, & idem dicas, quãdo quis dat pretiũ rei ſpiritualis ad iniuſtam vexationẽ redimendam. hæc Suar.*c.*59. *à n.*12.*ad* 22. quæ ſunt cõſentanea D. Th. 2.2.*q.*52.*a.*7.Caet. & alijs Sanch, *n.*7.*& dub.*105.Filiucc.Bonac.*lo.cit.*

10 Sed Leſſius *l.*2.*c.*35. *dub.*28.*n.*161. putat non teneri Epiſcopũ, ſeu alium potentẽ cõferre beneficium, vel quid ſpirituale habens annexũ tẽporale, ſi pretiũ accipiat, quia licet peccet, cũ non ſit Dominus, non tamen tenetur ad reſtitutionem, niſi poteſtas illa à Papa fuerit ſublata, & probabilis eſt ſententia, ſed probabilior, ac communior illa Suarij.

11 Deniq; ſecurius eſt nõ poſſe abſq; iniuſtitia pretium recipi pro ſola incõmoditate rei ſpiritualis, quam quis patitur, priuando ſe illa, v.g. reliquijs, granis benedictis &c. nec facere compenſationẽ cum re temporali, ſi per vim, & furtum ea ſubripiantur, ſed tenetur id, quod accipit reſtituere, vt putat Suar.*n.*43. quem etiam ſeq. Bonacina, Filiucc. & alij *lo. cit.* Sed Leſſ. *loc.cit.* putat oppoſitum, cui adhæret Caſtrop. *p.*26.*n.*7. vbi ait nõ eſſe iniuſtitiam, licet ſit grauiſſimum peccatum proprias ſatisfactiones vendere, vel fructum quem alteri applicas pro Miſſa.

Exempla
In quibus non committitur iniuſtitia in ſimoniaca venditione, & ſic pretium non reſtituendum Iure Diuino.

12 PRimum eſt, quando quis habet aliquod officiũ tẽporale Eccleſiæ, tãquam propriũ, & dat alteri mediante pretio ob commodum, quo ſe ſpoliat, quia prohibitio Eccleſiæ non facit quin officium illud ſit prætio æſtimabile.

13 Secundũ eſt, quãdo Beneficiarius, qui ſuo modo eſt Dominus beneficij, nempe qui habet propriũ ius in illud, ſentit incõmodũ tẽporale relinquendo illud, venderet tale beneficiũ, tunc enim si proportio pretij cum incommodo tẽporali, quo ſe priuat, ſeruetur, non tenetur iure naturæ pretium reſtituere, & quãuis, qui emit beneficiũ, vere cum effectu illud nõ acquirat, vel neſciat collationem eſſe nullam, adhuc ad reſtitutionem nõ tenetur, quia ratio ob quã Beneficiarius accipit pretiũ, eſt incõmoditas quam patitur, beneficium relinquẽdo. Hæc Suar.*c.*59.*à n.*36. quę ſane probabilia, ſunt & vera; & cum ſequitur quoad omnia Bonac, *q.*7.*pu.*3.*diffic.*1. *nu.*13. Filiuc.*c.*13. ſed circa hoc vltimũ probabilius videtur, quod docet Vgolin. *tab.*4.*c.*2.*§.*1. teneri ad reſtitutionem, quãdo emẽs ignorauit collationẽ beneficij eſſe nullã, quia fuit deceptus.

14 Tertiũ eſt, quando Monaſteriũ ſimoniace recipit religioſum, quia illa receptio habet onus tẽporale, quod poteſt abſq; iniuſtitia cõpenſari cum pretio iuxta prudentũ æſtimationẽ, & patet ex *cap. vlt. de ſimonia.*

15 Et eadem ratio militat in vendente fundum cum iure patronatus, vel aliquam aliam rem ſpiritualem, vt imaginẽ miraculoſam, vel reliquias, ex cuius venditione priuat ſe aliquo cõmodo temporali v. g. ſpeciali honore, vel voluptate ex concurſu aduenientium, & ſimile, non enim erit obligatio reſtituendi pretium, ſi pretium accipiatur intuitu illius com-

Digitized by Google

commoditatis temporalis. ita Suar. *à num.*41. *ad* 43. & tenent omnes cit. DD. vel ſupponunt, quibus adde Leſſ. *c.*35.*du.*28. Caſtrop.*pu.*26.*n.*7.

16 Immò puto poſſe pretium accipi abſq; iniuſtitia, & obligatione reſtitutionis, quamuis incommodum temporale eſſet quid turpe v.g. quia occaſione imaginis multas habeat amatrices impuras, vel quid ſimile turpe, & ſane videtur iuxta Suarij dicta.

QVÆRES II.

Cuinam ſit reſtituendum pretium ſimoniacè acceptum, quando eſt facienda reſtitutio, ex ſola lege naturali.

17 RESP. illi, qui dedit, quia Eccleſia, vel pauperes nō habēt aliquod ius in illud pretium, & iniuſtitia facta eſt illi, qui pecuniam dedit. ita cum Soto *lib.*9.*q.*8.*ar.*1. Bañnez 2.2. *q.*32. *ar.*7. tenet Suar.*c.*59.*n.*23. & ſequitur Bonac.*q.*7.*pu.*3.*diſſ.*1. *nu.*22. vbi citat Vaſq; & alios, Caſtrop. ſupponit *p.*26. *n.*6. *in medio.* hanc etiam ſententiam amplectitur Leſſ. Dub. 27. *n.*164. *in reſp.* & mihi videtur omnino amplectenda. Pro cuius maiori confirmatione,

Obiectis, quæ contra fieri poſſunt, occurres.

18 PRimo, quia *cap. cum ſit. de Iudæis,* vbi bona turpiter acquiſita præcipiuntur reſtitui pauperibus, penam imponit Iudæis, vt cōuertant in vſus pauperum lucra etiam iuſte acquiſita in adminiſtratione officiorū cum poteſtate in Chriſtianos: ergo ex hoc textu nil poteſt contra nos deduci.

19 Secundo quia ſicut verior opinio eſt in vſura non transferri dominium vſuræ, ſic nec pecuniæ in ſimonia transfertur dominium, cum dans pro cauſa dandi intendit, vt pecunia ſit ſufficiens ad iuſtificandam exactionem pretij pro illa re ſpirituali.

20 Tertio, quia teſtis, & Iudex ſi iniuſte accipit, tenetur etiam ad illud reſtituendum, & licet qui emit rem ſpiritualem ſimoniacè, ſit indignus, vt pretium recuperet, tamen nō poteſt, attento iure naturali tantum ante Iudicis ſententiam propria auctoritate fieri.

21 Nec ſequitur, quod is, qui rem ſpiritualem accipit, teneatur illam reſtituere, quia hic fruitur iure à Chriſto conceſſo, vt res ſpiritualis gratis detur, & poſſideatur; ille vero qui pretium accepit, iniuſtè retinet.

22 Quod tamen intellige quando res ſpiritualis eſt tranſiens, vt v.g. benedictio, vel collatio ordinis, quæ reſtitui non poteſt, vel ſi eſt res permanēs in ſe eſt parui momenti, ſed totum pretium ratione ſpiritualitatis eſt ſolutū, vt eſſet modica quantitas aquæ benedictæ, vel granum benedictum; at ſi res ſpiritualis quæ venditur, habeat annexum temporale antecedēter, vt Calix aureus, tunc reſtituēdum eſt totum pretium ex vna parte, & Calix ex alia parte, quando vendens neſciebat qualitatem, ſeu formam ſpiritualem eſſe inuēdibilem, & ideo putauit illum fuiſſe iuſtum valorem totius rei: contra vero ſi ſciebat qualitatem illam eſſe inuendibilem, & vendidit v. g. totum Calicem 15. aureis. 10. pro materia, & 5. pro ſpiritualitate, tunc debet reſtituere quinque, illi, qui calicem emit, nam cōtractus, quoad materiam valuit. Hæc Suar. *à num.*25. *ad* 35. *d. cap.*59.

Sed hic poteſt aliquis quærere an caſu quo debeat fieri reſtitutio pretij poſſit haberi cōpoſitio per Bullam. Reſp. cum diſtinctione (ſaluo Suarij, & aliorum iudicio, quia neminem hunc caſum interminis diſputantem inueni) ſi facienda eſt perſonis incertis v. g. quia Confeſſarius accepit aliquam ſummam à pœnitente, vt *n.* 5. dictum eſt, & poſtea ignorat illum, & heredes: tunc poteſt fieri compoſitio, & hoc videtur certum, vt ſupponit Bardi *in Bullam Cruc. p.*3.*tr.*5. *diſſer.*2. *cap.*1. *ſec.*2. *num.*6.

Si vero perſona eſt certa dans nēpe ipſe, & hic non dedit turpiter, quia

Digitized by Google

ſcilicet pretium tradidit ad redimẽdam vexationem, vel quid ſimile: tũc non eſt locus compoſitioni per Bullam, nec per ſummum Pontificem immediate fieri poteſt, cum nõ poſſit tollere ius alteri competens; niſi vel in pœnam, vel ob aliam cauſam, iuſtã, quæ hic nulla videtur, at ſi dans fuit particeps ſimoniacæ malitiæ, adhuc puto multo probabilius ſtãdo in iure naturali, de quo nunc loquimur, non poſſe fieri compoſitionem, vt recte circa caſum ſimilem de dante pecuniã Iudici ad iniuſtam ſententiam diſcurrit Bardi *l. cit. nu. 5.* ſed quia del Vgo *t. 1. de iuſt. diſ. 21. ſec. 7. num. 122.* ſentit poſſe in d. caſu ſimili, quia poteſt Pontifex in pœnam delicti priuare dantem iuro ſuo, puto eam tutam, & probabilẽ eſſe in noſtro caſu.

QVÆRES III.

An propter Simoniam mentalem ſit pretium reſtituendum.

23 SImoniam mentalem appello, vt ſupra dixi, quæ ad actũ externum procedit cum intentione ſimoniaca, licet non ſit verbis expreſſa, vt ſi dem tibi centum, & tu des mihi calicem ſacrũ intentione recompẽſandi illud ſpirituale cum temporali. hoc poſito,

Reſp. ſi eſt iniuſtitia debet pretium reſtitui ex lege naturali licet non ſit reſtituendum ex Iure Eccleſiaſtico, quia diſpoſitiones hæ ſunt pœnales, quæ non compræhendunt ſimoniam mentalem, vt diximus ſupra ex cap. tua nos. de ſimonia, & ratio eſt, quia omnis acceptio exterior iniuſta procedẽs à mala intentione iniuſta, obligat ad reſtitutionem, vt patet in vſura mẽtali *ex c. conſulit de vſuris.* ergo.

24 Nec *cap. vlt. de ſimon.* contradicit huic doctrinæ, nam omiſſis aliorum reſponſionibus, debet intelligi, quando non eſt commiſſa iniuſtitia in ſimonia vt fuit in caſu illius capitis, ita cum Suario *cap. 59. à num. 45.* docet Sanch. *l. 2. cap. 3. dub. 105. nu. 6. fine.* Reginal. *l. 10. num. 430.* Molfeſius *tr. 6. cap. 15. num. 99.* Leſſ. *lib. 2. c. 35. dub. 28.* Bonac. *q. 7. pun. 3. diff. 1. nu. 21.* Filiucc. *cap. 13. à n. 37.* Caſtrop. *pun. 22. n. 1.* vbi apertiſſime tenet hanc ſententiam, vt patebit conſideranti.

DISPVTATIO XXXXII.

An pretium Simoniace acceptum ſit iure eccleſiaſtico reſtituendum ante Iudicis ſententiam.

LOquimur de ſimonia in beneficijs, ordine, & Religionis ingreſſu, quia vt ex dictis à *diſp. 36.* conſtat in his ſolis pænæ eccleſiaſticæ contra ſimoniam ipſo facto incurruntur ante ſentẽtiam Iudicis, in alijs vero materijs poſt ſententiam, & ſic etiam de reſtitutione pretij ſimoniace accepti in ſimonia ſolo iure eccleſiaſtico prohibita in alijs materijs, ſuppono eam non eſſe faciendam ante ſententiam.

QVÆRES I.

An pecunia accepta pro venditione beneficij, electionis, præſentationis &c. ſit reſtituenda ante ſententiam, ſiue ſit declaratoria delicti, ſiue condemnatoria ad reſtitutionem pretij.

1 REſp. affirm. quia *cap. de hoc de Simonia,* dicitur *(tẽporalia ſic recepta pro dando aſſenſu electioni Eccleſiæ, non poſſe ſine graui ſalutis periculo retineri:)* debent reſtitui ante ſententiam, & in foro conſcientiæ, qui textus non poteſt cum fundamento intelligi, quando eſt commiſſa iniuſtitia, quia bona Eccleſiæ ſunt data; nam ille Epiſcopus, qui dederat Regi pecuniam, dedit vt præſtaret aſſenſum eius electioni: ergo non dum habebat bona Eccleſiæ. ita Gloſſ. Hoſtien. Ant. Abb. & alijs comm. ibi, & hanc ſentẽtiam docent Anton. *2. p. tit. 2. ca. 5.* Nauar. *cap. 17. num. 32.* Palud. Medin. *cod. de reſt. q. 20. ad 3.* Burg. *tra. de Irregular. p. 6. tit. de Simon. num. 91.* Redoan. *1. p. cap. 3. & 4.* & poſt Suar. *c. 1. 60.* Caſtrop. *pun. 26. n. 4.* vbi citat Leſſ. *dub. 30. n. 69.*

Bo-

Bonac.*q.*1.*pun.*3.*diff.*1.*num.*18.Sanch. *l.*2.*cap.*3.*dub.*112.*num.*2.

2 Et quamuis aliqui ex illo principio probent, quod turpiter accepta ſint reſtituenda, id tamen probat poſt ſententiam; & multo minus probatur *ex c.vlt.de pactis* vbi dicitur, pactiones, & conuentiones omnes in ſpiritualibus nullius eſſe momenti, quia loquitur textus de pactionibus inducentibus obligationem in futurum, quæ iure naturali in omni materia ſunt nullæ., vt ſi promittam cras tecum furaturum; at traditiones, & actiones factę ex ipſo pacto ſimoniaco valēt; quia ſunt executiones obligationis, quæ in traditione conſiſtunt: melius igitur *ex d.c.de hoc* probatur. ita Suar.*nu.*3.*&* 4. & ſic citati Recentiores eius vtuntur probatione.

QVÆRES II.

Cui nam ſit facienda reſtitutio in dicto caſu, quando ſit ex iure eccleſiaſtico.

3 Reſp. reſtituendum eſſe Eccleſię, in qua eſt beneficium, circa quod ſimonia eſt cōmiſſa; & ratio eſt, quia dans iam à ſe abdicauit dominium pecuniæ, & in alium tranſtulit, Eccleſia impediuit translationem ad aliū, at non abdicationem dominij, quamuis aliqui dicāt de conſuetudine poſſe fieri pauperibus: ſed talis conſuetudo eſt probanda, poterit tamen fieri Cameræ Apoſt. & ad id non tenetur reſtituens: ſed ſatisfacit ſuæ conſcientiæ, reſtituēdo Eccleſiæ. Immo adhoc poteſt cogi in foro externo à Prælato ſuo, ſi cōpoſitio cū Papa nō preceſſit. ita Suar.*cap.*60.*num.*8. quem ſequitur Bonac.*loc.ci.num.*19. dicens eſſe communem, vt etiam appellat Sanch *l.c.* pro qua affert Sylu.Tabien.Capuam, Abulens, & alios cum Panor. Anton. Hoſtien.*cap.de hoc.de Sim.* eamdem tenet Leſſ.*dub.*31.*num.*171.

4 Sed circa hanc materiam eſt notāda ſententia. Sanch. cōtra Suar. quam ex multis Doctoribus probat.*l.*1.*ca.*3. *dub.*114. *numer.* 11. abſolute enim ait probabilius eſſe ante ſentētiam reſtituendum illi, qui dedit. ſequitur Caſtrop.*n.*5.*p.*26. vt probabile, *& ad cap. de hoc*, ait poſt condemnationem eſſe reſtituendum, quia Eccleſia non abdicat dominium à dante, niſi in pœnam, quare puto tutum eſſe reſtituere etiam in beneficijs ipſi danti, vel pauperibus, vel Eccleſiæ; immo, & ſibi applicare ſi ſit pauper, vt expreſſe Sanchez *num.*13. quamuis Suarij ſententia videatur iuri conformior.

5 Noto hic quod ſequendo Suarij sētentiam, & aliorum, nempe reſtituendum eſſe Eccleſiæ, ea reſtitutio non debet cedere in vtilitatem delinquētium, & ſic ſi totum Capitulum deliquit beneficium emendo, pretium eſt reſtituendum alteri Eccleſiæ; contra vero ſi tantum Prælatus deliquit. ita Sanch.*numer.*8. ex D.Thom.Sylu D.Ant.Nauar.& allis, & tenet Leſſ.*l.c.*

6 Ego tamen putarem ſemper reſtituendum eſſe Eccleſiæ in qua eſt beneficium, & in eius commodum applicandum, licet per accidens ſequatur aliquod emolumētum ipſi committenti ſimoniam, quia ius loquitur indiſtinctè. Poteſt confirmari à ſimili; nam *Extrauagan. Sane de Sim.* dicitur poſſe pretium ſimoniace acceptum retineri à Monaſterio, & in communem vſum conuerti, non Abbatis, vel Abbatiſſæ. Et ſic videtur ſupponere Suarius, dum loquutus eſt abſolute, & dum *num.* 9. *fine.* dicit reſtituendum eſſe Monaſterio; etiam ſi illud commiſiſſet ſimoniam, cum in iure non ſit tale impedimentum.

Hinc ſequitur quod ſtando in Suarij ſententia non poteſt fieri compoſitio per Bullam, quia creditor eſt certus, nempe Eccleſia at tenendo, quod poteſt fieri reſtitutio pauperibus, tunc datur locus compoſitioni. ex dictis *diſ.*38.*nu.* 12. & tunc non eſt dubium, quod non teneatur ſe componēs dare tātundem pretij Eccleſiæ, quo Bullam accepit v.g. duo realia pro Bulla, & duo Eccleſiæ, quia ea diſpoſitio habet locum in compoſitione facienda

da

da pro fructibus perceptis, qui Eccleſiæ eſſent reſtituendi ex omiſſione horarum, vt tradit Bardi hic *c.* 3. *n.* 1. at hic facienda eſt reſtitutio accepti à tertio pauperibus.

QVÆRES III.

An in ſimonia in ingreſſu Religionis, aut ordine ſit reſtituendum pretium ante ſententiam.

7 RESP. neg. quia nullus textus reperitur, niſi vel ſequatur ſentētia, qua ſimoniace profeſſus compellitur ad aliud Monaſterium tranſire, vel ipſe ſponte ſua volens Canones exequi velit tranſire, tunc enim eſt facienda reſtitutio pecuniæ habitæ à Monacho, quia tunc non eſt pœna, ſed ratione ſuſtentationis, & ſubſidij debetur talis pecunia poſteriori Monaſterio, iuxta veram intelligentiam, *cap. veniens de Sim.* ſi autem pecunia data eſt à Monaſterio ipſi Religioſo, iam per ingreſſum Religionis cauſa pecuniæ datæ fuit impleta, & ſic non tenetur reſtituere, nec aliquod Ius reperitur ita diſponens. Hæc Suar. *c.* 60. *à n.* 9. ſequitur Caſtrop. *pu.* 26. *n.* 6. Leſſ. *du.* 30. *fine*. Bonac. *q.* 7. *p.* 3. *diff.* 1. *nu.* 20. Qui tamen putat, nec teneri ante ſententiam Monaſterium ad reſtituendum poſteriori Monaſterio, quia nec iure naturæ tenetur, cum iam acquiſierit dominium, nec eccleſiaſtico, & eſt probabile.

8 Contra Sanchez *lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 112. *iuncto dub. ſequen.* vbi multos citat, putantes eſſe reſtituendum pretium, ante ſententiam tum pro ſimonia in ingreſſu Religionis *ex dicto capite veniens*, (ad quod iam diximus ex Suario) tum in ordine *ex Extrauag.* 2. *de Simo.* ſed diſputat. 37. iam dictum eſt non eſſe ipſo facto impoſitam hanc pœnam.

9 In alijs vero materijs tenēt omnes cum Suario non eſſe pretium reſtituendum Iure Eccleſiaſtico pro ſimonia.

10 Quod ſi quæras quid faciendum, quando qui recepit pecuniam, non præſtat id, ad quod obligatur v. g. Monaſterium nō recipit Religioſum. vide *diſput.* 41. *num.* 1.

DISPVTATIO XXXXIII.

De Simonia confidentiali, & eius pœnis.

VIſum eſt nō abs re hanc Diſputationem huc remittere, poſtquam de pœnis in beneficijs diſſeruimus, cum materia huius ſimoniæ, ac pœnarum eius, ſint beneficia.

QVÆRES I.

Quid ſit Simonia confidentialis, & quibus modis committatur.

1 DIco 1. ſimonia confidentialis eſt renunciatio beneficij vel collatio, præſentatio, inſtitutio &c. cum confidentia, ſeu pacto, quod beneficium, ſiue ſimplex, ſiue curatum, ſiue regulare, aut ſæculare aliquando redibit ad ipſum reſignantem, ſeu conferentem, vel ad alium, quem ipſe deſignabit. Hæc deſcriptio patet ex Bulla Pij IV. & Pij V. & Sixti V. & ex his, quæ habet Suar. *cap.* 43. quem citandi Doctores ſequuntur.

2 Dixi *Renunciatio beneficij, vel præſentatio &c.* quia ea committitur à priuatis perſonis per renunciationem beneficij eccleſiaſtici, vel ab his, qui aliquo modo prouident Beneficia eligendo præſentando, confirmando &c.

3 Dixi *cum confidentia, ſeu pacto &c.* quia hæc ſimonia fit cum aliquo pacto tacito, vel expreſſo, alias ſimonia non eſſet, vt ex dictis patet; nam non ſufficit ſi collator v. g. vel Renunciator beneficij ſperet, quod talis reſignatarius det ſibi, vel conſanguineo partem fructuum &c. Pactum autem ſeu confidentia fit vel reſignando beneficium cum pacto, vt ad ſe redeat beneficium, & vocatur regreſſus, vel quādo habens beneficium collatum, quod

Digitized by Google

quod nō dū poſſidet, alteri renūciat, reſeruando ius habendi poſſeſſionem illius, & dicitur ingreſſus, vel denique cum quis Epiſcopi conſanguineus nō poteſt per ætatis defectum, vel quid ſimile beneficium obtinere, & Prælatus cōfert illud alteri, vt ceſſante impedimento conferatur in conſanguineum, & dicitur acceſſus; qui modi ſunt a prædictis Pontificibus merito prohibiti, quia sūt Eccleſiæ nociui. ex Trid *ſeſſ.25.ca.7. de reform.* etiam ſi ſine ſimonia fiant, quia quamdam afferunt hæreditariam ſucceſſionem in beneficijs, vt cum Suario *num.*3. & 9. notant omnes. hæc Suarius *ca.*43.*n.*2, 3. & 12. & docuit Nauar. *ſum. ca.*23. *à num.* 190. Leſſ. *lib.*2. *cap.*35. *n.*95. & 96. Azor. 2. *tom. l.*7. *cap.*27, *q.*6. & ex Recētioribus Sanch. *l.*2. *c.*3. *dub.*34. Filiucc. *de Sim. c.*10. *n.*13. Bon. *q.*2. *de Sim. nu.*6.

4 Quamuis Caſtropalaus *pun.* 18. *n.*4. probabilius putet etiam abſq; pacto tacito, dummodo reſignans habeat intentionem, vt reſignatarius maneat obligatus iterum in ſui fauorem beneficium reſignare, modo intentio illa recipiēti beneficium manifeſtetur; & citat pro hac ſentētia Garziam 11. *p. de benef. cap.*3. *à num.* 184. ſed re vera, ni fallor, idē dicit, quod Suarius quod enim ait Caſtropalaus, *modo tamen intentio illa recipienti beneficium manifeſtetur*, hoc Suarius vocat pactum tacitum; nam ex hoc ipſo, quod ille prauam intentionem reſignantis aduertit, ex aliquo ſigno externo, & accipit beneficium: intelligitur illam obligationem acceptare, ac ſe obligare, nec *diſp.*22. *ſec.*6. *nu.* 16. *de Cenſuris* contrarium docet, vt illi tribuit Caſtropalaus; nam exponens illa verba Bullæ, *ſola dimittētis intentione* addit, *cognita quacumque ratione à recipiente etiam ſi non intercedat pactum, nec expreſſus ſermo de hac re: ſed coniecturis, & quaſi nutibus ſe intelligant*; vult ergo Suarius pactum ſaltem implicitū; nam ait, *pactū nec expreſſus ſermo*, vbi ly *expreſſus* etiam ad pactum reducitur. videte Garziam *loco cit.* qui Suarium ſemper ſequitur

5 Dixi denique *beneficium &c.* quia materia huius ſimoniæ non ſunt penſiones, nec aliæ res ſpirituales, quamuis ſub aliqua confidentia tradi poſſent; vt poſt Suarez *num.* 4. tradit Caſtrop. *loc. cit. n.*1. & Doctores. quamuis Bonacina *q.*7. *§.*1. *num.*10. & 11. dicat penſiones comprændi ſub confidētia, & fundatur in verbis Pij IV. ibi *qui beneficia, penſiones hoc intercedente vitio receperint*: ſed recedit à communi ſententia Doctorum; & in hoc ſeruāda eſt Conſtitutio Pij V. & Suarij ſententia amplectenda abſque ſcrupulo.

QVÆRES II.

An ſit Simonia confidentialis ſi renuncians beneficium in confidentia, per pactum ponat: vt ſibi fructus vel pēſio reſtituatur.

6 Reſp. affirmat. quia Pius V. locutus eſt de eadem confidentia, de qua Pius IV. ſed hic loquitur etiam de penſionibus reſeruatis eidem renunciāti, ſeu conferenti. ibi *ac ſibi penſiones annuas ac fructus &c.* & Pius V. dum ait *alii vel aliis* recte poteſt intelligi de alijs ab ipſo recipiente, ita cum Suar. *num.*7. Caſtrop. *num.*4. Garzia de Beneficijs 11. *p. cap.* 3. *num.* 194. Filiucc. *cap.* 10, *num.* 12. Bonac. *q.*7. *§.*1. *num.*6. *ver. ſecundus modus*, & alij.

7 Contra Nauar. *conſ.*33. *num.*4. Vgol. *tab.*1. *c.*22. *§.*1. *nu.*8, putantes eſſe quidem ſimoniam confidentialem quādo beneficium eſt reſtituendum ipſi renuncianti, non autem quando penſio, vel fructus ſunt ipſi reſtituendi ob verba illa Bull. *alii vel aliis.* & ſequitur Sanch. *l.* 2. *cap.* 3. *dub.* 34 *n.* 12. & Leſſ. *cap.*35. *nu.* 97. vbi ait. Bullam Pij IV. nō eſſe in hac parte vſu receptam, qui vbi eſt potuit contra humanam legem præualere, vt notat Suarez *num.*8. *fine*.

8 Ex dictis infero 1. hanc ſimoniam eſſe tantum iure eccleſiaſtico. 2. non augere diuiſionem ſimoniæ ſupra poſitam; nam ſi confidentia eſt, cum intentione imponendi obligationem, & re-

Digitized by Google

& recipiens ex vi collationis tantum intelligit illam intentionem eſt mentalis, ſi conueniat, eſt conuentionalis, ſi completur traditione beneficij &c. eſt realis, quæ tamen differẽtia ad pænas huius ſimoniæ parum refert; nam hæc incurritur ſtatim ac beneficium recipitur in confidentiam, eſto nondum adimpleuerit id, ad quod obligatur recipiens, & ſic ſimonia continet peculiarem diſpoſitionem, & rigoroſitatẽ, quia maiorem affert corruptelam. vide Suar. *num.* 4. 12. *&* 14. *& cit. D D.*

9 Infero 3. cõfidentiam commiſſam in permutationibus beneficij non cõpræhendi ſub hac, quia lex pænalis nõ eſt extendenda: at in dictis Bullis non fit mentio de permutatione. ita cum Suarez *num.* 11. Bonac. Filiucc. *loc. cit.*

10 Infero 4. non eſſe confidentiam ſimoniacam ſi Prælatus &c. cõferat beneficium cum ea intentione, & ſpe, quod alius poſtea reſignabit in fauorem ſui nepotis &c. vel etiã ſi ſit promiſſio gratitudinis tantum, vel promiſſio reſtituendi alicui beneficium poſt factam collationẽ, vt tradit Sanch. *dub.* 34. *à num.* 3. & eſt iuxta Suarij doctrinam, cum quo in tractatu de Cenſ. ĩ addemus.

QVÆRES III.

Quæ ſint pænæ contra Simoniam confidentialem.

11 RESp. tam pro dãtibus, quam pro recipiẽtibus prima pæna eſt, vt Epiſcopi, & alij Superiores Prælati incurrãt interdictum ab ingreſſu Eccleſie. Inferiores vero pęnam excommunicationis latæ ſententiæ Papæ reſeruatæ. ſecunda reſignatio, & collatio beneficij eſt nulla, & fit inhabilis reſignatarius ad idem beneficium, & ad omnia inde ſequuta. tertia priuatur beneficijs, & pẽſionib' antea obtentis. (intellige poſt ſententiã ſaltem declaratoriam,) quia non tenetur quis ſe ſpoliare beneficijs ritè obtentis. quarta Beneficia, in quibus ſimonia committitur, reſeruatur Sedi Apoſtolicæ nec ab alijs poſſunt valide conferri, & fructus eorum male percepti Cameræ Apoſt. applicantur. ita Suar. *d. c.* 43. *à num.* 13. ſequuntur Conradus *praxi diſpen. l.* 3. *cap.* 10. Layman *l.* 4. *tract.* 10. *cap. vlt.* §. 8. Caſtrop. *pun.* 25. *num.* 8. loquens de excommunicatione contra Bonacinam putantem tantum incurri excommunicationem ex parte accipientis. §. 1. *num.* 1. *q.* 7. & docuit Suarius *de Cenſ. diſp.* 22. *ſec.* 6. *num.* 15.

12 Denique aduerte, quod mediatores in hac ſimonia incurrunt excommunicationem, quãdo reſignatarius implet cõditionem, & ſic eſt vtriq; completa, quia talis excommunicatio incurritur ex vi Extrauagan. Pauli II. ſic cum Suar. *num.* 17. tenet Caſtrop. *pun.* 25. *num. vlt.* & alij ſupra contra Quarantam *ver. Simon. ver. eſt alia pæna* putantẽ mediatorẽ ex vi Bullę Pij incurrere excommunicationem. & Bonacinam putantem cum Pariſio *q.* 7. §. 1. *n.* 12. Cardinales, & alios Prælatos incurrere excõmunicationẽ ex quadam Declaratione in Conſiſtorio facta à Pio V. ſed quod diximus ex Suario eſt amplectendum, vt pote communius.

13 Addo ex Sanchez *d. dub.* 34. *nu. vlt.* has pænas non incurri, quando renũciatio, ſeu collatio facta in confidentia ob aliquem defectum eſſẽtialem, & nõ tantum propter ſimoniam eſſet nulla; quia quod nullum eſt, nullum parit effectum. De qua re dixi late *in tract. de matrim. ex doctrina Sanch.*

14 Tantum noto quod Conradus *d. l.* 5. *c.* 10. *num.* 15. dicit mediatorem in ſimonia confidentiæ ſi participet de fructib' beneficij incurrere oẽs pęnas cõtra ſimoniacos confidẽtiales, quia ait, ille tunc nõ modo dicitur mediator: ſed etiam principaliter facere, & committere delictum cõfidentiæ: ſed hoc videtur difficile; licet enim participet de pecunia, & teneatur ad reſtitutionem principali non reſtituente ex Nauarr. *conſ.* 70. *de Sim.* tamen non eſt ſimoniacus cõfidentialis cum hic non renunciet, nec conferat &c. cum pac-

pacto, quod beneficium ad ipſum redibit, in quo caſu eſt ſimonia confidentialis, vt *diſ. praeced. numer.* 1. *dixi* ſaluo &c.

DISPVTATIO XXXXIV.

De Diſpenſatione circa Simoniam, & eius pœnas.

1 SVppono hic vt certum, non poſſe diſpenſationem cadere in ſimoniam Iuris Diuini; bene tamen in ſimonia iuris humani. Solus enim Pōtifex poteſt diſpēſare, ita vt ſua diſpēſatione, non sit ſimoniaca actio, quæ illa non posita talis eſſet. At moraliter loquendó nūquam diſpenſat, quia ſecum non indiget diſpenſatione: ſed poteſt alia via facere: cū alijs vix poteſt eſſe vtilis talis diſpenſatio.

2 Suppono 2. hic ſermonē eſſe quoad pœnas ipſo iure latas; nam in pęnis ferendis poterit forte Epiſcopus diſpenſare. ita Suarez *cap.* 61. *n.* 12. & 7. Molfeſius *num.* 112. & alij paſſim.

3 Non desinam adnotare quod Caſtrop. *pun. vlt. num.* 1. notat non poſſe ab Epiſcopo tolli infamiam, & depoſitionem, quia ſunt perpetuæ: ſed non video huius rei fundamentum; vnde etiam hanc poſſe per Epiſcopum, aut Iudicem eccleſiaſticū tolli, puto probabile; vt tenent à fortiori Præpoſ. 1. *q.* 5. *n.* 5. & ad id Suar. ſupra dicta doctrina videtur inclinare. his poſitis,

QVÆRES I.

Quis poſſit à cenſuris ob Simoniam incurſis abſoluere.

4 DIco 1. excommunicatio impoſita in ordine, beneficio, & ingreſſu Religionis, vel contra committentes ſimoniam in Curia datis, vel promiſſis pro gratia, vel iuſtitia. ex Greg. XIII. Conſtit. poteſt abſolui tantum à Papa, vel auctoritate Bullæ, aut ab habentibus Priuilegium ab excommunicatione Papæ reſeruata abſoluendi, iuxta regulas de Cenſuris Papæ reſeruatis, quas ſuo loco trademus, cum Suar. de Cenſur.

5 Dico 2. tam ſuſpenſio in ſimoniace ordinante, quam in ordinato tum ab ipſo ordine ſimoniace ſuſcepto, tum ab alijs ordinibus antea ſuſceptis, non poteſt tolli nisi à Papa. de ſuſpensione ordinis simoniace recepti habetur *Extrau.* 2. *de Simon.* vt notant DD. ibi *ex c. per translationem de renunciat.* de alijs. prob. quia illa ſuſpensio eſt pura pœna, & sic non poteſt tolli nisi ab eo, qui poſuit, nempe à Papa; sicut is ſolus poteſt ſuſpensionem propter ingreſſum ſimoniacum Capitulo, vel Conuentum tollere ex *Extrauag.* 2. & pœnā expulſionis à Monaſterio poſt ſententiam latam, nisi aut ignorantia, aut neceſſitas fuerit. & *cap. de reg. de Simon.* & *c. quoniam. eodem.* & ſequit. Sanch. *dub.* 120. *l.* 2. *cap.* 3. *num.* etiam de ſuſpenſione in ordine, & beneficio facta ſuppoſitione, quod ea per ignorantiam incurratur.

6 Dico 3. interdictum perſonale contra ordinantes ſimoniace non poteſt, niſi per Papam tolli, ex Bulla Sixti V. qui voluit, vt tantum ab ipſo poſſit tolli, ſicut, & ſuſpenſio; ita vt nec per Bullam, aut alia Priuilegia generalia poſſit auferri, etiam pro foro conſciētiæ. Contra vero interdictum contra Cardinales, & Epiſcopos, & alios Prælatos recipientes beneficiā in confidentiam, licet Papæ reſeruetur, poteſt per Iubileum, & alia priuilegia generalia tolli. hec Suar. *c.* 61. *à num.* 4. *ad.* 9. poterit tamen ab omnibus dictis cenſuris, ſi occultæ ſint, nec ad forum contentioſum deductæ ab Epiſcopo diſpenſari iuxta Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. cuius conceſſio extenditur a quamcūq; cenſuram occultam, vt notat Suar. *nu.* 11. circa medium. ſequitur quoad omnia Caſtrop. *tract.* 17. *d.* 3. *pun. vlt.* Vbi *num.* 2. oſtendit, hanc facultatem Epiſcopi etiam ad ſuſpenſiones in ordine, & citat pro ea ſententia, Suarium *loco à me citato*, dicitque Leſſ. *n.* 134. docere non eſſe receptam Bullam Sixti V. ſed Leſſius dicit *puto hanc conſtitutionem pleriſq; locis ignorari,*

rari, ac proinde non eſſe vſu receptam, quod verum eſt vbi ignoratur; at ex hoc nõ infertur alibi non eſſe vſu receptam, Bonac. ait *q.7.§.6 nu.11.* ſe id in Italia ſaltẽ non admittere, & Suarius illam eſſe receptam ſupponit; & ſic eius doctrina procedit de omnibus cenſuris occultis, exceptis ijs in ordine, ita Sanchez *conſ. moral. l.2.c.3. dub.* 104. *num.*45. *& dub.* 120. *num.*4. & Filiuccius *cap.*13.*num.*38.

Addo Suario in caſibus in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare poterit etiam ſi ſecum ſit cõmiſſa ſimonia, ſic Sãch.*d.du.*20.*n.*15. Leſſ.*n.*136. vide Bardi in Bullam *p.3.tr.2.ſec.*4. vbi ait nõ poſſe Cõmiſſarium Bullæ diſpenſare in irregularitate, quę oritur ex infamia iuris ob ſimoniam, quia hæc procedit ex ſimonia, ſed oppoſitum eſt etiam mihi probabile, quia Pontifex dum excipit irregularitatem ex ſimonia, intelligit de illa quæ oritur immediate ex ſimonia.

QVÆRES II.

Quis poſſit in alijs pœnis ipſo facto contra ſimoniacos impoſitas, diſpenſare.

7 DIco 1. nullitas collationis beneficij non poteſt proprie diſpenſari, niſi antecedenter diſpenſando, vt valeat collatio quamuis ſimoniaca, ſed hic modus eſt valde iniquus, & indecens, vt timendum ſit poſſe cum effectu concedi. ita Suar.*n.*9. ſed vide quæ dixi *de matrim. l.8.diſp.*17. *&* 18.

8 Dico 2. inhabilitas ad obtinendum idem beneficiũ, quod fuit per ſimoniam obtentũ non poteſt niſi per Papam tolli, quando recipiens nõ ignorauerit ſimoniam commiſſam, & ad illã aliquo pacto cooperatus eſt, nam ſi bona fide recepit illud ignorans pecuniam datam eſſe, poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſi beneficium ſit ſimplex (vel Canonicat' Eccleſię Cathedralis, vt hoc addam ex Nauar. apud Sãch. *dub.*120.*nu.*23.) & poſtquam illud liberè reſignauerit, ſtatim cõferatur de nouo; contra vero ſi ſit maius, quia Curatum v.g. vel dignitas quia tunc non poteſt pro illa vice diſpenſare Epiſcopus; ſed poſtquam alteri collatum fuit, & vacet, poterit diſpenſare. ita Suar.*c.*61.*nu.*9.*&* 10.ſeq. Caſtrop. *pun.vlt.* Filiuc.*cap.*13.*nu.*38. Sanch.*d. du.*120.*à n.*22. Pacius Iord. *lib.9.tit.*1. *à n.4.ad* 43. Borg. *de irregul. p.6.tit. de ſimonia à num.*95.

9 Idem ego dicerem, quando quis recipit beneficium, ſciẽs ſimoniam, ſed non potens cõtradicere, quia vbi non eſt delictum, non debet eſſe pœna, & quidem ſi metus eſt cadens in virum conſtantem pro foro etiam externo, poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſi eſt leuis pro foro conſcientiæ, vt dixi in ſimili *de matr. l.*4. ſaluo Suarij, & aliorum iudicio.

10 Dico 3. inhabilitas ad alia beneficia, quæ cõtrahitur ipſo iure in ſimonia cõfidentiali (nam in alijs diximus non contrahi, niſi poſt ſententiam ex Nauarr.) non poteſt niſi à Papa tolli, & verius eſt, nec per aliquem in caſu occulto, quia nõ eſt irregularitas, ſed quædam pœna; eſt communis ſentẽtia teſte Caſtrop.*d.pu.vlt.n.*3. & extãt pro ea dictæ Cardinaliũ declarationes. ita Suar.*c.*61.*n.*11.ſeq. Filiuc.*c.*13. *num.* 38. vbi ait ita eſſe ex vſu Sacræ Pœnitentiariæ.

11 Sed contrarium putat tutum, & probabile. Caſtrop. *l.c.cit.* cũ Leſſio, & Enriquez apud ipſum, & Sãch. ſupra *nu.*40. & vere probabilis eſt ſententia; quia hęc inhabilitas eſt quædam irregularitas, nec declarationes, & Rotæ Deciſiones cogunt, vt bene cum Vaſquez 12. *& d.*177.*cap.vlt.num.*75. docet idem Caſtrop. & ego alias fusè.

12 Et idem dico ſiue beneficiũ pertineat ad collationẽ Epiſcopi, ſiue Papę, vt bene Speculator *tit. de diſpenſat. nu.pen.* vide quæ dixi *de matr. lib.8.d.*7.

QVÆRES IV.

An in reſtitutione pretij ſimoniacè accepti, poſſit fieri diſpenſatio.

13 REſp. affirm. quando hæc eſt iure tantum eccleſiaſtico facienda, con-

cõtra vero ſi iure naturali;tunc enim per ſe non poteſt, niſi in pœnam alterius, qui ſimoniam cõmiſit per legitimam cõdemnationem priuationis illius pretij, quod tunc poteſt Papa remittere ei,qui debet facere reſtitutionem. ita Suar.*num*.12.

14 Addo Suario poſſe Iudicem eccleſiaſticum talem remiſſionem facere, quando non eſt ex diſpoſitione iuris alicui loco pio reſtituenda, caſu,quo ille, cui deberet fieri reſtitutio per ſententiam,& in pęnam,illa pecunia priuetur.

QVÆRES V.

An ſi Papa conferat beneficium illi, quem ſcit eſſe ſimoniacum cenſeatur diſpenſare.

15 RESp.affirm.ratio eſt, quia nõ debet cenſeri Princeps Supremus fruſtra beneficium conferre, & licet iuxta *clem.vn.de ſent.excom.*Papa cõmunicans cum excommunicato nõ cenſeatur eum abſoluere, niſi exprimat,tamen ſi confert beneficium diſpenſare cenſetur, quando neceſſe eſt ad valorem actus. ita Suar. ex Felin. *cap.præterea de teſt. cog. nu.*7. vide dicta *in lib.*8,*diſp.*4.*de matr.*vbi ampliatur hæc doctrina ad Epiſcopum, & alios potentes conferre.

16 Hinc infert.1.Pontificem vendentem alicui beneficium,cenſeri diſpẽſare ſaltem quoad pœnas iuris eccleſiaſtici, quãdo eſt ſimonia iure naturali, & non poteſt tolli per mutationem materiæ, & quoad culpã etiam, quando eſt ſimonia tantum iuris eccleſiaſtici.ita Paludan.*diſ.*25.*q.*4.Sot. *l.*9.*de Iuſt.q.*5.*art.*2. Couarr. *reg. peccatum.* plures referens, quos ſequitur. Suar. *num.*15.

17 Infertur 2.per conſuetudinem poſſe has pœnas ſimoniæ tolli, etiam ſi ſimonia ſit contra Ius Diuinum;nam pęnæ ſunt iuxta ius humanũ,vt Suar. tradit *n.vlt.* quomodo autem debeat eſſe conſuetudo ad leges abrogandas vide,quæ dixi *lib.*7.*de matr.diſp.*4.

Huic Suarij doctrinæ aliqua pro praxi notatu digna addam.

18 Primo, quando abſolutio virtute Bullæ poteſt dari in caſibus dictis, nõ eſt neceſſe,vt prius fiat reſignatio beneficij,ſed ſatis eſt propoſitum, quia nõ eſt faciẽda reſtitutio propter partis iniuriam. ita Sanch.*d.dub.*120.*n.*6.

19 Secundo,qui beneficium v. g. Canonicatum ex diſpẽſatione Epiſcopi iuxta dicta *n.*8. reaccepit,poſt factam renũciationem illius ob commiſſam ſimoniam non obtinet primum locũ in choro, quẽ habebat; ſed alium, ac ſi eſſet de nouo electus.contra vero si à Papa reualidetur, eius electio, ex eo quia prima non fuit nulla ob ſimoniam in caſibus ſupradictis.

20 Deniq; adhoc vt diſpẽſatio valeat ad idem beneficium obtinẽdum, debet explicari,quod ſimoniacè fuit acceptum,non autem neceſſe eſt explicare ſimoniam ad alia obtinenda,videte Sanch. *lo.cit.*& Corradum *praxi beneſ.lib.*5.*cap.*9. & ſeq. vbi ponit formulas petitionum diſpẽſationis,quæ non ſunt huius loci. Satis enim. hæc ſint de ſimonia dixiſſe.

FINIS LIBRI QVARTI.

Digitized by Google

TRACTATVS TERTIVS
DE
ORATIONE, DEVOTIONE,
ET HORIS CANONICIS.

CVM præcedentibus tractatibus de diuino Cultu, præceptis ad illum pertinentibus, & vitijs contrarijs egerimus; remanet vt in ſequentibus iuxta diuiſionem initio operis factam de tribus actibus ſpæcialibus Religionis, nempe de Oratione, Iuramento, & Voto per tres ſequentes tractatus diſſeramus, & initium ſumentes ab Oratione, vtpotè ab actu præcipuo, & magis interno. Tractatum hũc diuidimus in quatuor Libros. Primus erit de Oratione in Communi. Secundus de Oratione Mentali, & Deuotione. Tertius de Oratione vocali priuata. Quartus de Oratione publica, ſeu Horis Canonicis. Id tamen obſeruabimus etiam in his tractatibus, quod in alijs nimirum ea quæ potius ſpeculatiuam ſapiunt materiam, breuiter & clare ex Suario præſertim (vix enim alium hæc pertractantem tam eruditè reperias) trademus; nil fere omittentes, quod ad eius auream ſane doctrinam pertineat; reliqua quæ ad praxim ordinantur fuſius, ex ipſo, & aliorum etiam placitis, ac noſtro locupletabimur.

LIBER PRIMVS
DE
ORATIONE IN COMMVNI.

DISPVTATIO I.

Explicantur ea, quæ pertinent ad orationem quoad ſuum eſſe quaſi phyſicũ.

QVÆRES I.

Quid ſit Oratio?

1 REſpondeo Oratio pro vt in Sacris Scripturis accipitur, & de qua agimus hic (*eſt petitio decentium à Deo*) nam ſi latinorũ acceptionem ſpectes, eſt omnis ſermo loquẽtium, & dicitur Oratio, quaſi oris ratio ex Hieron. *Ep.* 139. noſtra autem acceptio eſt à verbo orandi, quod rogare ſignificat.

2 Dicitur: ergo *Petitio* in poſita definitione cõmuniter recepta à Theologis cum D.Tho. 4. *diſt.* 15. *q.* 4. *art.* 1. *quæſtiunc.* 1. ex Damaſc. *l.* 3. *de fide cap.* 24. vt donetur quod oratio non eſt

eſt quæcumq; petitio (aliàs idem per idem definiretur) ſed perfectiſſima petitio Religioſa, & ad cultum Dei pertinens, & ſic petitio eſt veluti genus. Nomine petitionis ſignificatur actus mentis, quo alius mouetur ad aliquid faciendum iuxta deſiderium petentis abſq; eo, quod ipſi obligatio imponatur ex vi petitionis.

3 Dicitur *à Deo*. ad differentiam aliarum petitionum, quæ orationes non ſunt iuxta acceptionem poſitam, & poſſunt eſſe bonæ, vel malæ, vt ſi res bona petatur, & non à Deo, vel mala à Deo, at oratio proprie accepta bona tantum eſſe poteſt, licet nõ ſit neceſſe, vt fiat à bonis, ſeu iuſtis.

4 Dicitur *decentium*. quia ſi non petatur aliquod decens, non eſt oratio, ſecundum rationem virtutis, ſed potius execratio ex Gaet. 2.2. *q*.83. *ar*.4. & ſumitur ex D. Baſil. Homil. in Martyr. Iulytam. Greg. Niſſ. *lib. de ora.* initio, & alijs. contra Nauarr. *c*.1. *n*.18. *&* 19. *de orat.* nolentem hanc particulam, decentium.

5 Quod autem hæc deſcriptio ſit bona, & ſufficiens patet, quia poſitis his duabus differentijs, vt ſit *à Deo*, & *decentium* habetur ratio perfectiſſimæ petitionis, quam orationẽ vocamus, etiã ſi nõ addatur, vt fiat *modo debito*; nã in definitione actus virtutis ſufficit ponere requiſita ex parte ipſius, & non ex parte operãtis: nam ſi modus deſit ex parte operantis, adhuc remanet ſubſtantia orationis.

6 Cõtra vero ſi aliqua ex his circumſtantijs ex parte actus deſit, non erit oratio; vnde Dœmones non orant, tum quia mala petunt; tum quia etiam ſi bona peterent, nolunt illa à Deo recipere. hæc Suar. *tr*.4. *lib*.1. *de orat. c*.1. *&* 2. & ſupponit Caſtrop. *hic diſp*.1. *pũ*.2. & alij dũ Suariũ ſequũtur. quoad aliqua, licet hęc nõ attingant.

Exponit. locus Luc. 18. *& Pauli ad Theſ.*

7 OMmitto autem omnino orationem quam aliqui dicunt communiſſimè acceptam, nempe bonam operationẽ iuxta Gloſſ. *in* 1. *ad Theſſ.* 5. *ſemper orat qui ſemper bene agit*, quia eſt improprijſſima ſignificatio, nec in antiquis Patribus vſitata, quam non eſt dicendus intendiſſe Chriſtus Dominus Luc. 18. *Oportet ſemper orare &c.* & Paulus *ſine intermiſſione orate*. de quo loco vide *diſp*.3. *num*.7. *lib*.2. nam ſatis eſt intelligere *ſemper, & die ac nocte i.* omnibus congruis temporibus, & cum magno affectu incumbẽtes, abſq; eo, quod ſuperemur difficultate, aut mora impetrandi. ex Lyran. D. Bonau. in Luc. & D. Th. in Paul.

Nec credẽdus eſt Auguſtinus, quem refert Gloſſa dixiſſe, *non deſinit orare, qui non deſinit bene operari*, in hoc ſenſu, ſed quia propter bonam operationem aliquando eſt oratio intermittenda. Hæc Suar. *c*.1. *à n*.2. *ad* 6. *lib*.1. *de orat. in cõm.* ſicuti nec placet quod S. Th. ait 2.2. *q*.83. *art*.14. orationem debere durare ſemper ſaltẽ in effectu, quia nec deuotionem, nec rem impetratam durare, neceſſe eſt.

8 Præterea etiam hic aliam ſignificationem orationis bonam quidem, ſed magis generaliter acceptã; nẽpe pro eleuatione mentis in Deum facta ſpecialiter ad cultũ, vel laudationem Dei, vt explicat Clithoueus in Damaſcen. *lib*.3. *de fide c*.24. licet nõ placeat hic auctor, quatenus ait Chriſtũ non ſemper hoc modo habuiſſe mẽtem eleuatam, quid enim obſtare potuit, quo minus illam contemplationem, ad quam etiã per infuſam ſcientiam erat intentus, ſemper ad laudem Dei ordinaret, vt aduertit Suar. *cap*.1. *nu*.7. licet aliquando applicauerit intellectum, vt operantem depẽdenter à corpore, & ſic vigilando vnde pernoctabat in oratione. Sed de hac oratione dicemus lib. ſequen. In hoc tantum agemus de oratione, quatenus petitio eſt &c. quæ proprijſſimo, & ſpeciali modo oratio dicitur. Vide Suar. *n*.8. *d. cap*.1. *& cap*.30. *à n*.3. *ad* 8. quem ſequitur Lezana *in mare mag. & reg. Carmelit. à nu*.79.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES II.

An dicta petitio quatenus mente fit, ſit actus intellectus, vel voluntatis.

9 RESpon.cum diſtinctione, ſi talis oratio fiat per conceptus mentales vocum, quibus fit externa petitio, quos Dialectici vocant conceptus non vltimatos, eſt actus intellectus, quem habet pro obiecto proximo voluntas petendi, & orandi: ſi vero non fiat medijs conceptibus vocũ, erit actus voluntatis, & nõ intellectus.

10 Prior pars explicatione prob. quia cũ homo interius petit aliquid à Deo certum, eſt operari per actus tum intellectus, tum voluntatis.

11 Primo enim debet cognoſcere ſe illa re carere, ac ſibi cõuenientem eſſe à Deo obtinere; & ſic debet iudicare illum eſſe potentem ad dandum, & velle media petitione alterius dare ſaltem probabiliter. Et in his actibus, vt de ſe patet, non habetur ad huc petitio.

12 Secundo oritur ex hac cognitione deſiderium habendi talem rem, quod eſt actus voluntatis; ex hoc voluntas petendi, quæ eſt actus à deſiderio diſtinctus; tum quia poteſt ſtare deſiderium ſine petitione, tum quia ſi ſit efficax petitio, aſſumitur vt medium: & quidem quando petitio fit inter homines, manifeſtum eſt obiectum voluntatis petendi, ſeu id, quod voluntas petendi vult, nõn eſſe deſiderium, aut actum voluntatis: ſed alterius potentiæ, nempe ipſam petitionem exteriorem, & vocalem, quæ cum ſit humana, procedit immediate à ratione. Vnde ſequitur, quod petitio ſit actus rationis, quando fit inter homines. Et idem dicendum eſt non ſolum de oratione vocali ad Deum: ſed de illa, quam ſine voce formamus; nã experimur, quod priuſquã loquamur, exprimimus in mente ipſos conceptus vocis eo idiomate, quo deinde proferimus. In hoc ergo conceptu dicimus conſiſtere petionem, & ſic erit actus intellectus, & quædam repræſẽtatio deſiderij, quam homo ad Deũ facit. hæc Suar, *cap.3. hic. à num.8. trac. 4. l.1*, & eſt ſententia D.Thom. *qu.83. ar.2.* & omnium Thomiſtarum cum Nauar. de Oratione *cap.1. n.8.* abſolute docentium orationem eſſe actum intellectus. vt docet etiam Leſſ. *dub.2. num.5.*

Poſterior Pars Aſſertionis nimirum Petitionem eſſe actum voluntatis ſi non fiat medijs conceptibus.

13 PRobat. quia loquutio, ſeu petitio hominis ad Deum imitatur loquutionem Angelorũ ad ipſum Deũ; ſed hæc eſt ſolus actus voluntatis; ergo locutio hominis ad Deum eſt actus voluntatis. Maior patet, quia ſupponimus tum Angelos, tum animam ſeparatam non loqui medijs conceptibus ſenſibilibus. Et hoc modo etiam poſſe hominem loqui ad Deum abſq; miraculo, licet ordinarie primo modo loquatur.

14 Minor prob. ex S.Thom. *1.p.q.107. ar.3.* & ratione, quia loquutio Angeli ad Deum eſt actus immanens in ipſo; nam non poteſt eſſe actus tranſiens, vt eſt locutio Dei ad Creaturas, quæ recipitur in ipſis; cum in ipſo nil fieri poſſit per creaturarum locutionem, nec indigeat ſignis, vel alio intermedio: ſed talis actus non poteſt eſſe niſi voluntatis, quia non eſt, niſi ordinatio ſui deſiderij ad Deum, coniuncti cum recognitione indigẽtiæ, & dependẽtiæ ab ipſo: ergo. Cõfirm. quia non poteſt intelligi alius actus, qui ſit locutio præter hunc actum voluntatis; nam actus intellectus quo homo cognoſcit ſuum deſiderium eſt locutio ſibi ipſi; quando vero vult illud Deo repræſentare, eſt locutio ad Deum. Et ſi reflectat ſe deſiderare ac velle ſuum deſiderium manifeſtare, iam habita eſt locutio, & ille actus reflexus non inſeruit. Verũ erit quæſtio parui momenti quærere, an in hac reflexione, ſeu in oratione ſit locutio interna. hęc

Suar.

Digitized by Google

Suar.*cap.4.*& hanc ſententententiam vtique amplectentur DD. qui abſolute docent locutionem eſſe actum volūtatis.vt Medina.*Cod. de Pœnit.tract.de orat.cap.2.*Alenſ.*t.p.q.26.mem.4.*

15 Vnde ni fallor debebat Caſtropal. *pun.2.nu.3.* hanc Suarij diſtinctionem ponere,& nō dicere abſolute *vtriuſq; actum eſſe: ſed præcipue voluntatis.ita Suar.tract.4.lib.1.ca.3.*nam Suar.*d.c.3.* dicit eſſe actum intellectus, & *cap.4.* actum voluntatis cum tradita diſtinctione.

Obiectis Satisfit.

16 EX poſita doctrina facile patet 1. laudē Dei, ſi fiat ad ipſum Deū nō addere nouum actum intellectus præter recognitionē perfectionis Diuinæ: ſed tantum in volūtate ordinationem illius æſtimationis ad ipſum Deum,tam in Angelis, quam in ſpiritibus ſeparatis & in hominibus ſi abſque conceptibus ſenſibilibus Deum laudent.

17 Secundo idem eſſe de gratiarum actione,quæ fit ordinando ad Deum recognitionem accepti beneficij, & ſic conſummatur formaliter in actu voluntatis; nam ſi tantum in animo habeatur recognitio beneficij non dicitur gratias agere:ſed habere gratias. Et ſi ex hac naſcatur deſiderium exhibendi Deo gratum animum, pertinet ad gratitudinem.Sicuti dum quis ſua peccata recognoſcit, intellectus operatur; at dum Deo confitetur interno actu,voluntas dirigit illam humilem recognitionem ad Deum.

18 Similiter in obſecratione dicendū, ea enim formaliter conſiſtit in ordinatione, ſeu in voluntate repræſentādi Deo titulos exaudiēdi orationem, excogitatos per intellectum.

19 Denique ex locutione Angelorum inter ſe non poſſe ſumi argumentum contra dicta patet; quia ea fit per ſe ad manifeſtandos proprios conceptus, quod non accidit in locutione creaturæ cum Deo,qui nouam manifeſtationem,ſeu notitiam non acquirit, adde multos velle eam conſiſtere in actu voluntatis: ergo multo magis in ordine ad Deum.Et illi,qui volunt fieri per aliquam aliam actionem receptam in Angelo audiēte, id de Deo negant.vide Suarium *cap.5.* quem ſequitur Caſtropalaus *loc. cit. num.4.*

DISPVTATIO II.

De his,quæ pertinent ad orationē quoad eſſe morale,ſeu honeſtatem,ac conuenientiam eius.

QVÆRES I.

An Oratio, ſeu Petitio honeſte, & conuenienter fiat ad Deum.

1 REſp.affirm. ſi fiat debitis circumſtantijs, & in materia debita nempe petendo rem bonam, nam agimus de oratione prout eſt virtus, in qua precipue diuinus cultus intenditur,vt dicemus; eſt de fide,& patet ex innumeris ſcripturæ locis, vbi & Prophetæ,& Chriſtus Dominus orauit, & Matth. 6. docuit; nos orare, & alibi.

2 Dices vel Deus decreuit rem illam, quam petimus,dare,vel nō. Si ſecundum impie facimus petendo, & iuxta hœreticos apud D. Tho. 2.2.*q.87. ar.1.* dicentes per orationem immutari diuinam diſpoſitionem. Si primum fruſta petimus, quia Deus infallibiliter facit,quod decreuit.

3 Reſp. nos, dum oramus, petimus, vt id faciat,quod ab æterno decreuit, quia fortaſſe decretum illud non fuit ſine oratione noſtra.v.g.dabo ſanitatem,ſi rogatus fuero,vt patet.*Iſai.38. Audiui orationem tuam.Iacob.5.Oratio fidei ſaluabit infirmum.*

4 Verum tamen eſt, quod licet præcipui gratiæ effectus præordinentur ante præuiſionem orationis, tamen ipſa oratio neceſſaria erit,quoad executionem,& ad effectum obtinēdum in aliquo caſu.ita Deo volente:tum quia vult operari per cauſas ſecūdas, tum quia vult merita noſtra, quæ licet

Digitized by Google

eet per alios actus haberi poſſunt;tamen vult Deus orationem , quia homo illum recognoſcit tamquam gratiæ auctorem,& vt præberet occaſionem ad eum accedendi . ex Aug. de Bono *perſeuer.c.*17.Proſp.*l.*2.*de vocat, gent.c.vlt.*Chryſ.*l.*1.*de orando Deum.*

5 Non repugnat tamen dicere,quod aliquæ res inferioris ordinis ante præuiſam orationem à Deo ſimplici affectu intendantur , & propter præciſam orationem efficaciter ordinẽtur. vide Suar.*cap.*6. *n.*9.

6 Omitto hic 1. Maſſilianos dicẽtes orationem eſſe adeo vtilem , vt ipſa ſola ſufficiat abſq; alijs Sacramentis &c. quod rectè impugnat Chryſoſt. *lib.*1.*de orando Deum.*

7 Secundo eos, qui putabant omnia ex neceſſitate , & fato euenire, aut Deum non habere prouidentiam inferiorum rerum . nam priores malè inferunt,non eſſe neceſſariam orationem,etiam retenta ſua falſiſſima ſententia, quia illa neceſſitas poteſt oriri ex eo,quod inter cauſas ſecundas poteſt eſſe oratio,quamuis S. Tho. 2.2. *q.*83.*ar.*2.& alij comm.dicant, ex illo errore tolli orationis vtilitatem ; poſteriores autem hœretici ſuo errore cõuincentur alibi.Hæc Suar.*c.*6.*à n.*2.

QVÆRES II.

An Oratio ſit actus elicitus à Virtute Religionis.

8 RESp. affirm. cũ hac diſtinctione, vt quoad effectum orandi immediatè eliciatur ab ipſa Virtute Religionis, quoad ipſam petitionem ſit propriè actus imperatus,quando petitio fit per locutionẽ , ſeu cõceptum vocum, vt *diſp.præc.*dictum eſt *à n.*9. ſi autem fiat per actum voluntatis,vt diximus eadem *diſp. à nu.* 13. eſt quidem à Religione elicitus, ſed immediatius quoad effectum petendi,mediate quoad ipſam petitionem;& ratio eſt,quia petitio elicitur à virtute mediante affectu: ergo ab ea virtute elicitur,à qua ipſe affectus orandi elicitur; ſed hic prouenit à Virtute Religionis: nã debet procedere ex motiuo colendi Deum: non enim oramus,vt Deo manifeſtetur,quod prius erat incognitum , neq; vt nouam habeat voluntatem:ergo.ita S.Tho.2.2. *q.*33.*ar.*3. vbi Gaet. & omnes Theol. *in* 4.*diſ.*15. dicentes orationem eſſe à virtute Religionis , & vltra Suar. hìc *c.*7.*à n.*3.*ad.*8. omnes fere Recẽtiores ſupponunt. Leſſius.*c.*37.*dub.*2.*num.*7. Caſtrop.*pu.*2.*diſp.*1.*de orat.nu.*2.& alij Roccafull.*Theol.mor.p.*2.*lib.*1.& ſeq.

Obiectis occurritur.

9 DIces eiuſdem virtutis eſt intendere finem,& applicare media: ſed oratio ſumitur vt medium ad obtinendum id,quod deſideratur,quod poteſt deſiderari ex affectu charitatis, vel ex affectu pęnitentię &c.ergo oratio non eſt ſemper à virtute religionis:ſed ab alijs.

Reſp.diſtinguo maiorem. Eiuſdem virtutis eſt intendere finem, & applicare media,eliciẽdo illa, nego maior. imperando illa.cõcedo maior. & cõceſſa minore diſt.conſeq. nõ eſt à virtute Religionis elicitiue, nego conſequentiam. imperatiue concedo conſequentiam.

10 Nam quando virtus indiget alia; etiam quoad formalem honeſtatem, non poteſt eſſe eliciens : ſed tantum imperans. v. g. Pænitentia deſiderat peccatum repellere , indiget charitate: at non poteſt elicere actum amoris:ſed imperare charitati, vt eliuat illum.Ita poſito fundamento fidei;(*nã quomodo inuocabunt,inquem non crediderunt.*Paul.ad Rom.X. (cupit homo ſanitatem,v.g.& in illo affectu rei honeſtatæ imperat Religioni, vt orationem eliciat , quæ pro fine ſuo proximo,& intrinſeco habet Deum colere, pro extrinſeco ſanitatem.

11 Atq;hic cultus vix in oratione procedente ex fide,de eſſe poteſt,cum ad illud ſatis ſit,vt qui orat,cognoſcat ſe indigere auxilio Dei, & quod per orationem ſe Deo ſubmittere velit ; &

caſu

Digitized by Google

caſu quo nõ haberet orans talem reuerentiam; ſed totus eſſet ad ſuum cõmodum intentus, eius oratio materialiter eſt cultus Dei, nec à Religione elicitur,& qui voluntarie id faceret,peccaret,& actus eius eſſet malus; contra vero ſi per quãdam inaduertentiam naturalẽ operaretur,quia tunc non eſſet actus deliberatus. hæc Suar. *d.c.7. à nu.8.*

12 Vbi licet non ponat an ſit p. m. & vix alium reperies id explicantem, mihi tamen videtur eſſe tantum veniale in eo caſu,niſi fiat ex contẽptu, qui vix poteſt eſſe in homine Chriſtiano, quia non eſt grauis deordinatio non facere actum illum,cum omni debito modo,& circumſtantia.

QVÆRES III.

An Oratio ſit actus ſupernaturalis.

13 REſp. affir. ſi fiat cum debitis circumſtantijs ſc. vt fundetur in fide firma,& ſpe certa,& diuina promiſsione ex Hilario in Pſal. 118. *Oct.* 3.& 4. etiam ſi orans nõ ſit in gratia habituali, nec hic peccat orando, vt omnes docent. prob. quia de fide eſt ad talem orationem neceſſarium eſſe ſupernaturale auxilium gratiæ, ſed ille actus,ad quem eliciendum eſt neceſſaria gratia, eſt ſupernaturalis, nã ideo gratia requiritur:ergo.Maior deſumitur ex Paul.*ad Rom.*8.ibi.*Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitib' inenarrabilibus*, ideſt docet nos poſtulare. ex Aug.præſertim Serm.171. *de tẽpore*.ibi. *Quidquid boni cogitauerit homo ſubito corde percuſſus ſciat, quia hoſpes* (diuina gratia, quam nomine hoſpitis in ea parab. *Luc.* 11. intelligit) *illi venit de cœlo.*

14 Quod verũ eſt tam de affectu orãdi,qui eſt in volũtate, cũ debeat mouere intellectũ ad actũ ſupernaturalem,& moueatur proxime à prudẽtia infuſa, iudicãte orationẽ eſſe fundendã ex diuinis regulis,quã de ipſa mẽtali loquutione,quæ eſt in intellectu, nã licet illa locutio quãtum ad materiale ſpectata ſit naturalis, tamen quatenus in firma fide, & ſpe nititur, ſupernaturalis eſt.vnde Paul.ait.1.*Corinth.*12. *Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum niſi in Spiritu Sancto.* Verũ quia ad loquutionẽ in ſe ſpectatã ſufficiũt ſpecies rerũ,de quibus loquimur;non eſt neceſse ponere in intellectu ſpecialẽ habitũ infuſũ ad hãc locutionẽ.

15 Immo licet affectus orandi oriatur ex alio deſiderio mere naturali nõ eſt tamẽ incõueniens,quod talis affectus veluti occaſionaliter excitet fidẽ,qua mediãte cũ gratia Spiritus Sãcti eliciatur affectus orandi ſupernaturalis.

16 Deniq;licet difficile ſit ex mero lumine naturali habere ſufficiẽtem de Deo cognitionẽ,qua oratio ad illum vtilis appareat,nimirũ quod is poſſit prẹter curſũ naturę operari ad ea donandũ,quæ petũtur, & quod hęc inferiora curet; tamen ea poſita ex aliqua humana traditione in intellectu, poteſt ſequi oratio, quæ ſit mere naturalis,& nõ mala,ſi fiat cum debitis requiſitis;nõ enim repugnat actũ eſse mere naturalem,& poſse fieri honeſtè ſine ſpeciali gratiæ auxilio. hæc omnia Suar. *c.8. lib.1. de orat.*

DISPVTATIO III.

De circumſtantijs Orationis ex parte termini ad quem,& à quo dirigitur.

QVÆRES I.

Qui ſit modus, quo ſolum Deum orare poſſimus.

1 REſp. ſi petamus ab eo,vt à primo Auctore cuiuſuis boni honeſti, & inſuperabile, ſeu nõ impedibile ab alio,ſi velit, donũ illud cõferre. ratio eſt,tũ quia hoc modo oratio cõtinet cultũ latriæ ſupernaturalis, qui ſoli Deo debetur,tũ quia eſt actus virtutis Religionis,cũ reſpiciat Deũ, vt intelligẽtem bonũ,& omnipotentem. ita præter Suar.*c.9.*Car. Bellar.*l.1.de Cul. ſan.c.*15.Leſſ.*c.*31.*dub.6.n.*28. Caſtrop. *pu.4.n.*3.hic & alij Catholici paſſim.

Digitized by Google

2 Hinc ſequit. quod ſi oratio ad Deũ fieret, & nõ hoc modo, nõ recte fieret, vt ſi quis peteret à Deo rem malam v.g. auxilium ad vindictam de inimico, nam nec illum coleret, cum eum non ſupponat, vt bonum, & ſi fieret hoc modo directa ad creaturas eſſet Idolatria, cum per eam tribuerentur creaturæ propria Dei attributa.

3 Sequitur 2. quod licet poſſim' orare Deum à perſonis abſtrahendo, & vnam perſonam præſcindẽdo ab alia iuxta vſum Eccleſiæ, nunc Patrem, nunc Filium, nunc Spiritum Sãctum orantes; tamen impium eſſet alias perſonas excludere, dum Deum oramus, aut vnam, quia opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa, & ſic adoratio eſt indiuiſa. vide Suar. *dicto c.9. à n.12.*

S. Thomas 2.2.q.83.ar.4. exponitur.

4 Difficilem reddit hanc noſtram concluſionem S. Th. dum pro ratione ait, ſolum Deum eſſe orandum, quia ſolus eſt auctor gratiæ, & gloriæ; & quia etiam alia bona non poſſunt æquè à Deo poſtulari, ac ab alijs creaturis, & ſolus Deus eſt etiam auctor aliorum bonorum eo modo, à nobis explicato.

5 Verum omiſſis Gaetani ſolutionibus, quæ ſolidæ non ſunt, cum nõ bene inferat orationem non ordinatam ad gratiam, & ad gloriam non eſſe bonam. Diximus enim ſupra poſſe peccatorem vera oratione, & ſupernaturali petere à Deo aliqua bona, etiam ſi ex ſua intentione nõ ordinet illa ad gloriam, & negari non poteſt, etiã in oratione ordinis naturalis dari peculiarem modum orandi Deum creaturis incommunicabilem.

Reſp. D. Thomam nõ curaſſe reddere adæquatam rationẽ, ob quam ſolus Deus orandus ſit, ſed tantum conſideraſſe modum orationis conuenientiorem, & nõ ſine cauſa, quia oratio Chriſtiana, vt ſit efficax, debet niti in promiſſione Diuina, quę nõ eſt de bonis inferioribus, niſi vt ad gratiã ordinatis. ita Suar. *n.6. d.c.9. l.1. de orat.*

QVÆRES II.

An Sancti, ſiue Angeli, ſiue homines in cœlo à nobis orari poſſint.

6 Reſp. affirm. eſtque res definita de fide cõtra Vigilantium, qui primus fuit in neganda oratione ad Sanctos ex Hieron. *in Epiſt.35. ad Riparium*, & alios hœreticos, quam ex vſu Eccleſiæ, ex Sacra Scriptura *Tob. 12. Apoc. 8.* & alibi. vbi SS. Angeli orãt pro nobis. (Et idem de Sanctis hominibus deducitur) & noſtras orationes Deo offerunt. Ex varijs Concilijs Gãgrenſi *cap.20.* Nycæno 2. Conſtantiẽſe. Tridẽt. *ſeſſ.25.* eruditiſſime probat Bellarminus *lib.1. de Cul. Sanct. à c.15.* Caniſius *in Cathechiſmo.* Echius. *in Enchirid. c.15.* & alij poſt Suar. *cap.10.* hìc *ad n.5.* Ad ſoluẽdas autem hœreticorũ obiectiones, & varias difficultates videndum eſt quomodo Sancti à nobis orari poſſint.

7 Dico 1. Sancti à nobis orandi ſunt cultu per ſe elicito à virtute Duliæ, licet Religioſo, vel quia ad cultum Dei refertur, vel quia per actus Religioſos tribuitur: ratio eſt, quia Deum oramus, vt auctorem gratiæ, & gloriæ, & iuxta ſupra dicta: Sãctos vero, vt pro nobis intercedant, quod licet aliquando explicemus verbis, quibus videamur eos rogare, vt immediatè id, quod petimus, faciant, tamen ſemper iuxta Eccleſiæ ſenſum intelligimus, vt id faciant pro nobis intercedendo, vel exhibendo aliquod miniſterium Deo in cooperationem boni ab ipſo conferẽdi. ita Suar. *c.10. à n.5.* ex cit. DD. & ſeq. in omnib' Caſtrop. *diſp.1. pu.4. nu.4. & 7.* Bonac. *de Horis Canon. diſ.1. q.1. pu.1. n.12.* Filiuc. *tr.23. c.3. q.9.* & alij apud ipſos.

8 Verum tamen eſt, quod poſſet aliquis Sãctos orare, & immediate cultum Dei intendere. Non enim eſt impoſſibile, quod intendam petere ab hoc Sancto, & non intendam illum colere immediate, ſed Deum, & tunc oratio prouenit à virtute Religionis, ſicuti, & deuotio, vt debet intelligi S. Tho.

Tho.2.2.*q*.82.*ar*.2.*ad* 3.vbi ait, Deuotionem ad Sāctos eſſe ex virtute Religionis. Cæterum dum Sanctos oramus, conuenientiſſime operatur religio, imperās Duliæ, vt eliciat actum venerationis ipſorum. vide Suar. *d. cap*.10.*nu*.8.*&* 9.

9 Dico 2. non ſolum piè, honeſte, & vtiliter oramus Sanctos, vt pro nobis orent, ſed etiam vt ſint pro nobis mediatores propter ſua merita, & ſatiſfactiones. Ratio eſt, quia ipſi ſunt magis familiares Deo, & poſſunt nobis mereri, & ſatisfactiones ſuas nobis communicare *ex* 4.*Reg*.20. *Protegam vrbem iſtam propter me, & propter Dauid ſeruum meum*, & tradit Auguſt. *q*.149.*in Exod*. & nos meritò confidimus illos fore pro nobis efficaces, vt pote charitate ardentes. hæc Suar. *l.c. n*.5.12.*&* 22.ſequuntur cit Recen. & alij communiter.

10 Nec traditę doctrinæ obſtat, quod Chriſtus Dominus eſt mediator hominum cum Deo, & ſic orando Sanctos, ipſi iniuriam facimus. tum quia aliqui putant nunc ipſum pro nobis non orare, quia iam in hac vita fecit opus Redemptionis, & omnia, quæ ad illam pertinent, etiam in particulari; ſed tantum eſſe mediatorem, & Aduocatum, apparendo Deo pro nobis. Sic Vaſqu. *lib*.1.*diſput*.4.*cap*.2.*de adorat*. & ſic Sancti dum orant, non vſurpant Chriſti officium. tum quia licet ex veriori ſententia, quam tradit Maldonatus *in cap*.16.*Ioan*. ex multis Patribus, pro nobis oret in Cœlo, tamen nos non facimus illi iniuriam, quia Sanctos oramus tamquam interceſſores, ipſum vero ex vſu Eccleſiæ oramus, vt miſereatur noſtri, & nō vt oret pro nobis, quia reſpicimus illum vt Deum, & attenta eius dignitate perſonali.

11 Non eſt tamen malū Chriſtū orare priuatim, vt pro nobis oret conſiderādo eius naturā humanā, ſeu Chriſtum, vt hominem, non excludendo ſuppoſitum, ſed ſpectando rationem ſubſiſtēdi in humanitate, & tunc etiā poſſumus Sāctos orare, vt fundati in eius meritis, Deū etiā orent. ita Suar. *d.c*.10.*à nu*.10.ex Gaet. 3.*p.q*.25.*ar*.2. Corduba *l*.1.*q*.5.*du*.3. & ſequitur Caſtrop. & alij ſupra.

12 Nec eſt dubitandum Sāctos in Patria noſtras orationes cognoſcere, ſiue in verbo formaliter per ipsā viſionē, qua vidēt Deū, ſiue cauſaliter per nouas ſc. reuelationes, ratione ipſius viſionis ob connexionē, & charitatē, quę debet eſſe inter Sāctos, & viatores, cū ſint vnū corpus, cuius Chriſtus eſt caput iuxta Paul. *Ephes*. 4. *&* 2. nā hoc probat vſus Eccleſię, quę futiliter oraret, ſi Sācti orationes nō cognoſcerent. & ex ſcriptura colligi poteſt. ex Tob. 12. Apoc. 8. &c. vide Suar. *l. c. n*.19.*&* 20.*& cit.DD*. & nouiſſ. Roccafull. *in Theol.mor.p*.2.*l*.1.

13 Vbi aduerte Sanctos Canonizatos publice orari poſſe à nobis ob Eccleſię auctoritatē, alios vero priuato cultu ob valde probabiles coniecturas de eorum sāctitate, & gloria, vt Suar. *n*.24. nā ſi cōſtet nobis in p.m. obijſſe, certū eſt nō poſſe orari, cū nō ſint de corpore Eccleſiæ ſeq. etiam Caſtrop. *de orat.diſ*.1.*p*.4.*n*.4.*ver. ad ſecundum*.

14 Vbi ly *canonizatos*, quos diximus ex Suario poſſe publice adorari, extendit etiam ad beatificatos, quia hi ſunt ab Eccleſia approbati, ſicuti, & canonizati; & ſolum differunt quod beatificati poſſunt tantum coli cultu publico in aliqua prouincia, vel regno iuxta Papæ conceſſionem. At canonizati pro toto orbe, vt notat Tumanus 2.2.*q*.1.*art*.10.*diſ*.17.*dub*. 3. & eſt vera ſententia, & iuxta Suarium 3.*p.t*.1.*d*.52.*ſec*.3.

15 Licet autem pro viris, quos probabiliter, & prudenter putamus eſſe sāctos, celebrare diem mortis eorum abſtinendo ab opere ſeruili, eorum pedes vel manus quādo efferūt oſculari, ieiunare in vigilia ante diē mortis quia tantum coluntur cultu priuato; nam hæ actiones non ſunt ab Eccleſia inſtitutæ, & factæ nomine publico ab ipſa: ſed à perſonis priuatis nomine proprio. Contra vero non licet altare in honorem eorum erigere, vel Miſsā

Digitized by Google

ad honorem eorum dicere,publicum votum,aut ieiunium , aut diem feſtũ inſtituere publica auctoritate Epiſcopi,aut vniuerſitatis. Imagines eorum in altari etiam priuato collocare, aut in templo;niſi appareat , quod ad tẽpli ornatum ponantur, & non ad eorum venerationem.In litanijs etiam priuatim recitatis illos inuocare:quia hæ actiones conſtituunt cultum de ſe publicum , & ſunt ab Eccleſia inſtitutæ,vt nomine ipſius fiant,ad canonizatos venerandos. ita Sanch. *l.2.ſum. cap.*43.Bellar.*l.1.de ſanctis cap.*19.Caſtrop.*de adorat. & ſacr. diſ.*1.*pu.*3.*n.*8. Peyrinus infra cit.Lezana *tom.*1.*c.*12. *num.*4.

16 Idem quod de litanijs dixi; etiam dicerem de Recitatione Pater,& Aue in honorem horum viuorum ſanctorum, quia hæ ſunt orationes, quæ ab Eccleſia vſupantur ad venerandos ſãctos canonizatos,& recitantur nomine ipſius. Et quamuis vt plurimum non explicent Doctores quale peccatum ſit eas actiones facere: puto de ſe eſſe mortale, niſi excuſet ſimplicitas, quia fit cõtra Eccleſiæ inſtitutionẽ, & Pontificum decreta in re graui,qualis eſt ſanctorum veneratio.

17 Non obſtat traditæ doctrinæ Vrbani VIII. decretũ ſub die 13. Martij 1623. & confirmatum motu proprio *Cæleſtis Hieruſalem* 5. *Maii* 1634. nec Vrbani V. datum apud montem falconẽ 1.ſemptem. & 16. Kal. Octobr. nam Vrbanus VIII.prohibuit ne imagines canonizatorum ponerentur in Eccleſijs,cũ laureolis , radijs aut ſplẽdoribus;ne miracula , & reuelationes eorum narrarentur ; ne lampades ad ſepulcra , & alia lumina , aut tabellæ votiuæ ponerentur,vt latius in cit.decreto videri poteſt. Vrbanus vero V. tantũ condẽnat abſtinẽtiam ab opere ſeruili,& alia quæ fierent cultu publico;nam ſcribens ad Archiepiſcopũ Rauennat. ſcandalum quorumdam fratrum , qui aliquos religioſos venerabantur vt canonizatos:ait (*in anniuerſarijs, ſeu diebus eorundem in Diuinis Officijs ſolemniter offerunt pro vt de ſanctis ab Eccleſia Romana approbatis, in eorumdem etiam ſolemnibus , feſtiuitatibus per ipſam Eccleſiam obſeruatur, ac populos inducunt, vt in ipſis anniuerſarijs , ſeu diebus ab operibus manualibus abſtineãt, & quod quæſtus ſuſpicione non caret, vt ad Eccleſias in quibus eorũdem Iacobi, & Franciſchini humata ſunt corpora ; cateruatim pergant , & ſolemnes oblationes faciant verbis perſuaſiuis inducunt, altaria quoq; &c. cũ itaq; talia ſint à iure prohibita &c.* Dicit ergo Pontifex talia eſſe à iure prohibita fieri hominibus non canonizatis,aut beatificatis,hęc autem fuerant quæ iam recenſuerat, & de cultu publico ſunt intelligenda , vt ex eius tenore verborum patet,& ſic etiam intelligit Bullam Vrbani VIII. Peyrinus *t.*1.*in conſtit.*Leonis 10.*nu.*3. & 4.

18 Vnde non eſt cur dicat Felix Cõtelonius *in tra.de Can.c.*22. illicitum eſſe nũc ab operibus manualibus abſtinere in honorem non Canonizati, aut Beatificati, quod etiam, vt indubitatum tenet Trullench.*l.*1.*in decal. c.*9.*du.*6.*nu.*15. nam talis prohibitio nõ eſt de obſeruantia priuatim facta, ſed quando nomine publico totius populi fieret,vt fieri ſolet in feſtis Sãctorum,& ſic videtur ſentire Peyrin. *t.*1.*conſt.Leon.con.*3.*num.*3.

19 At nullo modo videtur admittendum,quod docet Molfeſius *in add.ad quæſt.conſuet.Neapolit.tom.*2. *conſ.* 45. *nu.* 48. poſſe in officio priuatim recitato pro aliquo Sancto fieri commemorationem de aliquo viro non Canonizato, recitando collectam de communi:nam talis collecta eſt inſtituta ab Eccleſia pro Sanctis,& nomine publico recitatur, vt etiam recitatur officium nec Caſtrop.*d.diſ.de adorat.nu.*8.id aſſerere videtur, vt exiſtimat Trullench. *§.cit.n.*16.*fine.* nam dum ait poſſe nos orare tales viros plane intelligit,de oratione,qua quis ſuas preces dirigat v.g.Pat. Regaline ora pro me ad Dominum &c.& non de collecta officij.ſaluo &c.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES III.

An aliæ creaturæ rationales quomodocumq; ſint, poſſint à nobis licitè orari in hac vita.

20 DIco 1. poſsũt orari homines viatores fideles, vt pro nobis apud Deum intercedant, etiam ſi peccatores ſint; quia oratio eorum facta ex auxilio Spiritus Sancti, & ex fide poteſt eſſe vtilis. ita Suar. *d.c.*10.*l.*4.*n.*24. *&* 23. vbi bene ait: hanc orationem eſſe eiuſdem ſpeciei; & ab eadem virtute procedere, cum ea, quæ fit Sãctis in Patria: licet in modo, & circumſtantijs differat.

21 Dico 2. communis ſententia eſt D. Tho. 2.2.*q.*8.*a.*4. Alens. Valen. animas Purgatorij non poſſe licitè à nobis orari; quia ſatis probabile eſt, nõ poſſe cognoſcere noſtras orationes, & ſic erit futilis oratio. Verũ quia certum non eſt eas noſtras orationes non cognoſcere per Angelos Cuſtodes; non eſt amouendus à tali oratione, qui fructum ſpiritualem ex illa perciperet, vt cum Suar. *d.c.*10.*nu. vlt.* addit. Caſtrop. *pu.*4.*nu. vlt.* & quamuis Suarius hìc, nec alij explicent, an ſit mortale orare animas illas, tenendo ſententiam S. Tho. & aliorum, quod non cognoſcant noſtras orationes, puto tamen eſſe tantum veniale, quia leuis eſt deordinatio.

QVÆRES IV.

An omnes ſpiritus Beati, & Iuſti orare poſſint.

22 SVppono hìc, vt certũ de SS. Trinitate, ac Perſonis Diuinis, vt tales ſunt, orare non poſſe, tum quia ad inuicem non ſunt ſubiectæ, tum quia habẽt eamdem voluntatem, & ſi aliquando dicitur in ſcriptura, quod Deus roget ab homine, metaphoricè, loquitur ad oſtendendum quantum valeat oratio iuſti, vel quid ſimile. vide Bellarm. *lib.* 1. *de ope. bonis. cap.*8. hoc poſito.

23 Dico 1. Angelị Sãcti, & animę Beatorum non ſolum orant in vniuerſali v.g. pro tota Eccleſia, vt etiam faciebant, ante Chriſti aduentum animæ iuſtæ *ex* 2. *Machab. c. vlt.* & in particulari pro hac, vel illa perſona, ſed etiam pro ſe ipſis orare poſſunt. quod pro alijs orent *ex quæſ. præc.* patet, nã cum ſciant in quibus periculis verſemur, & cum à nobis orentur, noſtraſque preces audiant, non eſt negandum, quod pro nobis orent, poſito affectu beneuolentiæ, quem erga nos habent, vt late Aug. *l.*21.*c.*18. *de Ciuit.*

Quod autem pro ſe ipſis orent.

24 PRob. quia licet nõ orent pro his, quæ ſpectant ad ſuam beatitudinem eſſentialem, cum illam habeãt, & ſciant, augeri nõ poſſe, nec amitti, nam certo ſciunt Decretum Dei de conſeruanda ipſis gloria, eſſe abſolutum: tamẽ orare poſſunt pro his, quæ ad gloriam accidentalem pertinent, quia non totam gloriã illam habent, & ſic Beati orant pro corporum glorificatione, Angeli pro reuelatione aliquarum rerum, pro complemento numeri prædeſtinatorum &c. nam eo ipſo quod gloria accidentalis poteſt deeſſe gloriæ eſſentiali, poteſt dari in Beatis ſimplex deſiderium, & ſic petitio. hæc Suar. *c.*11.*nu.*1.2.*&* 3. 10. *&* 11. ſeq. Caſtrop. *p.*4. Bonac. *diſp.*1. *q.*2.*pu.*1. vbi citat Azoriũ 1.*p. l.*9.*q.*1. *c.*29. Leſſium & alios.

25 Quæ vera ſunt, ſiue dicamus Beatos cognoſcere effectum eſſe futurũ; ſiue dicamus cognoſcere Deum nolle exaudire, ſiue deniq; quod neſciãt, quid Deus facturus eſt. ex Dan. *c.* 10. iuxta expoſitionem Hieroñ. & S. Th. 1.*p.q.*113.*a.*8. Nam ſicuti Chriſtus, & Beata Virgo ſecundum probabilem opinionem vident omnia, quæ Deus facturus eſt in Eccleſia, & tamen orãt, cur non poſſunt Sancti orare, quia vel efficacius orant ſcientes Dei voluntatem, volentis concedere rem poſtulatam, vel ex affectu ſimplici cum ſubordinatione ad Deum, ſi

ſciant

ſciant ipſum non eſſe conceſſurum. vide Suar.*c.*10.*n.*5.*&* 6. quem ſequitur Bonacina, Caſtrop.& alij.

26 Dico 2. Animæ Purgatorij non ſolum orare poſſunt pro ſe ipſis, ſed ẽt pro alijs, ſaltem in vniuerſali. Secunda hæc pars probatur, quia ſunt in Charitate,& Deo gratæ: ergo poſſunt orare pro benefactoribus pro amicis, quos in hac vita nouerunt &c. eſto enim ſint à Deo puniti, tamen non vt ſerui,& inuiti, ſed vt filij patiuntur, & libenter,& dato quod non cognoſcant noſtras preces, poſſunt in vniuerſali rogare Deum, vel pro aliquo particulari cũ conditione, ſi viuit adhuc. ita ex Gabr.*lec.*58. *in Cano. Miſſ.* Greg. de Valẽ.3.*to.d.*6.*q.*2.*pu.*6. Bellar. *lib.*2.*de Purgat.c.*15. docet Suar.*c.*10. *n.*16.*&* 17. contra D.Tho.*q.*83.*ar.*11. Nauarr.*de orat.n.*26. *& n.*29.

Prima pars, quod orare poſſint pro ſe ipſis

27 PRob. quia poſſunt petere à Deo, vt citiſſimè liberẽtur, remittendo ſibi pœnæ partem, vel fideles ad opera ſatisfactoria facienda pro ipſis, excitando, & ſic conſequenter orant pro bono gloriæ obtinendo; & quamuis veriſimile ſit eas non petere ſibi aliquam delectationem in illo ſtatu, quia volunt citò purgari, tamen perfruuntur altiſſima contemplatione. ita citati Doct.& Caſtrop. Bonac. Filiuccius,& alij apud ipſos.*lo.c.* contra Alenſem putantem eas nõn frui contemplatione.

28 Nec ſolũ pro nobis orant, ſed etiam noſtras orationes Deo offerunt, quod eſt diuerſum formaliter ab orare. Et in Scriptura Apoc. 8. tamquã diſtincta ponitur; conſiſtit autem in hoc, quod Sancti præſentant Deo noſtra deſideria, illi narrando, ſeu exponẽdo, quod petimus, quamuis etiã tunc cõmuniter ipſi orent, & proprie eſt, quando viator non audens per ſe ipſum accedere ad Deum, Sanctum rogat, vt orationem ſuam Deo offerat, vt doctè Suar.*c.*11.*n.*7. ſeq. Bonacina *diſp.*1.*q.*2.*pu.*1.*num.*4. Roccafull.*p.*2. *Theol.moral.l.*1.*de orat.in com.* omitto Dœmones, & damnatos, quia ipſi verè non orant, cum aliquid petunt, quia nec pertinet ad Religionẽ eorũ petitio, nec ex pio affectu procedit.

QVÆRES V.

An Peccatores etiam obſtinati orare poſſint, & debeant.

29 REſp. affirmat.& quod poſſint, patet, quia eorum oratio per ſe nõ eſt mala.& quãuis ſint obſtinati, quod ſcilicet habeant propoſitum moriendi in peccato; tamen eorum oratio poteſt ſibi prodeſſe ad mouendum Deum ad miſericordiam.

30 Quod autem debeant. prob. quia quamuis poſſint per ſolam pęnitentiã ad Deum conuerti; tamen poteſt accidere, vt tot habeant difficultates, vt eorũ oratio ſit neceſſaria ad illas remouẽdas, (quod tamen rarò accidit,) & tunc nenentur orare ex diuino, & naturali præcepto, vel ſi habent votũ, vel præceptum orandi, vt Recitandi Officium Diuinum, tunc enim non liberãtur eo onere ob ſtatum peccati mortalis. ita Suar.*cap.*12. ſequitur Caſtrop.*d.*1.*p.*5. Bonac.*ſup.n.*7. vbi Valen. & alij. contra Medin.*c.de orat.p.*5. putantem peccatorem obſtinatum orare non poſſe.

31 Et iuxta huc vſque dicta intellige S.Th. dum ait, proprium eſſe creaturæ rationalis orare; nam ly *rationalis* debet intelligi latè,& quantum eſt ex capacitate ſubiecti, niſi ratione ſtatus aliud ſit. Vt ſunt Infideles, & damnati, & forte ſancti poſt iudicium, qui proprie orare non poſſunt, petendo, cum nihil habeant, quod petant, ſibi vel alijs. Et pro vt excludit bruta animalia; quæ ex quodam inſtinctu tantum indicant ſuũ deſideriũ *Pſal.* 146. ly *creatura* etiam late, debet intelligi pro quocumque ſubſiſtente in natura rationali, vt eſt Chriſtus Dominus, quatenus homo eſt. ita cum Suar.*d.c.* 12. notant citati Doct. & ſupponunt.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO IV.

De ijs, pro quibus eſt orandum.

1 EX dictis patet orare nos poſſe, tũ pro aliqua perſona in particulari, tum in communi pro vniuerſitate v.g. vel coetu Religioſo &c. vt ex *Luc.* 22. Chriſti exẽplo patet. *Rogaui pro te Petre*, & alijs locis. & Paul. ad Timot. 2. obſecrat fieri orationes pro Regibus. & Epheſ. 6. precipit. *Orare pro omnibus fidelibus*; nam hoc non eſt contra ordinem charitatis, vt falſo putauit hæreticus Vuicleph ap. Valdenſ. *tom.* 3. *cap.* 107. quia charitas non ſemper obligat ad faciẽdũ omne id, quod poteſt eſſe vtile proximo, ſicuti poſſumus dare eleemoſynam vni, & non alijs, & Chriſtus Dominus docuit nos orare in communi, quia tradidit formulam generalem, & nobiliorem. Et ſicuti non eſt dubiun poſſe aliquem pro ſe ipſo orare, vt patet ex dictis, & fecit Chriſtus. *Pater clarifica filium tuum*, & nũc fortè in cœlo orat etiam pro ſe, ſicut & alij Sãcti, ita poſſumus orare pro aliquo in particulari. hoc poſito ex Suario *cap.* 13. & Alenſe 4. *p.* *q.* 26. *memb.* 3. *ar.* 6. §. 1. & alij Recent.

QVÆRES I.

An pro Beatis orare poſſimus.

2 REſp. poſſe dummodo ſano modo intelligas, nam Sancti non indigent noſtris interceſſionibus; non repugnat tamen, nec eſſet malum petere à Deo pro Sanctis aliquid gloriæ accidẽtalis v.g. honoris apud homines. ex cap. *Marth.* §. 3. *de celebrat. Miſſ.* lege P. Thomam Tamburinum amiciſſimum meum nouiſſime *in* 3. *opuſculo* certe aureo, *lib.* 2. *ca.* 2. §. 5. qui affert exemplum P. Io. Lorini expoſcentis ab amicis orationẽ pro gloria Immaculatæ Virginis Conceptionis. Nec ex hoc ſequitur poſſe etiam pro Deo nos orare, nempe petendo gloriam ipſi extrinſecam, quia licet petamus, vt ipſe glorificetur tamen hoc totum eſt in vtilitatem creaturarũ, & potius dicimur orare propter Deum, cum illa petitio tendat in ipſum, vt in finem, quam pro Deo cum nullum commodum ipſi quæramus noſtra oratione. ita Bellar. *lib.* 2. *de Purg. c.* 18. ſequitur Caſtropal. *pu.* 6.

3 Immò ſequitur ex Suarij dictis, poſſe eſſe orationem iſtam meritoriam, & proficuam valde, vt ſi quis oraret Deũ pro inuẽtione corporis S. Oliuæ v.g. motus præcipue ob eius amorẽ, & ad augendam deuotionem in populis. Neq; Aug. dum ait: iniuriam facit Martyri qui pro eo rogat, ſimilem orationẽ excludit; ſed eam, quæ fieret, quaſi ipſi noſtra indigerent interceſſione. De Animabus Purgatorij de fide eſt pro illis nos poſſe orare, ſicuti contra non poſſe pro damnatis *ex d. c. Marthæ.* vide Suar. *d. c.* 13.

DISPVTATIO II.

An poſſimus orare pro Viatoribus etiam reprobis oratione priuata.

4 DIco 1. poſſe pro omnibus vniuerſaliter, & veluti in communi orare, v.g. pro omnib' hominibus, quia etiã pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, nec poſſumus licite excludere Petrum v.g. vel Franciſcum ex eo quod de eius ſalute deſperemus, quia nemo debet præſcitus reputari, dum eſt in hac vita, quamuis multa ſigna oſtẽdat reprobationis, niſi moriatur impænitens, tunc enim iam eſt damnatus, & verificantur verba *Io.* 1. *Epiſ. c.* 5. *eſt peccatum ad mortem, nec pro illo dico, vt roget quis.* iuxta expoſitionẽ Auguſtini. aliàs poſſumus pro eo orare quouis peccato præſtito: quia Ioãnes ibi tantũ loquitur ad deterrẽdos homines, & ad oſtendendum debere eſſe feruentiſſimam orationem. ita Suar. *cap.* 15. *à n.* 11. *ad finem.* conſentit Leſſius *du.* 7. *cap.* 37. & alij.

5 Dico 2. ſi Deus reuelaret Titium v.g. eſſe iam à ſe reprobatum, ſiue reprobatione negatiua (neminẽ enim

Deus

Deus poſitiue reprobat ex ſua voluntate) ſiue alio modo de potentia abſoluta non licet orare pro illo petendo abſolute æternam ſalutem, quia non licet petere aliquid abſolute cōtra Dei Decretum abſolutum. In quo ſenſu D. Tho. *q.83.a.7.* ex Auguſt. eſt intelligēdus. Cōtra vero poſſumus ex ſimplici affectu deſiderare illi, quantum eſt ex nobis ſalutem æternam petendo à Deo auxilia, quibus poſſit conuerti, quia non obſtante hac reuelatione ſcimus Deum eſſe paratũ ad danda auxilia reprobis conſentanea, inter quæ eſt oratio. ita Valentia 2. 2. *diſp.6.pu.8.* & poſt Suar. *d.c.15.à nu.6.* Caſtrop. *pu.6.cit.* & alij.

6 Vbi duo nota primum eſt nō poſſe à Deo licite peti auxiliũ efficax pro reprobis, niſi affecto cōditionato, qui non ordinatur ad effectũ, ſed propter aliquam honeſtatem. quia cum Deus decreuit non dare reprobis auxilium efficax, petitio illius eſſet deſiderare, vt fiat oppoſitum eius, quod Deus decreuit: at quando petitio fit ob honeſtam aliam rationem non ordinatur, ad hoc vt habeatur auxilium efficax, ſed tantum vel ad conuenientiam illius auxilij in ſe ſpectati, vel ad deſiderandũ; vtinā Deus decreuiſſet tali reprobo, dare auxilium efficax.

7 Secundum eſt, quod ea, quæ diximus de reprobatione ad pœnā æternam applicanda ſunt, ſi Deus reuelaret aliquod ſuum abſolutũ decretum circa rem aliquam particularē iuxta Ierem. 7. *Tu noli orare pro Populo* &c. videte Suar. *num.8. & 9.*

8 Vbi quamuis Suarius non explicet quale peccatum ſit orare in caſibus dictis, in quibus nō licet; mihi tamen videtur mortale, & irreligioſitatis, ſeu irreuerentiæ contra Deum, quia eſt grauis deordinatio cōtra eius voluntatem abſolutam, niſi ignorātia excuſet, non tamen puto paruitatem materiæ in hoc excuſare, vt de peccato contra Religionem ſupra dixi.

9 Dico 3. ſi quis haberet reuelationem de ſua reprobatione (quę tamen regulariter nō fit, niſi comminatorie, & ſic magis impellit ad orationem) hic non poteſt orare pro ſua ſalute, ſed tantum ad petendum auxilium ne peccaret in quolibet actu particulari, & debet conari ad non peccandum in hoc, vel illo actu occurrente. ita ex Gerſon. *Alpabeth.45.lit. e,* Suar. *d.c.15.num.10.*

QVÆRES III.

An teneamur pro inimicis orare.

10 Reſp. negat. (quãuis ſit optimum, & conſulendũ) niſi in caſu eorũ grauis neceſſitatis: bene verũ eſt quod in oratione, quam nomine Eccleſiæ facis, vt cōmunis, & public' miniſter, aut ex aliqua cōmuni neceſſitate, vt fit in Iubilæis, vel in oratione pro cōmunitate v. g. pro Religione aliqua non poteris inimicũ excludere abſq; p.m. v.g. oro pro Societate Ieſu, excludendo Petrum illius Religioſum, quia poſito, quod velis orare pro tali cōmunitate, teneris non facere illam exceptionem. ex S.Th. & comm. ſent. DD. *2.2.q.83.a.8.*

11 Et quamuis in priuata oratione poſſet quis, & bene orare pro amicis. ab inimicis præſcindēdo v.g. oro pro meis amicis, & benefactorib' tamen non debet hæc oratio fieri ex directa intentione excludēdi inimicum, quia eſt valde periculoſum, & videtur ad odiũ inimici accedere. ita poſt Suar. *cap.16.* cum quo Deo iuuante plura dicemus, cum de Charitate, Caſtrop. *diſp.1.tra.6.p.6.nu.4.* Coninch. *diſp.24. du.6.à num 85.* & alij paſſim. Sacerdotem excludentē aliquem à fructu ſuæ Miſſæ peccare mortaliter, & dubium eſſe an valide excludat, recte, & more ſuo, deſtincte notat Tamburinus *in 3. opuſc. de ſacrific. Miſſæ lib.2.c.2.§.13.* At licet in oratione priuata poſſimus orare pro excommunicatis vitandis; pro his tamē in oratione publica puta in Miſsa litanijs, &c. orare non poſſum' ſine pec. mor. vt bene ex Hēriq. docet Roccafull. *in Theol. mor. l.1. de orat. in com. num.63.*

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO V.

Quænam in oratione peti poſſint, & debeant.

CVm certum ſit licere nobis aliquid determinate à Deo petere iuxta orationem Dominicalem, & vſum Sacræ Scripturæ, & Eccleſiæ; difficultas eſt in aſſignandis his rebus particularibus, quas petere ſine peccato poſſumus. quare.

QVÆRES I.

An liceat in oratione abſolute petere non ſolum bona temporalia naturæ conuenientia, vt eſt ſanitas, vita, ſalus, quæ ad corpus pertinent; & ſcientia, ars, &c. quæ ad intellectum ſpectant, & per ſe appetibilia videntur, ſed etiam bona fortunæ, vt diuitiæ, honores &c.

ANte reſponſionem ſciendum eſt differre, petere propter ſe, & petere propter aliud. nam primum eſt petere rem, vt finem, vel immediatum, vel vltimum, ſecundum dicit petere, vt medium, quod poteſt eſſe, vel ex formali intentione, vt cũ ego peto hoc, intendens aliud vel ex virtuali, quia ex ipſa mea actione, ſeu opere iam hoc ordinatur ad illud, & hoc duplici modo poſſumus petere abſolute, vel ſub conditione, vt ſi mihi expediens erit & c. da hoc, vel illud, hoc poſito ad quæſitum.

1 Reſpondeo affirmatiuè, dummodo non petantur, vt fines vltimi; tunc enim eſt peccatum mortale, & contra Religionem, cum à Deo petatur complementum mali deſiderij. Ratio eſt, quia licet hæc abſolutè deſiderare, vel vt finem proximum, vt ſunt ſanitas &c. vel vt medium ad vitam conſeruandam, vt diuitiæ, pluuia &c. ergo licet ea petere abſolute; antecedens probatur, quia ſicuti per ſe, & abſolute amabilia, & appetibilia ſunt propter conuenientiam, quam habent cum natura rationali recte regulata, vel tamquam finem proximum, vel vt medium, ita per ſe ſunt deſiderabilia abſque vlla conditione quantum eſt ex parte operantis, licet fortaſſe ex parte operis ſit conditio imbibita. v. g. ſi virtutum ſint impeditiua, nolo.

2 Nec ex eo, quod deſiderans non intẽdat formaliter illa bona propter beatitudinem, peccat, nam ſatis eſt, ſi virtualiter, & ex vi illius actus honeſte eliciti ad beatitudinem ordinentur. Et ſicuti ſine conditione poſſumus virtutes petere, vt omnes concedunt, quamuis his male vti poſſimus ſuperbiendo &c. ita poſſumus hæc bona petere abſolute, non obſtante, quod poſſimus his male vti, cum hoc ipſo, quo quis deſiderat, & petit hæc bona honeſte, quantum eſt ex ſe, illa deſiderat ad bene vtendum. hæc Suarius *cap.* 17. ex S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 83. *ar.* 5. Alenſe *q.* 26. *ar.* 3. & videtur ſupponere Caſtropal. *pun.* 7.

3 Quamuis Leſſius *dub.* 4. *num.* 21. putet, diuitias, honores, bona matrimonia, pulcram vxorem, filios ſpecioſos &c. peti debere cum tacita cõditione, vel expreſſa, & forte idem intendit, quod Suarius dum ait. Sufficere conditionem tacitã, nempe, vt bono fine petitio fiat, quod mihi valde placet ad ſcrupulos remouendos.

4 Notanda eſt tamen differentia, quod ſi petantur bona hæc, quæ potius ad corpus ſpectant, & fortunæ cenſentur, vt ſunt diuitiæ, honores, & cætera num. præc. poſita, debent peti cum conditione expreſſa, ſi cum exceſſu petantur, quia talium rerum abundantia eſt ex ſe periculoſa: etiã ſi bonum animum habeas, honeſte, & recte vtendi, quia difficile eſt moderate, ac bene vti, peccatum tamen nec veniale eſt in ſe, ſed tantum eſt indicium nimij affectus ad temporalia bona: immò poſita conditione etiã bona, tale deſideriũ eſſet imperfectũ, cũ Chriſtus Domin' cõſuluerit ea relinquere. hæc Suar. *c.* 17. *cit. à n.* 12. & omnes cõcedant. Leſſius *du.* 4. *n.* 21. bene aduertit eſſe peccatum, ſi quis

Digitized by Google

ita deſideret hæc bona, vt non curet ſint ipſi futura ſalutaria nec ne, vel ſi ſollicitudo, & cura modum excedat. Verum non explicat, an ſit mortale, nec veniale, ſicuti neq; Suarius. Dicẽdum tamen videtur ſi non curat, an ſint cauſa peccati mortalis, vel venialis mortaliter peccat, & debet explicare circumſtantias, ſi forte occurrãt aliqua peccata in ſpecie v.g. homicidij &c. ratio quia quantum eſt ex ſe, exponit periculo p. m. in tali ſpecie &c. ratione autẽ ſollicitudinis nõ põt eſſe culpa mortalis, niſi ea ſollicitudine alia opera ex precepto cõtẽnãtur.

5 Ex hac Suarij doctrina pro Praxi.

Infero nõ eſſe per ſe illicitũ petere à Deo Filium ingenioſiſſimum prudentiſſimũ, & habentem dotes animi cum exceſſu, quia is tantum damnat petentes ſine cõditione cum exceſſu res indifferentes, vt ſunt diuitiæ, honores &c. & *nu.*13. contra Medin. ait. poſſe ſimpliciter peti virtutes morales, quoad ſubſtantiam earũ, licet nõ quoad actũ, quæ nõ poſsũt ſine diuitijs, honorib' &c. cõparari, vt magnificẽtia, liberalitas &c. ergo de alijs bonis intellectualibus non addit limitationẽ, & certe militat ratio facta, quia ſi licet deſiderare, licet petere.

6 Dixi per ſe, quia moraliter ſemper eſt periculũ vanæ gloriæ venialis, vt plurimum. Dixi petere filium, quia petere vt ipſe euadas doctus v. g. vt Salomon, vel vt D. Thomas &c. eſt petere, vt De' extraordinarie operetur, & ſic videtur tentatio Dei, vt ibi de tentatione diximus. at petere hæc in filio nihil aliud eſt. quod ſicut De' dedit parentibus illorum tales filios, ita & ibi daret; quamuis in hoc non deſit aliqua imperfectio; videãtur ea, quę ex Suar. *q.*3.*n.*18.*&* 19. ponemus, & forte non eẽſebitur ab eo recedere.

7 Aduerte tandem, quod ſi quis ex longo tempore Dei auxilio expertus eſt, ſua bona ad pios vſus applicaſſe, poteſt abſq; conditione petere plura bona temporalia v.g. Victoriam magnæ litis, quæ alias ſuperfluas affert diuitias, non tamen Theſauri inuentionem, vel has diuitias in particulari v.g. da mihi nũmos S. Paulæ &c. quia in primo caſu peto aliquid, quod iuxta modum ordinarium fieri ſolet, nõ autem in alijs: licet ſub conditione poſſim hunc actum habere, ò ſi haberem S. Paulæ diuitias, vellem tot hoſpitalia conſtruere &c. ſaluo tamen aliorum Iudicio.

Obiectioni occurritur, & explicatur, quidnam petamus orando pro bonis temporalibus.

8 Dices nõ poſſunt à Deo peti dona naturæ, ſed gratiæ, ſed bona temporalia prædicta ſunt dona naturæ, ergo non poſſunt à Deo peti. Maior deſumitur tum ex Patribus, Hieronymo, Auguſtino, & alijs, inferentibus contra Pelagium, dicentem bona opera fieri per iures naturæ, nõ eſſe neceſſariam orationem ad Deũ, tum ex ratione, quia non petimus à Deo generalem concurſum, quẽ præbet ad hæc opera naturæ, quia miraculũ eſſet illum negare: nec petimus aliquod miraculũ, vt nobiſcum operetur contra ordinem naturæ, quia ſine peculiari in ſpiratione hæc peti non poſſunt.

9 Minor patet, quia hæc temporalia bona non ſunt dona Dei; ſed opera naturę, etiam ſi petãtur ex implicita, vel expreſſa conditione, quatenus ad æternã gloriã conferũt, (quod tamen nõ eſt neceſſariũ) nam illa relatio vel ſe tenet ex parte Dei, quia ſc. Deus ordinat illa bona ad ſupernaturalẽ finẽ, vel ex parte hominis petentis, & ſic ſemper ſũt quid naturale, licet ea peti poſſint per merita Chriſti; quia petimus fundati in vera fide, vt ſuppono, & pie, & ſic in promiſſione eiuſdem Chriſti, qui etiã hęc bona honeſta nobis meruit, quia ſemper à Deo conferuntur, quatenus ad altiorem finem conducunt, dum oratione religioſa, & pia petantur.

10 Reſp. diſtinguo maiorẽ non poſsũt (in oratione procedẽte ex fide & gratia, de qua loquimur) peti dona naturæ,

turæ,

turæ, petendo tantum generale concurſum Concedo maiorem. petendo vt Deus illa nobis cum effectu conferat, & procuret per ſpecialē aliquam prouidētiam, qualē ipſe nouit magis accomodatam. Nego ma. & conceſſa min. diſtinguo eodem modo conſ. & primo ſenſu concedo conſequētiam, in ſecundo nego.

11 Nec in hoc Deum tentamus miracula petendo, ſed tantū vel quod fiat aliquid vltra naturæ debitū, vel præter legem debitam huic naturę particulari, v.g. det pluuiam, victoriam in bello, aptitudinem ad ſciētias, vel applicando varias cauſas ſecundas, quæ concurrere debent, vel impediendo Dœmonum obſtacula, & aliquando non eſt tētare Deum, petere miraculoſam prouidentiā, quando extraordinaria non ſufficit, quia ſemper petitur ſub conditione ſaltem implicita, ſi fuerit neceſſarium, & poſita conuenientia rei poſtulatæ v.g. ſanitatis, vt ſolēt fideles petere à Deo ſanitatem, prolem &c.

12 Quod ſi infideles à Deo etiā talia bona petant; id prouenit, quia habent aliquam credulitatē, quod Deus habeat prouidentiā, & quod ſit auctor taliū donorū, & illa poſſit impedire, ſi velit, aliàs petere non poſſent. hæc omnia Suar. *c.18. lib.1. trac.4.* ſequitur Roccafull. *in Theol. mor. p.2. l.1.*

QVÆRES II.

An mala temporalia v.g. Paupertas, fames &c. peti poſſint in oratione ſibi, vel alijs.

13 RESp. affir. cum hac tamen diſtintione, quod ſi quis ſibi petat, debet valde attendere, quas vires habeat ad ea ſuſtinēda, ne forte tentatus ſuccumbat: & ſic non poteſt tradi de omnibus regula generalis; nā Paulus cū eſſet Apoſtolus ter Dominum rogauit, vt à ſe diſcederet illa tētatio. in alijs vero ſcimus Sanctos petijſſe tētari, v.g. dolores corporis, tormenta, imfamias &c. Pſal. 25. *Proba me Domine, & tēta me.* Iuxta Augu. & Hieron. & quāuis homo nō poſſit omnia mala ſibi inferre v.g. ęgritudinē, mortem, infamiā, in re graui; poteſt tamen illa optare fieri ſibi ab aliquo sine Dei offenſa, & alia incommoda, quæ poteſt ſibi inferre, vt abſtinentiam à diuitijs, abiectionem delectationum temporalium in cibo, & potu &c. poteſt ſibi inferre, & à Deo petere.

14 At si mala pro proximo deſiderāda ſunt, & petēda a Deo maiori cautela opus eſt, & non deberet fieri sine expreſſa cōditione, si ita Deus iudicat expedire. tum quia poteſt aliquando deprecans ex odio moueri, tum quia difficilius poteſt ſcire alterius diſpoſitionē, quam propriam, & ideo numquā licet petere vindictam æternam pro proximo mortuo, niſi conſtet, quod iam ſit damnatus, & multo minus pro viatorib', nec illā tēporalem vindictā, quæ in hac vita ſolet infligi adeo licet petere à Deo, vt à nobis infligendā propria auctoritate. Cętera vero mala, vt iudiciū iuſtitiæ tēporalis, mortem, ægritudinē &c. tunc proximo poſſumus petere ſine peccato, cū id vtilius putamus fore ſaluti eius iuxta ordinem charitatis, vel ob bonum publicū, vt puniatur delictū ad aliorū exemplum, vt multa exempla habem' in Scriptura Sacra. Vbi Prophetæ, mala, & dānationem æternam præcātur inimicis; id enim faciūt, vel prophetico ſpiritu moti, vel malum peccato imprecantur, vt deſtruatur eius regnū, vel iuxta dicta. hęc Suar. *c.19.* quem ad vnguem ſequitur Roccafull. *l. cit. cap.6.*

15 Addo tantū Suario. pro praxi vix excuſari aliquē à pecc. ven. dum hæc mala in ſe deſiderat, niſi ſit vir virtuoſus; nam vt plurimū talia deſideria ex quadā impatiētia proficiſcuntur. Et parentes dum optant mortem filijs, vel alia mala, poſſunt facile à mortali excuſari, quia ſemper habēt imbibitam conditionem, si mali futuri sint, & nisi conſtet contrarium, ita præſumere debet Confeſſarius.

Digitized by Google

QVÆRES III.

An poſſimus abſolute petere bona ſpiritualia nēpe vitam æternam, & omnia, quæ ad eam obtinendā conferunt.

16 RESp.affir.quia nulla conditio eſt neceſſaria cum ſint maxime noſtra bona,& ad ſalutem neceſſaria, & Deus (à quo ſolo hæc bona ſunt petēda) maxime velit,vt hæc habeamus,cedunt enim in ipſius gloriam, & bonum noſtrum;& tandem ea ſint talia, vt de ſe nemo eis male vti poſſit. Eſt communis doctrina S. Tho. *qu.*83.2.2. vbi ſcribentes,& poſt Suarium hìc *c.*20.ſupponunt omnes.

17 Tantum aduerte,quod ſub conditione debemus petere abundantiam donorū ſpiritualium, quæ ſunt quaſi accidentalia perfectioni, cui deſeruire quidem poſſunt, at non ſunt neceſſariæ, immò ſine illis eſt ſanctitas, & aliquādo cum illis nō eſt.vt eſt v.g. ſtatus perfectionis,gradus cōtemplationis,dulcedines ſpirituales,& ſimilia, quæ non ſunt gratia, & charitas cum virtutibus illam comitantibus; ratio eſt,quia per abundantiā talium bonorum,veluti accidentalium,poſſumus habere occaſionem ſuperbiēdi &c. & ſic debent cum magna cautela peti, at petendo charitatem eo ipſo petimus virtutem, vt ſuperbia &c.nobis non eueniat;& idem eſt dicendum de alijs bonis ſpiritualibus, ſine quibus peccator iuſtificari non poteſt.hæc Suar.*c.*20.*à n.* 3. *lib.*1.*tr.*4. Roccafull.*p.*2.*Theol.mor.lib.*1.

Enodantur aliquot difficultates circa petitionem abſolutam bonorum ſpiritualium.

VT ea, quæ *in* 3.*qu.*diximus,clarius pateant.

18 Aduerte 1.nos poſſe petere à Deo tum auxilium efficax,tum ſufficiens, nec per hoc erimus difformes diuinę volūtati, ea enim dat omnibus auxilium ſufficiens, ſed vult dare media oratione,quamuis nō ad omne auxiliū poſſit eſſe oratio,nam illud, quod eſt initium ipſius orationis dandum eſt à Deo ſine oratione,ſicuti auxiliū, ex quo oritur deſiderium orandi, & licet Deus auxilium efficax non omnibus velit dare tamen poſſumus illud abſolute petere,ſicuti,& perſeuerantiam in bono, quia nos tenemur cōformari voluntati diuinæ,quæ vult omnes ſaluos fieri, ac vt quantum in ſe eſt, habeant ſollicitudinem ſalutis æternæ. ita Suar. *c.*21.*n.*1.3.7.& 11.

19 Aduerte 2. quod licet poſſimus à Deo petere bona ſpiritualia, quatenus sūt vltimo vnitiua creaturæ cum Deo abſolute, & ſine vllo termino, quia finis quantum eſt ex ſe non habet terminū ex Ariſtotile 1.*polit.ca.*6. tamen temerarium eſſet deſcendere in particulari petendo per modum intentionis efficacis Sanctitatem B. Virginis, quia eſt omnino extra legē Dei ordinariam,cum Deus, quātum eſt ex ſe nō ſit paratus ad illos peculiares effectus præſtandos, nec dederit media ad obtinendam tātam gratiæ perfectionem: niſi forte quis peteret ex quodam deſiderio,ſeu volūtate conditionata, ò ſi haberem puritatem B. Virginis, vt tibi placere poſſem;verum hæc omnia, vt bene docet Suar.*num.*2,8.9.& 10. Spiritus Sanctus docet, cui terminum præſcribere non poſſumus.

20 Aduerte 3. quod ea,quæ habemus à Deo, petere nō poſſumus cum circa habita cadat gratiarum actio, & ſic non poteſt aliquis, qui ſciret per reuelationem ſe habere veram contritionē,petere vt Deus peccata mortalia deleat, ſed vt omnia deleat, & pœnas etiam auferat,& ſic cenſendus eſt Dauid petijſſe. *Cor contritum* &c. poſt reuelationē ſuæ contritionis, vel melius petijſſe cognitionē recognoſcendi ſuam culpam, & ſatisfaciendi Deo pro culpa, at ea,quæ non habemus licet ſint connexa cum his, quæ habemus petere poſſumus v.g.habeo gratiam, ad quam cōſequitur gloria, poſſum nihilominus petere gloriam non

non dubitando quod Deus illam nõ ſit daturus:ſed ad agnoſcẽdum quod Dei beneficium ſit, quemadmodum Sancti in patria faciunt,petentes corporum glorificationem,vel ad Diuinam Iuſtitiam cõfitendam,vt ipſi faciunt,petentes vindictam impiorum. *Apocal.6.*videte Suarium *cap.21.nu.4.* 12.& 13.

21 Aduerte 4.nullo modo nos poſſe à Deo petere negationem gratię efficacis, vel permiſſionem peccati ad humilitatem v.g.acquirendam, quia licet Deus hæc aliquando faciat,& velit in nobis; tamen non vult ea à nobis peti,quia homo tenetur quantum eſt in ſe hanc gratiam procurare, & peccatũ cauere.ita Suar.*c.21.n.14.*cui addo multo minus licere id pro aliis petere,& eſſe intrinſecę malum,ac ad odium proximi reduci bene verum eſt quod poſſumus poſt lapſum,tum noſtrum,tum aliorũ gaudere ob humilitatem,vitæ mutationem &c.iuxta illud.*Bonũ mihi,quia humiliaſti &c.*

QVÆRES IV.

An per orationem ſit tantum petendum auxilium neceſſarium, ſine quo aliquid facere nõ poſſumus, an vero etiã illud, quod eſt ad bene eſſe, & ſine quo opus fieri poteſt.

CAſus eſt.pictor v.g.ſua arte poteſt imaginem depingere. Rex inimicum ſuis viribus debellare, quærimus, an poſſit conueniẽter à Deo petere auxilium ad illa opera Pictor ad imaginem faciendam &c,& ratio dubitandi eſt, quia Patres argumentabantur contra Pelagium,qui negabat eſſe neceſſariam gratiã ad bona opera, ex hoc quod eam petimus in oratione, & fruſtra quis peteret id, ſine qua poteſt opus facere.

22 Reſpon. poſſe ac pie facere illud à Deo petendo,quia ſufficit ſi petamus ad hoc,vt ſecuriores ſimus, cum de natura petitionis non ſit, vt id petamus,quod tantum ſimpliciter eſt neceſſarium, nec Patres cum tanto rigore locutos fuiſſe, oſtendit Bellarm. *lib.5.de Gratia,& lib.arb.ca.*12.Immo quoad ſcientiam Dei, tale auxilium poteſt eſſe neceſſarium in re ipſa, & ne opus in ſua indiuiduatione fruſtretur vide Suar.*cap.21.à nu.15.iun.nu.6.*

DISPVTATIO VI.

De effectibus Orationis.

QVÆRES I.

An Oratio ſit Impetratiua.

1 DVO hic ſupponimus vt certa de fide,quæ orationi sũt communia cum alijs virtutibus, primum eſt orationẽ eſſe meritoriam viatoribus; quia ea eſt act' bonus,& Deo gratus, & adeſt promiſſio diuina remunerandi noſtra bona opera,eſt autem meritoria de condigno,ſi orans ſit in ſtatu gratiæ,quod innuit D.Thom.cum ait orationem eſſe meritoriam ex radice charitatis,non quia tota ratio merendi ſit charitas,vt aduertit Medin.*Cod. de Orat. q. 17.*nam poteſt eſſe æqualis charitas,& tamen vna oratio eſt magis meritoria, quã alia,ſi habeat ſuas conditiones meliores.

2 De merito vero de congruo probabile eſt non eſſe neceſſarium,vt orans ſit iuſtus; nam poſita motione Spiritus Sancti, & gratia auxiliante habet tantam dignitatẽ oratio, vt congruũ ſit, Deum aliquod beneficium cõferre petenti oratione illius operationis bonæ,factæ cum fide, & ſubmiſſione, vel diſponendo peccatorem, aut orãtem ad pænitentiam, & contritionẽ, præter diſpoſitionem,quã cauſat oratio per modum cauſæ phyſicæ, reddẽdo illum promptum ad opera ſpiritualia, & dando ſpiritualem conſolationem, nec alia conditio videtur in oratione requiri præter attentionem, quæ in oratione vocali deeſſe poteſt,vt ſuo loco dicetur; nã in oratione mentali,quia actualis oratio nõ poteſt eſſe ſine actuali voluntate,nec ea ſine actuali cognitione.

Se-

3 Secundum eſt, quod oratio quantũ eſt ex ſe ſit ſatisfactoria in viatoribus: ratio eſt, quia eſt actus bonus factus ex gratia, vt dictum eſt ſæpius, eſt pœnalis cum requirat mentis eleuationem, quæ carnis eſt afflictio iuxta *Eccleſ.* 12. & in vocali eſt peculiaris defatigatio corporis, & eſt promiſſio Dei acceptãdi noſtra opera bona in ſatisfationem. Vnde Doctores communiter inter opera ſatisfactoria orationẽ computant. videte *Suar. ca.* 22. iam ad Quæſtionem propoſitam.

4 Reſp. orationem eſſe impetratoriã: ratio eſt, quia ex vna parte oratio ex ſua peculiari ratione, quatenus eſt petitio ad hoc ordinatur, ex alia adeſt promiſſio Dei, ſtatuẽtis orantẽ exaudire. *Matth.* 7. *Luc.* 11. *Petite, & accipietis*, & Pſal. 49. *inuoca me in die tribulatiunis, eruam te &c.*

5 Verum ad hoc vt habeatur infallibiliter impetratio ex vi promiſſionis diuinæ, non quidem ex iuſtitia, vt putauit Medina. *Cod. de Orat. q.* 17. nam Beati impetrant, & peccatores etiam, vt videbimus, & tamen mereri non poſſunt: ſed ex miſericordia, & fidelitate: aliquot conditiones requirũtur, quia Deus non abſolute promiſit orationem exaudire: ſed ſubdicendis cõditionibus. ita Suar. *cap.* 23. *à num.* 1. & *cap.* 27. *nu.* 4. cui adde Valen. *tom.* 3. *diſ.* 6. *q.* 2. *pun.* 4. Caſtrop. *pun.* 5. *diſ.* 1. *tom.* 2.

Explicantur conditiones ad infallibilem Impetrationem neceſſariæ.

SOlent quinque cõditiones requiri ad hoc, vt ratio infallibiliter impetret ex Diuina promiſſione, nempe vt ſi de re bona, de re ad ſalutem animæ ſaltem vtili, ſit pie facta; cum perſeuerantia, & pro ſe ipſo.

6 Prima conditio eſt, vt oratio ſit de re bona, & honeſta, vnde qui petit à Deo, vt impleat rem, quæ ſine peccato vel mortali, vel veniali, fieri nõ poteſt, mortaliter peccat, vult enim Deũ eſſe auctorem peccati, & ſic hæc oratio non tantum eſt mortua: ſed mortifera. Eſt communis ſententia, vt poſt Suar. *d. c.* 23. *num.* 4. notat Caſtrop. *de Orat. diſ.* 1. *pu.* 7. & quamuis Deus male petita aliquando exaudiat; id facit regulariter in iudiciũ petẽtis ex Aug. *tra.* 73. *in Ioan.* vel ex ſua abundãti miſericordia, vt bene Suar. *c.* 25. *n.* 4. *fine.*

7 Immo qui petit rẽ omnino indifferentem ad nullum finem bonum ordinatam v. g. victoriam in ludo, vel vt aliquam percipiat delectationem, peccat ſic orando, quia ſiue res illa in indiuiduo non poſſit eſſe indifferẽs ex probabiliori ſententia, & ſic ſemper ſit mala, ſiue poſſit eſſe; tamen eſt ſemper inordinatũ petere à Deo cõplementum talis rei indifferentis; at durum eſt dicere eſſe peccatum mortale, quia per illam orationem non petitur directe à Deo aliquid, quod ſine peccato fieri non poteſt: ſed tantum res de ſe indifferens ſine fine honeſto. ita Suarez *cap.* 23. *à nu.* 5. & docuit Valen. *tom.* 3. *diſ.* 6. *q.* 2. *p.* 5. *in reſp. ad* 2. ſequitur Caſtrop. *loc. cit. num.* 6.

8 Con. Leſſium *cap.* 37. *nu.* 21. *circa finem.* putantem non eſſe peccatum vllum in caſu poſito. Filiuccium, quem refert, & ſequitur Bonacina *diſp.* 1. *q.* 1. *pun.* 1. *num.* 11. *ver. Hactenus Suar.* qui tamen in ratione, & explicatione ſuę ſententię non videtur à Suario recedere; nam ſemper ſupponit actum indifferentem eſſe bonum, & ſaltem honeſtum, & naturæ conſentaneum, quod vltro concedemus *nu. ſeq.* cum Suar. poſſe peti. At pro praxi probabilis eſt ſatis, & ſcrupulos tollit, licet ſpeculatiue loquẽdo Suar. ſẽtẽtia probabilior videatur ob dictas rationes.

9 Secunda cõditio ad impetrandum neceſſaria eſt, vt res, quæ petitur non ſit impeditura maius animæ bonum; nam ex hoc ipſo eſt vel neceſſaria, vel vtilis ad ſalutem; etiam ſi petatur bonum honeſtum conſentaneum naturæ; quia tale bonum non poteſt non prodeſſe, ſi homo non male vtatur, cum impediat omne malum, atque in hoc ſenſu intelligi poteſt illud Ioa. 5. *quodcumque petierimus ſecundum voluntatẽ eius audit nos.* ſiue conſtruas *quodcumque petierimus ſecundum volun-*

luntatem eius. nempe ea quæ ſunt iuxta voluntatē Dei; ſiue conſtruas, *quodcumque petierimus, ſecundum voluntatem eius audit nos*; nam cū Deus velit noſtram ſalutem, audit nos petentes vtilia, vel neceſſaria ad ſalutem, non quatenus res de ſe poteſt eſſe vtilis ad ſalutem: ſed quatenus de facto talis futura ſit, vt Auguſtinus docet *tra*. 32. 73. 81. *in Ioa.* qui in his tractatibus bene ſemper dicit eum non petere in nomine Chriſti, qui petit ſaluti contraria. ita Suarez *à num.* 7. *d. c.* 23. cuius doctrinam ſupponunt Caſtrop. *nu.* 6. Bonac. *d. q.* 1. *num.* 10. & alij comm.

10 Tertia cōditio eſt, vt oratio pie fiat, nempe iuxta acceptionem Theologorum ex vera fide, ſpe, & charitate; ad differentiam cæterorum actuum acquiſitorum, quos morales vocant. Pro intelligentia huius conditionis.

QVÆRES II.

Quanam fides requiratur in oratione ad hoc vt iuxta diuinam promiſſionem infallibiliter impetret.

11 Dico 1. fides requiſita ad orādum debet eſſe talis, quæ nullam habeat dubitationem in intellectu, repugnantem certitudini fidei, non ſolum obtinendi rem promiſſam, cum eadem conditione, quam promiſſio includit, nempe ſi debitę ſint circumſtantiæ: ſed etiam debet eſſe fides ipſius promiſſionis, quādo illius homo habet notitiam: alias ſufficit petere credēdo, Deum poſſe dare quod petitur, & eſſe bonum, & paratū ad dādum, ſi nobis expedire videat.

12 Ratio eſt, quia ex vna parte Chriſtus Dominus fidē petit. *Credite quia accipietis, & euenient vobis*, & ex alia non eſt neceſſaria fides, abſolute credens Deū eſſe daturum quia hoc non eſt reuelatum, niſi ſub cōditione. Vnde Dauid orabat, & formidabat. *Quis ſcit ſi forte donet eū mihi Dominus*. Nec talis dubitatio ſi ſit tantum in intellectu venit nomine hæſitationis, quā habere in oratione prohibemur.

13 Quod autem ſi quis neſciat inuincibiliter promiſſionem diuinam; (nā deſciente, quod debeat credere, patet) ſufficienter oret, credens Deum eſſe potentem &c. prob. quia, qui ſic orans vult orare perfecta fide eo modo, quo Deus vult orari, & implicite credit illum eſſe fidelem; & promiſſiones impleturum. ita Suar. *l.* 1. *de Orat. cap.* 24. *à num.* 1. *ad* 8. ad quem ſe remittit Caſtrop. infra citan. & alij.

14 Dico 2. præter dictam fidem requiritur firma ſpes, ſeu fiducia; quæ tantum excludat illum timorem, qui excludit ſpem Theologicā, prima pars patet, quia fiducia excludit hęſitationē in petendo, & impellit nos ad orādum, cum fundetur in fide, iuxta illud Pauli loquentis de Abraham *ad Rom.* 4. *in promiſſione Dei non hæſitauit diffidentia: ſed confortatus eſt fide*, & hanc requirit Deus Pſal. 90. *quoniam in me ſperauit, liberabo eum*, & Chriſtus *Matt.* 22. *ſi habueritis fidem, & non hæſitaueritis*.

15 Secunda pars probat. quia non poteſt eſſe maior ſpes, & fiducia, quam ſit fidei certitudo: ergo ſi in orādo ſufficit fides, licet non abſoluta, aut omnino certa de obtinenda re poſtulata, aut de ipſo Deo, dummodo non repugnet certitudine fidei: ſufficiēs etiā erit ad impetrādum ſpes, aut fiducia, quæ non repugnat ſpei Theologicæ.

16 Hic autem defectus potius pertinet ad intellectum practicum, qui licet in aſſenſu fidei, aut in certitudine circa diuinam promiſſionem, defectū non habeat; tamen dum ad praxim ſe extendit, applicās illam veritatem voluntati, non facit, ita vt ſecundum illam certitudinem oret, vel deficit in certitudine quoad exercitium actus, quia nimirum nō cōſiderat actu Dei promiſſionem: ſed tantum attēdit ad rei petitæ difficultatem, ex quo oritur proportionalis defectus in ſpe, & fiducia ex parte voluntatis. hæc Suar. *d. c.* 24. *à num.* 7. *&* 8. ſupponit Caſtrop. 1. *num.* 7. *p.* 7. *de Oratione*.

17 Dico 3. poteſt aliquando fiducia omnem hæſitationem excludere, ita

vt

vt animum orantis pacatum reddat: ratio eſt, quia poteſt hæc inniti nõ ſolũ in promiſſione diuina, quæ eſt conditionalis; ſi ad ſint debitæ circũſtantiæ: ſed etiam ex conſideratione bonitatis, charitatis, & aliorum Dei attributorum; & hæc perfectio videtur poſtulari in ſcriptura, præſertim in rebus ad ſalutem animæ pertinentibus, & ob hanc dat Deus, quod alias non daret ex vi ſol' promiſſionis, vel quia non erat ita neceſſarium, vel alias cõditiones non habebat. videte Suar. *d. c.24. num.9.* cuius doctrinam ſequitur Caſtrop. *ſup. ver. Aduerto tamen.*

Petes.

An hæc fiducia impetrandi poſſit prouenire etiam ex noſtris meritis.

18 Reſp. affirm. eſſetque hæreticum putare merita propria nil valere ad impetrandum, & contra Sacræ Scripturæ ſtylum vbi, *Iſai 38. Obſecro Domine memento quomodo ambulauerint coram te in corde perfecto.* at non eſt ponẽda principalis fiducia in proprijs meritis: ſed in diuina bonitate, ita vt qui orat, aut raro, aut numquam debeat conſideratione ponere in proprijs meritis. hæc Suar. *à num.11. d. ca. 24. l.1. de Orat.*

QVÆRES III.

An neceſſario debeat orans eſſe in gratia, & ſine peccato mortali ad hoc vt impetret infallibiliter.

19 Reſp. neg. nam Chriſtus Dominus Mat.7. indiſtincte ait. *omnis enim qui petit accipit*, ſiue iuſtus, ſiue peccator, vt exponit Chryſ. homil.18. quod longe certum eſt in peccatore, qui ſe putat bona fide eſſe in gratia, vel in eo, qui vult agere pænitentiam, licet perfectam cõtritionem nõ habeat: at de peccatore obſtinato, qui ſecũdum præſentem ſtatum conuerti non vult, probabile eſt etiam non exaudiri: verum, quia non eſt certum, nõ ſunt ab oratione remouendi tales peccatores, poſſunt enim, ſi perſeuerent orando, & diuinæ gratiæ non reſiſtant, impetrare neceſſaria ad conuerſionem. hæc. Suar. *l.1. de Orat. c.25.* quẽ ad vnguem ſequitur Caſtrop. *n.7. pun.7. hic.*

20 Loca autem Scripturę, in quibus ſignificatur peccatores orãtes nõ exaudiri, vt *Pſal.65. ſi iniquitatem aſpexi in corde meo nõ exaudiet Dominus.* Et alia huiuſmodi intelligenda ſunt, quando peccatores orant praua intentione, vel mala petũt. ita cit. DD. adde iuxta ſententiam, quam probabilem putat Suarius intelligẽda eſſe de peccatore habẽte propoſitũ nũquã ſe pænitẽdi.

QVÆRES IV.

An Perſeuerantia in orãdo, & qualis ſit neceſſaria ad impetrationem.

21 Conſtat ex Sacra Scriptura, & Patribus perſeuerantiam eſſe neceſſariam ad impetrandum, vt notat Baſilius *in reg. breuioribus.* 161. ex Luc. 18. & Auguſt *lib.2. qq. Euang. ca.45.* vbi exponit, *oportet ſemper orare*, nẽpe inſtãter, & iterum petere, quia ordo diuinæ prouidentiæ ſic poſtulat, vel ad hoc vt orans paulatim diſponatur, vel vt fidem exerceat &c. de quibus Aug. *ſerm.5. de Verb. Dom.* Ioann. Chryſoſt. *hom.30. in Geneſ.*

22 Qualis autem debeat eſſe perſeuerantia, non poteſt certa regula actuũ orandi aſſignari: ſed tantum dico nũquam eſſe deſiſtendum ob diffidentiam, vel quaſi impatientiam, & in petendis bonis ſpiritualibus sẽper inſtandum, quia hæc petitio poteſt eſſe cauſa aliorum bonorum.

23 Adde ipſam perſeuerãtiam in oratione per orationem haberi; nam prima, quæ eſt ex auxilio nõ petitio, impetrat auxilium ad alium, & ſic de cæteris. Et perſeuerantiam finalem in bono per orationem obtineri poſſe; nam diuerſa eſt perſeuerantia in petendo à perſeuerantia in gratia, cum hæc detur per auxilium diſtinctum, & ſit maius Dei beneficiũ. hæc Suar.

l.1. de

l. 1. de orat. ca. 27. ſequitur ac ſupponit Caſtropal. *num. 8. pun. 7. de orat.*

QVÆRES V.

An orans pro alio, ſi cæteras habeat conditiones, impetret infallibiliter, quod petit.

24 RESp. affirm. ratio eſt, quia Ioan. 1. ait abſolute, *quodcumque petierimus ſecundum voluntatem eius audit nos.* ſed petendo pro alijs petimus ſecundum Dei voluntatem, cum ipſe hoc commedet: ergo, & quamuis facilius poſſimus nos reddere aptos ad hoc, vt capaces ſimus obtinendi gratiam petitam; tamen ex hoc non valet inferri, quod oratio pro alijs non impetret, ſi illi capaces ſint. ita ex Tolet. in Ioann. *c. 16. annot.* 30. Suar. *cap.* 17. & Caſtrop. *nu. 9. loc. cit.*

25 Quamuis D. Tho. *2. 2. q. 83. art. 13.* ex D. Auguſt putet non haberi infallibilem impetrationem in oratione pro alijs, quia promiſſio Dei fuit pro ipſis petentibus non pro alijs. ſed certe, quod diximus ex Suario, ſalua Sãctorum Doctorum pace valde probabile eſt ob dictam rationem.

An oratio pro vno ſit magis impetratoria quam pro multis.

26 TAntum aduerte orationem, quę fit pro vno tantũ plus impetrare quam ſi fiat pro pluribus v. g. pro aliqua communitate in qua quis eſt pars, quia licet impetratio fundetur in diuina miſericordia, & fidelitate, vt diximus initio diſput. tamen fundatur etiã in oratione, quæ ſuo modo cauſa impetrati effectus; ergo probabilius eſt obſeruari valorem moralem ipſius orationis, & proportionem ad rem poſtulatã. ſicuti D. Tho. *4. d. 45. q. 2. a. 2. quæſ. 2. in corp.* docet de oratione quoad ſatisfactionem. ita Nauar. *de orat. c. 20. num.* 48. vbi plures alij. Couarr. *c. Alma. p. 1. §. 5. nu. 9.* Med. *Cod. de orat. q. 21.* Azor. *1. to. l. 9. q. 7.* & poſt Suar. *c. 27. à n. 5.* Caſtrop. *p. 7. fine.*

27 Sed re vera valde probabilis eſt contraria ſententia, quæ aſſerit eamdem eſſe impetrationem ſi orem pro Titio, quam ſi orem pro Religione, cuius Titius eſt Religioſus, & mihi magis placet, poſita eadem efficacia in orante ob rationes, quas dubitatiue proponit Suar. *nu.* 5. & ipſe putat probabilem, ſicut Caſtrop. *loc. cit.*

DISPVTATIO VII.

De neceſſitate Orationis.

QVÆRES I.

An Oratio non ſolum ſit ad ſalutem animæ vtilis, ſed etiam ſit medium ſimpliciter neceſſarium.

1 REſpon. in his, qui ſunt in ſtatu, vt poſſint orare, eſt ſimpliciter neceſſaria ex parte eorum, & hoc eſt de fide iuxta D. Auguſt. & Hieronym. ratio eſt, quia licet abſolute loquẽdo de natura orationis nõ potuiſſet tãta neceſſitas induci, tamen poſita cõueniẽtia, quæ eſt in oratione recurrẽdi ad Deũ in neceſſitatibus, & ipsũ colendi, Deus ſua D. Prouidentia merito decreuit non dare auxilia neceſſaria, quibus poſſimus mãdata Dei ſeruare, & in gratia perſeuerare, niſi media oratione, vt *in lib. de Eccl. Dogmatib. c. 56.* dicitur. *nullũ inuitatũ ſalutem ſuã niſi Deo auxiliante operari, nullum niſi orantẽ auxiliũ promereri,* eamque præcepit, vt ex neceſſitate, quã habet, colligunt omnes Theologi, & colligi poteſt ex Chriſto. *Petite & accipietis.* qui non impoſuit, ſed declarauit prę̃ceptũ. vnde Chryſoſtomus ait. *Optat dare, qui præcipit petere.*

2 Dixi *ex parte eorũ, qui orãt:* nam per diuinam diſpoſitionẽ dictam nõ tollitur, quin Deus multa cõferat beneficia, tam naturalia, quã ſupernaturalia ſine oratione ex ſua mera liberalitate, & de facto ad initiũ gratię nõ eſt neceſſaria oratio pro ſe ipſo, licet poſſit eſſe talis pro initio gratiæ dandæ alijs iuxta diuinam diſpoſitionem,

quam poſſum ex effectibus aliquãdo cognoſcere. vnde Aug. *ſer.1.de S.Steph.* ait. *Si Stephanus nõ oraſſet, Eccleſia Paulum nõ haberet.* ita Suar. *l.1.de orat. cap.28.* ex D.Th. *q.83.a.3.* & alijs infra citandis. quibus adde Valent. 2.2. *d.6. q.2.pu.3.* Leſſ. *l.2.c.37.du.3.*

QVÆRES II.

An Orationis præceptum ſit Iure Diuino naturali.

3 Reſp. affir. atq; adeo ſemper, & in omni lege obligaſſe, quia eſt iuxta rationem naturalem eleuatam per fidem infuſam, & quia ſemper in quocumq; ſtatu de fide eſt fuiſſe auxilium gratiæ ad ſalutem neceſſarium, quod sẽper media oratione obtinendum fuit, eſto aliqui per ignorantiam fuerint excuſati. ratio cõcluſionis eſt, quia media neceſſaria ad ſalutem sũt nobis Iure Diuino naturali præcepta, vt eſt commune axioma; ſed oratio eſt ad ſalutem neceſſaria, vt iam qu. præ. dictum eſt: ergo. ita Suar. *c.29.l.1. de orat. in communi.* eſtque communis Theologorum doctrina. Medin. *c. de orat. q.11.* Nauarr. *in Manual. c.3.n.18. & de orat. ca.3.nu.8.* Palud. *4.d.15.q.5. art.1.* & alij.

4 Vbi aduerte hoc præceptum ſufficiẽter ſeruari poſſe ſola oratione mẽtali, cũ ea ſit per ſe ſufficiens ad obtinendum, quod nobis neceſſarium eſt, vt ex Medin. & Sylu. Suar. *nu.5.* ſequit. Layman. *l.4.tr.1.cap.1.* Lezana *in mare mag. & reg. Carm. n.86.*

QVÆRES III.

Quale peccatum ſit contra preceptum non orare.

5 Reſp. probabile eſt non ſolum eſſe cõtra illam virtutem, ad quam acquirendam eſt neceſſaria oratio, & contra charitatem, ſed etiam contra Religionem. v.g. ſi vrgẽte tentatione contra caſtitatem teneris orare ad illam vincendam, peccas contra caſtitatem, cõtra charitatem ſpeciali modo, & cõtra virtutẽ Religionis. Ratio eſt, quia licet Religio non obliget ad petendum, niſi quãdo vrget alia neceſſitas, ac tunc obligat, non ſolum propter talẽ neceſſitatem; ſed etiam propter cultum Dei, quia ideo Deus ordinauit petitionẽ eſſe neceſſariam, vt ipſa neceſſitas cogeret hominem aliquando ad ipſum colendum. quare ratione obiecti erit culpa mortalis, niſi aut inaduertentia, aut aliqua circumſtantia excuſet, nam ſit cõtra virtutem Religionis, & Charitatis.

6 Confirm. quia quãdo aliquis actus virtutis ex natura ſua, vel diuina inſtitutione eſt neceſſarius ad ſalutem, tunc etiam virtus, ad quam pertinet honeſtas talis neceſſitatis obligat ad talem actum, vt patet in fide, ſpe &c. ergo etiã in caſu poſito. ita ex D. Th. *2.2.q.83.a.3.ad 2.* Suar. *d.c.29.à num.6.* ſeq. Caſtrop. *pu. vlt. n.1. diſp.1. de orat.* & quatenus ait eſſe cõtra charitatem tradit *cap.30.num.18.*

7 Verum contraria ſententia putãs omiſſionem orationis, quando cadit ſub præcepto non habere aliam malitiam præter illud peccatũ, ob quod euitandũ eſt neceſſaria, eſt mihi probabilior, quia obligatio ad vtendũ tali medio, nempe oratione ad aliquem finem; pertinet tantum ad illam virtutem, ad quam pertinet obligatio querendi talem finem; ſed obligatio quærendi talem finẽ pertinet tantum ad illam virtutem, quæ debet illud peccatũ vitare: ergo obligatio orandi pertinet tantum ad illam virtutem, quæ debet peccatum vitare; atq; adeo ex ea deſumenda eſt grauitas peccati vt in in exemplo poſito num. 5. erit tantum contra caſtitatem non orare; & ſic mortale; ſicuti qui tenetur mẽdicare, & non mendicat, tantũ peccat contra propriam charitatem, qua tenetur ſalutem ſuam procurare. Hanc ſententiam docet Leſſius *du.3.nu.vlt. fine.* ibi. *quando autem eſt culpabilis ratione periculi alterius peccati, non habet malitiam diſtinctam ab illo peccato, nam ſolum eſt mala, quia eſt interpretatiua voli-*

Digitized by Google

volitio illius peccati.Eam vocat piam Suarius, dum ait. *nu*.10.ſententiam D.Thomæ eſse magis piam.

8 Vnde, vt ipſe Suarez *nu*. 11.aduertit, expoſito argumento, poteſt aliquando omiſsio orationis eſse tãtum contra Religionem quãdo ſcilicet ea neceſsaria eſt ad auxiliũ obtinendum pro ipſa Religione,& cultu diuino.

QVÆRES IV.

Quando nam obliget Præceptum Diuinum Orandi?

9 Reſp.ex vi præcepti Diuini,& naturalis orandi non habetur aliqua certa,& clara temporis determinatio;at tenemur orare in decurſu vitæ ſæpius, etiam ſi caſus extraordinarij alicuius tẽtationis vincẽdæ v. g. nõ occurant.Et licet hoc præceptum obliget, ſicuti præceptum charitatis, &alia diuina præcepta affirmatiua, vt non multum differatur oratio: tamen in particulari,prudentum eſt iudicare, quando ſit nimia dilatio, ita vt illa ſit cenſenda p. m. contra præceptum orandi; attẽta tamen neceſſitate humana,forte dilatio vnius mẽſis eſſet magna.

10 Ratio eſt,quia preceptum nõ dicit orandũ ſemel in die,vel in menſe &c. ſed indefinite *Petite, & accipietis*, & quãuis dicatur *Oportet ſemper orare*. & Paulus. *Sine intermiſſione orate*. Id tamen ſano modo eſt intelligendum iuxta dicta *diſp*.1.*à nu*. 7. nec tamen præceptum, ſed conſilium illis verbis inducitur.Et ex alia parte vita noſtra eſt continuum bellum, & tot mala accidunt,& pericula,vt nec poſſimus vincere illa ſine oratione, nec debemus expectare extremũ periculum, nec multum illam differre, vnde fidelium praxis eſt, vt ſæpius aliqua priuata oratione vtantur.ita Suar. *lib*.1. *de orat.c*.30.*à nu*.8. ex D.Th. *in* 4.*d*.15. *q*.4.*a*.1.*quæſit*.3.Ledeſm.2.*p.q*.26. *a*.3. Medin.*cod.de orat.q*.11,& alijs.qui primam partem tenent expreſſe, & ſecundam ſupponunt, quamuis aliqua indicẽt tempora,quæ certiora videntur.vtramq;tamen partem expreſſe tradunt Leſſ.*du*.3.*nu*.11. ex Durando *d.c*.45.*q*.12. Valen.2.2.*diſ*.6.*q*.6. *pun*.3. & poſt Suar. Caſtropal. *pun*.8. *num*.3. & alij communiter.

Examinantur aliqui caſus. an illis teneamur ex diuino præcepto orare.

11 Vt hæreticorum errorem omittam volentium apud Auguſt. hæreſi 57. nos ſemper orare debere ſine intermiſsione, quia eſt contra omnem rationem, & ſupra vires naturæ humanę;tanta enim continuitas Angelica eſt, nec homines tenẽtur ex præcepto omnibus tẽporibus orare, in quibus sũt liberi à cœteris occupationib᷒, quia hoc dicere eſſet error, & confundere conſilia cum præceptis. vide Guill. Pariſien. *in Rethor. diuin. c*.44.ſic Suar.*c*.30.*l*.1.*de ora,in com.n*.2.

Tria ſolent tẽpora aſsignari à DD. Catholicis, in quibus ex præcepto orandum eſt à nobis,&c.

12 Primum eſt in primo inſtanti vſus rationis.ita Sylu.*verb.oratio*: ſed hæc ſententia non ſatisfacit; quia nõ euacuat difficultatẽ,nam dato quod pro illo inſtanti obliget,nõ tamen pro eo finitur obligatio, & ſic debet aliquod tempus aſsignare. Secũdo quia dato, quod homo teneatur in primo inſtãti vſus rationis ad Deum ſe cõuertere, vt voluit S. Tho. non bene infert Syluester teneri tunc orare, vt hoc præceptũ impleat, quia vt quis oret petendo,prius debet ſupponi conuerſus ad Deum ex Paulo ad Rom. 10. ergo ex neceſsitate implẽdi preceptũ illud conuerſionis ad Deum, nõ poteſt colligi obligatio orandi pro illo inſtanti.ita Suar. *d. c*.30.*nu*.10.& ſeq. Caſtrop.*pun*.8.*num*.3.

13 Secũdum tempus implendæ obligationis huius præcepti eſt illud, in quo tenemur Miſsã audire iuxta Eccleſiæ præceptum: ſed hoc non eſt probabile, nam licet dicatur ita Deũ Eccleſiã ſuam gubernaſſe (quod valde incertum eſt)vt in illa ſemper fue-

Digitized by Google

rit publicus vſus alicuius ſacrificij,cui fideles tenerentur aſſiſtere , & ſimul orare,& ſic ſemper fuit præcepto naturali orandi adiecta temporis determinatio ; tamen debet aliud tempus aſſignari , quia non finitur obligatio per orationem factam in Miſſæ aſsiſtentia,& qui Miſſam audire non poſſunt,tenētur orare ſinguli iuxta propriam neceſsitatem, & opportunitatem.ſic etiam poſt Suar.*nu.*11. & 12. Caſtropal.*num.*4.

14 Tertium deniq; tempus communiter aſsignari ſolet, quando indigemus ob neceſſitatem propriam diuino auxilio,vt in vincenda aliqua tentatione, vel in neceſſitate graui proximi, vt ſi aliquos videã ad duellum ire , & aliter ſuccurrere non poſſim, quod tamē rarum eſſe ait Leſſ. citan. *nu.*16.ita D.Tho.*num.*10.citatus.Nauar.*de orat.c.*3.*n.*14.*&* 15.Sylu.& alij.

15 Et hæc ſententia eſt amplectenda iunctis ijs,quæ diximus *num.*9. *&* 10. intelligendo illam,quod homo obligetur ad orandum, tam vt præueniatur,ne incidat in tentationes, quam vt ſi pulſetur ijs,eas vincat: ad orandum vero pro alijs tenemur pro cõmunitatibus,& proximo in communi,etiã ſi nulla alia ſit neceſſitas ſpecialis præter eam,quæ hominibus eſt veluti connaturalis, nempe miſeria humana, quod præceptum ſufficienter impletur per orationes Eccleſiæ communes;nam in particulari nemo obligatur ad orandum, niſi vel ex officio,vel ex alio capite obligetur.Pro proximo vero in particulari tenemur orare in dicto caſu neceſſitatis,quando cognoſcimus alia via non poſſe ſubueniri , quam per orationem , & ad hoc ſatis eſt , vt cum probabilitate credamus orationem pro alijs eſſe exaudibilem.

16 In alijs vero caſibus non ſunt multiplicanda præcepta v. g. cum homo vult ſe ad gratiam diſponere,vel quoties vult Sacramētum ſuſcipere;nam abſq;oratione,ſeu petitione fieri poſſunt.ita Suarez *d.c.*30.*à nu.*15.quem in omnibus ſequitur Caſtrop. *loc. cit.* quibus adde Leſſ. *du.*3.*à n.*11.Valent. *qu.*2.*pun.*3.& alios.

17 Quamuis hi duo putent probabile eſſe teneri hominem ad orandum in obligatione diſponēdi ſe ad gratiam, vel in ſuſceptione Sacramenti . addit Medina *cap. de orat. q.*11. teneri etiam quando iter,vel opus periculoſũ vult aggredi:ſed quod ex Suario diximus eſt tutũ , & probabile, nam obligatio orandi pro ſe,primo,& per ſe,ordinatur ad bonum ſpirituale.

18 Deniq;aduerte ex Suario,& citatis Doctoribus poſſe excuſari à peccato, vt plurimum non orantem in his caſibus ob inaduertentiam.

19 Quale autem peccatum ſit orationem omittere in his caſibus habes ſupra *à nu.*5.eritq;mortale,vel veniale iuxta virtutem cui opponitur attenta etiam proportionata materia, vbi ea eſt attendenda , iuxta regulas datas *tra.præc.*& innuit etiã Lez.*in mare mag.& reg.Carmel. num.*84.*fine.*

FINIS LIBRI PRIMI.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS DE ORATIONE MENTALI, AC DEVOTIONE.

LOquimur hic de Oratione Mentali, quæ ſcilicet non fit per voces, vt vocalis, vt diximus ſuperiori libro *c.* 1. ſed eſt vt ait Auguſt. *ſerm.* 230. *Aſcenſio animæ de terreſtribus ad cæleſtia, inquiſitio ſupernorum, inuiſibilium deſiderium*. Et ſic includit plures actus virtutum, vel ordinatos ad petitionem, vel ad diuinum cultum à Religione relatos; & quoniam in hac oratione veluti proprietas eſt deuotio, de ea, ac de meditatione, & contemplatione agemus.

DISPVTATIO I.

Explicantur actus, qui in Oratione mentali exerceri debent.

ANtequam peculiares actus explicemus, videndum eſt.

Quanta ſit Orationis Mentalis Dignitas, & Vtilitas.

1 EX duplici capite eius dignitatẽ cognoſcere poſſumus, primo quia ea nos Chriſtus Dominus tum exemplo docuit, dum in oratione pernoctabat, vt omnes Patres intelligunt, cum de eo dicitur, *aſcendit in montem ſolus orare Matt.* 14. tum verbis. *Maria optimã partẽ elegit. Luc.* 10. & Sancti Patres omnes infinitas prope laudes de ea adducunt, vt videri poteſt in Chryſ. *in lib. de orãdo Deum. & hom.* 30. *in Gen.* Baſil. *hom. in Martyr. Iulittam. & in reg. breuior. nu.* 301. Ambr. *lib.* 6. *de Sacr. c.* 30. Io. Gerſ. *lib. de myſt. Theol. induſtr.* 11. *Alph.* 66. *litt. O,* ibi. *ò falluntur, qui volunt ſemper, vel legere, vel orare vocaliter, vel deuotionis verba à loquentibus accipere, ſi putant exinde contemplationis gratiam familiarem ſibi committere, acceſſuro proſunt hæc, ſed non ſufficiunt*. Et poſt pauca. *Vnde proh dolor tãta raritas contẽplantium, etiam inter litteratos eccleſiaſticos, ac Religioſos, immo, & Theologos, niſi quia vix ſuſtinet aliquis ſecum ſolus eſſe, ſecum diù meditari.*

2 Secundo orationis mentalis exercitium eſſe nobiliſſimum patet, cum ſit diuturnum, & familiare cum Deo colloquium, & maxima participatio æternæ fælicitatis, quia eſt vnio cum Deo, per optimos actus, qui in hac vita poſſunt exerceri, & ſic ſupremũ, Dei cultum continet. Vnde Auguſt. *Enarr. in pſal.* 148. ait. Præſentem vitam debere eſſe præparationem ad æternam.

3 Eſſe etiam valde vtile prob. 1. quia eſt valde meritorium, & ſatisfactoriũ, tum quia hic puriſſimi actus interiores virtutum eliciuntur (in quibus totum eſſentiale meritum poſitum eſt, vt pote interiorib' actibus,) tum quia eſt opus valde arduum. 2. quia eſt maxime impetratiuum. nam per mẽtalem orationem ipſa petitio fit cum maiori affectu, ac maiori inſtantia, & cordis puritate ex Bernard. *ſerm.* 3. *Epiph. Duas alas habet oratio noſtr a*

con-

Digitized by Google

cotemptum mundi, & afflictionem carnis, nec dubium quin tunc cœlũ penetret. Tertio quia per mẽtalem orationem generãtur in anima omnes virtutes. Chryſoſt. *lib. 1. de orãdo Deum.* vbi baſim, & radicem virtutum appellat. nam cum ſancta cogitatio ſit principium omnis boni ex Auguſt. *lib. 2. de pecc. mort. & remiſſ. cap. 17.* & mentalis oratio ſit ſeminarium ſanctarum cogitationum, erit fons omnium virtutum. vide Valdens. *t. 3. c. 2. n. 16.* vbi refert Auguſtinum dicentem. *Non poteſt fieri, vt habeat mala facta, qui habuerit cogitationes bonas.* his poſitis ex Suar. *lib. 2. de oratione ment. & deuot. cap. 1.* quem ſeq. Lezana *de reform. regul. cap. 3. & 4.* Vincentius Faſſari *in ſuis contemplat.* vere aureis.

QVÆRES I.

Quot, & quæ ſint partes Orationis Mentalis.

RESp. tres. Meditationem, orationem, ſeu petitionem, & contemplationem.

4 Meditatio eſt *ſtudioſa mentis actio occultæ veritatis notitiam ductu propriæ rationis inueſtigans.* ita Bernar. *in libell. de modo orandi.* Debet autem talis meditatio, vt ſit pars mentalis orationis, proficiſci ex intentione colendi Deum, & excitãdi in nobis maiorem de Deo æſtimationem, vnde neceſſe eſt, vt ſit practica, ex intentione operãtis iuxta illud Dauid *Pſal. 18. Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.* nempe ex affectu prodiens, & ad illum tendens, inquirendo quid ſit appetendũ, & quia tota debet referri ad diuinum cultum. Inchoans enim meditationẽ debet Dei præſentiam viua fide, ac reuerẽtia attẽdere, quod omnes Theologi myſtici docent.

5 Cum autem dicitur meditatio eſſe inueſtigatio veritatis occultæ: non eſt, quia ea per ſe tendat ad cognitionem illius, ſed quia nouo modo, veritates aliàs notas cognoſcit, attentius illas conſiderando v.g. legẽ diuinam, peccatorum malitiam, eorum punitionem, myſteria fidei &c. quæ ſunt orationis materia.

6 Vbi aduerte ſub meditatione contineri tres alios actus; vnus pertinet ad intellectũ, qui eſt prudẽtia quoad cõcluſionem; nam poſt quam homo meditando diſcurrit, & intellectum illuminat circa propriã nihilitatem v.g. deducit concluſionẽ: ergo de me male ſentire debeo &c. Duo pertinẽt ad affectum, ſeu voluntatem, nempe compunctio, & deuotio iuxta *lib. de ſpir. & anima.* ibi. *meditatio parit ſciẽtiam, ſcientia compunctionẽ, compunctio deuotionem, deuotio perficit orationem.* hæc Suar. *c. 2. ad n. 8.*

7 Petitio ſeu oratio oritur ex tribus actibus præcedentibus, de qua ſatis lib. præc. ſolum nota, quod orãs ſolet aliquando rationes adiungere quas Deo repræſentat, non vt ipſum moueant ſecundũ ſe, ſed ad excitandam fidem, & ſpem in nobis, & alias virtutes, humilitatem præſertim &c. & ſic meditatio, & oratio ita ſe habent, vt vna aliam adiuuet. præcedit meditatio, aut ſaltem conſideratio obiecti, ſequitur oratio, ex hac excitatur animus ad meditandum &c.

8 Motiua autem, ſeu tituli, quibus exaudiri petimus, rarò à proprijs meritis ſumẽda ſunt, quia eſt periculum elationis, niſi quando animus ſit ita deiectus, vt videatur conueniens excitari recordatione bonorũ operum ad diuinam gloriã, & bonitatem circa nos magis recognoſcendam; debent ergo ſumi ex ipſo Deo, allegando eius promiſſionem &c. ex Chriſto Domino, vel Sãctis, proponendo eorum merita vide Suar. *d. c. 2. à nu. 8.*

9 Ad orationem poteſt reduci Gratiarum Actio, & Laus Dei, quia cum oratio ſit quædam locutio ad Deũ, merito cõtinet internam laudem, & gratiarũ actionem, quæ eſt quædam recognitio beneficiorũ Dei à voluntate directa in animi grati ſignificationem, vel ad illum glorificandum; ex D. Th. *lec. 7. in c. 1. ad Epheſ.* & quia hæc meditatio, vt dixim' eſt practica,

&

Digitized by Google

& religioſa, non obſtat, quod requiratur præter intellectum recognoſcentem, voluntas dirigens.

10 De vltimo actu, qui eſt cõtemplatio, & de deuotione, quæ cum ea coniungi ſolet, dicemus infra, quia peculiares habet difficultates.

11 Omiſimus quartam partem, quam primo loco poſuit Bernard. in Schala Clauſtralium, nempe lectionem, ſine qua ait erroneam eſſe meditationem, quia ſcilicet vagatur, qui ante meditationem non proponit ſibi ſcopum, ſeu materiam meditandi per lectionem: ſed pertinet ad orationis præparationem, nec eſt æque neceſſaria omnibus eodem modo; nam ſatis eſt aut lectio, aut auditio, aut aliqua memoriæ excitatio rerum conſiderandarum in homine inſtructo. ſic Suar. *l.2.ca.2.n.* 3. quæ omnia S. Pater Ignatius in numquam ſatis laudato Exercitiorum Libello, mirabili compendio clariſſime tradidit, cuius finem, methodũ, mirabiles effectus, qui cognoſcere velit, legat Danielẽ de Bartolis Societ. Ieſu *in 1. to. his. eius ſoc.* cuius certe Authoris elegantiã indicendo, verborum nitorem, rerũ apte appoſitarum ſelectionem, variam eruditionem, & vt ita dicam, omnigenã, ſummam fidelitatem, admirari quidem poſſum, pro dignitate vero cõmendare non poſſum.

Explicantur partes orationis à D. Paulo 1. ad Thimot. 2. obſecrationes, orationes, poſtulationes, & gratiarum actiones iuxta traditam Doctrinam.

12 D. Thom. 2. 2. *q.* 83. *art.* 17 per orationem intelligit mentis eleuationem, à qua eſt oratio inchoãda, per poſtulationes intelligit petitionẽ, quæ ex eleuatione mentis ſequitur. per obſecrationem titulorum allegationem iunctam cum actione gratiarum, à quibus petitio magis roboratur. Et quamuis probabile ſit Paulum loqui de oratione vocali publica iuxta Aug. & alios, & ſic non erat neceſſe ponere meditationem; tamen quia poteſt de oratione mentali intelligi, dicẽdum eſt ſub oratione, & obſecratione, & gratiarum actione meditationem includere, quia in his neceſſaria eſt meditatio bonitatis Dei, miſeriæ noſtræ &c. hæc Suar. *c.3. ad num.* 6.

13 Poteſt autem aliter Paulus explicari, vt etiam ſignificauit Hilarius in Pſal. 140. ibi. *Quatuor genera (ſc. partes) orationũ Apoſtol' eſſe ſignificat ad Thimoth. ſcribens. Exoro primum fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones. Humilitatis noſtræ eſt deprecari*, quia primus actus orantis eſt recognitio propriæ miſeriæ, quæ nomine obſecrationis dicitur à Paulo, ſequitur Hilarius *magnificẽtiæ Dei eſt orari*, quia ſecũdus actus eſt repræſentatio Diuinæ Maieſtatis omnipotentis &c. & recte appellatur Oratio, quia ſaltem tacite ſemper coniungitur petitio beneficiorum Dei in generali, vt miſereatur noſtri &c. *fidei eſt poſtulare*; nam tertius actus eſt deſiderium obtinẽdi à Deo aliquod particulare beneficium cũ petitione ipſius, quod à Paulo dicitur poſtulatio, concludit. denique S. Hilarius *confeſſionis, & laudis eſt gratulari*, per quam explicat gratiarum actionẽ, quia hæc pro vt in mente exercentur, vel ſunt idem, vel vix ſeparãtur. ita Suar. *à n. 6. d.c.3. & lib. 3. de orat. vocali priuata. c. 2. à n. 8.* circa quam explicationẽ. vide infra *l. 3. de orat. voc. in com. diſ. 1. à. n. 5.*

14 Ex dictis patet 1. orationem mentalem conſiſtere eſſentialiter in actibus intellectus, & voluntatis, quamuis ſoleat appetitus ſenſitiuus, & phãtaſia eos comitari, vt dicemus; nam meditatio eſt actus intellectus, qui iuuatur donis intellectus ſcientiæ, & ſapientiæ, & dum ad particularia deſcẽdit, dono conſilij, & prudentiæ. Similiter ad intellectum pertinent omnes locutiones prædictæ, voluntatis vero ſunt affectiones, & deſideria rerum, quas meditatur, & ſic voluntas videtur habere primum locũ in hac oratione, quia ab illa inchoatur per religionem ducentem alias virtutes, vel ad ſubijciendam animam Deo, vel ad reuc-

Digitized by Google

reuerenter cum illo colloquendum, vel ad eius vnionem vide Suar. *nu.* 1. *& 2.cap.2.*

15 Patet 2. quod ait Gabr. *l.61. in Can. l.K.* eſſe prope infinitas orationis ſpecies, intelligi debere, de varietate accidentali, & veluti materiali orationum, & in actibus indiuiduis, ac eorũ modis; nam formaliter tota varietas orationis ad dictos actus reducitur. ex Suar. *num.9.d.c.2.*

DISPVTATIO II.

An ex praecepto teneamur orare mentaliter.

1 RESp. neg. ſiue ſimus religioſi, ſiue Prælati, Clerici, &c. probat. quia nullum eſt preceptum eccleſiaſticum directe orationem mentalem præcipiens; nec in Miſſa dum præcipit memento, genuflexiones &c. directe precipitur oratio mentalis; quia tũc poſſũt Sacerdotes aliquid voce orare; vel tantum habere talem reuerentiam, qualis ad actum externũ requiritur, vt docet Nauar. *de orat. ca. 18. nu.* 104.

2 Nec eſt præceptum diuinũ vel naturale de hac oratione mentali datũ, vt ex tota Scriptura colligi poteſt, in qua non inuenitur, & ex vſu fidelium, qui nõ ſe accuſant de omiſſione orationis mentalis, nec ex præcepto naturali tenetur quis adhibere media extraordinaria ad ſuam ſalutem; nam alia via poteſt ſibi conſulere; quæ ratio militat etiam in Religioſis, & alijs eccleſiaſticis perſonis, cum ſtatus Religioſus non afferat ſecum alia præcepta, præter ea, quæ continentur in votis formaliter, aut virtualiter: interquæ non eſt præceptũ orandi mẽtaliter, nec tenentur ad omnia media, quæ iuuant ad perfectionem, vel ad alia determinate, præterea, quæ vnuſquiſque vouit. ita Suar. *cap. 4. l.2. de orat. ment.*

3 Non nego tamen obligari Iure Diuino naturali ad orandum mentaliter, ſolum quantum oportet ad alia præcepta obſeruanda, quando neceſſarium eſſet de illis cogitare, eũ obligatio eorum inſtat v.g. ſi ex præcepto teneor confiteri, teneor etiam peccata cum dolore recogitare, vel ſi grauis eſt tentatio vincenda, ad quam teneor orare iuxta dicta *l. præc. diſp. vlt.* teneor etiam fidẽ excitare, & ſic mẽtem eleuare, vt oratio melius fiat ſic cum Suar. Lezana *mare magn. & reg. carmel. num.* 64.

4 Nec nego poſſe aliquem per votũ obligari ad hanc mentalem orationẽ, vel à Prælato, aut à Regula eam poſſe imperari, & tunc habens talẽ obligationem, tenetur tempore aſſignato non facere opus incompatibile cum tali meditatione, & ad applicandum animum ad talem meditationẽ; nec diſtractiones voluntarie admittere vt *diſ.3. nu.*9. dicam: ſed quia valde ſcrupuloſum eſt, & periculoſum voluntariam diſtractionem, vel inuoluntariã diſcernere, non oportet illam vouere, vel ſub rigoroſo præcepto imponere: ſed tantum ex vi regulæ, quæ ſecluſa alia lege obligationẽ culpe venialis nec inducit. hęc Suar. *ca. 4. nu. 2. lib. 2.* ſequit. Thomas à Ieſu *in reg. carmel. Gloſſ. 6. d.* Lezana *ſup. cit*

5 Quod ego temperarẽ in viro valde ſcrupuloſo; nam in alijs laudabile eſt ex voto ſe adſtringere ad tam ſanctũ opus, & vitę ſpirituali apprime neceſſarium, nec periculum erit peccandi, aut ſcrupulorum, cum non teneamur maiorem diligentiam adhibere tunc, quam quando oramus mentaliter ex deuotione. hęc enim non amare: ſed moraliter ſunt tractanda, vt *diſ.3. n.9.* dicam.

6 Denique id vltro fateor hoc exercitium omnibus fidelibus cuiuſcumque ſtatus vel conditionis, preſertim religioſis, & eccleſiaſticis eſſe conſulendum; licet non omnibus in eodem gradu, & eodem modo, vt dicemus, & merito præferenda eſt hęc oratio (ſecluſa pręcepti obligatione) orationi vocali: ratio eſt, quia ceſſatio ab omni opere externo, & loquela, relinquit mentem liberiorem ad vacandum Deo, & multum illuminat animam. ita

ita Nauar. de orat. cap. 18. n. 104. Caiet. 2.2. q. 82. ar. 3. ex D. Augu. apud Proſp. ſent. 218. & Bern. lib. 1. de Conſid. c. 7. & alijs. quos ſequitur Suarez d. cap. 4. à num. 8. vide Lezanam l. cit.

DISPVTATIO III.

De circumſtantijs obſeruandis in oratione mentali.

ORationis circũſtantiæ ſunt Perſona orantis, Tempus, locus, finis, materia, ſeu circa quod eſt meditatio faciẽda, modus, & quibus auxilijs. omnes numerat Suarius *cap. 5. l. 2. de orat. ment.*

Circa Perſonam Orantis.

1 ADuertendum quemlibet hominem vſum rationis habentem, & fidem, eſſe capacem alicui' gradus mentalis orationis, immò, & qui eſt in peccato mortali, etiã ſi ſit in actuali, vel virtuali cõplacentia ipſius poteſt mentaliter orare, conſiderando ſuum ſtatum &c. quia quamuis ob prauum affectum ſit valde indiſpoſitus ad orandum, at non ſemper quis eſt in illo actuali prauo affectu: vnde ad orandum eſt excitandus.

Circa tempus.

2 QVamuis optimum ſit aliquod determinatum aſſignare v. g. horam. Dimidium horæ &c. iuxta prudentem Confeſſarij diſtributionem, & præſertim matutinum iuxta illud *mane oratio mea præueniet te. pſal. 87.* tum quia optimum eſt primitias vocis, ac cordis Deo offerre; tum quia corpus eſt melius diſpoſitum, nec adhuc incepit homo diſtrahi externis actionibus, à quibus poſtea ſecedere, erit difficillimum; tamen etiam in ipſis occupationibus poteſt interdiu aliquoties mens eleuari ad Deũ breuiſſime, aliquod eius beneficium conſiderando, vel gratias agendo &c. & hoc deberet ab omnibus fieri: bene verũ eſt, quod niſi animus ſit bene affectus, & aliqua meditatione perſeuerante v. g. per horam inſtructus, vix has breues orationes facere poterit, vt experientia ipſa cõprobat, & docet Dionys. Carthuſ. *de perfect. char. art.* 44. Auguſt. *in lib. ſent.* Proſp. *in fin.* 3. *tom. ſent.* 218. *Qui otioſus, & quietus nõ cogitat Deũ, quomodo inter actus multos, & laborioſa negotia de illo poterit cogitare? meditetur ergo, quæ Dei ſunt fidelis cum vacat, & bene operandi ſubſtantiam quærat, ne in actione deficiat.*

Circa locum.

3 IN hac re conſtat poſſe licite fieri orationem mentalem in quocũq; loco etiam ſordido (nam de vocali dicemus infra,) quia vt dixit Anſel. 1. Thim. 2. *Deus vbique eſt. &* Chryſoſt. ad pop. *hom.* 7. 9. *Templum es, ne locum quæras.* quod maxime verum habet in breuibus mentis eleuationib', quas iaculatorias vocamus.

4 Nihilominus tamen quantum fieri poteſt in longioribus meditationibus quærendus eſt locus à ſtrepitu remotus, & ſegregatus, quod Chriſtus etiam docuit Matth. 6. *Cum oraueris intra cubiculum tuum*, quamuis id Chriſtus conſuluerit ad rectam intentionem requiſitam in oratione, & exempla SS. oſtendunt; nam Petrus in ſuperiori parte Domus orbat. *Act.* 10. *Iob.* 3. *Iudith.* 8. & 9. at potius eſt facienda oratio in medio ſtrepitu, quam omittenda, & tunc conſilium Chriſti *d. l. Matth.* 6. eſt ſeruandum de ingreſſu cubili cordis iuxta expoſitionem Auctor. imperf. *hom.* 13. Hilar. *cap.* 5. *in Matth.* Auguſt. *conſ.* 2. *in Pſal.* 33. Bona. *lib. de perfect. vitæ. cap.* 5. & aliorum paſſim. hæc Suarius *d. cap.* 5. *à num.* 9.

(:+:) (:+:) (:+:)

Circa finem.

5 PEr hanc circumſtantiam ſignificamus accedentem ad orationē, debere prius figere ſibi aliquē finem particularem, v.g. acquirendi humilitatem, compunctionem peccatorū &c. & ad hunc debent inſiſtere, ne vagetur varijs cogitationibus: licèt ſi Deus aliò impellat non ſit reſiſtendum: tunc enim fructuoſior erit oratio: ratio eſt, quia in oratione mentali non tantum intenduntur effectus communes cum oratione vocali, vt ſunt impetrare &c. ſed etiam aliqui proprij, nempe profectus in virtutibus, directio vitæ &c. ita etiam quot quot de hac materia poſt Suarium ſcripſerunt.

Circa materiam meditandi.

6 MVltiplex ea eſſe poteſt, Deus, & eius bonitas, beneficia, promiſſiones &c. Chriſtus, & omnia myſteria vitę, mortis &c. propria, & aliorum peccata vt ad Dei amorem peccatorū deteſtationem &c. excitemur. Vnum addo Suario in hac re, valde moueri animam, ſi aliquando recogitet aliqua de vita Chriſti, facta peculiari reflexione, quæ communis non ſit. v. g. dum meditatur Chriſti Domini Aſcenſionem, poteſt cogitare quod is *increpauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quod his, qui viderant eum reſurrexiſſe à mortuis nō crediderunt.* quid faciet, ſeu quas ego mereor increpationes, qui ipſi loquēti Domino interius iux credo, cum non operor &c. quia quæ anima inuenit his plus delectatur, veluti propria præda, vt S. Pater Ignatius notat in ſuo libello aureo.

Circa modum meditandi.

7 PRæterea, quæ ex dictis colligi poſſunt de modo, quo oratio eſt faciēda, & apud Theologos myſticos videri poſſunt.

Nota 1. eſſe tantum culpam venialem volūtariè diſtractionem admittere in oratione mentali, quæ aſſumitur pro aliquo certo tempore v.g. pro media hora; (nam in eleuationibus mentis, & orationibus iaculatorijs optimum eſt eas interrumpere, & ad alia negotia ſe conuertere) ratio eſt, quia licet orare non tenearis, & poſſis ab oratione ceſſare totaliter, & dū te diſtrahis ad alia jam non oras: tamen poſita voluntate orandi tali tempore, & facta electione loci &c. eſt quædam irreuerentia cōtra Religionem à Deo recedere ob vanam cogitationem, vel quid ſimile. Vnde ſi hæc interruptio fieret ex aliqua cauſa legitima, aut negotio occurrente &c. nulla erit culpa, & ſi qui fructuoſe orare deſiderat, cauere debeat omnes occaſiones interruptionis, iuxta Pauli cōſiliū *ſine intermiſſione orate*, provt exponit Hieronym. ad Ruſticum *Ep.4. Oratio ſine intermiſſione, vigil ſenſus ſit, nec vanis cogitationibus patens.*

8 Niſi diſtractio non ſit inuoluntaria omnino, quod poteſt dignoſci, ſi antequam ad orationē accedis, habeas voluntatē nō admittendi diſtractiones, & in ea virtualiter perſeueres, & poſtquā diſtractio pulſauerit, ſtatim illam expellere cures, nec ante orationē adeo imparat' accedas, vt moraliter attendere non poſſis. vide Caſſian. *coll.9.c.2. & c.11.12. & 13.collat.* 10. quē ſequitur Suar. *d.c.5. à n.16. l.2.*

9 Vbi licet aduertere eſſe p.v. admittere diſtractiones volūtarie, ēt ſi oratio mētalis ſit ex voto, aut ex penitētia, ſi poteſt verificari moraliter, quod hic oret; quod tunc puto quādo orās, nō facit aliquid illi actui repugnans. v.g. ſcribit, aut pingit, aut dormiat: vt diximꝰ ex Suar. *diſp.præc.n.4.* nec omnes diſtractiones indifferēter admittat, ſed aliquas repellat, aliquas v. g. argumentū occurrēs data opera notet, & ſtatim redeat ad ſe moueor, quia in alijs etiam præceptis ſufficit talis attētio: vt in Miſſa, quāuis quis pluries volūtariè, ſed breuiſſimè diſtrahatur, & exterius loquatur, vt docēt comm. Doct. & in ieiunio, quāuis aliquis inter-

terdiu ſumat aliquid, dummodo de eo verificetur, quod Miſſam audierit, & ieiunauerit: ergo etiam in hoc caſu. Saluo aliorum iudicio.

10 Vtrum autem ſit mortale contra Religionem admittere diſtractiones peccaminoſas mortaliter, dicam infra. *lib.3.de orat.voc.in com.diſ.1.n.9.*

Notandum eſt 2. quod ad orationem mẽtalem requiritur etiam talis modus, ſeu corporis poſitio, quæ ſignificet animum reuerentem, & humilem Deo ſuo, & quamuis in breuibus orationibus ſecretò factis poſſit varia eſſe corporis ſituatio v. g. proſtandi ſe &c. tamen in longa oratione aptior erit genuflexio, vt late oſtẽdit Cæſarius *hom.34.in to.2. Bibliot.* cum ſit magis à S.Patribus vſitata, & maiorem reuerentiam præbeat, niſi iuſta cauſa adſit imbecillitatis &c. vel vitandi aliorum cenſuras, ſi coram illis eſſet orandũ: tunc enim ſufficit mentem eleuare, & habere illam corporis poſitionem, quam alij tenent iuxta Chryſoſt. ad Pop. *hom.79.* ita Suar. *c.5. à num.20.*

Iuxta cuius ſenſum puto non eſſe omittendam eleuationem mentis ad Deum, quando fieri poteſt, & animus ſubleuatur ob quãlibet corporis poſitionem indecentem, etiam dum vẽter exoneratur, ſed quod dicimus eſt in oratione ordinaria, quę fit tempore longo v.g. per quadrantem, nõ eſſe eam aſſumẽdam, & puto eſſe peccatum veniale ob indecentiam, & irreuerentiam, quando non fit ex contemptu, quia tunc eſſet mortale; ſed raro poterit talis contẽptus reperiri, vide de hac re *l.3.diſ.4.infra n.8.*

Circa auxilia, quibus fit mentalis Orat.

11 PRæter diuina auxilia, quæ à Deo magna cum humilitate petenda ſunt, poteſt iuuari homo ad exercitiũ orationis mentalis ſuis facultatibus, & corpore, vtendo illo fortiter ad cooperandum animæ, & aliarum virtutum exercitio, prę ſertim temperantia in cibo, & potu: deinde valde iuuatur magiſterio alicuius viri ſpiritualis, & prudentis quamuis orans ſit prouectus in ſpiritu, & valde doctus, vt ex Auguſt. *prolog. ad lib. de doct. Chriſt.* Caſſian. *coll.2.c.15.* & alijs docet Suarez *cap.5.num.24.* ſed omnino eſt legendus, & practicandus modus à S. P. Ignatio Loyola in ſuis exercitijs traditus ab eo, qui in hoc tam ſancto exercitio vult valde proficere.

DISPVTATIO IV.

De deuotione.

DEuotio ſecundum vſum Eccleſiaſticum, & Theologicum, ſignificat propenſionem quamdam particularem ad Deũ, & res diuinas, pertinẽtem per ſe primo ad voluntatem ex D.Tho. 2.2.*q.82.ar.*1. vnde *in lib. de ſpiritu, & anima cap.* 5. dicitur. *Deuotio eſt pius, & humilis affectus in Deum*, & ſubiungit. *Affectus eſt ſpontanea quadam, ac dulcis ipſius animi in Deum inclinatio.* & *cap. dolentes. de celebrat. Miſſ.* vbi præcipitur Clericis, vt recitent officium, *ſtudioſe pariter, & deuote*, innuitur, quia cum illa attentio in recitandis horis debeat eſſe voluntaria, & hæc maxime habeatur, cum homo magno affectu illam procurat, ideo dicitur *deuotè.* nõ negabo tamen hanc vocem ab aliquibus accipi pro ipſa mẽtali oratione, vel propria attentione, ſed propria ſignificatio eſt ea, quam diximus. de qua.

QVÆRES I.

An deuotio actualis ſit actus voluntatis, an tantum qualitas, ſeu modus actus ipſius voluntatis.

1 REſp. eſſe actum voluntatis, quo ſe homo deuouet diuino obſequio, & redditur facilis, & promptus ad obſequiũ, & cultũ Dei. Ratio primę partis aſſertionis eſt, quia deuotio vel eſt actus volũtatis, vel aliqua qualitas, ſeu modificatio ipſius actus; ſecundũ dici nõ poteſt: ergo primum.

2 Maior eſt clara. Nil enim aliud fingi poteſt, aut aſſignari. min. prob. quia ſi eſt qualitas, vel modificatio actus voluntatis, qui eſt velle, maxime eſt prompte velle, vt ait Caetanus *qu.*83. *ar.*1. *in affectu colendi* Deum. ſed hoc eſt falſum; quia actus qui fiunt ex habitu, ſunt quædam qualitates cum ſuis actionibus, & non ſunt capaces aliarum qualitatũ, nec habent aliam modificationem preter ipſam inhærentiam, intenſionem, extenſionem, & ordinem ad ſua obiecta, nec in alio differunt ab actu, qui non fit ex habitu, niſi in hoc, quod actus ab habitu productus reſpicit potentiã affectam habitu, & ſic validiorem ad agẽdum, vnde dicitur prõpte fieri; actus vero nõ productus ab habitu ſolum reſpicit potentiam nudam, & ſic debiliorem: ergo non debet poni alia qualitas, ſeu modus intrinſecus ad explicandam deuotionem, ſed erit tãtum actus ipſius voluntatis.

Probatur ſecunda pars, quod Deuotio ſit actus voluntatis, quo homo ſe deuouet Deo ad eius cultum.

3 QVia talis actus voluntatis, quo quis ſe offert Deo ſpontanee, eſt poſſibilis etiam inter homines: ergo multo magis reſpectu Dei, ſed hic actus eſt deuotio, & eſt in voluntate: ergo per actum voluntatis, quo quis ſe offert Deo, denominatur deuotus, & dicatus in obſequium Dei per ſuam voluntatem.

Prob. tertia pars, quod deuotio ſit actus reddens per ſe ipſum formaliter, vel virtute hominem facilem, & promptum ad diuinum obſequium.

4 HOc ſolum reſtat oſtẽdere, quomodo actus iſte volũtatis etiã ſi ab habitu non producatur, reddat promptum hominem ad diuinum obſequiũ, quia nos nõ agimus hic de deuotione in actu 1. quæ eſt prõptitudo habitualis ad cultum diuinum, quæ eſt ipſemet habit' religionis, vel alterius ſimilis virtutis valde perfectus, reddens potentiam facilem in actu primo. Sed agimus cum S.Tho. de deuotione actuali in actu 2. quæ ſine habitu poteſt fieri ex gratia Spiritus Sancti, vt accidit in D.Paulo in ſua Conuerſione ibi. *Domine quid me vis facere.* nihilomin' ſic probo *d.*3.*p.* cõcluſionis, quia voluntas illa determinata, qua quis ſe tradit diuino obſequio eſt vniuerſalis materialiter, id eſt reſpicit totam materiam Religionis, nec ſe extendit tantum ad orationem v.g. vel ad ſacrificium &c. ergo reddit hominem promptum formaliter quamdiu durat, & non mutatur ad obſequium diuinum. conſequentia prob. quia ille actus eſt veluti amor, qui dat facultatẽ, & promptitudinem, & eſt intentio efficax diuini obſequij, ad quam comparantur, vt media particularia obſequia, ſed intẽtio efficax dat promptitudinem in executione mediorum: ergo. Hæc ex Suar. *cap.* 6. qua potui diſtinctione tradidiſſe videor.

5 Idque etiam voluit D.Tho. *d.q.*82. *ar.*1. *&* 2. dum ait, *deuotionem eſſe voluntatem prompte faciendi, quæ ad Dei cultum ſpectant*, nam debet intelligi veluti in actu exercito, nam qui habet deuotionẽ, hoc ipſo habet prõptitudinem, cum ipſamet deuotio ſit ſubſtantialis promptitudo.

6 Similiter dum *ar.*2. ait. *ad eamdem virtutẽ pertinere velle facere aliquid, & habere voluntatem promptam ad illud faciendum*, debet intelligi quod *velle facere aliquid*, eſt voluntas executiua, ſeu vſus actualis: *habere voluntatem promptam*. eſt intentio, aut ſimplex affectus voluntatis, qui reddit illam promptã ad executionem, in quo ponitur à D.Thoma deuotio.

7 Dices ſtante actu illo, de quo à *n.*4. adhuc poteſt homo ſentire difficultatem in exequendis actibus diuini obſequij, vel ob deſuetudinem, vel ob Dœmonis tentationes &c.

Reſp. eſto hoc verum ſit: tamen nõ tollitur, quin ille actus ſit ſubſtantialiter deuotio, quia ſufficit deliberatio,

ratio,& affectus,quæ eſt poſita in noſtra poteſtate,licet nõ habeatur prõptitudo, quæ oritur ex ablatione impedimentorum &c. quia hæc eſt per accidens,& extrinſeca.

8 vbi nota eſſe aliam promptitudinem,& ſuauitatem,ſeu letitiam, quæ ſentitur etiam in appetitu,& corpore iuxta illud.*Cor meũ, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* quæ etiam deuotio appellatur à Bernar.*ſerm. de nat.& ſer.3.de Circumc.*& alijs.ſed hęc eſt deuotio accidentaria,licet multũ iuuet ad veram deuotionem retinẽdam;nec eſt in noſtra poteſtate ſicuti eſt (poſita diuina gratia,quæ ſemper eſt parata ad neceſſaria ad virtutẽ) illa promptitudo, ſeu deliberata voluntas tradendi ſe Deo in actu e. Vnde D.Tho. hunc actum *ar.1.* vocauit deuotionem ſimpliciter, illam vero delectationem &c. affectũ deuotionis, & lætitiam ſpiritualem appellauit *ar.4.* videte Suar. *cap.7.à num.18, lib.2.de orat.*

QVÆRES II.

An deuotio ſubſtantialis poſſit eſſe actus alterius virtutis,præter Religionẽ.

9 RESp.neg.ſi propriè loquamur.ratio eſt,quia nomen *Deuotionis* vnde dicitur deuotio (ſubſtantialis, de qua loquimur) non ſolum importat reſpectum ad alterũ, & vt Theologi ſumunt,ad Deũ; ſed etiam cum quadam ſubiectione ob eius excellẽtiam,vt quæſt.præced.dictum eſt, ſed talis actus nõ eſt alterius virtutis,niſi Religionis: ergo deuotio ſubſtãtialis non poteſt eſſe actus alterius virtutis præter Religionem.

10 Minor prob. diſcurrendo per omnes alias virtutes, quæ in conſiderationem venire poſſunt: nam affectus credendi non reſpicit formaliter bonum obſequium ipſius Dei, affectus ſpei non eſt proprie ad alterum,quia homo magis amat Deum ſibi, quam propter ſe, affectus obedientiæ, quo creatura vult diuinam volũtatem in omnibus implere,pro vt eſt præciſe à tali virtute, ſolum reſpicit præcepti obligationem, & non honorem Dei, niſi quatenus per Religionem iubetur, act' vero generalis propoſiti ſtudioſe viuendi, niſi ſe extendat ad Dei obſequium,non eſt proprie deuotio, & licet actus charitatis, quo homo amat diuinam gloriam ex pura amicitia ad Deum,& beneuolentiam, & vult obſequium, & famulatum Dei; videatur perfectiſſima deuotio; at quia charitas reſpicit formaliter amicitiam,& bonitatem, magis proprie deuotio accomodatur Religioni,quę vt diximus reſpicit per ſe excellentiã Dei,& eius dominationem, denique pænitentia habet voluntatem offerẽdi ſe Deo ad ſatisfactionem: ſed non reſpicit ſubiectionem ad Deum propter eius excellentiã, quare licet hi affectus deuotio appellentur, vel cauſaliter,vel ob aliquam ſimilitudinem, vel generaliter: proprie tamen deuotio non ſunt.ita Suar.*c.7.ad nu.10.l.2.*

QVÆRES III.

An Deuotio ſubſtantialis ſit tantum vnus actus Religionis, an multiplex.

11 RESp. eſſe tãtum vnum actum volũtatis, illum ſcilicet de quo diximus *num.4.*eſſe generalem rationẽ materiæ; vel quia cauſat alios actus: ratio eſt,quia non poteſt deuotio eſſe aliquis ex actibus intellectus ad mẽtalem orationem currentibus, vt eſt meditatio; petitio,cum ſit actus voluntatis,vt dictum eſt; neq; etiam deuotio eſt aliquis actus, ſeu particularis affectus, vt orandi,meditandi, ſacrificandi, communicandi, ſeruandi caſtitatem &c.vt ex D. Thom. tradidimus.*num.4.*ergo eſt ille actus generalis,vt patet,à cęteris actibus diſtinctus, & natura ſua primus in virtute Religionis,quia ex conſideratione diuinæ excellentiæ,& debitæ ſubiectionis;primus affectus, qui naſcitur, eſt velle ſubijci Deo, & cultum debitũ ei per-

Digitized by Google

perſoluere, & deinde homo applicatur ad hoc, vel illud medium, & ad alios actus, qui deuotiones particulares dici poſſunt ad tollendam æquiuocationem; quamuis à SS. Patribus deuotio appelletur oratio mentalis, vt videre eſt in Ambroſio *l. de ſpiritu, & anima cap.* 50. vocante deuotionem pium affectum ſacrificandi. Bonau. *tom.2.op.in vlt.op.c. vlt.* fortè quia eſt cauſa deuotionis, & deuotionē includit. vide Suarez *d.c.7.à.nu.*10.

DISPVTATIO V.

Explicantur cauſæ deuotionis, & mentalis orationis.

1 Dico 1. deuotio accidentalis, nempe delectatio illa ſpiritualis ſecundū id, quod ex neceſſitate requirit, cauſatur à ſolo Spiritu Sācto mouente ante omnem actum noſtrū deliberatum, & illuminante cor noſtrū: ex qua motione ſequitur in voluntate neceſſitate quadam, propenſio cū ſuauitate, & deuotione hac accidentali, quia ſicuti initium ſalutis eſt à ſolo Deo, ita, & hoc deuotionis initium, licet regulariter detur hominibus bene vtentibus gratijs prioribus. ex Caſſiano *coll.*4. ita Suarez *c.8.lib.2.de orat.*

2 Dico 2. deliberata, & ſubſtantialis deuotio (de qua *diſp. præc.*) eſt principaliter à Spiritu Sancto cooperante tamen voluntate cum gratia Dei, & quāuis ſit neceſſarium, vt aliqua ſācta cogitatio antecedat, cū aliqua inſpiratione in voluntate, hæc enim eſt initium omnis actus ſupernaturalis, non eſt tamen neceſſe, vt ſemper præcedat illa indeliberata delectatio immiſſa à Deo, de qua *num. præc.* quia Deus habet varios modos excitandi voluntatem, per timorem, ſpem &c. ſolet etiā talis deuotio procedere ab aliqua diligentia antecedente, vt à præuijs orationibus ad Deum fuſis ad obtinendā deuotionem, & vſu priorum gratiarū ex apparatu ſerotino, ex cura in expergiſcendo ad orandum &c.

3 Quod ſi prima cogitatio ſit tam vehemens, & cum pleno iudicio rapiens volūtatem plena libertate in Deum, iam eſt plena deuotio, at regulariter hoc ita non eſt; ſed intellectus poſita illa voluntate deliberata ad cultū diuinum, iterum applicatur ad meditationem, quæ eſt fons totius boni deſiderij, accendens charitatem, & alios bonos actus in Deum, & hoc totum negotium abſque dubio eſt à Spiritu Sancto per ſuam gratiam operans, & cooperans. ex Ambroſ. *lib.6.cap.9.luc.*

4 Dico 3 ex applicatione ad meditādū excitatur perfectior deuotio ſubſtantialis, nempe conſiſtens in actibus deliberatis, vel placēdi Deo, vel illum colendi &c. & accidentalis deuotio, quæ eſt illa lætitia, quā orationis pinguedinem dicūt, eſtque paſſio conſequēs ad deuotionem ſubſtantialem. ex Bonau. *tom.2. opus. de proc. Relig. l.7. ca.*16. quæ non eſt tantum de ſola cogitatione, cum ſit veluti ſpeculatiua, nec tantum de bonis, quæ Deus habet, quæ magis ad charitatem pertinet, aut de bonis in nos collatis, quæ eſt bona delectatio: ſed eſt proueniens ex affectu operatiuo; quia propoſitū deliberatum colendi Deum magnam cauſat lætitiam, cum ſit in ſe bonum, & cum ſpe illum exequendi.

5 Vnde patet cauſam primam radicalem, & principalem proximam huius deuotionis eſſe Deum, cauſam vero excitantem, & applicantem conditionem, eſſe meditationem; cauſam obiectiuam, ſeu mouētem, materiam meditandi. vide Bernar. *ſer.3.cir. circa fin.* Caſſ. *coll.*4.*c.*6. quos citat, & ſequitur Suar. *cap.4.d.c.8.num.*6.

6 Dico 4. ex deuotione ſubſtātiali, & deliberata iuxta dicta in *præc. concluſ.* naſcitur propria oratio, ſeu petitio, quæ ad hoc vt ſit perſeuerans, à deuotione accidentali iuuatur; & ideo merito à D. Bonau. *opus. vlt. cap. vlt. to.*2. quæ orationi conueniunt applicantur huic deuotioni, vt etiam alij ſācti. at S. Thomas *d. qu.82.ar.*4. poſuit vt affectum deuotionis, ſolam lætitiam, quia ſolum agit ibi de effectu per modum paſſionis proueniente, de quo dixi.

Digitized by Google

dixi ita Suar. *d. cap. 8, numer. 9. & 14.*

7 Vbi duo licet aduertere, primum in hac materia dari circulum, at non vitioſum: quia vt plurimum ſunt inuicem cauſæ, in diuerſo tamen genere, vt conſideranti patebit; nam præcedens oratio, vel operatio eſt cauſa ſubſequentis exitationis per meritum de cõgruo, vel bonam diſpoſitionem; ipſa vero cogitatio eſt cauſa ſubſequentis deuotionis per excitationem, & motionẽ phyſicam, & rurſus oratio poteſt cauſare lætitiam, quã meditationis paſſionem dicimus, & vna oratio aliam perfectiorem. Secũdum eſt, quod multa ex dictis applicari poſsũt ad omnem piam affectionem, ſicuti etiam hi actus explicati poſsũt per alias virtutes exerceri, præter religionem, ſi meditatio ad earum honeſtatem applicetur, præſertim per actus charitatis. ex Bernar. *lib. de amore Dei ca.* 1. videte Suar. *d. c.* 8. *n.* 4. & *n.* 7.

DISPVTATIO VI.

De contemplatione, & actibus mentis ad eam concurrentibus.

VLtimam orationis partem hoc *l.* 2. *diſ.* 1. ex D. Bernardo diximus eſſe contemplationem, quæ licet late ſumpta ſecundum ſuam Ethimologiam idem ſit quod conſiderare. vnde Cicero *lib. 4. de fin.* ait. *Contemplationem eſſe meditationem, & conſiderationem rerum occultarum.* Et per antonomaſiam ſignificet ipſam veritatis cognitionem, per modum intuitionis; tamen Theologico more, & pro vt eſt opus gratiæ, iuxta quem de illa loquimur, diuerſo modo accipitur ab eo, quo Philoſophi accipiebant. Ac hanc ergo diuerſitatem cognoſcendam.

QVÆRES I.

Quid ſit contemplatio.

1 REſp. eſſe quamdã orationẽ mẽtalem in gradu altiori, in qua exercẽtur actus intellectus, & voluntatis.

2 Explicatione patet Reſpõſio: nam dicitur quædam oratio mẽtalis, quia in ea cõcurrunt ex parte intellectus, & volũtatis omnes actus, quos ſupra ad orationem mentalem concurrere diximus, nã ex parte intellectus præcedit lectio, & auditio ad applicationem materiæ contemplandæ. ſequitur cogitatio, quæ eſt repræſentatio, & applicatio intellectus ad materiã contemplationis, v. g. ad Chriſti Domini Reſurrectionem. Conſideratio, ſeu meditatio, & ſpeculatio idẽ enim ſunt ex D. Th. 2. 2. *q.* 180. *ar.* 1. additur etiam locutio mentalis, quæ aliud nõ eſt, niſi mẽtalis oratio, aut petitio.

3 His actibus, qui ſunt in oratione mentali communes, additur alius, in quo propriè contemplatio conſiſtit, & eſt conſideratio veritatis, non per modũ inquiſitionis, ſed viſionis. Vnde diximus contemplationem eſſe orationem quamdam mentalem in gradu perfectiori: hæc autẽ viſio, ſeu contemplatio differt à philoſophica, quia tantum verſatur circa Deum, & res Diuinas, & alios effectus, quatenus ad eius cognitionem cõducunt; tum quia nõ eſt mere ſpeculatiua, ſiſtẽdo in ipſa Dei conſideratione, quatenus is eſt tantum intelligibilis: ſed practica, quia conſiderat eum, vt eſt dignus gloria, honore &c. & ex intentione operantis, etiam ordinatur ad veram ſanctitatem, & vnionẽ cum Deo iuxta illud *Pſal.* 45. *vacate, & videte quoniã ego ſum Deus*; ex quo loco Bernar. *lib.* 1. *de conſid. c.* 7. colligit exercitium hoc debere eſſe practicum.

Explicantur actus voluntatis concurrentis in contemplatione.

4 QVoniam autem debet hæc contemplatio eſſe practica, etiam ex operãtis intentione, requiritur actus voluntatis, qui præcedat contẽplationem, ſiue ſit affectus contemplandi, ortus ex conſideratione ipſius contemplationis, & fructuum eius, qui poteſt eſſe bonus affectus, & prouenire ex Religione, ſi feratur

ſub

ſub ratione cultus in contemplationem Dei, qui poteſt haberi ante experientiam contemplationis, ſed ex fama ſiue proueniat, vt eſt optimum ex charitate, & amore ipſius Dei, vt Beati amant contemplationem, tum ob gloriam Dei, tum vt ipſum habeant præſentem, quem amant. vnde D.Th.*d.q.*180. ait perfectam cõtemplationem oriri ex charitate ipſius Dei, qui amor poteſt eſſe conceptus ex aliqua meditatione, quæ non adhuc ad ſtatũ cõtẽplationis peruenit.

5 *Præter dictũ actum voluntatis antecedẽtem, habentur alij ſubſequentes, vt eſt, magna delectatio, amor Dei intenſior illo, qui erat ante. vnde Bernar.*lib. de Amore Dei. cap.*1. ait. *hæc eſt munditia mea, hæc fiducia, hæc iuſtitia, contemplatio bonitatis tuæ bone Domine*, & ſicuti in Beatis ſequitur amor neceſſarius, qui creſcere nõ poteſt, hìc ſequitur amor liber, qui augeri poteſt: qui amor poteſt eſſe proprius charitatis, & deuotionis, tum ſubſtantialis, tum accidentalis, pertinentis ad Religionem; quia naſcitur affectus ſubmittendi ſe Deo, & illum reuerendi, & amandi; licet principaliter ibi charitas præemineat, vnde potius deberet dici cõtemplatio eſſe opus volũtatis, quam intellectus; ſed hæc quæſtio parum prodeſt. videte *Alenſ.4.p.q.26.mem.3.a.5.§.2. dub. vlt.* & Suar.*lib.2. de orat. ment. cap. 9.*

QVÆRES II.

Qualis ſit proprius actus contemplationis, & quomodo fiat.

6 DIco 1. actus, in quo conſiſtit cõtemplatio, de quo *nu.*3. eſt in ſe ſimplex, & ſine diſcurſu, præſupponit tamen diſcurſum, vel tamquam propriam cauſam per ſe, vel per accidens, ad applicandum obiectum, in quo veritas per contemplationem eſt inſpicienda.

7 Prima pars probatur, quia actus ille, vel eſt fidei ex Auguſt.*lib. med. c.27.* & ſic eſt ſine diſcurſu, & ſine vllo errore, cum fidei non poſſit ſub eſſe falsũ, vel eſt actus Theologicus ſcientificus, cum ſæpe non ſit de veritate in ſe reuelata; neque immediate infuſus; ſed medio diſcurſu comparatus: ergo eſt ſimplex, quia eſt effectus diſcurſus, & terminus illius, nam aſſenſus concluſionis, poſito aſſenſu præmiſſarum cum illatione ſimplex eſt; non quia nõ ſit per modũ aſſenſus, & iudicij, nam eſſentialiter includit iudiciũ, & cognitionẽ veritatis, cõtemplatę; aliàs nullã afferet delectationẽ.

8 Eſt etiam ſine errore; quia ſaltẽ mediate nititur lumine diuino, medio euidente diſcurſu quoad illationem, vel quoad aliquod principium, quomodo ẽt indocti contẽplare poſſunt, licet neſciãt ſuos diſcurſus explicare, ex Gerſon.*tr. de myſt. Theol. ſpecul. cõſ.3. to.3. Alphab.64. lit. N.* ad quod etiam operãtur dona Spiritus Sãcti, intellect' ad cõcipiẽdas res fidei altiori modo: ſciẽtię, & ſapiẽtię ad cognoſcẽdas veritates in aliqua ratione practica.

9 Secũda pars, quod ſupponat diſcurſum &c. prob. quia fides ſupponit diſcurſum, per quẽ proponatur veritas, tãquam dicta à Deo, vt ſub ea ratione credibilis appareat: & aſſenſus Theologicus ſcientificus, ſupponit diſcurſum, à quo fit, & vnde procedit per ſe: ergo cum contemplationis actus ſit de veritate, per fidẽ reuelata, vel per ſcientiam Theologicam cognitam, vt diximus; ſemper ſupponit aliquem diſcurſum. ita D. Tho.*q.*180.*ar.*3. & Suar.*c.*10.*ad num.9. d. lib.2.*

10 Dico 2. actum proprium contemplationis non poſſe eſſe diuturnum, (loquendo modo ordinario, quo ſolet Deus operari) quia cum ille actus conſiſtat in intuitione veritatis, ſeu ipſius Dei, aliquo modo cogniti: per illum intuitum intellect' ſtatim percipit veritatem, & noua appetit: debet ergo, vt longius perſeueret alia deducere; varios actus amoris, laudis &c. exercere per voluntatem, fixo aliquando manente eodem intuitu intellectus. ita S.Thom.*q.*181. *art.*4. ex Greg.*hom.5. in Ezech.*

Quod

Digitized by Google

11 Quod ſi *q.180. ar.8.* dicit contemplationem eſſe diuturnã, etiam quoad nos, intelligendus eſt de vita contemplatiua, quæ varios actus amplectitur, nunc legendo, nunc meditando, nunc orando, & illas actiones variare, quæ tamen vita actiua interrumpi debẽt ob naturæ fragilitatem, quod Gregorius docuit *loc.cit.* videte Suarez *d.c.10.à num.10.*

QVÆRES III.

An contemplatio poſſit fieri ſine aliquo actu intellectus, ac voluntatis.

12 RESp. negat. (& idem eſt de quacumque oratione mentali) ratio eſt, quia oratio mentalis eſt aſcẽſus mentis in Deum, vt diximus ex Damaſceno: ſed mens nõ poteſt aſcẽdere niſi per ſuos actus (cum non aſcendat per nudam potentiam, aut habitum, aliàs omnis homo habens potentiam intellectiuam, vel habitualem diſpoſitionem, oraret etiam dormiens,) qui ſunt intellectus, aut voluntatis: ergo ſi nullum exercet actũ mẽtis, nõ poteſt mẽtaliter orare.

13 Quod argumentum probat etiam nec poſſe mentalem orationem formaliter conſeruari ſine actu mentis; quia non eſt ſicut oratio vocalis, quæ cum non dependeat in ſuo eſſe à mẽte, poteſt ſine vlla attentione conſeruari, vt patet experientia in eo, qui incipit attente officium recitare, & poſtea omnino diſtractus proſequitur horarum recitationem.

14 Non poſſe autem, nec virtualiter, aut moraliter conſeruari, vt aliquis poſſet dicere: ſic probo, quia nullum poteſt relinquere effectum, in quo dicatur durare mentalis oratio abſque omni actu intellectus, & voluntatis; nam nõ poteſt eſſe effectus poſitiuus, niſi ſit actus mentis; ſiue enim dicas eſſe aliquem actum primum, ſiue habitum, non ſufficiunt, vt homo dicatur moraliter, & virtute orare, aliàs etiam dormiens, & toto vitæ tempore poſſet moraliter dici, orare mentaliter, ſiue dicas eſſe aliquem actum appetitus ſenſitiui, nẽpe ſuauitatem, ex contemplatione relictam, quia præter quam quod ea delectatio non poteſt durare ſine actu mentis, iuxta illud Ariſt. *neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari*: tamen ea non ſufficit ad hoc, vt poſſit dici quis orare mẽtaliter, ſeu cõtẽplari, quia eſt tãtũ tendẽtia in quoddã ſenſibile obiectum, ſub aliqua ratione ſenſibili.

15 Nec poteſt eſſe effectus priuatiuus, nempe ceſſatio ab omni actu: quia ea ſiue ſit voluntaria, ſiue nõ deſtruit, & interrũpit orationẽ mentalẽ, tantum abeſt, vt per eã dicatur homo virtualiter orare. vid. Suar. *c.12. lib.2. de orat.*

Rationes in contrarium ſoluuntur.

16 NOn vrget contra traditã doctrinã Thaulerus *inſtit. c.12.* quia dum ait. *internum ſilentium fieri*, vbi *nil eloqui licet*: nam poteſt intelligi de altiſſima contẽplatione, in qua ceſſat locutio humana, ſiue per voces, ſiue per conceptũ vocum facta laudando Deũ, vel illi gratias agẽdo; ſed fit ſilẽtium illud, de quo Bern. *lib. de amore Dei c.4.* cũ anima Deum feruẽtiſſime veluti præſentẽ amat, ac intuetur, nil valens exprimere, aut operari præter amorem. Neque ſane opus fuit huic auctori loqui ſcholaſtica ſubtilitate.

17 Hoc etiã modo bene intelligi poteſt Dionyſ. *c.1. myſt. Theol.* dum enim ibi Timotheo cõſulit, vt *ſenſus, & mentis actiones prætermittat*, tãtũ eas intelligit, quæ extra Deũ quouis modo sũt, aut a proprio Spiritu profectas, quãuis enim ibi anima à Spiritu S. ducatur, & potius pati diuina videatur; tamen nõ fit hęc paſſio ſine propria vitali actione, atq; adeo nõ ſine actibus intellectus, aut voluntatis, quia licet anima dicatur acquirere intimã cum Deo coniũctionẽ ignoratione ex Dionyſ. *c.7.* tamen hæc ignoratio non eſt priuationis, ſed quædã Dei cognitio perfectior, per quã cognoſcitur poti' quid De' nõ ſit, remouẽdo ab eo omnia attributa creaturarũ, & concipiẽdo Deũ, vt omnium eminẽtiſſimum.

18 Deniq; quamuis Deus aliquando animæ loquatur,aut ipſa,vt medicus perſeueret, expectans eleemoſynam, aut taceat expectãdo, vt audiat,quid loquatur Deus. iuxta Greg. *lib.5.moral.c.20.ſupra Iob.4.*ibi. *quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius:* tamen totũ hoc non fit ſine actu intellectus, aut voluntatis, quia Deus loquitur animæ, non ſine perceptione ipſius, ſed quatenus Deus mouet ſpecies aliquas infundendo in homine,dicitur loquutio Dei ad animam, quæ non audit niſi medio intellectu; nec oraret ſine vllo actu, ſed potius eſſet otioſus intellectus.vide Auguſt. *tr.49.in Ioann.* D.Tho. *q.83.2.2.ar.17.* quos ſequitur noſter Suarez *cap.12. à num.17. lib.2. de orat.* & vix apud alium reperies.

QVÆRES IV.

An poſſit eſſe contemplatio, aut mentalis Oratio abſq; intellectus operatione.

19 REſp.negat. prob.duplici ratione, prima eſt, quia ſecũdum communiorem Theologorum ſentẽtiam implicat voluntatem operari ſine dependentia à ſuo obiecto, tamquam à principio in ſuo ordine, cum id ſit eſſentiale, ſed hæc non poteſt haberi ſine cognitione intellectus, cum non ſolũ ſit cõditio neceſſaria, ſed etiam conſtituat obiectum in ratione motiui, & allectiui voluntatis: ergo implicat eſſe actũ voluntatis, ſine actu intellectus.Non enim refert quod voluntas ſit ab intellectu diſtincta,cum habeat ab eo vitalem ſuam dependentiam & quamuis Deus ſit ſecundum eſſentiam voluntati intimior; tamen ſecundum rationem obiecti, actu trahentis voluntatem, non eſt ſufficienter propoſitus,niſi cognitus.

20 Vt interim omittam aliam rationẽ, quam aliqui ineſficaciter quidem proponunt in hunc modũ. Potentia vitalis non poteſt habere actum, niſi procedat à virtute natiua illius, nam ex hoc argumento ſequeretur, quod nec voluntas poſſet elicere actum charitatis infuſæ,neq; intellectus actũ viſionis Dei in patria,ad quem nõ habet virtutẽ natiuam, neq; partialem, neq; totalem,ſed hæc aliàs fuſius cum Suario *diſ.23.met.ſect.7.*

21 Ex noſtra ratione, Gerſonis dicta refelles: nõ enim pertinet ad Dei potentiã cõſeruare rem ſine dependẽtia eſſentiali,aut actum vitalẽ informantem ſine influxu potentiæ vitalis, aut eſſe actũ amoris liberum,etiã ſi à ſolo Deo ſit immiſſus,cum libertas per actiuam potentiam exerceri poſſit,& ſicuti potẽtiale dominiũ volũtatis in intellectu fundatur, ita actualis vſus in actuali vi cognitionis fundatur.videte Suar.*c.13.hic ad num.13.*

Proponitur ſecunda ratio.

22 SEd eſto non implicet amor Dei actualis ſine actuali cognitione: adhuc tamen dicendũ eſt nullum eſſe gradũ cõtemplationis quamuis perfectiſſimũ,in quo ſit tantũ voluntatis actus abſq; intellectu; quia nõ ſpectat ad animæ perfectionem, vel amoris, hic modus contemplandi per actum voluntatis abſque intellectu:ergo.

23 Antecedẽs probatur,quia cognitio Dei amori proportionata,nec impedire poteſt eius perfectionem,aut minuere,quia illa cognitio,& eſt cauſa à natura per ſe ordinata ad amorem,& ſecundũ ordinariã potentiam neceſſaria: ergo non impedit, aut minuit perfectionẽ amoris;ſed potiꝰ adiuuat, quia operationes ſubordinatæ ad inuicem ſe adiuuant,& vna non impedit perfectionem alterius.

24 Confirm. 1. quia licet intellectus aliquando proponat Deũ ſub ratione alicuius particularis attributi v.g. ſapientiſſimi &c. & voluntas tantum poſſit ferri in Deum ſub hac ratione, & ſic non excedat motiuum amabilitatis propoſitæ ab intellectu;tamen hoc non ſemper accidit, ſed poteſt Deus ab intellectu concipi ſub ratione ſupremi entis infiniti &c. & tunc poteſt voluntas in ipſum tendere, omit-

Digitized by Google

omittens modum imperfectum, quo ab intellectu cõcipitur iuxta doctrinam D.Th.*1.p.q.82.a.3.*& alibi, quod *intellectus fertur in rem prout illam in ſe habet*, nempe formando cognitionem iuxta modum, quo rem intelligibilem in ſe habet. *voluntas in rem prout eſt in ſe*, nempe non curando qualiter res ſit in intellectu; ergo non poteſt oſtẽdi, in quo ſita ſit perfectio hæc contemplationis facta ex ſolo actu voluntatis abſque cognitione.

25 Confirm.2. quia nullum habemus indicium in ſcriptura de hac cõtemplatione, cum nullus Sanctorum B. Virgini, aut alijs cõtemplatiuis Sanctis id attribuerit, nec experientia conſtare poteſt, cum ad experiẽdum requiratur memoria, ad memoriam cognitio, quæ ſi eſt illius amoris, vt ait Gerſon. *ad Magnificat Alphab. 66. conſ 6. ſub lit. X.* cur non poteſt eſſe ipſius Dei, & cur hæc Dei impediat amorem, & nõ cognitio alterius rei, quam iſti Doctores admittunt. ita Suar.*d.cap.13.à num.*13.ex D.Auguſt. Bernar. Anſel.

26 Quomodo autem intelligi debeat Dionyſ. *cap 1. de myſtica Theol.* ex dictis *nu.* 17. facile colliges. vide etiam Vercellens. *in Paraphr. Siconienſem* Marcinum, Ficinum, in Dionyſ. eademque ratione intellige *cap.* 7. vbi hanc contemplationẽ vocat ſapientiam ſtultã, irrationabilem, & amentem; nempe negatiue, non excellentiæ perfectionis, ſed inferioris perfectionis. iuxta D. Thom. *lect.* 2. ibi. *laudatur excellenter ſicuti irrationabilis, in quantum excedit rationem, & ſicut amens in quantum excedit mentem, & ſtultam in quantum excedit habitũ mentis, ſapiẽtiam ſcilicet humanam.* Argumenta autẽ, quæ in contrarium affert S. Bonau. ſunt à longe petita; & facile ex dictis quilibet ſoluere poteſt. vnde non eſt cur in eis immoremur. videte Suar. *cap.* 13. *à num.* 31. *lib.2. de orat.*

(:+:) (:+:) (:+:)

DISPVTATIO VII.

De operatione ſenſuum, quæ in contemplatione, & oratione mentali poſſet concurrere.

QVÆRES I.

An poſſit eſſe contemplatio ſine cooperatione actuali alicuius ſenſus, ſiue interioris, ſiue exterioris.

1 Reſpondeo non poſſe naturaliter fieri cum ordinario gratie Dei auxilio, ſed tantum de potentia eius abſoluta. Ratio prioris partis eſt: quia intellectus hominis huic corpori vnitus non poteſt abſq; phantaſiæ operatione naturaliter operari: ergo non poteſt haberi contemplatio iuxta modum naturalem diſcurrẽdi intellectus per ſolam gratiam Dei ordinariam ſine cooperatione alicuius ſenſus externi, aut interni, vt ex communi ſententia, docet D. Tho. 2.2.*q.*174. *ar.*2. vbi Gaetanus, & alij cum Suario *cap.*14.*num.*3.*lib.*2.*de orat. paſſim.*

2 Quod autem non implicet fieri contemplationem abſque vlla ſenſus cooperatione, probatur, quia illa cooperatio phantaſiæ non eſt cauſa per ſe operationis intellectus; ſed tantum eſt excitatio quædam ex parte obiecti, & ſympathia quædam naturalis potẽtiarum: ergo poteſt Deus per ſuam potentiam illam impedire, & intellectum eleuare ad vtendum ſpeciebus, acquiſitis. à ſenſibus, vt patet in eo, qui eleuatur ad claram Dei viſionẽ in hac vita, vt de S. Paulo dicitur, vel in Chriſto Domino, cui fuit communicata contemplatio per modũ habitus per ſcientiam infuſam ex D. Tho.*q.*13.*de verit. ar.*2.*ad* 9. in quibus caſibus ſenſuum cooperatio nõ immiſcetur. eſt cõmune omnium Theologorum placitum, & Suarij *d.cap.*14.*num.*4. *&* 5.

3 Duo tamen ſunt notanda. Primum eſt, quod ſicuti hic modus contemplandi non poteſt ab homine incipere (niſi tantum moraliter, & per

modum meriti,quod tamē rariſſime accidit) etiam ſi velit diuinæ gratiæ excitanti,& incipienti cooperari;quia quo magis cooperari per intellectum procurat;eo magis phantaſia operatur;ſic nec petēd' eſt,nec procurādus.

4 Secundum eſt, quod in altiſſima contemplatione ſine miraculo poteſt eſſe abſtractio à ſenſibus cum ſola cooperatione phantaſiæ,quia actus ſenſuū non ſunt neceſſarij in actuali cōtemplatione: ſed tantum, vt præcedant,ſubminiſtrando phantaſmata,& potius actualis operatio ſenſuum,impedit contemplationem, vt ex Greg. *l.5.moral.c.22.* Gerſon *tra.de moral.contempl.c.31.* & alijs paſſim docet Suar. *d.l.2.c.14.à num.6.*

QVÆRES II.

An ex vi contemplationis ſequatur connaturaliter ſuſpenſio ſenſuum externorum,quæ ecſtaſis dicitur,ita vt durante contemplatione ſenſus externi operari non poſſint circa ſua obiecta.

5 Reſp.probabilius eſt, quod poſita gratia perfectæ contemplationis, ſequatur connaturaliter ecſtaſis, ita vt licet ecſtaſis inter dona gratiæ computetur;tamen non ſit ita diſtincta gratia, vt ab illa contemplationis non profluat:ratio eſt, quia cum virtus animæ ſit finita,abſorbetur exceſſu cognitionis:ergo non poteſt ſimul ad inferiora munera ſenſuum externorum deſcendere.ita S.Thom.*2.2.q.175.art.1.&* 2. Geat.ibi.Abulen.Gen. 13.*q.*400.Molin.1.*p.q.12.ar.*11. & alij, quos ſequitur Suar.*ca.15.lib.2.de orat.*

6 Confirmatur, quia ſicuti ex vi naturalis contemplationis,ſi mens adeo abſorberetur à cognitione,ſequeretur ecſtaſis naturaliter, vt de Triſmegiſto,Platone,& alijs dicitur; quia phātaſia non ita pendet ab actuali operatione ſenſuum;ſicuti pendet intellectus à phantaſia; vnde intellectus nimium attendens ad ſuam cognitionem,ſecum trahit phantaſiam,at hec deſerit ſenſus, & ſic fit ecſtaſis,vt voluit Marſilius,Ficinus *lib.3.de immort. animæ c.14.contra Martinum Derlium lib.3.diſqu.mag.q.25.* & alios putantes non poſſe naturaliter haberi tantam animæ attentionem, quod probabilius videtur;licet talis raptus multum poſſit dependere à diſpoſitione phātaſiæ ex conſuetudine, ac delectatione;quæ capitur,& ideo non ſtatim vt à Dæmone impreſſus cōdemnari debet.ita Suar.*cap.15.numer.6.& c.19. à num.29.d.l.2.*

7 Nec ſequitur ex hac doctrina,quod per viſionē beatā fiat naturaliter ecſtaſis;nā alias Chriſtus Dominus miraculoſe operationes ſenſuum exercuiſſet,videndo,palpando, &c.quia non poterant per redundantiam viſionis beatæ fieri, cum illa fuerit impedita, & Beati in corporibus nō poſſent operationes ſenſuum exercere, quod eſt inconueniens,& re vera poſſunt tam naturaliter operari ſuis ſenſibus,ac ſi Deum non viderent, ſiue ſint compræhenſores, ſiue ſint viatores,& ex gratia ſpeciali Deum vident: ratio eſt, quia intellectus in viſione beata non operatur virtute naturali, & per conſequens non pendet in ſua viſione à phantaſmatibus:vnde non occupat vim naturalē alio diſtrahens. ita Molin.1.*p.q.12.ar.*11. Vaſquez ibi cum Suar.*c.16.d.l.2.*

8 Contra S.Tho.1.*p.q.12.ar.*11. Abulenſ.*l.2.Paralip.c.1.q.* 18. putantes ſequi ecſtaſim, quia anima tota abſorbetur ab illa viſione, quāuis ſint, qui putent. D.Thomam loquutum fuiſſe de abſtractione à ſenſibus negatiua, hoc eſt quod anima, dum Deum videt,non indiget ſenſibus;quod certe conſiſtere nō poteſt, quia ipſe expreſſe vult neceſſarium eſſe, vt anima videntis Deum ſeparetur à corpore, vt aduertit Suarius noſter.

QVÆRES III.

An in contemplatione, quæ fit, in hac vita cum cooperatione ſpecierum naturalium: modo illis, & intellectui mortali corpori cõiuncto proportionato, & connaturali poſſit fieri ecſtaſis in actibus ſenſuum, etiam internorum.

9 RESp. naturaliter fieri non poſſe: niſi ex ſpeciali modo prouidentiæ diuinæ auferentis omnia obiecta motiua, vel non concurrentis cum phantaſia: ratio eſt, quia cum intellectus operetur per ſpecies acquiſitas, neceſſe eſt, vt appræhendat res contemplationis cum aliquo ordine ad materiales res; nam ſpecies à phantaſmatibus acceptæ aliter repræſentare non poſſunt: ergo ex natura rei talis contemplatio excitabit phantaſiam. vnde bene Aug. *lib. 2. ad ſimpl. q. 1.* definit ecſtaſim, dicens eſſe *alienationem à ſenſibus corporis*, nempe externis, vt fuit illa Petri *Act.* 10. cuius exemplo ipſe vtitur, & idē habet aperte *lib. 8. Gen. ad lit. c. 2.* & ita Suar. *c. 17.* ex D. Thom. 2. 2. *q.* 174. & alijs ibi.

10 Vbi aduerte D. Thomā ab aliquibus citari pro oppoſita ſententia, quā tuetur Abul. *Gen.* 13. *q.* 400. ſed. *qu.* 175. *ar.* 1. *ad.* 1. per prophetiam intellectualem intelligit tantum illam, quæ fit ſine exteriore repræſentatione ſenſibili, *& qu.* 13. *de veritate.* loquitur de operatione ſenſus exterioris. Nec Auguſtinus dum explicat Paulum 1. *ad Corin.* 14. *orabo ſpiritu, orabo, & mente* contradicit; nam per ſpiritum intelligit viſionem imaginariam, quæ non fit ſine phantaſia; licet Paulus ibi loquatur de oratione vocali, quam dicit fieri ſpiritu, & mente cum orans intelligit, quæ dicit.

11 Immo neque in perfectiſſima contemplatione, quæ fieret per lumen, ſpecies, & actus, per ſe infuſa, & intellectum eleuatum ad operandū ſecūdum eorum operationem, ſequitur ſuſpenſio à ſenſibus internis ob orationem *nu.* 7. dictam. videte Suar. *c.* 17. & nouiſſime Vinc. Faſſari, è Soc. Ieſu in ſuis contemplation.

QVÆRES IV.

An in Ecſtaſi habita ex contemplatione ſuſpendatur operatio appetitus ſenſitiui, virtutis motiuæ, & nutritiuæ.

12 RESp. neg. & quidem de appetitu ſenſitiuo, ſi voluntas operatur in contemplatione; probat. quia illa pluralitas operationum, voluntatis, & appetitus ſenſitiui excitati ex voluntate mota per gaudium, amorem &c. in contemplatione, (quando contemplatio fit per ſpecies acquiſitas iuxta dicta *num.* 9.) potius adiuuat voluntatis intentionem, vnde merito viri etiā perfecti deſpicere non debent deuotionem, quæ in appetitu ſenſitiuo ſētitur, cum oriri poſſit etiam ex perfectiſſima contemplatione. ita D. Th. 1. 2. *q.* 4. & dum 2. 2. *q.* 175. *ar.* 2. *ad.* 2 ait per contemplationem cauſari ecſtaſim ſecundum appetitum, ideo dicit, quia impeditur, ne feratur in obiecta inferiora, ad quæ inclinat naturaliter.

13 De virtute autem motiua, & nutritiua, ſeu operationibus earum patet, quia per contemplationem non tollitur operatio phantaſiæ, vt dictū eſt, & aliquando mouetur lingua ad laudes Dei iuxta S. Bonauen. *opus. de proceſſu relig. cap.* 3. *lib.* 7. operationes autē animę vegetatiuę proxime exercentur per qualitates omnino materiales vnde ab applicatione animæ impediri non poſſunt, niſi quatenus ea iuuat per vitales ſuas operationes, attrahendi, expellendi &c. ita ſentit D. Tho. 2. 2 *q.* 175. *art.* 2. licet alia moueatur ratione: ſed hæc Suarij eſt efficacior, apud quem hęc habes *c.* 18. vbi etiā notat hæreticum eſſe dicere animam poſſe virtute Dœmonis realiter à corpore ſeparari, & iterum eidem vniri ſicuti falſum eſt poſſe naturaliter per contemplationem realiter à corpore ſeparari. Vnde enim tanta vis? niſi Deus aliquid operetur.

Digitized by Google

DISPVTATIO VIII.

De cõtemplatione in ordine ad meritum.

QVÆRES I.

An in contemplatione, quæ fit independenter à ſenſibus internis, & externis iuxta dicta diſ.præc.intellectus vtatur ratione, & iudicio; ex voluntatis imperio; & liberè.

1 DIco 1. in prædicto caſu, contemplationem fieri cum perfecto vſu intellectus: ratio eſt, quia cum ea intelligentia non pendeat à ſenſibus, poteſt haberi perfecta in ſuo genere abſque illis vt de facto fuit in Chriſto Domino dum per infuſam ſcientiam operabatur, & in B. V. quæ illam aliquo modo participauit, & D.Thom. *q.*13.*de veritate* ait, talem fuiſſe intelligentiam, quam Adam habuit, dum ex eius dormientis coſta, Eua fuit formata, quod tamen non eſt certum, vt ait Suar.*c.*19.*n.*10.*lib.*2.*de orat.*

2 Dico 2. ſi prædicta cognitio independenter à ſenſibus externis, & internis infundatur per modum habitus; tunc quamuis infuſio habitus, ſeu ſpecierum nõ ſit libera (conſiſtit enim formaliter in recipiendo, & nullam præuiam diſpoſitionem liberam, vt plurimum requirit) vſus tamen taliũ habituum ſiue in ſomno, ſiue in vigilia poteſt eſſe liber; nam anima intelligit cum perfecto iudicio, & non pendet à ſenſibus: quoad ſpecificationem vero talis actus erit neceſſarius, ſi ſit ſcientiæ, liber ſi ſit fidei.

3 At ſi talis contemplatio infundatur per modum actus in aliquo raptu, tũc licet etiam actualis illa appræhenſio vitalis, libera non ſit, cum totum ſit à libera voluntate Dei, ex D.Bonau. de Relig.*l.*7.*c.* 18. at iudicium eſt liberũ, & libere operatur, quando Reuelatio eſt obſcura, quia eſt per aſſenſum fidei, & nititur in auctoritate Dei reuelantis: ſed fides eſt libera *ex* 2.2.*q.*2.*ar.*9. nec intellectus neceſſitatur ab aliquo, non ab obiecto, cum ſit obſcurũ, non à Deo, cum hoc ſit contra rationem potentiæ liberæ, & contra diuinam prouidentiam. Contra vero eſt neceſſarium, quãdo reuelatio eſt euidens, tum quoad ſpecificationem, tũ quoad neceſſitatem, cum intellectus ſit neceſſario applicatus per motionem illam ad tale obiectum appræhendendũ. hæc Suar.*c.*19.*à n.*1.*ad.*10.

QVÆRES II.

An in contemplatione, quæ fit cum depẽdentia à phantaſmatibus per abſtractionem à ſenſibus ſit perfectus vſus rationis.

4 REſp. poſita gratia talis cõtemplationis, poteſt eſſe connaturaliter perfectus vſus rationis, tũ quoad actualem rerum cognitarum repræſentationem, tum quoad perfectum iudicium circa veritatem contemplatã: ratio eſt, quia in hac contemplatione, ſeu ecſtaſi eleuatio incipit ab intellectu, & ſic poteſt eſſe tam vehemẽs, vt abſtrahatur anima ab exterioribus omnibus ſenſuum actionibus, v. g. à videndo, loquendo &c. abſq; eo, quod in mente ſit aliquod impedimentum ad intelligendum, & perfecte iudicãdum de re cõtemplata, immo potius eſt maior cognitio, cum ſit maior attentio, & applicatio intellectus.

5 Ad differentiam ſomni mere corporalis, in quo impedimentum incipit à ſenſibus externis, & procedit vſque ad animam impediẽdo intellectum in ſuis functionibus medijs vaporibus aſcendentibus ad cerebrum, & impedientibus phantaſmatum vſũ ordinatum, quo intellectus poſſit diſcurrere, & ſic in hoc ſomno habere intellectum expeditum ad intelligẽdum, & iudicandum eſt ſupernaturale, & miraculoſum, quia neceſſe eſt vt Deus eleuet intellectum ad intelligẽdum, nõ obſtante impedimento phãtaſiæ, vel illam purificare, quam neceſſe eſt ad vſum intelligentiæ, & iudicij, cõſeruato in reliquis ſomno corpora-

porali,quod naturaliter fieri non poteſt.ita Suarez *cap.19.à numer.10.& à num.20.ad 23.*

Somnus Adami, & Salamonis qualis fuerit explicatur,& confirmatur concluſio præcedens.

6 Confirmari poteſt concluſio primo ex ſomno Adami, quẽ fuiſſe ecſtaſim conſtat ex communi Patrum ſententia;licet etiam corporaliter dormierit ſecundum D.Tho. 1.*p.q.97.a.2.*Magiſtro,& alijs 2.*d.*18.tunc enim probabili' eſt, ne miracula multiplicemus,Adam intellexiſſe per cõuerſionem ad phantaſmata,& tamen vt certum eſt,habuit perfectum vſum rationis, quia aliàs non habuiſſet veram fidem myſterij Incarnationis futuræ,& repræſentatæ per coniunctionem viri cum fæmina iuxta Patres, Epiphanium *hæreſi* 48. Hieron. *in qu. hebr.in Geneſ.*& alios commun. vnde Rupertus ait.*Sapor,quem Deus Adamo immiſit, non claudere vigilias rationis debuit: ſed obſeratis quinq; ſenſibus corporis,ſenſum mentis liberum reliquit,vt ſcire poſſet quid erga ſe faceret omnium artifex Sapientia.*vide Suar. *c.*19.*n.*10. & 20.*lib.2.de orat.*

7 Confir.2.*ex ſomno Salomonis.*1. *Reg.* 3.*& Paralip.*1.vbi dicitur Deus apparuiſſe Salomoni per ſomnium nocte, & dixiſſe.*Poſtula quod vis,vt dem tibi,* & Salomon petijſſe ſapiẽtiam. In quo caſu oportet dicere Salamonem vere dormiuiſſe tunc, quia dicitur De' locutus illi per ſomniũ nocte, nec Deũ illum excitaſſe ſua locutione;nam dicitur 1.Reg.*Igitur euigilauit Salomon, & intellexit,*quod non verificatur niſi de excitatione à ſomno corporali, quæ excitatio fuit poſt locutionem Dei,& Salomonis ad inuicem.Similiter Salomonem tunc percepiſſe locutionem Dei,& oraſſe,nõ ſenſibus corporis:ſed mente,vt omnes docent, & eãdem per gratiam Dei habuiſſe liberum arbitrium quia per illam orationem impetrauit ſapientiam ex Patribus citandis;licet non deſint, qui dicant, Salomonem tunc nullum habuiſſe actum liberum: ſed fuiſſe infuſam ſapientiam non propter diſpoſitionem habitam in illo ſomno: ſed alicuius meriti præcedẽtis in vigilia: ſed hoc eſt diuinare; vnde enim habetur Salomonem habuiſſe tale deſiderium,& meritũ, & ex verbis Scripturæ ſignificatur Salomonem ſenſiſſe,& elegiſſe quod petijt.

8 Vnde infertur ſomnium illud fuiſſe Propheticum per illuminationẽ mẽtis factam à Deo durante ipſo ſomno Salomonis;& cum totus ſermo fuerit de rebus ſenſibilibus,dicendũ eſt non fuiſſe factam abſtractionem ab omni phantaſmate.ita Suar.*lib.2.de orat.ca.*19.*à num.*16.*ad* 18. ex. Carthuſ.Hug. Card.3.*Reg.*3.Gloſſa Interlin. & ordinaria.Lyran.Alenſ.4.*p.qu.*101.*mem.*3. *ar.*3.§.2.Ambroſ.*Apol.2.pro Dauid.c.*4. & alijs.

9 Contra Abulenſem.3.*Reg.*3.4.12.& 13. quẽ ſequitur Pererius *l.* 2. *de obſer. ſomn.q.*9.& 10. putãtes vere Salomonem ſomniaſſe quod Deus ſibi loqueretur,& quod ipſe hoc peteret, idque factum eſſe, vt Salomon magni faceret donum ſapientiæ acceptum: ſed hæc ſententia verba Scripturæ nõ accipit in debita proprietate; alias etiã poſſemus dicere, quod dum dicitur *Salomon euigilauit*, tunc etiam ſomniaret,contra omnes Patres. & *lib.* 2. *Paral.*aperte oſtenditur eſſe verã narrationem hiſtoriã.ita Suar.*n.*14.& 15.

QVÆRES III.

An contemplatio, quæ fit cum ecſtaſi à ſenſibus externis ſit proxime, & directe actus liber.

10 Nomine actus liberi proxime, & directe,intelligo illum, qui fit per hunc actum *volo cum tanta attẽtione contemplari vt in ecſtaſim rapiar*, nam quod ſit liber, veluti remote ex applicatione voluntatis ad meditandum,non eſt dubium;aut quod poſſit ecſtaſis eſſe volũtaria ex quadã ſympathia naturali intellectus, & voluntatis

tatis accomodante ſe illis diuina gratia: ita vt poſitis gratijs,& illuſtrationibus præuenientibus intellectus applicetur ad contemplandum per voluntatem, voluntas ob amorem natũ ex contẽplatione trahat ad intimius contemplandum intellectum, ex hoc vehementius amet, & rurſus magis, ac magis attendat, ita vt à ſenſibus abſtrahatur. De illo autem actu libero proxime,& directe.

11 Reſp.neg.ratio eſt,quia cum intellectus rapitur ad hunc actum cõtemplationis, probabilius eſt fieri per influxum diuinum, inferentem neceſſitatem intellectui ad operandum cum tali attentione: ergo talis actus non eſt proxime liber, nec prouenire poteſt à voluntate, & experientia cõſtat multoties hos viros Deum orare, ne faciat, vt ecſtaſim patiantur, quia vellent illam vitare ob maiorem humilitatem.

12 Non tamen ex hac doctrina ſequitur, error Montaniſtarum, volentium prophetas ita rapi diuinitus in ſuis reuelationibus, vt non intelligerent, quod loquebantur: ſed loquerentur, vt inſani, & amentes; nam nos dicimus eſſe in tali contemplatione perfectam cognitionem,& iudicium rationis. Vtrum autem talis applicatio poſſit fieri naturaliter, vt raptu ſequatur. vide *diſp.6.num.6.* ſupra.

QVÆRES IV.

An Amor in raptu, & ecſtaſi ſequens ex cõtemplatione cũ dependentia à phãtaſmatibus, ſit liber, & meritorius, quando intellectus ex neceſſitate ad ecſtaſim rapitur.

13 Reſp.affirm.ratio eſt, quia ex nullo capite poteſt talis neceſſitas in voluntate prouenire. nõ à Deo per ſuam extrinſecam gratiam, & motionem, quia talis motio neceſſitatis nõ eſt debita homini ſic contemplanti, & eſt contra ordinariam legem amoris Dei, qui viatori infunditur. Non ex obiecto cognito, quia per illam contemplationem non oſtenditur Deus, pro vt in ſe eſt, & ſic non neceſſitat voluntatem ad amorem, ex communi Theologorum axiomate, aientiũ, extra patriam non neceſſitari voluntatem, quod exercitium ex vi obiecti cogniti abſtractiue. Non denique ob abſtractionem à ſenſibus, quia hæc nõ perturbat cognitionem, immo procedit ex perfectione cognitionis: ergo actus amoris ſequens ex vi talis contemplationis eſt liber, quoad exercitium, & per conſequens meritorius, poſitis alijs conditionibus ad meritũ requiſitis.

14 Immo poteſt etiam eſſe liber quoad ſpecificationem, quia in ecſtaſi nõ ita abſorbetur mens in vna conſideratione obiecti, vt non poſſit aliquam aliam rationem commodi, vel incõmodi conſiderare, atque adeo poteſt accidere vt in hac contemplatione aliquis ſuperbiat, vel in aliud vitium labatur.

15 Confirmatur exemplis ſupra poſitis de Salomone, Adamo, & Petro in ecſtaſi illa *Actor.* 10. in quibus patet Amorem fuiſſe liberum, tum quoad exercitium, tum quoad ſpecificationẽ: quia fuit electio libera inter multa cum poteſtate amplectendi vnum,& refutandi aliud, in quo eſt libertas ſpecificationis vide Theophyl. ibi. Hier. in proemio Abac. D.Thom. *2.2.q.*173. *ar.3.ad 4.* Bernar. *ſer.52.in Cant.* vbi ait eſſe in poteſtate voluntatis ordinarie ceſſare à contemplatione, quamuis intenſiſſima, & fieri poſſe diſcurſus. hæc apud Suar. *cap.20.à num.5.*

Vbi denique nota in contemplatione, quæ fit per abſtractionem a sẽſibus internis,& externis, & in alia, in qua iudicium intellectus eſt liberum, certum eſſe non impediri vſum libertatis: ſicuti in Chriſto Domino accidit, atque adeo etiam in ſomno, ſi ea accidat, poteſt eſſe libertas, & meritũ, quamuis poſſit Deus per aliquam efficacem motionem voluntatem neceſſitare. ita Suar. *d.cap.20.num.1.2.& 3.lib.2.de orat.*

DI-

DISPVTATIO IX.

An contemplatio, quæ fit in hac vita, ſit propria perfectorum?

1 RESpondeo affirm. ratio eſt, quia contemplatio, aut eſt perfecta vnio cum Deo per amorem, aut perfectiſſima Dei intuitio, quæ propria eſt perfectorum, qui in amore erga Deum occupantur pace, ac tranquillitate animi, mortificatis iam paſſionibus perfruuntur, iuxta Gregor. *lib. 5. moral. cap. 24. & 25.* qui illa verba Iacob. 5. *ingredieris in abundantia ſepulcrum* intelligit nomine ſepulchri contemplationem, quam acquiri nõ poſſe ait ſine perfecta moderatione paſſionum. Vnde de hac oratione Bernar. ad fratres de monte Dei dixit: *Oratio eſt hominis Deo adhærentis affectio, & familiaris quædam, & pia allocutio, & ſtatio illuminatæ mentis ad fruendum Deum, quamdiu licet.*

2 Verum non eſt tam propria perfectorum, vt omnibus conueniat, quia ex Dei iudicio multi perfecti ad hũc gradum contemplationis non perueniunt. ex Bernar. *ſerm. 3 de circum.* vel ex diſpoſitione ſubiecti, in quo nõ ſit naturalis capacitas, vel propter mentis tarditatem, vel propter naturæ mutabilitatem &c. iuxta Gregor. *lib. 6. mor. cap. 26.* nec etiam dicitur propria perfectorum ex eo, quod alijs minus perfectis aliquando non accidat contemplari, quia etiam incipiẽtibus ſolet dari participatio aliqua huius diuinæ contẽplationis ex Bern. *d. ſer. 3. de circum.* ibi *Pius Dominus Ieſus Chriſtus puſillos corde blanditijs talibus ſolet allicere.* ſed quia vt ſubdit, *longe tamen aliter, qui exercitatos habent ſenſus huius felici fruuntur iucunditate.* ita Suar. *cap. 11. lib. 2. de oratione ment.* ad hanc autem doctrinam melius intelligendam.

(:+:) (:+:) (:+:)

Explicatur triplex ſtatus, ſeu via orationis mentalis, purgatiua, illuminatiua, & vnitiua.

3 TRes aſſignari ſolent viæ, ſeu ſtatus orationis mentalis iuxta tres ſtatus hominum, qui illi vacant, ſunt autem hi ſtatus, incipientium, proficientium, & perfectorum, quæ diſtinctio ſumitur non ex intenſione graduum charitatis, ſed ex varijs ſtudijs, & actionibus hominum habentium charitatem, ordinatis ad perfectionem, & vſum ipſius charitatis.

4 Primus eſt incipientium, qui incipit cum ipſa iuſtificatione peccatoris, aut cum iam is decreuit ſe ad iuſtitiam præparare, & de diuinis rebus cogitat; at non dum habet paſſiones moderatas, vt eas ſuperet facile quatenus ad mortale inclinãt, & huic ſtatui correſpondet via purgatiua in oratione, quæ primo, & per ſe tendit ad iuſtificationem à peccatis commiſſis, & paſſiones, frænando, ne iterum in peccatum relabatur homo incipiens.

5 Secundus ſtatus eſt proficientium eorum ſcilicet, qui non dum vitia, & paſſiones vicerunt ad peccata venialia frequenter committenda, & habent mentem varijs cogitationibus, & amore terrenarum rerum diſtractam, huic ſtatui correſpondet via illuminatiua, quæ tendit ad moderationem paſſionum, quæ præbeat facilitatem, etiam ad peccata venialia vincenda, & ad virtutum moralium exercitium, vnde vtitur pro materia Chriſti vita, Sanctorum &c.

6 Tertius denique ſtatus eſt perfectorum, eorum ſcilicet, qui frequenter, & affectuoſe Dei memoriam habent, & peccata venialia, etiam minutiora deuitant, quantum poſſunt, & huic correſpondet in oratione via vnitiua, quæ in affectibus amoris occupatur magna pace animi poſt purgationem eiuſdem animi à paſſionibus, & illuminationem per diutur-

Digitized by Google

nam meditationem rerum diuinarum, & vſum virtutum.ita ex D. Th. 2.2.*quæſt.*184.*ar.*1.*&* 2. *quæſt.*24.*ar.*9. ex Dionyſ.*cap.*3.*de cæl. Hierar.*Alenſ. 4.*p.quæſt.*26.*mem.*1.*ar.*1, & alijs ſupra cit. Patribus docet Suar.*ca.*11.& poſt ipſum omnes fere, qui de oratione mentali ſcribunt,& præſertim videndus eſt libellus exercitiorũ S.P. Ignatij Loyola, qui artem hanc, & vias ad miraculum proſequitur,& ex Recentioribus Vincẽtius Faſſari Societ. Ieſu, qui corpore, & erudite totam hãc materiam complectitur in proœmio ad ſuas contemplationes multa addens ſcitu iucunda, & proficua.

7 Verum quoniam in hac vita numquam peruenitur ad gradum perfectionis, in quo homo non debet proficere, & aliquando perfecti grauiſſimis vrgentur tentationibus, non ſunt hi ſtatus adeo condiſtincti, vt vnus non participet aliquid de alio: nam debet etiam perfectus caſtigare ſuum corpus, & niti in via Dei progredi, ne regrediatur, & per conſequens, nec via orationis eſt adeo diſtincta, vt non poſſint aliquando incipientes de vita Chriſti meditari, aut per amorem in contemplatione eleuari, e contra perfecti non debeant peccatorum ſuorum memoriam habere, & vitam Chriſti meditari, vt diximus; ſed hi ſtatus orationis, ita accomodantur ſtatibus hominum, vt conueniant illis, vt plurimum, & ex vi ſtatus.videte Suar. *d. cap.* 11. *num.* 4. 8. 9. *&* 10. & omnino Georgium Tagliauia Societ.Ieſu Theologum multa de hac materia ſcribentem in ſuis contemplationibus in Ioannem, vbi has omnes regulas in praxi poſitas reperies.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER

Digitized by Google

LIBER TERTIVS DE ORATIONE VOCALI IN COMMVNI, PRÆSERTIM Priuata.

POſitis dictis de Oratione in communi, ac mentali, reſtat ſolum agere in hoc Libro de his, quæ ad moralem materiam pertinent circa Orationem vocalem, nempe de eius honeſtate, vtilitate, effectibus, ac modis, quibus fieri poteſt, & debet.

DISPVTATIO I.

Quotuplex ſit oratio vocalis, & quæ eius partes.

1 SVPPONIMVS 1. de fide certum, licitum, & ſanctum eſſe, tum iure humano, tũ diuino Deum voce orare poſitis debitis circumſtantijs, non quia Deus indiget his noſtris vocibus; ſed vt nos metipſos excitemus, & quia corpore, & ſpiritu conſtamus, vtroque etiam orare debem' ex Aug. *ep.* 121. Hieron. *in Oſea* 14. & alijs. vbi nota nomine vocis poſſe venire ipſam verborum prolationem, ſiue contineat expreſſam ſignificationem, & petitionem, *vt Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, ſiue implicitam, *vt ecce quẽ amas infirmatur.* ex Nauar. *de orat.* & etiam venire ſcriptum, in quo ſcribat ſuam petitionem &c. vt docet Suar. *c.* 3. *n.* 1. *lib.* 3. *de orat.*

2 Suppono 2. nõ ſolum licitum eſſe, aut melius tãtum vti Dominica oratione, ſed etiã alijs, nã Chriſtus Dominus, qui docuit illam, vt perfectũ modum orandi traderet; tamen ſuo exẽplo oſtẽdit alijs modis poſſe nos vti, nam de eo legimus. Matth. 26. *hymno dicto exierunt in mõtem Oliueti.* & certe eadẽ ſemper verba Dominicę orationis proferre, tædium afferret, & deuotionem non excitaret, & ſi quis non aliam orationem, ſed tantum dominicalem diceret, veluti ex neceſſitate ſuperſtitioſus eſſet. Immo poſſum' vti alijs orationibus, quamuis ex nulla forma præſcripta, eas recitemus, vt antiqui Prophetę fecerũt, & Apoſtoli pro electione Matthiæ, & ipſemet Chriſtus Dominus, qui varie orauit in Euangelio *Io.* 11. dum Lazarum erat reſuſcitaturus: in horto &c. quidquid in contrarium dixerint aliqui hæretici, non aduertentes, quod dum Chriſtus ait Deum eſſe orãdum in ſpiritu, & veritate, nõ negauit orationem vocalẽ, ſed aſſeruit eſſe orandum Deum ex puro corde, deſiderio placendi ipſi tantum. vide Suar. *lib.* 3. *de orat. vocali in comm. cap.* 1, his poſitis ad quæſitum.

3 Reſp. triplicem ſolent aſſignare orationis vocalis diuiſionem. Prima eſt ea, qua oratio diuiditur in publicam, & priuatam. Publica eſt illa, quæ fit nomine publico videlicet ab Eccleſia medijs ſuis miniſtris deputatis ad orandum nomine ſuo, modo ab Eccleſia præſcripto. Priuata eſt, quæ fit ab aliquo particulari nomine proprio, etiam ſi fiat in platea, vel alta voce, vel ex aliqua forma præſcripta, ita ex D. Tho. 2. 2. *q.* 83. *art.* 12. Gloſſ. *in Clem.* 1. *de reliq. & vener. Sanctorum* Suar. *cap.* 2. hic, & omnes infra cit. ſupponunt.

4 Secunda orationis diuiſio eſt, quod alia fit cum aliqua forma præſcripta verborum v.g. *Anima Christi Sanctifica me* &c. & huiuſmodi eſt quæuis oratio publica ex Caet. 2.2. *q*. 83. *a*. 12. & alijs, quia Eccleſia non permittit quempiam ſuo nomine orare abſque forma à ſe præſcripta, at non omnis oratio, quæ fit ex aliqua præſcripta forma, eſt publica, & hæc ſemper ſupponit in orante affectum generalem orandi, nō autem illum, quem verba exprimunt. alia fit ſine preſcripta forma, ſed procedit ex affectu particulari, quem quis habet obtinendi rem illam, quam deſiderat, vt ſi quis habeat deſiderium humilitatis, prorumpat in hæc verba, *O Domine mi tu Rex gloria pro me ſeruus factus es, quid ego faciam &c.* vnde Dauid. *in Pſal.* 15. de hac oratione intelligi poteſt, cum ait, *lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea*, nec in hac oratione requiritur ſpecialis intentio vocaliter orandi, vt in prima, neq; moraliter cadit ſub præcepto, cum Eccleſia, quando præcipit orare, deſignet ſemper modum. hanc diuiſionem tradit Bonau. *de proceſſ. Relig. l*. 7. *ca*. 3. & optime explicat Suar. *l*. 3. *de orat. vocal. priu. c*. 2. *à num*. 3. *ad* 8.

5 Tertia orationis diuiſio eſt illa, quā ex D. Paulo 1. *ad Thim*. 2. *tradit* S. Th. 2.2. *q*. 83 *a*. 17. vbi partes orationis explicat, obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, de quibus diximus *lib. præc. diſp*. 1. *à n*. 11. nec aliud addendum, niſi quod ibi de mente diximus; nunc de voce dicamus, eaſdem partes applicando.

6 Tantum nota Paulum voluiſſe ſolum hortari fideles ad orandum, tum pro ſe, tum pro alijs, & hac occaſione nō omnes partes orationis ſumpſiſſe explicandas; ſed tantum propoſuiſſe actus quoſdam generales, quos oportet facere ad orationem efficacius faciendam, ſub quibus etiam continentur, vel reuocari facile poſſent alij, qui aliquibus addendi videntur. videte Suar. *d. c*. 2. *à num*. 11.

DISPVTATIO II.

De requiſitis ad ſubſtantiam orationis vocalis.

QVÆRES I.

An intentio orandi ſit de ſubſtantia orationis vocalis.

1 RESp. affirm. ſufficit tamen intentio implicita, aut virtualis, ratio prioris partis eſt, quia oratio eſt actus humanus, & locutio cum Deo: ergo debet eſſe intēta, & directa ad Deum ex intentione orantis, ita vt non ſufficiat velle proferre hæc, vel illa verba. v. g. volo proferre Pater noſter, niſi fiat cum intentione petendi, aut orādi. ita Palud. 4. *d*. 15. *q*. 5. *nu*. 24. Maior. *d*. 12. *q*. 7. *conſ*. 1. Nauar. Enchir. *cap*. 13. *à num*. 14. cum Suar. *cap*. 3. *lib*. 3. hic. & alijs infra citandis.

2 Ratio poſterioris partis eſt, quia intentio virtualis ſufficit ad actum moralem, eſt autē implicita intētio, quę non terminatur ad actum moralem expreſſe ſub ratione orationis, ſed ſub aliqua magis generali, vt ſi quis recitās coronam habeat voluntatē ſatisfaciendi ſuo officio, vel obligationi. Virtualis autem intentio eſt, quæ fundatur in actu præterito, & ſequitur operatio ex virtute aliquo modo relicta, vt ſi quis accipit breuiariū ad horas recitandas, & poſtea nil cogitans de oratione, illas recitet. hæc Suar. *nu*. 6. quem ſequitur Garzia *de benef*. 3. *p. c*. 1. *nu*. 209. Caſtrop. *diſp*. 1. *de orat. p*. 8. *num*. 1. Bonac. *de Horis Canon. diſp*. 1. *q*. 3. *pu*. 2. §. 2. *num*. 2. Filiuc. *tr*. 23. *c*. 3. *q*. 2. *n*. 73. & alij paſſim.

3 Et licet ad hoc, vt ſit oratio talis intentio debeat eſſe ex ſuo genere bona. ideſt ex vi ſui obiecti, ne ſpetatur id, quod bonum non eſt ex ſuo obiecto, aut ſi ſit indifferens, vt ſunt diuitiæ &c. petatur ſub conditione implicita, *ſi expedit*. vnde gratias agens pro auxilio dato ad aliquod turpe faciēdum non orat; at nō eſt neceſſarium, vt

Digitized by Google

vt intentio orandi ſit bona ſimpliciter: quia ſi proferens verba de ſe ſufficientia ad laudem, & Dei honorem, licet habeat intentionem laudis humanæ, vel alicuius commodi, re vera orat, & explet præceptũ, vt dicemus infra: ergo ſtat ſubſtantia orationis abſque intentione orandi ſimpliciter bona, ita Suar. *num*. 4. *&* 5. & infra fuſius dicemus.

4 Tantũ addo Suario poſſe aliquem gratias agere Deo pro auxilio dato ad turpe facinus, v.g. ad occidendum inimicum, eſſeq; veram orationem, ac meritoriam, & amoris incẽtiuum, ſi id faciat ex intẽtione laudandi magis Dei bonitatem, quod cum poſſet tunc illum deſtituere ſuo auxilio, adhuc illud præſtitit, nec contra hoc sẽtit Suarius: ſed eſt intelligẽdus quando quis Deo gratias ageret pro auxilio ad malum in eo ſiſtendo, quod ex ſe peccatum mortale eſt, licet poſſet eſſe veniale ob ignorantiam.

QVÆRES II.

An attentio ſit neceſſaria ad Orationem vocalem.

5 REſp. non ſolum ad hoc, vt oratio vocalis ſit bona, ſed etiã vt oratio ſit, requiritur attentio aliqua. Ratio eſt, quia oratio eſt aſcenſio mentis in Deum, qui autẽ nullam habet attentionem ad Deum, nullo modo ad Deum mente aſcendit: ergo nõ orat. ex quo multo magis infertur dato, quod ſit oratio, vt Nauar. *de orat. c.* 13. *nu.* 19. *&* 20. putat, tamen non eſt bona, & eſt peccaminoſa, etiam ſi non ſit ex præcepto, ſaltẽ venialiter, quia indecens eſt, vt quis cum Deo loquatur ore, & aliud meditetur ex Bonau. *lib. de perfect. vit. cap.* 5 Cyprian. *lib. de orat.* Hier. *in Iſai.* 29. & diximus ſupra de oratione mentali. eſt communis ſententia S. Thomæ, Caetani, & aliorum *q.* 83. *ar.* 13 Beltran. de tribus bonorum operũ generibus *c.* 6. Cordub. *q. Theol. l.* 4. *q.* 13. & aliorum quos ſeq. Suar. *c.* 4. *lib.* 3. & paſſim Recent cit. hanc ſententiam ſaltem, vt probabiliorem putant, vide *lib.* 4. *diſ.* 13. vbi habes quid alij ſentiant *à nu.* 4.

6 Sufficit tamen attẽtio virtualis, qua quis cum propoſito attendendi accedit ad orationẽ, quod eſt per ſe cauſa moralis efficax attentionis, & quãdiu tale propoſitum durat, attentio virtualis habetur ex Caet. *loco cit.* Suar. ſequuntur Caſtrop. *diſp.* 1. *de orat. pu.* 8. *nu.* 2. vbi citat Valen. Filiuc. *tr.* 23. *c.* 3. *q.* 2. *nu.* 22. Reginald. *lib.* 18. *à num.* 148. *&* 151. & alij.

QVÆRES III.

Quenã attentio requiratur ad ſubſtantiam, & honeſtatem orationis vocalis.

7 AD ſolutionem intelligendam, ſciendum eſt, triplicem eſſe attentionem. prima quæ eſt ad verba materialia. v.g. dico *Cæli enarrãt gloriam Dei.* attendo, vt hæc dicam integre. ſecunda eſt ad ſenſum litteralem verborum, quem ipſa verba ſonant. 3. eſt myſtica attẽdendo ad ſenſum ſpiritualem, nempe Apoſtolos prædicantes &c. ex D. Bonau. *op. de prac. relig. lib.* 7. *c.* 3. quam D. Tho. extendit ad duas alias, nempe ad attentionem eleuatam, ſeu diuinam, attẽdendo ad ipſum Deum, & ad poſtulationem, ſeu propriam indigẽtiam, hoc poſito, ad quæſitum.

8 Reſp. quamlibet ex his attentionibus, etiam voluntarie habitam cum aliarum excluſione, eſſe ſufficientem ad hoc, vt oratio ſit vere talis, & abſq; omni culpa, etiam veniali. Ratio eſt, quia quælibet ex his attẽtionibus cõſtituit actum humanum, & verum ſignum cultus diuini, nec homo tenetur orare meliori modo, quo poteſt ex vi orationis, alias ſequeretur, quod peccaret venialiter, ſi quis dum lauat manus, vel equitat, vel induitur, orat (quod eſt contra omnium fidelium vſum) cum non poſſit tunc habere perfectiorem attẽtiorem, ita Suar. *d. c.* 4. *à n.* 8. *ad* 14. ſeq. Caſtropal. *diſ.* 1. *num.* 2. *pu.* 7. *de orat.* & ſupponunt om-

omnes, dum agunt de Horis Canon. quos ibi citabimus; quamuis Nauarr. putet *c.13.in Enchir.* eſſe veniale velle retinere illam infimam attentionem, & non ad meliorem progredi.

9 Aduertit, & optime Suar. *num.*13. eſſe ſaltem peccatum veniale contra Religionem, ſi orãs habeat data opera alias cogitationes turpes, & peccaminoſas mortaliter, quia hic, vt habet Bonauen. habet cor diuiſum.

10 Et quamuis ipſe putet eſſe incertũ an ſit mortale: mihi tamen videtur probabiliſſimum non eſſe niſi tãtum veniale contra Religionem, ſeu reuerentiam Deo debitam: quia tantum hæc inordinatio præciſe conſiſtit in illa irreuerentia, quæ fit ab orante, diſtrahendo mentem à Deo, cum quo actu loquitur, quæ eadem eſt, ſiue deinde cogites aliquid, quod pertinet ad mortale, ſiue aliquid mere otioſũ, & vanum: iam enim homo ceſſat à præſentia Dei formaliter; licet materialiter ſit in eodem loco genuflexus, quod etiam verum puto, quãuis orãs in actum externum mortaliter peccaminoſum incideret, pollutionem volũtarie patiendo v.g. vel quid ſimile. In Miniſtro autem publico, & ſpecialiter ab Eccleſia deputato v. g. in Miſſam dicente, aut Veſperas ſolemniter cantante, puto eſſe mortale etiam turpes cogitationes peccaminoſas mortaliter admittere. Immo, & alias quaſcumque mortales, quando aduertit ſe eſſe in illo officio, quia hic dum hæc agit cenſetur moraliter eſſe ſpeciali modo ante Dei præſentiam, & cultum eius operari, vt etiam docuit abſolute de habente *pec. mort.* Nauar. *c. quando cap.*6. quamuis eius ratio diſpliceat, at Sanchez cum alijs, quos citat *lib. cap.*2. *dub.*10. oppoſitum ſentit ducti, quod hæc nõ ſint actus ordinis: ſed hæc ratio non facit, quin ſit maxima irreuerentia; & nouiſſime Diana *p.*6. *reſ.*36. vbi pro mea ſententia citat Syluium *reſ. var. v. oratio.*

(:+:) (:+:) (:+:)

QVÆRES IV.

An ſi orans vocaliter ita diſtrahatur eleuando mentem ad Deum, vel ad ſenſum ſpiritualem verborũ, vt ad verborum prolationem nullo modo attendat, dici poſſit orare vocaliter, an potius peccet.

Reſp. ſi oratio vocalis fiat ad arbitrium orantis iuxta dicta *diſ.*1. *num.*4. tunc neceſſe eſt, vt aliquo modo attẽdatur ad hoc, vt verba ſint decentia, alias non erit locutio modo humano. Contra *Conſil. Eccleſ.* 5. *ne temere quid loquaris.*

11 Si vero fiat ex forma aliqua præſcripta, illam legendo, vel memoriter proferendo ſine periculo erroris, ob memorię tenacitatem: tunc erit oratio vocalis bona, & honeſta; quia vix deeſſe poteſt attẽtio neceſſaria ad ipſa verba; nam nõ eſt neceſſe, vt ſit aduertẽtia reflexiua: ſed ſufficit ſimplex, per quam conceptus nõ vltimati verborum formentur, & hoc non ſolum verum eſt in oratione, quæ fit ſpontanee: ſed etiam in illa, quæ fit ex obligatione; nec ſolum quando ex aliquo habitu homo rapitur ad Dei cõtemplationem: tunc enim vere orat vocaliter, cum ſufficiat intentio orãdi, qua orationem incepit: ſed etiam quando homo directe ſe applicat volendo nil attendere ad verba: ſed ad Deum ipſum, vel ſenſum ſpiritualem. cuius contrarium Bernat. *ſer.*47. *ſuper Cant.* non docuit: ſed tantum voluit ibi non debere admitti cogitationes alias bonas, quæ ad orationem non pertinent, quod veriſſimum eſt; nam etiam cogitatio de Deo, quę eſſet ſpeculatiua non debet admitti. ita ex D. Thom. 2.2. *qu.*87. *ar.*12. Gaet. ibi. Soto *l.*10. *de Iuſ. q.*5. *ar.*3. Nauarr. *d. c.* 13. docet Suar. *c.*4. *d. num.* 14. quem ſequuntur paſſim Recentiores, vt agentes de Horis Canonicis, videbimus.

12 Duo tamen notanda ſunt, primum eſt, quod ſi attentio ad Deum ſit tanta, vt omnino vocis prolationem impediat, ſi ea non fiat ex neceſſitate diui-

diuini impulſus, debet interrumpi in oratione vocali facta ex præcepto v. g.Eccleſiæ; vel voto,aut pænitentia, quia non eſt oratio vocalis. Secundũ eſt quod in hominibus non multum contemplatiuis melius eſt meditari aliquid, quod ad verborum ſenſum pertineat,ſaltem myſticum, fit enim melius actus internus, & externus orationis.hæc Suarez *n.14. & 22.fine.*

QVÆRES V.

An ad obtinendos effectus orationis vocalis,ſit neceſſaria attentio, & qualis?

13 Dico 1. ad ſpiritualem mentis refectionem quæ à S.Thom.*d.ar.* 13. inter effectus orationis numeratur, requiritur actualis attentio, nec ſufficit tantum litteralis, ſeu ſuperficialis attendendo ad verba, quando ea de ſe non ſunt affectiua,vel illuminatiua.ex Paulo 1.*ad Corinth*.14.ibi *ſi orem lingua, mens mea ſine fructu eſt,* quia nimirum non percipit quod dico,quia mentis refectio eſt aliqua pia affectio,vel deuotio.

14 Et quamuis Eccleſia cum magno fundamento orationes publicas inſtituerit in lingua non communi, quæ ab omnibus poſſet intelligi, vt infra dicemus;tamen vtilius eſt Idiotis in priuatis orationibus,quæ non fiunt in publico coram alijs orare lingua vulgari dicendo v.g. Padre noſtro,che ſei in Cielo &c. quia maiorem percipiẽt fructum;licet etiã ſi recitent ſuas orationes lingua latina,vel alia,quam nõ intelligunt, poſſint fructum percipere;nam etiam Idiotæ poſſunt generalem ſignificationem intelligere,nempe quod loquantur cum Deo, tamquam cum Creatore,Benefactore, cũ B.V.&c.ita Suar.*c.5.ad n.7.l.3. de orat.*

15 Dico 2.ad impetrationem, quæ eſt ſecũdus effectus orationis ſufficit virtualis attentio:ratio eſt,quia ſi ceteræ conditiones ponerentur,non eſt,vnde dicatur neceſſaria actualis intentio, cum ea ſit moraliter loquẽdo impoſſibilis,eſt cõmunis ſent.Suar.*hic.nu.7.*

16 Dico 3.ad ſatisfactionem, quæ eſt tertius orationis effectus, ſufficit virtualis attentio, quia quamdiu durat actus ille exterior orandi,inceptus cũ formali attẽtione,& nõ ſit malus, etiã venialiter ex aliqua praua intentione, vel admiſſione voluntaria diſtractionis,tamdiu habetur ſatisfactio,& creſcit creſcente illo actu pænali,vt dicemus cũ Suarez *4.t.3.p.d.37.ſec.5. ergo.*

17 Ad meritum autem requiritur actualis attentio, ita vt ea ceſſante ceſſet,quia meritum formaliter, ac proprie totum eſt in actu interiori, & ſoſum oratio illa cum virtuali intẽtione dicitur meritoria denominatiue; quatenus eſt ab actu interno meritorio, nempe ab illa actuali attentione, qua eſt inchoata vocalis oratio.vide Suar.*cap.5.à num.8.*

At Nauarrus in Enchirid.*c.13.nu.3.* & alij ex D.Thom.*ar.13.q.83.2.2.* putant eſſe meritoriam orationem cum virtuali attentione, quod etiam docuit S.Thomas.

DISPVTATIO III.

An oratio vocalis priuata ſit ex præcepto.

1 Reſp.negat.ratio eſt,quia nullum eſt præceptum naturale, nec poſitiuum diuinum, aut eccleſiaſticũ ergo.Antec.prob.& quod non ſit præceptum naturale patet,quia hoc obligat tantum ad Deum orandum, & colendum, quod poteſt fieri abſque lingua per ſe loquendo,niſi ponas caſum,inquo ſit neceſſaria oratio vocalis ad Religionem, ſeu fidem profitẽdam: tunc enim eſt per accidens talis obligatio, & non ex natura orationis vocalis.ita Medina *c.de orat.q.* 10.Nauar.*de orat.ca.3.nu.20.*& alij *in 4.d.15.* quos ſequitur.*c.6.num.3.l.3*

2 Quod nõ ſit de iure poſitiuo diuino, aut eccleſiaſtico.prob.quia nullibi reperitur ſcriptũ,aut Eccleſiæ traditione cõſtitutũ; nam Chriſtus Dominus *Mat.6.*tantũ docuit formã orãdi,quę

non

non eſt neceſſe, vt fiat per vocẽ, quod ad ſummum voluit Concil. Toletan. 4. *Can.* 10. vt bene Medina *de orat. q.* 10. & nec ab Eccleſia eſt aliquod tempus aſſignatum ad vocaliter orandum, ſed ſolum Clemens *lib. 6. conſt. cap.* 25. monet fideles, vt ter in die Dominico, orent, & *d. Conc. Tolet. cap.* 9. loquitur de his, qui dicunt Diuinum officium ratione Clericatus, nec etiã eſt aliqua vniformitas recitandi in omnibus, nam vnus rarius, alius frequentius ſolet recitare Pater noſter: ergo non eſt, vnde dicamus eſſe aliquod præceptum orationem illam recitandi.

3 Licet ſit optimum Conſilium, & teneantur fideles ſcire ſubſtantiam, aut materiam ipſius, ſicut de Symbolo Apoſtolico dicitur, & certe, qui numquam Pater noſter, aut Aue Maria &c. recitaret, oſtenderet animum ſatis prauum, niſi forte alijs eſſet intentus orationibus. hæc Suar. *cap.* 6. ex Medin. *d. q.* 10. contra Nauarr. *de orat. cap.* 3. *num.* 20. Palud. 4. *d.* 15. *qu.* 1. *num.* 7. putantes eſſe veniale omittere interdum recitare orationem Dominicam, aut Angelicam ſalutationem ad Virginem, ſed ſine fundamento.

4 Immo per ſe, nec eſt veniale omittere ſalutationem Angelicam, vel aliam orationem, cum datur ſignum meridie, & ſero: nam præterquam, quod poſſunt fideles corde tunc orare; tamen illud ſignum, potius datur ad memoriam excitandam, & ad ſummum ratione ſcandali, vel otioſitatis, aut negligentiæ erit peccatum veniale, vt bene Suar. *d. c.* 6. *n.* 11.

5 Puto tamen, (quod Suarius non negabit) poſſe eſſe mortale talem omiſſionem, ſi frequens ſit, ratione ſcandali, quia ſolent fideles deducere magnam animi inordinationem ex frequenti omiſſione voluntaria talium orationum, & grauiter offenduntur, ſicuti non eſſet peccatum de ſe, dum Sanctiſſima Euchariſtia defertur ad ægrotos alicuius negotij cauſa illam non adorare, ſed præterire; at ratione ſcandali erit peccatum veniale, ſi non grauiter offendantur, mortale vero ſi grauis offenſio in populis gigneretur; vt ſi quis equitans per medium tranſiret abſq; eo, quod daret ſignum reuerentiæ &c. at rarò accidit eſſe tantum ſcandalum, vt ſit mortale. Saluo ſemper &c.

QVÆRES II.

An ſaltem aliquo die feſto, vel ex aliqua lege Pontificia, aut Laicali, vt ratione ſtatus teneantur fideles vocaliter orare.

6 RESpon. nullam eſſe generalem obligationem vocaliter orãdi, quia licet ſit præceptum de aſſiſtendo Miſſæ, tamen nõ eſt de orando vocaliter; & quamuis alicubi eſſet conſuetudo veſperas audiendi die feſto, vt voluit Palud. *d.* 15. *q.* 5. tamen non eſt de orando vocaliter; & ſatis eſt illis aſſiſtere ad ſummum ſub veniali, niſi aliter conſuetudo dictaret.

7 Nec aliquæ leges generaliter ſunt obligantes ad orandum vocaliter: ſed ad ſummum ad aſſiſtendum proceſſioni, vel eſt cõſilium orandi, nec Clerici tenentur ante prandium vocaliter orare, vt putauit Nauar. *cap.* 3. *de orat. num.* 8. aut mente, quia *cap. non liceat. d.* 44. non præcipit, ſed conſulit, & ſicuti nec eſt veniale ante tertiam religioſos prandere, etiam ſi ibi dicatur nõ oportere, ita in hoc caſu. Nec orationes Cõfraternitatum, aut Cõgregationum diſponentes, vt recitetur officium, Roſarium &c. obligant ſub veniali, nam ſunt quędam inſtructiones. ita Suar. *d. c.* 6. *l.* 3. *à nu.* 12.

Sed quia in his Congregationibus ſolet fieri promiſſio in ingreſſu ex formula præſcripta ad has orationes, & alia ſtatuta &c. erit veniale illas omittere ratione promiſsionis; quod Suar. indicauit *nu.* 15. ſicuti eſſet peccatum illas omittere, quãdo fuiſſent à Superiore præcepte, vel à Cõfeſſario, vel ex voto; cuius grauitas ex materiæ grauitate eſt attendenda iuxta alias dicenda, vt bene Suar. *num.* 17.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO IV.

De tempore, loco, & modo, quo eſt vocaliter orandum.

HÆ ſolum remanent Circumſtantiæ explicandæ in oratione vocali, nam aliæ ſiue internæ, vt intentio, & attẽtio, quatenus poteſt eſſe maior, vel minor, (nam attentio abſolute, eſt de ſubſtantia orationis, vt diximus) ſiue externæ, vt de perſona orantis, ad quam oratur &c. ex dictis in hoc, & ſuperiori libro expoſitæ remanent,

QVÆRES I.

An vocalis oratio debeat eſſe diuturna.

1 REſpondeo in hac re prudentia opus eſt, nam ex vna parte non debemus orationem vocalem interrumpere ſub hoc prætextu, ne tædio afficiamur; quia licet hoc ſit iuxta D.Tho. *q.* 83. *ar.*4. ex Auguſt. *ep.* 121. *cap.*10. at poteſt æſtimari nimia oratio per errorem ex mala conſuetudine. ex altera parte quamuis nullum certum tempus ſit vocali orationi preſcriptũ, & poſſit homo quocumq; tempore vocaliter orare; tamen non debem' imponere multa onera orationum vocalium, ita vt paruam attẽtionem, aut nullam in ſingulis ponamus, aut ab alijs officijs pietatis &c. impediamur. iuxta Chriſti Domini conſilium Matt. 6. *in oratione nolite multum loqui*. ideſt itaut impediatur feruor Spirit', & veluti obruatur. ita Suar. *cap.*7. ex Gaet. *q.*83. *a.*12.

2 Quod ſane Suarij Conſiliũ eſt valde notandum pro ijs, qui aliquantulum mentaliter orare poſſunt; & de cætero non ſunt ſui iuris, vt vxor, famuli &c. melius enim hi faciunt tot vocales orationes ſine fructu recitatas interrumpere, & ijs, quibus obſequium præſtare debent, ſatisfacere.

(:+:) (:+:) (:+:)

QVÆRES II.

Quo loco debeat fieri vocalis oratio, & quo modo.

3 DIco 1. non eſſe neceſſarium in priuata oratione locũ aliquem quærere, nam in quouis loco, etiam ſordido, ſiue ibi ſimus ex neceſſitate, ſiue ex voluntate, dummodo actu ibi non peccemus poſſumus vocaliter orare, quia nec iure naturæ, nec aliqua lege poſitiua loci circumſtantia inuenitur præſcripta; & ex alia parte actus orandi non pẽdet ex qualitate loci, & melius eſt homini illum exercere, quam otioſum eſſe. vnde Dauid. Pſal. 102. *in omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino*. ita Nauarr. *de orat. cap.* 5. *num.* 8. ex Caſſian. *collat.*12. *c.*16. quos ſequitur Suar. *d.c.*7. *à n.*8. *lib.*3.

4 Vbi aduertit *num.* 11. id eſſe intelligendum, quando locus non impedit debitam attentionem, niſi forte ex neceſſitate ibi ſimus; tunc enim potius eſt cum aliquali attentione orandum, quam omittenda oratio, vt ſupra diximus.

5 Dico 2. locus ſacer per ſe eſt aptior ad orandũ vocaliter, quia ſi eſt conſecratus, vel ſpecialiter benedictus iuuat veluti ex opere operato, quia ex ſpeciali Eccleſiæ interceſſione facilior eſt impetratio; ſi vero tantum eſt deputatus Dei obſequio poteſt iuuare, quia homo facilius ſe colligit appræhendendo Diuinã præſentiam: at poteſt eſſe per accidens occaſione tumultus &c. minus aptus ad orandum. ex Iſid *lib.*3. *ſent. c.*7.

6 Non deſinam tamen hic adnotare, quod licet multi Patres commendent orationem factam verſus orientem ob varias rationes, quas videre eſt apud D. Thom. 2.2. *quæſt.*84. *a.*3. *ad* 3. Iuſt. Mart. *quæſt.* 118. Aug. *lib.*1. *de ſerm. Dom.* & licite faciat, qui ita oret, vel quia Chriſtus Dominus fuit Crucifixus in Oriente, vel quia Paradiſus verſus Orientem eſt: tamen

Fff non

non eſt neceſſaria hęc circumſtantia ad orationẽ, vt Horoſius notat *lib.4. de tradit. circa Med. §. ſiue in publicis, ſiue in priuatis orationibus*, quia nullum eſt præceptum.

7 Dico 3. modus orandi exterior talis debet eſſe, vt Deo reuerẽtiã debitam exhibeat in voce, & geſtu corporis, & habitu animum noſtrum componat, & circumſtantes non ſcandalizet; licet enim ex ſe ſecluſo contemptu non ſit graue peccatum talis defectus, vt orare capite operto; adde Suario præſertim, vbi neceſſitas excuſat v.g. capitis debilitas, & quis non habet pileolum, quo operiat decenter caput, ſed tantum pileum ordinarium; tunc enim nec erit veniale, vt mox à fortiori oſtendam, poteſt tamen aliquando eſſe graue peccatum ob ſcandalum magnum aſtantium. videte Suar. dicto *cap. 7. à num.* 16.

8 Addo eius doctrinæ eſſe peccatum veniale irreuerentiæ data opera orare vocaliter in aliquo ſitu corporis indecenti, vel aliquam actionem corporalem neceſſariam exercẽdo, quæ natura ipſa dictante æſtimatur immunda, nam licet in omni loco dixerimus poſſe orari, at in omni actione etiam ſordida cõſultius eſt ob Dei reuerentiam ſigna externa, vel voces continere, & tantum mentem tenere eleuatam, quando non vrget neceſſitas præceptum implendi, v.g. recitandi horas, & non ſit aliud tempus; quia negari non poteſt, quod in conceptu hominum hæc oratio vocalis ibi facta, reputetur irreuerenter fieri: nõ tamen idẽ dicerem in actu coniugali; tunc enim cum illa actio de ſe ſit bona, & meritoria, ſi fiat debitis requiſitis vt *lib.9. de matr. dixi.* poteſt cum vocali oratione eſſe coniuncta petendo à Deo ſobolem &c. atque ita tenet Sotus *de Iuſt. l.* 10. *ar.*4. *de recitante horas*, dum ventrem exonerat; eſto contrarium dicat Sanch. *l.7. conſ. mor. du.* 44. abſolute docens eſſe licitũ. Occaſione traditæ doctrinæ.

QVÆRITVR.

An ſit peccatũ capite operto pileolo, vulgo berretino publicè communicare coram alijs?

9 RESp. neg. Fundamentum eſt, quia neq; Iure Diuino poſitiuo, neq; eccleſiaſtico eſt prohibitum communicare cum pileolo: ergo nullum eſt peccatum. Conſequentia patet, nam erubeſcimus loqui ſine lege, vt eſt cõmune iuriſtarum axioma *in auth. de trien. §. conſideremus col.* 3. *l. fin. l.* 12. *C. de conſul.* & alijs.

10 Antecedens, quoad primam partem, quod non extet præceptum iure diuino poſitiuo de hac re, patet: quia nullibi reperitur, nec in veteri ſcriptura, neq; in Euangelio. Nam vt ait Aug. *epiſt.* 118. *c.*6. in his, quæ pertinent ad modum diſpenſandi hoc ſacramentũ, & ſunt extra ſubſtantiã eius, Chriſtus nil ſtatuit, ſed ſuæ Eccleſiæ determinandum reliquit, vt etiam innuit Concil. Trid. *ſeſſ.*21. *cap.*2. ibi. *Præterea declarat hanc poteſtatem perpetuo in Eccleſia fuiſſe, vt in Sacramentorum diſpenſatione, ſalua eorum ſubſtãtia*, (quę tantum cõſiſtit in materia, & forma, vt omnes docent) *ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientium vtilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicauerit.*

11 Et ita docet Suar. in terminis de caſu noſtro; nam *diſp.8. initio t.3. in 3. partem.* loquens de diſpoſitione externa corporis requiſita ad hoc Sacramentum recipiendum ait, *diſpoſitio corporis poſitiua, de qua loquimur non poteſt intelligi, niſi, aũt in veſtitu, aũt in habitu externo, aũt in decenti corporis cõpoſitione, ſeu exteriori actione, & geſtu &c.* deinde *ſupponendũ eſt de huiuſmodi corporali diſpoſitione, nil eſſe diuino iure poſitiuo ſtatutũ in veſtitu* puta, quod accedat ornat' veſtib' pretioſis, vel planis mundis, aũt ſordidis,

vnde

Digitized by Google

vnde legim' in vita S. Antonij à Sãcto Athanaſio conſcripta, ipſum diebus, maximè feſtiuis, quando ad communionem accedebat induiſſe veſtem S. Pauli, *in habitu externo* puta cum pileo, vel ſine, cum pallio, vel ſine illo, cum armis, vel ſine illis, hæc nu. omnia veniunt nomine habitus, vt explicat Ariſtotiles *in præd.* & cæteri cum illo, & ſic multi regulares accedere non poſſunt ad communionem ſine cappa; & in Societate Ieſu accedunt cum pallio noſtri fratres, *aut indecenti corporis compoſitione* v.g. ſtãdo, vel humi ſedendo, vel genu flectendo ex eodem Ariſtotile *in præd. ſitus*, aut exteriori actione, & geſtu v.g. capite erecto, pallio ſuper vtrumque dorſum, vel vnum tantum &c. hæc nu. denotant illa verba ex communi proprietate, & vſu verborũ (vt videre eſt apud Quintilianum) quem ſequi debemus in legis, & DD. verbis intelligendis *l. non dubium, c. de legibus, & l. labeo ff. de ſupellectile legata*, vbi Bart. & alij Pan. in procem. decret. vbi Felinus, & alij. hanc eamdem partem cũ Suario docet Fagũdez *de præcep. Eccleſiæ in præcep. 3. lib. 3. cap. 6. num. 2.* & eſt omnino certa.

12 Secunda pars, quod nullum extet præceptum eccleſiaſticum circa has circumſtantias, in quibus, vt dixi, eſt etiam, quod ſit capite cooperto, pileolo v.g. nec ne. Prob. ex eodem Suario his verbis, *iure etiam eccleſiaſtico nihil etiam fere in hac re ſtatutum, nulla enim ſpecialis cæremonia præcepta eſt communicanti, neque quoad corporis veſtimenta, neque quoad aliquam corporis actionem, ſeu geſtum, aut ſitum corporis. Probat. quia nullum de hac re decretum ſcriptum inuenitur, neque eccleſiaſtica conſuetudine aliquid huiuſmodi introductum eſt, vt experientia conſtat.* hæc Suar. *d. ſec.* 1. eum ſequitur Fagundez *lib. cit.* Bon. *diſp. 4. de Sacram. qu. 6. p. 2. initio.* Filiucc. & alij; omnes enim aduertunt nullum eſſe præceptum datum pro communicantibus: ſed debere vnumquemq; curare, vt eo habitu, & corporis diſpoſitione accedat quam decreta locorum, & conſuetudo poſtulat, & quam tanti Sacramẽti dignitas flagitare videtur.

13 Nec ex eo quod pileoli vſus prohibetur Sacerdoti intelligendus eſt prohiberi alijs communicantibus, tum quia verba legis prohibentis debent accipi ſtricte, & in proprio ſenſu, vt omnes docent, & tradidi cum Sancio, & alij *l. 6. 8. de matrim. diſp. 1. & lib. 1. diſp. 1.* Nomine autẽ Sacerdotis Miſſam celebrantis nõ venit laicus communicans, vt notum eſt ex terminis; tum quia non militat eadem ratio in communicante, quę militat in Sacerdote; nam hic ſacrificium facit, & eſt publicus Eccleſiæ miniſter, qualis nõ eſt communicans, vt docte Suar. *d. diſ.* 68. & ſeq. cum omnibus Theol. & tandem patet Auth. DD. citatorum; nam ipſimet, qui dicunt nullum datũ etiam præceptum ab Eccleſia circa communicantem, addunt etiam datum circa Sacerdotem quoad vſum pileoli in Miſſa dicenda *ex cap. nullus Epiſcopus de conſecrat. diſt.* 1. quod decretum ſacra congregatio tempore Vrbani VIII. confirmauit, & innouauit. Quod ſi præceptum datum de nõ vtendo pileo Sacerdotibus Miſſam dicentibus, extẽderetur ad alios communicantes, falſum dicerent tam inſignes DD. nullum etiam præceptum datum communicantibus quoad cerimonias in veſtitu, geſtu, ſitu, & cæteris actionibus externis; nam ly *nullum* &c. cum ſit propoſitio vniuerſalis negatiua omnes excludit caſus. ex Barboſa in diction. ſed deberent dicere præter pileoli geſtationem, ſicuti excipiunt dicentes nullum eſſe præceptum datũ *in Con. Bachier.* 3. vt Sacerdotes communicãtes in Miſſis ſolemniter more laicorum ſtolam collo circumductam geſtent.

Stet igitur neque iure diuino, neq; iure humano prohibitam eſſe geſtationem pileoli in cõmunicando, etiã poſt decretum ſacræ congregationis prohibentis vſum pileoli Sacerdotibus Miſſam dicentibus.

14 Vidẽdum ſolum reſtat an geſtatio

pilei ex ſe in noſtris Regionibus ſit actus irreuerentiæ; nam in alijs patet eſſe ſignum obſequij vt in Regno ſinarum, vbi omnes Sacerdotes in ſignum reuerentię capite cooperto celebrant vt refert Tamburinus *l. 1.c.7. §.4.num.5.*

Reſp. certe vſus pileoli non eſſe ſignũ irreuerentię:ſed neceſſitatis exinde probari poteſt, quia in communi exiſtimatione hominum, quæ in his rebus reuerentię, vel irreuerentiæ attendenda eſt.ex Suar.*l.1.de diuino cultu cap.8.num.vlt.*non cenſetur irreuerenter ſtare ante Regem, vel magnates,qui illum gĕſtaret: ſed oſtenderet ſe eſſe in infirmum &c. vnde Hyſpaniarum magnates cenſentur quidem, qui ante Regem caput operiunt; at non erit talis qui pileolum geſtaret; & ſi coram Regibus &c. non adhibetur recolendũ eſt vulgare illud iuris: mitius agi cũ Deo, quã cũ hominib' nec quiſpiam dixerit eum irreuerenter orare,qui ante SS.Sacramentum Euchariſtiæ publice expoſitum genu flexus, vel humi proſtratus cum pileolo aſſiſteret: igitur nec dicet eſſe irreuerentem eum, qui communicat cum pileolo;nam ita eſt in præſentia Euchariſtiæ qui communicat,ac alius qui eſt ſimul cum illo in eodem loco illam adorans, & non communicat: cur igitur in hoc ſi geſtet pileum vt videmus multos religioſos,& pios illum tunc tenere, non dicimus eſſe ſignum irreuerentiæ,& in eo qui communicat dicemus eſſe tale ſignum.

15 Addo etiam maiorem eſſe decentiam pileolum portare, quã nudo capite aliquando ad communionẽ accedere, puta ſi quis in capite ſcabiem haberet, vel vulnus, vel caput deforme,certe hic ſuam tegeret immunditiam in Sacramenti venerationem,& adſtantium ædificationem, ne Sacerdotis,& aliorum ſtomacum moueret.

16 Nec refert quod aliquam fortaſſe ruſticus aliquis capiet admirationẽ; quia vt bene docet in ſimili Tamburinus in Methodo *expeditæ communionis cap.2.§.4.num.12.*in caſu ſimili de communicante cum enſe,& pugione, de ea non eſt valde laborandum; & certe vt fatear in genue, & experientia vidi nullam facit admirationem, nec ingerit ſpeciem talis pileoli geſtatio;vnde non ſolum viros nobiles: ſed etiam alios vidi cum pileolo in templo noſtro communicantes, nec aduerti ego,aut alius è noſtris, niſi poſtquam de hoc caſu fui interrogatus.

17 Sed demus eſſe aliquam irreueuerentiam pileoli geſtationem in communicãdo,& ſic aliquod leuiſſimum peccatum; tamen ſi fiat cum cauſa nullum prorſus erit peccatum, quia vt docet Sanc. inconſ. agens de horis Can. ſequitut Diana, & commune eſt DD. ad excuſandam actionem aliquã à veniali, ſufficit quæuis cauſa.

In caſu de geſtando pileolo ſufficiẽs erit cauſſa, aeris intemperies, capitis debilitas,vel ſenectus, vel caluities,vt docet Marchantius *de ord.tom.3. p.3. cap.4.num.9.*

18 Tandem addo non ſolum nõ eſſe culpam aliquã, ſed potius meritum in aliquo caſu communicare publicè corã populo, etiã cum pileolo, nam ædificatio, quam Vaſſalli, & ſubditi percipiunt, dum vident ſuum Principem, vel alium nobilem virũ adeo deuotè genibus fixũ SS.Euchariſtiam ſumentem, præualet pilei geſtationi, in qua nec admiratio,nec irreuerentiæ ſignum vllum eſt.

19 Nec quærat a me quiſpiam Doct. aliquem, qui typis mandauerit non eſſe peccatum geſtare pileolum in communione: nam mihi ſatis eſt dixiſſe cum Suar. & alijs Doctoribus nullum extare præceptum circa hoc; qui aſſerit peccatum ille debet DD. afferre.Non enim vt tutus in conſciẽtia dormiam,vel ambulem,vel genuflectam,debeo DD.afferre,aſſerentes id poſſe licitè fieri, ſed ſufficit ſi nullum ius, nec doctor in cõtrarium inueniatur, & authoritas vnius Doct. probi,& docti,quales ſunt quos infra ſubſcribam, vt docet Emm. Sà verbo dubium *nu.*3. Valen.1.2.*diſp.*2.*qu.*12. *p.*4.Nauar.*ſumma.lat.c.*2.*nu.*88. Vaſq.

1.2.*t.*1.

1.2.tom.1.diſp.62. Caſtrop.*diſp.2.pu.1: tra.* 1.& nouiſſime Bardi, e Soc. Ieſu *de conſcientia diſcep.4.*

20 Dices negari non poteſt, quod ſit cōtra conſuetudinem, & vſum communicantium, videmus enim omnes ſine pileolo communicare.

Reſp.1.hoc non probare,niſi quod iam dedimus *n.*17.eſſe aliquam inordinationem, leuem culpam conſtituentem,quæ tamen purgatur ob dictas rationes ab eodem numero.

Reſpodeo 2. conſuetudinem eſſe, vt communicet vnuſquiſque maiori reuerentia, qua poteſt; nec eſſe hanc vel illam præcipuam,ſed aliqui communicant capite omninò aperto,alij cum pileolo albo,alij cum nigro; & ſicuti non dicitur facere cōtra conſuetudinem,qui in templo pileolum geſtaret ex eo,quia communiter alij non habeant illum, ita nec faciet contra conſuetudinem, qui pileum geſtaret cōmunicaturus ex eo quia, vt plurimum non geſtent, quia non habent eamdem cauſſam.

21 Vnde nō eſſet excuſandus qui numquam vel raro caput operiret pileolo,& ſolum dum communicat illum geſtaret: vel ſi dum alloquitur cum Principe pileolum deponeret,& cum SS. Euchariſtiam recipit illum adhiberet; niſi forte rarus eſſet caſus alloquēdi cum Principe, & communicaret ſępius,atq;hanc ſententiam approbauerunt duo inſignes Theologi,e Soc.Ieſu à me cōſulti P. Thomas Tamburinus quem ſæpius citaui, & P. Petrus Salernus ingenio,& ſapientia vere magnus.

DISPVTATIO V.

Explicantur variæ formæ orandi, ab Eccleſia vſitatæ.

PRimum locum inter has formas habet Dominica oratio, tum quia à Chriſto Domino fuit inſtituta, ſiue bis tradita, & ſecundū vnum contextum à Matthæo ſcriptum, & ſecundum alium à Luca, ſiue ſemel, & Lucas aliqua omiſerit, ſignificans aliquas ex his petitionibus virtute in alijs contineri,vt Suarez putat *hìc cap.7.num.*39. tum quia continet vniuerſam materiam orandi miro, ac breui ordine,cuius explicationem ad complementum doctrinę Suarij breuiter tangimus.

De præambulo orationis Dominicæ.

1 DIcitur ergo 1. *Pater noſter qui es in cælis*, hoc præambulo mentem ad Deum eleuamus concipiēdo totam diuinam Trinitatem; quam dicimus ſpeciali gratia poſt Chriſtū, noſtrum Patrem, nempe cōmunem tam fidelium,quam infidelium,quia pro omnibus eſt orandum,& ab omnibus poteſt inuocari Deus, licet à Chriſto ſpeciali modo, vnde ipſe dixit *Pater mi.* vide Cypr. hìc. Tertull. *lib.de orat. cap.2.* Greg. Nazianz. *hìc.* Venantium *to.2.Biblioth.* Suar. *cap.8. lib.3.de orat.ver.ſequitur.*

2 Dicimus etiam hūc Patrem,nempe Deum eſſe in Cælis, non quia negemus eſſe vbiq; ſed vt oſtendamus ibi Deum maxime ſuam Maieſtatem oſtēdere; quamuis,& bene aliqui patres pro ly *in cælis* myſtice intelligāt animam iuſti, non excludendo litteralem ſenſum, vt hoc modo orans diſcat Deum intra ſe quærere, vt & mentē ad Deum eleuet, & fiduciam augeat, & Deum laudet virtualiter cognoſcendo Dei beneficium volentis nos filios ſibi eſſe per gratiā ſuam. vide Aug. *lib.2.de ſerm. Dom. in monte cap.9.*& alibi.Caſſian. *coll.9.cap.28.* & ſupra cit.Patres cum Suar.*lib.3.cap.8. de orat.vocal.in comm.* ſequit.Caſtrop. *de orat.d.1.pu.3.*& alij paſſim;vnde nō eſt, quod immoremur DD. referēdo.

De Petitionibus.

3 PRima petitio eſt. *Sāctificetur nomen tuum*. In qua petimus, vt nomen Dei,ſiue fama eius,ſiue perſona, ſiue ipsū nomen ſanctum ab omnibus habeatur, & cognoſcatur cum de-

debita reuerentia, & amore. vide S.Tho. *in Iſai.56.*

4 Secunda. *adueniat Regnum tuum.* in qua poſtulamus, vt regnum Dei, quo peculiariter regnat in iuſtis per gratiam in hac vita, & per gloriam in beata adueniat, quæ petitio licet ad bonum noſtrum ordinetur, tamen directe volumus Dei gloriam ex Auguſt. *lib.2. de ſer. Dom. in monte.* Ruper. *lib. de Glor. & hon. filij hom.* German. *in expoſ. orat. Dom. t.1. Biblioth.*

5 Tertia petitio eſt. *fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra,* quæ voluntas intelligitur de voluntate diuinæ cõplacentiæ, qua Deus fieri vult aliquid ſiue abſolute, ſiue conditione ex parte obiecti, & hoc ſenſu petimus, vt fiat quidquid Deo placet tam in nobis, & à nobis, quam quouis modo, poſtulamus enim conformitatẽ cum voluntate diuina, & in hoc Angelis Sanctis aſſimilari, vt ex Euthim. *Matt. 6.* Auguſt. *ſer. 135. de tempore.* & *d.l.2. de ſerm. Dom. in mon. cap.6.* & alijs colligit Suar. *d. cap.8. à n.13.*

6 Neque in hoc petitiones confunduntur, nam quamuis inter ſe connexionem habeant, & vna aliam includat virtute, tamen ſatis eſt, vt ſecundum rationes ſpecificas, & in eis expreſſas habeant diſtinctionẽ; vel quia prima petitio pertineat ad Fidem, Spem, & Charitatem. Secunda pertinet ad iuſtitiam, ad Deum, ſiue ea ſit religio, ſiue pænitentia. 3. ad obedientiam, vel alio modo: & ex cit. PP. colligi poteſt.

7 Quarta petitio eſt. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* qua vel petim' à Deo Chriſti corpus, & quãtum eſt ex nobis quotidie, & cum tanto affectu, vt ſingulis diebus ad illud recipiendum diſpoſitio adhibeatur, vel Panem ordinarium ad vitam ſubſtentandam, non tamen primam expoſitionem excludendo, vt voluit D.Tho. Cyprian. Tertull. Nyſſen. Venantius, & alij. & ſic dicimus da Panem, ideſt omnia neceſſaria ad vitę ſubſtẽtationem, *noſtrum* quæ iure, ac honeſte poſſumus deſiderare. Nec hanc ſignificationẽ excludit illa vox *ſuperſubſtantialem*, quæ habetur in textu græco, nam poſſumus dicere ſuper ſubſtãtialem Panem, vt pote vitæ noſtræ maxime proficuum, & vtilem, vel ſermo eſt de Pane, qui nõ tantum ad vitam ſufficiat ſubſtẽtandam; ſed etiam animæ proſit, vt hanc ſubſtẽtantes æternam mereamur, & ſic ſuperſubſtantialem, ita Suar. *d.c.8. à nu.18. ad 22.* & ſequitur Caſtropal. fere in omnibus *ſup. num.2. diſ. 1. de orat. pun. 3.*

8 Quinta Petio eſt. *Dimitte nobis debita noſtra ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris*, vbi petimus culpæ tam mortalis, quam venialis remiſſionem, & pœnæ etiam; poſtulantes ſcilicet, vt in peccato mortali det gratiam, & auxilium, quoad Deum vero corde conuertamur, & illi pro peccatis factis ſatisfaciam', hæc enim oratio non cauſat ex opere operato nec culpæ venialis remiſſionem nec pænæ: nullum enim huius rei fundamentum habemus. Et quamuis Aug. dicat hanc rationem eſſe in remediũ peccatorum venialium intelligendus eſt, quod ſi fiat ex conuenienti affectu eſt apta diſpoſitio ad illos effectus.

9 Hęc autem petitio poteſt fieri à iuſtis, qui pro aliquo ſtatu poſſunt habere talem iuſtitiam, vt nec culpam vllam, nec pænæ reatum habeãt, quia non fruſtra orant, tum quia ſemper debent formidare, an plene iuſtificati fuerint, tum quia oramus etiam pro alijs, & ſaltem poſsũt reliquiæ aliquorum pænalitatum remanere, temporales, vel ſpirituales, vt negatio conſolatioois in oratione &c. Immo, & grauiſſimi peccatores etiam odiũ habentes, dummodo non ſint obſtinati iuxta dicta *lib.1. diſp.2. à num. 7.* hanc orationem facere ſine mendacio poſſunt, ac debent; quia ſaltem debent optare habere volũtatem alijs remittendi; at qui vellet cum fructu maximo orare, deberet non ſolum facere, quod ex præcepto tenetur in depoſitione odij circa ſuum inimicum: ſed etiam, quæ ſunt ex cõſilio. vide Suar. *d.c.8.*

d.cap.8.à num.22.ad 32.lib. 3.de orat.

10 Sexta petitio eſt. *Et ne nos inducas in tentationem*, per quam non petimus à Deo probari, hoc enim bonum eſt, & Propheta petebat Pſal.25. *proba me Domine, & tenta me*, nec vt ab omni tentatione ad peccatum impellente liberemur, quia hoc vel eſt impoſſibile, vel non eſt malum, cum poſſit eſſe fructuoſum: ſed petimus ne in noxiā tentationem incidamus, à qua victi, ſuccumbamus peccatis, quamuis Patres multi, & graues expoſitores vtrūque nos per hanc petitionem poſtulare velint.

11 Septima eſt. *Sed libera nos à malo*, quæ ſecundum communem Patrum expoſitionē, & vſum Eccleſiæ diſtincta petitio eſt à cæteris. In ea quippe petimus priuari ab omnib' malis huius vitæ, peſte, fame, bello &c. quamuis aliqui pro malo Dœmonem intelligant, alij peccatum.

12 Denique additur *Amen*, quæ vox hic ſignificat *ſic fiat*; at nō ex hoc colligi poteſt hanc rationem dicendam eſſe à pluribus; licet enim ſit publica obiectiue, quia ſcilicet pro omnibus fit; tamen ſubiectiue eſt priuata, quia poteſt recte fieri à quacumque perſona, quia Chriſtus Dominus dū docuit orare, ſingulis eſt locutus; & ſic recitans hanc orationem in peccato mortali, niſi ſit in Miſſa, aut ex Miniſterio Eccleſiæ, non habet maiorem efficaciam impetrandi ob auctoritatem Eccleſiæ. videte Suar.*d.c.8*.

De Salutatione Angelica.

13 HÆC duas continet partes, in prima ab *Aue* vſq; ad *fructus ventris tui Ieſus*. incluſiue ſalutatur Beata Virgo, & laudatur, vt videri poteſt in Salmerone, Toleto, Maldonato, & alijs expoſitoribus, quam ſalutationē etiam nunc (quidquid in contrarium dicant Hæretici, vt refert Caniſius.*lib. 5. de Deipara cap.26.*) conuenientiſſime, & fructuoſe vſurpamus ad Virginem ſalutandam; nam non ſolum ly *Aue* quatenus denotat gaudiū eſt accomodatum ad Virginem Beatam ſalutandam: ſed quatenus ſignificat *pacem, & ſalutem*, complacendo in eo, quod habet, & noſmet ipſos excitamus ad recognoſcēdam Virginis excellentiam, & noſtram beneuolētiam erga illam oſtendimus, nec eſt neceſſe vt eadem occaſione, qua Angelus, aut Eliſabeth illa protulit, & nos proferamus. Et ideo hec ſalutatio introducta eſt ab Eccleſiā ab antiquo, vt ex liturgia Iacobi patet, & ex Heſichio Ieroſolymitano *hom.2.de Vergine*.

14 In ſecūda parte recognoſcimus ſāctitatem Virginis, & eius dignitatem, qua credimus illam pro nobis in Cælo orare, & eius orationem eſſe efficacem apud Deum, & noſtra peccata, ac indigentiam, dum viuimus, & in mortis articulo conſtituti ſumus. vide Suar.*c.9.à num.4.l.3.de orat.*

De Roſario.

15 ANtiquiſſimā eſſe Roſarij inſtitutionem piè ſatis, ac docte oſtēdit Nauar.*Miſcell.1.de Roſar.* quod ipſe inde vocatū putat, quia ſicuti Auctores ſuas lucubrationes, in quibus ſunt quædam ſententiæ excellentes, roſas, & aureas roſas vocant: ſic quia modus iſte orandi cōtinet præcipuas orationes, nempe 150. Aue Maria, & 15. Pater noſter dicitur Roſarium. Adderē ego (ſaluo Suarij, qui ad Nauarrum ſe remittit, iudicio,) quia cōtinet præcipua Chriſti Domini myſteria dicitur etiam, & præcipue pſalterium forte, quia tot continet preces, quot Pſalmus Pſalterium. De cuius inſtitutione Priuilegijs &c. vide Nauarr.*d.l.* nobis ſatis eſt ea dicere, quæ ad noſtrum inſtitutum pertinent.

16 Et quidem de modo illud recitandi, conſtat ex dictis de oratione vocali, nec eſt neceſſe, vt dicatur genibus flexis, vel in Eccleſia &c. etiam quando recitandum ſit ex obligatione, niſi id exprimatur, quod etiam eſt commune Coronæ B. Virginis, quæ conſtat 73. Aue, & 7. Pater. vide Nauarr. *d. Miſcell.23.* Immo addo poſſe cū ſocio

reci-

recitari etiam ſi ſit ex voto, vel pænitentia, quia hic modus recitandi, eſt in Eccleſia vſitatus. ita Azor, *to.* 1.*l.*1. *c.*7.*dub.*10.Nauar.*Miſcell.*32. quos ſequitur Suarez.

17 Contra Sanchez *l.*4.*c.*11.*nu.*38. vbi ait, vſum eſſe in contrarium, & non ſatisfieri voto, aut pænitentiæ ob illã recitationem: ſed quod ex Suario diximus eſt probabiliſſimum, & tutum.

18 Nec qui tenetur ex voto, vel alio præcepto in aliqua die recitare Roſarium, ſiue totum, ſiue tertiam partẽ, debet continue abſque interruptione dicere: ſed ſatis eſt ſi dicat decies Aue, & ſemel Pater mane v.g. deinde replicet hinc ad horam &c. ita etiam cum Suar. *hic cap.*9.*num.*15.& Nauar.*l. cit.* docet Sanchez *num.*39.

Addẽs idem eſſe, quamuis vna decas interrumpatur v.g. quinque Aue, & poſt duas horas alias quinq; recitet, vt dicemus de interruptione horarum Canonicarum; in quo caſu puto eſſe veniale peccatum, quia videtur quædam animi leuitas, & irreuerentia, niſi iuſta adſit cauſa.

19 Quod ſi quis teneretur dicere in hebdomada, vel menſe Roſarium, poteſt dicere illud interpolate, ita vt in vna die recitet tertiam partem, in alio aliam, & poteſt etiam recitare ſextam partem vno die, alio aliam ſextam, quia ſingulę Decadę componũt vnũ Roſarium. ita Suar. *nu.*15.*fine.* ſed de hac materia quando fit ex voto, dicam *tract.*5.

20 At ex hac doctrina Suarij non licet inferre: ergo poteſt quis dicere quinq; Aue vno die, alio alias, ſi confeſſarius daret pænitentiam vt dicat Roſariũ, quia iam illę Aue faciunt vnum Roſarium, ſatis eſt ſi poſt ſex menſes, vt aliqui dicunt poſſe fieri penitentiam abſque peccato mortali, illud ſit abſolutum, non inquam hoc ſequitur, nec Suarius concedet, quia debet morali modo intelligi.

21 Idem ego dicerem iuxta hanc Suarij doctrinam poſſe fieri, ſi alicui imponeretur obligatio dicendi officium Defunctorum, vel Sanctiſſ. Sacramẽti &c. ſemel in hebdomada; poteſt enim hic vnam partem, vel horam dicere vno die, aliam alio, de hoc enim verificatur quod in Hebdomada officiũ recitat, quia ſicuti qui vno die tenetur ad officium, cenſetur illud dicere, ſi diuerſis tẽporibus recitet: ita qui vna hebdomada tenetur dicere, cẽſebitur ſatisfeciſſe, ſi completa hebdomada compleuit officium.

22 Nec contra hanc doctrinam puto eſſe Sanch. *d.l.*4.*cap.*11.*num.*4. vbi ait, non ſatisfacere, qui promiſit dicere tertiam partem Roſarij, ſi illam dicat diuerſis diebus: quia hic caſus eſt diuerſus moraliter ab eo quem ex Suar. poſuim⁹; licet alicui poſſet videri idẽ; nam hic promittitur abſolute recitatio tertiæ partis, quæ licet poſſet fieri in vno menſe, vel hebdomada, at non aſſignatur hebdomada, vel menſis: ergo non facta hac aſſignatione, intelligitur fieri modo eccleſiaſtico, vt in vno die recitetur iuxta vſum Eccleſiæ, & conſuetudinem acceptam. Vide de hac re Sanchez *loc. cit.* vbi bene ait ſatisfacere, ſi quis promittat ſe ter pſalterium recitaturum, ſi illud eodẽ die dicat. Cõtra vero ſi promittat tribus diebus, aut per hebdomadam, tunc tenetur quotidie pſalterium recitare.

QVÆRES I.

An qui tenetur eodem die pluribus titulis, v.g. præcepto Superioris, voti, Indulgentiæ lucrandæ, ad Roſarium eo die dicendum, ſatisfaciat ſi vnum tantum dicat.

23 DE Indulgentia certum puto lucrari per Roſarium alias debitũ ex voto &c. ratio eſt, quia ſimpliciter conceditur recitanti, & non dicitur recitanti Roſarium nõ debitum alias ſub alia obligatione.

24 De voto autem, aut Superioris precepto, vel Confeſſarij pænitentia, dico id pendere ex intentione vouentis, vel imponentis obligationem recitandi Roſarium: ſi enim exprimant, vt recitetur

Digitized by Google

tetur Roſarium alias debitum nõ eſt dubium,ſi vero nõ exprimant: ſed tãtum dicant recita Roſarium, vel voueo Roſarium, tunc opus eſt coniectura ad videndum, num intenderit imponens, vt aliud Roſarium recitetur ab eo, quod eſt alias debitum. In quo probabile eſt, quod qui fecit votum recitandi Roſarium, antequam aliam obligationem haberet, v. g. in pœnitentiam, vel ex præcepto ſuperioris, tunc poſſit voto ſatisfacere per illud Roſarium dicendum ex precepto. ita Suarez *c.9.n.18.* vbi aduertit, & bene nõ poſſe eodẽ Roſario, quod dicẽdũ eſſet pro vno, ſatisfieri pro alijs.

25 Ex hac Suarij doctrina infero, quod Societatis Ieſu Religioſi ſi voueant recitare Roſarium, ſi aliud non intendant, tenentur dicere etiã illud, quod ex vi regulæ debẽt dicere ſingulis mẽſibus, hebdomada &c. quia iam ſuperioris ordinatio extabat, & onus nouum impoſuit ſibi vouens: at ſi poſt votum dicendi totum Roſarium in hac hebdomada v. g. ſuperueniũt noua ſuffragia, non tenentur: ſed poſſũt dicere in ſatisfactionem ſuffragiorũ, & voti, quod vouerunt.

26 Denique addo ſi quis faceret votũ recitandi quotidie Roſarium, vel officium Defunctorum, ſatisfacit, ſi accedat aliquando præceptum Superioris dicendi Roſarium, vel mors alicuius, & debeat dicere officium &c. quia non videtur voluiſſe ſe obligare, niſi ad hoc, vt non ſineret elabi diem abſque illa deuotione. De pœnitentia vero puto non poſſe illi ſatisfieri ex corona alias debita, niſi Confeſſarius exprimat, aut talis ſit coniectura, quod etiam docet Suarez de pœn. 3. *p. diſ.* 37. *ſect.6. nu.* 5. & ex multis docet Sanch. *ca.14. cit. num.6.* apud quem vide plura, quę in tr. de voto Deo fauẽte dicã.

27 Tamen duo ſunt notanda. primum eſt, quod ſi Confeſſarius, vel alius dicat abſolute, recita Roſarium, vel qui dicat voueo Roſarium, intelligitur de tertia parte, quia odia ſunt reſtringẽda. aliud eſt, non eſſe neceſſarium ad obligationem Roſarij meditari myſteria ibi contenta, & quamuis hoc ſit pium, & voueri poſſet; tamen non eſt pro omnibus cõſulendum: immo potius expediret, ne animus confundatur, dũ dicitur Aue, attendere ad Deũ, vel ad Virginẽ, & in fine Decadis mẽtionem facere de illo myſterio v. g. coronatione &c. ita Suar. *num.2. circa finem, &* 16. *d. lib.3. cap.9.*

De Stellario.

28 EST etiam pia, ac laudabilis deuotio introducta non ſine magno fundamento in Patribus antiquis, & varijs Scripturæ locutionibus, ac SS. Virgini gratijs à Deo liberaliter cõceſſis, nimirum recitãdi ter Pater noſter, & duodecim Aue Mar. in honorem SS. Trinitatis, & duodecim gratiarum, ſeu Priuilegiorũ, quæ habuit à Deo SS. Virgo, quæ Priuilegia quoniã adũbrari cenſentur aquibuſdam in illa viſione mulieris coronatæ corona duodecim ſtellarum, ſtellas appellãt: quibus Virgo Glorioſiſſima coronatur, & hanc coronam conſtantem tribus Pater, & Aue duodecim, ſtellariũ vocãt, quod hoc ordine recitatur. Dicitur Pater in honorem Patris, qui illam in filiam elegit, quatuor Aue 1. ob excellẽtiam maternitatis, 2. ob puritatem ab omni labe 3. ob gratiæ plenitudinem, 4. ob ornamenta virtutum omnium, & rationis accelerationem. Deinde dicitur ſecundus Pater filio, qui illam ſibi in matrẽ voluit, & Aue quatuor 1. ob verba Angeli ſalutantis. 2. quia Verbum in ſacro vtero ſuſcepit. 3. quia peperit ſine dolore, & ſaluo Virginitatis nitore. 4. quia vbere de cęlo pleno lactauit, & Deum humanã carne veſtitum educauit. 3. dicitur tertius Pater Spiritui Sancto, qui in Sponſam puriſſimã ſibi elegit, & quatuor Aue, primum ob Eccleſiæ Magiſterium, multa enim SS. Virgo docuit Apoſtolos ad Eccleſiæ inſtructionem, & ædificationẽ. 2. quia honor eſt Angelorũ. 3. quia eſt flos, & forma Virginum. 4. ob Glorię excellentiam ſupra Choros Angelorum.

Digitized by Google

Pia ſane, & meritò à Pontificibus Indulgentiarum cōceſſione commēdata. nam SS. Virgo modis omnibus laudari à nobis debet. videte Albert. Spinell. in ſuo Mariali, & alios ex Fratribus Franciſcanis.

Verum hodie extat Decretum Sacræ Congr. Inquiſ. Gener. ann. 1645. 23. Nouemb. & à SS. D.N. Innoc. X. cōfirmatū, & publicatū die 14. Decem. ann. eod. quod quia difficillime inuenire potui ad aliorum cōmoditatem, & vtilitatem hic ſubdam. *In Coongregatione Gener. &c. SS. D.N.* (nempe Vrbanus VIII. ann. 1640. cuius Decretum ſubiungitur.) *Quaſcumq; Congregationes, ſeu Cōfraternitates ſub nomine Stellarij Immaculatæ Cōceptionis Beatiſſimæ Virginis Mariæ quomodolibet, & quauis authoritate erectas, & fundatas in quibuſuis Eccleſijs omnino ſuppreſſit, & in poſterū erigi poſſe abſq; Sanctitatis ſuæ, & Sedis Apoſtolicæ licentia prohibuit. Indulgentias quaſcūq; eiſdem Cōgregationibus, Sodalitatibus, & Confraternitatibus conceſſas omnino reuocauit, caſſauit, & annullauit. Inſuper iuſſit eiſdem Congregationibus, Sodalitatibus, & Confraternitatibus intimari, ne audeant recitare, vel recitari facere, aut conſentire, quod recitetur in præfatis Eccleſijs, vel alibi in loco publico Corona ſub titulo Stellarij Immaculatæ Conceptionis ſub pœnis arbitrio Sanctitatis ſuæ, & Sacræ Cōgregationis,* & infra.

Et ne prætextu ignorantiæ aliquid à Regularibus præſertim Sācti Franciſci, contra prædictum Decretum attentari contigeret, Miniſtro Generali Fratrum Minorum Conuentualium, & Commiſſ. Generali Fratrum Minorum Obſer. die 22. Septembris 1640. præfactum Decretum iuridice fuit intimatum, vna cum præcepto ſub pœna cum priuatione Generalatus, & Cōmiſſariatus reſpectiue, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda, aliiſq; arbitrio Sacræ Congregat. infligēdis, vt debeant, & quilibet ipſorū debeat per litteras, ſeu aliàs monuiſſe omnes, & ſingulos Prouinciales, Guardianos, alioſq; Superiores Conuentuum eis ſubiectorum, ne ſub eadem pœna priuationis officij, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ aliiſq; arbitrio imponendis recitēt, ſeu ab aliis recitari in quibuſuis Eccleſijs, Oratoriis aliiſq; locis publicis Coronā ſub titulo Stellarij Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virg. Mariæ permittant. Immò quaſcumq; Congregationes, ſodalitates, ſeu Confraternitates ſub dicto titulo Stellarij non erigi, & erectas ſupprimi curent. Dèque huiuſmodi commonitione, ſeu notificatione publico documento infra duos menſes in Italia, extra verò Italiam infra quatuor menſes, debeant certiorem facere Sacrā Congregationem Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis.

Sed cum adhuc nonnulli Apoſtolicis mandatis obtemperare neglexerint Stellarii prædicti Coronam, ne dum publice in Eccleſijs recitantes, ac recitari curātes, eo fortaſſe ſubterfugio confiſi, quod dummodo ſub Stellarij titulo Confraternitates nō erigantur, ſtatutas in reliquis Decreti pœnas eſſent euaſuri, verum etiam ad vlteriores in obediētiæ gradus procedentes Apocalyticam Beati Ioannis Viſionem Mulieris duodecim Stellarum Corona redimitæ, pia ſanctorū Patrum, & doctorū meditatione, ac interpretatione Beatiſſimæ Deiparæ adaptatam: ita mediante hoc recitandi Stellarij adinuento mentibus fidelium inſerere curauerint, ac ſi eidem B. Euangeliſtæ Immaculata Virginis conceptio mirabiliter tunc fuerit demoſtrata; Confecta etiam ſuper hoc, & Typis euulgata collecta. Quin immò diem feſtum ſolemnem Stellario de menſe Auguſti quotannis pro eorum arbitrio temerè aſſignauerint, ac denuo Indulgentias pro eadem aſſerta feſtinitate ſubreptitie obtinuerint & tādē additur decretū Innocētij cōfirmātis illud Vrbani, & alia addētis.

Sāctitas ſua, præfacto Decreto inhærendo illudq; confirmādo, hoc ſuo præsēti Decreto de nouo iuſſit, ac mādauit omnibus, & ſingulis, tum ſecularibus, tum Regularibus perſonis cuiuſuis gradus, ſtatus, ordinis, & inſtituti &c. ne in poſterum audeāt, vel quilibet illorum audeat publice recitare, aut recitari mandare

dare Coronam Stellarij prædicti in quibuſuis Eccleſijs, Oratorijs, aut alijs locis in quib' vtriuſq; vel alterius ſexus Chriſti fideles in vnum cõueniãt, etiam ſi abſq; vlla Confraternitatis erectione id præſtare profiterentur.

Sodalitates omnes, Confraternitates, & Congregationes ſub nomine Stellarij Immaculatæ Conceptionis iterum omnino ſuppreſſit. Indulgẽtias pariter ſub titulo Stellarij, vel feſtiuitatis eiuſdem quomodolibet obtentas reuocauit, & annullauit. Regularibus verò cuiuſuis Ordinis, præſertim Ordinis S. Frãciſci: tam Mino: Cõuentualiũ, quã Mino: Obſeruãtiæ diſtricte præcepit ſub prædictis pœnis, nec nõ ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto incurrenda, ne in eorum Eccleſijs, Oratorijs, aut alijs locis publicis, huiuſmodi Stellarij Coronã, vel preces ſub nomine Stellarij recitent, aut ab alijs recitari curent, ſiuè permittãt, vinuſq; diem feſtum Stellarij celebrẽt, ſeu quilibet eorum, tã Superior, quã ſubditus quouis prætextu aliquid ex præmiſſis faciat, curet, mandet, vel reſpectiuè permittat, contrarijs quibuſcumque non obſtantibus.

In quo decreto nullatenus prohibetur priuata deuotio recitandi priuatim Coronam prædictã Stellarij Immaculatæ Conceptionis; ſed tantum Congregationũ &c. erectio, aut manutẽtio erectarum, publica recitatio non ſolum in Eccleſijs, Oratorijs &c. ſed etiam in plateis, locisq; alijs publicis, vbi congregaretur multitudo mulierum, aut virorum, vel ſexus vtriuſq; ſimul ad hoc Stellarium decantandum, aut recitandum. Vnde ſi quis domi cum ſua familia recitaret dictam Coronam in honorẽ SS. Virnis non faceret contra hoc decretum: cõtra vero ſi alios inuitaret hinc inde collectos, & Coronã hanc ſub nomine Stellarij Immac. Conceptionis diceret, faceret contra Decretum, vt ex illis verbis patet. *aut in alijs locis in quibus vtriuſq; vel alterius Sex' Chriſti fideles in vnum conueniant, etiam ſi abſque vlla Confraternitatis erectione id preſtare profiterentur.*

Reuocantur ſecundo Indulgentiæ conceſſæ ſub nomine Stellarij, ſiue priuatim, ſiue publice recitantibus Coronam hanc; nam ly *quomodolibet obtentas* omnem modum excludit *ex l. ſi de certa C. de trãſac.* Naldus. *ſum. v. dictio v. quomodolibet;* poſſet tamen aliquis dicere reuocari Indulgentias poſitas (ſi quæ ſunt) recitantibus Coronam in honorem duodecim Priuilegiorum B. Virgini Conceſſorum. primo, quia cum hoc Decretum ſit odioſum: eſt enim principaliter editũ contra Cõfraternitates recitantes &c. Coronam Stellarij, vt probaui *lib. 1. de matr. diſ. 1.* eſt ſtricte interpretãdũ, vt eſt communis Doctorum ſentẽtia de qua ibidẽ dixi, & ſupra fuſius explicaui *trac. 1. l. 4. diſ.* 8. cum ergo dicit *Indulgentias pariter ſub titulo Stellarij, vel feſtiuitatis eiuſdem quomodolibet obtentas reuocauit, & annullauit,* non annullat indulgentias non conceſſas ſub titulo Stellarij, nec cenſendus eſt Põtifex voluiſſe impedire fideles à laudabili deuotione ſalutandi B. Virginem ob hæc priuilegia habita, ſicut nec impedit dicere ſeptẽ aue ob ſeptem lætitias eiuſdem: Secundo ob finem intentum à Pontifice nẽpe obuiãdi cõtentionibus, & impediendi, ne cuiuslibet arbitrio relinqueretur publicas precandi formulas inſtituere, præſertim vero eas, quæ Summorum Pontificum Sãctionibus aduerſari videntur, qui vitando recitationem publicam huius coronæ ſub nomine Stellarij Immaculatæ Conceptionis habetur; nullæ enim contentiones oriuntur vbi nemo aduerſatur; at quis niſi impius negabit Virgini Sanctiſſimæ gratulari ſua priuilegia, & varios modos illam laudãdi priuato cultu, dummodo nullam admiſceat ſuperſtitionem, inuenire, nec Corona duodecim priuilegiorũ videtur aduerſari Decretis Pontificũ vllo pacto; ſicuti poſſet alicui videri ſolemnitatem, & cultum publicum Stellarij Immaculatæ Conceptionis aduerſari decretis Pontificum; quatenus à quibuſdam dicitur, vt ipſe

Innocentius ait, *per Apocalyticam Beati Ioannis viſionem mulieris duodecim Stellarum &c.* fuiſſe SS. Virginis Immaculatã Cõceptionem B. Euangeliſtæ mirabiliter demonſtratam. Tertio, quia Pontifici ſubſtantia huius precis, ſeu Coronæ non diſplicet, nam tantum prohibet publicam recitationem, & ſemper addit, *ſub nomine Stellarij Immaculatæ Cõceptionis* quoties hanc Coronam publice recitandam, vel Confraternitates prohibet, & indulgentias annullat, vt conſideranti decretum d. patebit, quod non caſu factum eſſe dici poteſt. Ex altera vero parte videtur obſtare, quod alias decretum Pont. redderetur fruſtatorium; & poſſet etiam loquendo præciſe ex vi huius decreti, ſi aliud non obſtaret publice dici hæc corona Priuilegiorũ B. Virginis, quod durum videtur; nam eadẽ precum ſubſtantia remanet, quia ly *Stellarium* nil aliud eſt, quã corona duodecim Stellarum, nempe Priuilegiorum: quare hæc & alia quæ addi poſſent, quæ longitudinis vitandæ cauſa omitto ingenioſis lectoribus iudicãda relinquo nullũque iudicium de vtraque ſententia afferre volo.

Tantum noto prædicta decreta Vrbani VIII. & Innocentij X. nullatenus prorſus Immaculatæ Virginis Cõceptioni derogare, aut quidquam demere; ſed tantum nouas formulas orandi publico ritu, & interpretationes proprio marte adinuẽtas, iurgiaque & contentiones emedio tollere intendunt, vt iam diximus.

De Salue Regina.

29 HAnc orationem piam eſſe, & Sãctam, vſus Eccleſię demonſtrat quicquid Heretici in contrarium garriant; nam in ea non dicimus Virginem Sanctiſſimam Cæli Reginam, aut matrem miſericordiæ, vitam, & Dulcedinem noſtram, quia intendamus Dei attributa illi eſſe propria: ſed quia ob eius excellentiam Maternitatis Dei, & Supremam Sanctitatem, ſupra cæteros Sanctos hæ perfectiones maxime illi conueniunt; ſicuti, & eſſe noſtram Aduocatam; non quia negemus Chriſtum non aduocare pro nobis, nec dum dicimus, & *Ieſum Filium tum poſt hoc exilium oſtende.* credimus ab ipſa principaliter nos Cælũ obtenturos: ſed à Deo media eius interceſſione, imitantes in hoc Epiph. *lib.3. de hæreſ.78.* Ruper. *lib.13. in Ioan.* Aug. *ſer.35. de Sanct.* & alios. hæc Suarez *c.9. l.3. à n.19. ad 22.*

De Litanijs.

30 ANtiquiſſimum eſſe, & ante Gregorium, qui licet eas varijs in locis indixerit, non tamen inſtituit vſũ precum, ſeu inuocationis Sanctorum, quam litanias appellamus. conſtat ex *Concil.1. Aurelian. c.29. contr. Geraund. c.3.* & alios; Solent diſtingui in maiores, quæ maiori cum pompa, Epiſcopi præſentia &c. fiebant, vt ſunt in tribus diebus præuijs ad Aſcẽſionem, & minores, quæ non fiunt cum tanta pompa; licet eaſdem contineant preces, vt ſunt illæ in die S. Marci, quæ litaniæ non ſunt ſolum forma orandi priuata: ſed etiam publica totius Eccleſiæ, & præterea ſunt litaniæ Beatę Virginis, quę, & vſu, & auctoritate Pontificia ſunt confirmatę, & vere in ſe pię ſunt, & valde deuotionem excitant. Hec ſatis de oratione vocali in communi cum Suarez *cap.9. à num.23. & toto lib.3.*

31 Solum noto quod in Miſſali Romano dicuntur litanię maiores, quę recitantur in die S. Marci, minores vero quę recitantur tribus diebus ante Aſcenſionem Domini: ſed queſtio eſt parui momenti.

Noto 2. Clementem VIII. ann. 1601. in conſtitutione, quæ incipit *Sanctiſſimus*, prohibuiſſe ſub pæna peccati, & meo iudicio, mortalis, cum ſit in materia graui aduitandũ periculum errorum, & etiam ſit præceptum ſub pœnis arbitrio ordinarij, & Inquiſitoris, ne vulgarentur, aut publice recitaretur litaniæ aliæ, præter antiquiſſimas,

mas, & cõmunes Litanias contentas in Miſſalibus, Breuiarijs Pontificalib', ac ritualibus, & Litanias SS. Virginis ſolitas decantari in Æde Lauritana, niſi prius fuerint à Sacra Rituum Congregatione approbatæ; hanc refert Quaranta *in ſum. Bull. v. Litania.*

32 Ex qua conſtitutione recte colligit Lezana *v. Litaniæ nu.* 4. non eſſe prohibitũ recitare priuatim aliquas Litanias v.g. Sanctorum; qui in menſe quolibet obtigerunt; & quamuis Sacra Congregatio 2. die Martij 1602. apud Barboſam, *in collet. Bull. v. Litaniæ* præcipiat, vt reuideantur etiam quæ priuatim ſunt recitandæ; tamen non prohibentur expreſſe, nec videtur ea conſtitutio vſu recepta, & ſic licet eas recitare, vt tenet idem Lezana: immò addo quod etiam ſi coram alijs recitentur, adhuc non continetur ſub prohibitione, quia tantum illam publicitatem ſolemnem prohibere videtur Clemen. VIII. ibi *in Eccleſijs, ſiue Oratorijs, ſiue proceſſionibus vti voluerit &c.* iuxta dicta *l. 1. diſ.* 3. ex Caſtropal.

33 Notat etiã Lezana Litanias SS. Nomini Ieſu non contineri ſub hac prohibitione, quia eas Sixtus V. approbauit, & conceſſit trecentos annos Indulgentiæ recitantibus. Denique ſi Litaniæ, quæ dicuntur die SS. Marci venerint in die Paſchæ trãsferri debent ad feriam 3. ſequentem. Nec licet Litanijs maioribus, quæ recitantur addere Sanctorum nomina etiam Patronorum ſic Gauan. *Manual. Epiſcopi v. Litaniæ* afferens Cardinalium declarationes, ſed intellige nõ licere quando publice recitantur die Sabbati Sancti, nam vſus piorum obtinuit, vt in alijs diebus nomen alicuius inſignis Patroni addatur, vt Panormi, & alibi S. Roſalia.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QVARTVS

DE

ORATIONE PVBLICA, HORIS CANONICIS, ET LAVDE DEI PER CANTVM, & Pſalmodiam.

AGendum ſupereſt in hoc Libro de Oratione per ſe publica, quæ ſcilicet fit in perſonam totius Eccleſiæ, cuius orandi modus in publico ad Chorum Eccleſiaſticum, aut cantum pertinet. Et quoniam aliquando per accidens fit occulte in loco non publico, aut voce ſubmiſſa, de hoc etiam modo orandi dicemus.

DISPVTATIO I.

De Dignitate Chori Eccleſiaſtici, & Horarum Canonicarum.

1 DICENDVM eſt tāquam certū de Fide Chorum eccleſiaſticū, in quo publicæ, & cōmunes orationes nomine toti' Eccleſiæ fiunt, Sanctum eſſe, nō ſolum in Miſſæ Sacrificio; ſed etiam extra, ad Deum deprecādum, & laudandum, Chriſti Domini exēplo, qui finita iam Cœna Hymnum dixit, & ſæpius cū Diſcipulis orabat.

Prob. ex traditione Eccleſiæ, ex qua habemus nō ſolum vtile eſſe orationem fieri à communitate, quatenus multi conueniunt data opera ſimul, & vnuſquiſque per ſe orat, ſolum per concomitantiam temporis, vel loci, vt faciunt Religioſi, qui dato ſigno in vnum locum ſe conferunt ad orandum, vel eodem tempore in proprijs cubiculis, aut etiam in diuerſis domibus, vt videtur fuiſſe oratio fidelium in primitiua Eccleſia. Actor. 2. ſed etiam illam orationem, quæ funditur in perſona omnium, ita vt omnes orent, vt membrum communitatis, ſeu Eccleſiæ, vt explicat Tertull. in Apolog. *cap.* 39. & habemus exemplum. *Actor.* 4. Ibi *Vnanimiter eleuauerunt vocem ad Deum, & dixerunt Domine tu es &c.* iuxta Lyran. ibid. & *Paul.* 1. *ad Chorint.* 14. ſignificat fideles cōueniſſe ad Deum laudandum; etiam extra Sacrificium Miſſæ.

2 Confirmatur ex Patribus. Clem. *lib.* 8. Iuſtin. Mart. *Apol.* 2. *poſt Chriſt.* Tertull. Apolog. *cap.* 39. & alijs. inter quos Baſilius *Epiſ.* 93. *Apol. ad Clerum Neoceſar.* ait. *Quid iam obtinuerunt ritus omnibus Eccleſiis Dei, cōcordes ſunt, & conſoni: de nocte ſiquidem populus conſurgens ante lucano tempore domum orationis petit &c. tandem ab oratione ad Pſalmodiam inſtituuntur, & ſunt quidem in duas partes diuiſi, alternis præcinentes pſallunt.* Et addit has preces, & communes pſalmodias fuiſſe in magno pretio apud omnes Oriētales Eccleſias. vide etiam Auguſt. *ſerm.* 251. *de Trin.* Conſtat ergo hunc orandi modum eſſe ex Eccleſiæ traditione, & vſu, & per conſequens de fide eſt eſſe bonum, ac vtile, cum in re tā graui Eccleſia errare nō poſſit.

3 Et præterea ipſa ratio dictat, quia cum Eccleſia ſit vnum Corpus myſticū, debet per modum vnius Deum venerari, tum ad Charitatem communē fouendam; tum ad hoc, vt Deo magis placeat, ſicuti charior eſt Eccleſia, quam quæcunq; particularis.

Quod

4 Quod ſane facit Eccleſia per Miniſtros ſuos,ſeu Sacerdotes ad id ſpecialiter deputatos à Summo Pontifice,qui cum ſit Vicarius Chriſti, & caput Corporis huius Monarchici , ſolus poteſt deputare Miniſtros ad orãdum nomine totius Eccleſiæ.Et quoniam Legatis etiam ad aliquẽ Principẽ deſtinatis, ſolet præſcripta forma petitionis dari, ſic etiam Eccleſia inſtituit formam orandi omnibus cõmunem,quam Horas Canonicas appellat , quia hora ſignificat certam aliquam diei , vel noctis partem aliquotam; nempe vigeſimã quartam partem diei naturalis,qui complectitur integram circulationẽ Solis, vel duodecimam diei artificialis, qui eſt ab ortu Solis ad occaſum,& ſic Horæ dictæ ſunt , quia per certas partes principaliores preces illæ diſtributæ ſunt; Canonicæ vero,quia ſecundum certam regulam ſunt dicendę.dicitur etiam hæc orandi forma Officium Diuinum,vel eccleſiaſticum, quia eſt præcipuum Officiũ Chriſtianorum, & maxime Eccleſiaſticorum Deum orare ; nec aliqua varietas in particularibus Eccleſijs in hoc Officio inueniri poteſt,niſi Eccleſia vniuerſali approbante ex Pio V. & Clem. VIII. vt infra dicemus. ita Suar. *cap.1.lib.4.de Horis* Canon.*& cap.3.nu.*1.*&* 2. quem ſequuntur multa ſupponentes ex his Filiuc. *to.2.tra.*23.*c.*3.*&* 7. Macignus *de Horis* Canon. *cap.7.num.4. & cap.4.* Caſtrop.*diſ.2.to.2.initio* , alijque paſſim infra citandi.

QVÆRES II.

An materia proxima , ex qua Diuinum Officium componitur ſit ad cultum Diuinum apta : nempe Pſalmi, Hymni, Cãtica,Lectiones,Reſpõſoria,Verſiculi, Capitulum,Benedictiones &c.

5 RESp. affirm. eſtque res de fide , ſi loquamur de partibus generatim ſumptis, v.g. quod Hymni, Reſponſoria,&c. ſint apta ad Cultum Diuinum ; nec ſine temeritate quoad partes etiã minutiſſimas , negari poteſt; *quia diſputare contra vniuerſalem Eccleſiæ commendationem inſolentiſſima inſania eſt*,vt Auguſt.ait.

Vt autem hęc veritas magis appareat per ſingulas partes diſcurremus?

De Pſalmodia,ſeu cantu Pſalmorum.

6 QVam ſit apta,& conueniens ad Cultum Diuinũ Pſalmorum, qui in libris Dauid in ſcriptura continentur , recitatio; (nam alij non permittuntur in Eccleſia recitari,niſi ſint ex Scriptura Sacra)conſtat tum ex vſu antiquiſſimo , vt ex Dionyſ. *cap.* 3. *de Cœl. Hierar.* videri poteſt. Vocat enim Sacram Pſalmorum modulationem,eſsentiæ inſtar, & neceſsariam omnib⁹ fere Põtificijs miniſterijs , & ratio eſt,quam Chryſoſtomus *hom.6.de Pœn.* aſſignat , quia in Pſalmis omnes effectus perfectiſſimæ orationis,ac omnis generis petitiones inueniuntur , & Baſilius in Proem.ad Homil.in Pſal. ait. *Hiſtoricam continet narrationem, leges ſancit, vitæ ſanctius inſtituendæ , bonæ omnis doctrinæ vberrimum quoddam eſt, & commune promptuarium .*

7 Merito autem ab Eccleſia ſinguli Pſalmi concluduntur cum *Gloria.Patri,& Filio,& Spiritui Sãcto &c.* nam quamuis illa verba formaliter in Scriptura non reperiantur, res tamen ipſa,quam Eccleſia vult confiteri, eſt in ſcriptura expreſſa, quod Pater, Filius , eſt Spiritus S. ſint eque glorificandi &c. qui mos , & ſi in Eccleſia Antiochena incæpit ex occaſione Arriani mi erroris, nolentis glorificare equaliter Perſonas,& vt ait Nicephorus *lib.*18.*hiſt.cap.*31. à Flauiano Antiocheno iuſſu Chryſoſtomi fuerit introductus, & Romæ à Donato Papa, vt probabile eſt Hieronymi rogatu in quadam eius Epiſtola , quæ inter Damaſi geſta *tom.*1. *Conc.*refertur.tamen eſt antiquior , vt in Liturgia Iacobi videri poteſt ibi, *Gloria Patri,& Filio,& Spiritui Sancto,trino & vni,*& ex Baſil.*lib.de Sp.Sancto.c.*27.Durant.

*lib.*3.

lib.3.de Ritib.à cap. 13. Rabano *l.2.de Inſtit.Cleric.*Suar. *c.2. à num.9.ad* 13. & ſupponunt omnes Recentiores.

De Canticis, & Hymnis.

8 CAntica proprie ſunt aliqua Carmina accomodata ad beneficia Dei laudāda in aliqua occaſione particulari, vt ſunt illa ſeptem in veteri teſtamento *Cantemus Domino glorioſe enim &c.*& tria in teſtamēto nouo. *Magnificat anima mea Dominum &c.* quæ ex Sacra Scriptura deſumpta ſunt:& ſic merito adhibentur ad Deū laudandum in Diuino officio.

9 Sicut etiam hymni, qui ſunt carmen cōtinens laudes Dei ex Auguſt. 9. *Confeſſ.c.6. & 7.*& alijs. rectè adhibentur ad Dei laudes, qui licet in Scriptura non inueniantur, ſunt tamen cōpoſiti à grauibus Doctoribus Ambroſio, & Auguſtino, vt de *Te Deum Laudamus* dicitur ex D. Tho. & alijs;nec eſt neceſſarium,vt omnia verba,& partes Diuini officij ex ſolis Scripturis Sacris depromerētur, quia homines quadam varietate delectātur,& ad onus officij Diuini leuandū ea varietas maxime eſt accomodata, dummodo nil contineatur ineptum ad Dei laudem, aut contra Eccleſiæ ædificationē. vide Mendoza *in quodl. q.3.poſitiua n.7.*& Suar.*hic.c.2. nu.*13. 14.& 15.

Tantum addo quod Cantica in veteri teſtamento videntur octo. Audite cæli,quæ loquor &c. Benedicite omnia opera Domini &c. Benedictus Dominus Deus Iſrael,&c. Cantemus Domino Glorioſe enim &c. Confitebor tibi Domine &c.Domine audiui auditionem tuam &c. Ego dixi in dimidio dierū &c.Exultauit cor meū in Domino &c. in nouo vero teſtamento ſunt tres Magnificat, Nūc dimittis, &Te Deū laudamus,ni illum inter hymnos numeres,vt putat Suarius potius eſſe computandum. Additur in indice cāticorum in Breuiario Romano inter cātica quicūq;vult ſaluus eſſe:ſed eſt re vera fidei cōfeſſio.

De Lectionibus Sacris.

10 MOS iſte legendi aliquid ex Sacra Scriptura, aliqua ex Patrū homilijs,vel Sanctorum feſtis, eſt antiquiſſimus,vt conſtat ex Gelaſ.*c.Sancta Romana.diſ.*15.*ex Concil, Carthag.* 3.*c.*47.& alijs. Nec abſurdum aliquod eſt hos libros diuino officio interſerere,quamuis non ſint omnes ex Sacra Scriptura deſumpti, propter dictā rationem; præſertim cum hi valde vtiles ſint ad morum inſtructionem, & non proponantur, vt continentes infallibilem veritatem in omnibus, & ſingulis;etiam minimis. Nec ex eo, quod in Cōcilio Laodicen. ſtatutum fuit vt in Eccleſia nō legerētur alij libri præter Canonicos, vſus vniuerſalis Eccleſiæ eſt damnandus,quia illud Concilium non fuit vniuerſale,& motum fuit forte occaſione abuſus, quē Paulus Samoſatenus circa illa tempora inducere tentauerat, vt docte Baronius *in appen.ad* 4.*to.* & idem eſt iudicium de Concilio Braccharenſi 1. nam dum allegat Canonum præcepta de Concilio Laudicenſi intelligit, quod tamen vniuerſale non eſt, vt diximus.

11 Magna autem prouidentia hæ lectiones miſcentur, quia non tantum ab Eccleſia oratio: ſed etiam meditatio intenditur,pro qua eſt neceſſaria lectio aliquarum rerū piarum ex Caſſian *lib.2.de inſt.renunc.cap.*6.& Paulus *Corinth.*14.indicat,cum *Pſalmum,doctrinam,*& alia cōiungit in modo orādi.vide Suar.*c.2.num.*16.*à nu.*22.iunctis *num.*3.& 4.*l.4.de orat.*

De alijs Partibus Officij Diuini.

12 ALiæ partes Officio Diuino eccleſiaſtico adiungūtur, vel ad mētem præparandā dicendo Pater, Aue, & Credo, ſecretò vt animus recolligatur in ſe incipiendo initium orandi nocte,& die à fidei confeſſione vel ad imponendum finem conuenientem orandi, vnde initio matutini dicitur.

Do-

Domine labia mea aperies, cũ incipiãt horæ illius diei. in cõpletorio, quo ad noctem quietam præparamur: *Conuerte nos Deus*.

13 Additur etiam Antiphona ex peruetuſta conſuetudine, nam ante mille, & centum annos in Concilio Agatenſi fit de ea mẽtio. eſt autem breuis ſententia, quæ vel continet verſiculũ eiuſdem Pſalmi, ad quẽ præmittitur, vel aliquã Dei laudem, aut Virginis, quæ ad hoc inuenta eſt, vt ſecundum ſymphoniã illius, cantus totius Pſalmi ſumatur, vt ait Analexius *de Offic. Eccl. l. 4. c. 7.* ſub quo etiã inuitatorium comprænhendi poteſt.

14 Ante Hymnos Capitula ponſitur, quæ proprie ſunt lectiones breues ex Scriptura deprompta, vt *Beatus ſeruus, quem cum venerit Dominus &c.* de quibus meminit S. Bened. *in reg. c. 13. & 17.* & habentur cap. conuenit *de conſec. d. 5.* ibi. *poſt Antiphonas collectiones per ordinem ab Epiſcopis, vel Præsbyteris dicantur.*

15 Poſt lectiones ſequuntur Reſponſoria ab Eccleſia compoſita, ſeu probata, & ad ornandam Pſalmodiam Eccleſiaſticam cõuenientiſſima. vide Rodulph: *lib. de Canon. obſer.* & in fine dicitur oratio, quæ ſolet appellari collecta, quia preces omniũ ab vno Sacerdote colliguntur *ex Concil. Agat. d. c. conuenit.* ex Caſs. *lib. 20. c. 8.* Hugone *lib. 2. de Offic. Eccleſ.* Denique in prima, & Completorio additur *Confiteor*, vt remiſſionem peccatorũ obtineamus initio diei, & noctis, & tandem Pater, & Aue, & in fine aliquarum Horarum aliquam ex Antiphonis Beatæ Virginis, quæ omnia ſunt valde pia, & ad varietatem (non enim debet ex partibus homogeneis conſtare, ne tædium pariat, & ad hoc, vt omnes aliquem ſibi affectum proportionatum decerpant,) & oneri Officij Diuini accommodata. vide Suar. *d. c. 2. à n. 17. ad 21.*

16 Nec graue onus debet pro Eccleſiaſticis Perſonis reputari, conſumere vigeſimam ad ſummum diei partem in laude Dei, ſi fiat extra Chorum, & in Choro aliquid amplius à miniſtris ad id munus deputatis, cum Chriſtus Dominus Matt. 6. dum ait. *nolite multum loqui.* prohibuerit loquacitatem vitioſã ex Chryſoſt. *hom. 19.* & Sap. 7. *Eccleſ.* dum ait. *Ne iteres verbum.* certè non prohibuit iterationes factas ex abundanti cordis affectu, ſed que fuerit temere, & ſine fructu, quaſi Deus ea repetitione indigeret ad audiendũ. Hæc omnia doctè, vt ſolet Suar. *c. 2. l. 4. de orat. vec.* quæ vix apud aliũ tam accuratè reperies, omnes enim ad Suariũ ſe remittunt, & vix aliquid adiungunt, vt videre eſt in Bonac. *hic. p. 3. q. 1.* Caſtrop. *diſp. 1. initio.* & alijs apud ipſos, & nouiſſime P. Anellus *de Horis Canon. du. 2.* Roccafull. *in Theol. moral. p. 2. hic.*

DISPVTATIO II.

Explicatur diuiſio Officij diuini, & eius conuenientia aſſignatur.

QVÆRES I.

An recte Officiũ Diuinum in Diurnum, & Nocturnum, ſeu Matutinum, & Veſpertinum ſit diuiſum ab Eccleſia, ex cap. dolentes de Celebr. Miſſ. & cap. placuit d. 12. &c.

1 Reſp. affir. quia in hoc imitata eſt antiquos Prophetas, & veluti rationis ductum; nam 1. *Paralip. 9.* inſtituti ſunt Leuitæ, *vt die ac nocte iugiter ſuo miniſterio deſeruirent.* & Dauid. *Pſal. 54. Veſpere, et mane, et meridie narrabo etc.* & Chriſtus Dominus, (qui eſt caput omnium) *orat pernoctans in oratione Dei.* & de die multũ orabat. vt ex Euangelio conſtat, & ſic ſẽper fuit Eccleſiæ conſuetudo, vt publicæ orationes, die ac nocte fierent. vt late Baron. *to. 1. Annal. à n. 34. à n. 251.* Bellarm. *lib. 1. de bonis oper. c. 13.* Francol. *lib. de Horis Can. cap. 2.* & poſt Suar. hic *cap. 3. à nu. 8.* ſupponunt omnes, & fere ad Suarium ſe remittunt.

Digitized by Google

QVÆRES II.

Quot ſint partes Officij Nocturna.

2 RESp. eſſe Matutinum, & Laudes tantum, ſi loquamur de re, & prout Officium eſt in vſu in Eccleſia. Prob. *ex cap. dolẽtes de celebrat. Miſſar.* & Matutinũ quidem aliquando conſtat tribus Nocturnis cum duodecim Pſalmis, & nouẽ Lectionibus; aliquãdo vno Nocturno, vt hac diuerſitate aliqua ſolemnitatum varietas fieret, & forte Ternarius nocturnorum numerus aſſumptus eſt in honorem Sãctiſs. Trinitatis, vel propter tres Vigilias noctis, vt tradit Hugo de S. Vict. *lib. 2. de offic. c. 9.* Duodenarius vero in Pſalmis obſeruatur propter illius numeri vniuerſalitatem, quo oſtẽdatur Deum omnibus modis eſſe laudandum. vide Iſidor. *lib. 1. de Diuin. Offic. c. 19.* Amalan. Alcuinum. & Suar. *c. 4. l. 4. num. 12. & 5.*

3 Sunt autẽ noctis vigiliæ quatuor, in quas noctes diuidi olim ſolebant, quarum quælibet tres horas continebat, vt ex *Luc. c. 2.* ibi. *Cuſtodientes vigilias noctis etc.* ex Matt. 14. ibi. *Quarta autem vigilia noctis*, & alijs colligi poteſt; ſicuti etiam diuidebant diem artificialem in quatuor partes. Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, & prima fuit peculiariter apud Iudæos ad orationem deſtinata *ex 1. Paralip. cap. 23.* ſicuti, & Tertia, Sexta, & Nona ex Daniele 9. iuxta Hieron. ibi. & alios. Ita tamen hæ horæ erant diuiſe, vt non inciperent niſi à tertia hora diei. Tertia incipit finitis tribus horis diei, ſexta finitis ſex horis. Nona finitis nouem horis; quia hora non ſolet numerari niſi poſtquam eſt finita. vide Suar. *cap. 3. à num. 4.* cum quo Deo iuuante de his aliàs fuſius. nunc ſatis ſunt ad ea, quæ diximus, & mox ſubdemus, percipienda.

(:+:) (:+:) (:+:)

Dubitabis: an Matutinum continuè dictum fuerit?

4 RESp. veriſimile eſt totum Matutinum, etiam ſui initio dictum fuiſſe continuè, & non interruptè, ita vt primum Nocturnum diceretur in prima Vigilia noctis. ſecundum in ſecunda &c. vt putarunt Guillel. Durand. *lib. 5. Ration. diu. offic. c. 3.* Frãcol. *lib. de Horis Canon. cap. 1. num. 14.* Durantus *lib. 3. de Rit. cap. 5.* Ratio eſt, quia Matutinum inchoatur media nocte ex Hieron. *epiſt. 22. ad Euſtoch.* Ambros. *lib. 27. in Luc. cap. 11.* & alijs. ergo dicebatur contiuuè, nam poſt mediam noctem vna tantum Vigilia ſupereſt, & ſane onus intolerabile fuiſſet toties ſomnum interrumpere, nec eſt vnde cum fundamento dicamus, quod ait Sotus *lib. 10. q. 5. de Iuſt. art. 1. cap. 5.* Clerum fuiſſe in tres partes diuiſum, vt cuilibet parti ſinguli nocturni dicendi correſponderent, vt bene Durandus, & Francol. ſupra relati, reprobant. vide Azorium. *lib. 10. inſt. moral. cap. 2.*

5 At non eſt negandum aliquando, vel alicubi in feſtis forte ſollemniioribus, ita dictum fuiſſe, vt etiam S. Th. affirmauit *lec. 6. in 1. Corint. 14.* & Valdens. *de Sacram. cap. 24. & 28.* ita Suar. *d. cap. 4. num. 8. lib. 4. de orat.*

6 Et licet iam ſit in vſu, & in Romana Eccleſia ſemper fuerit obſeruatũ: immò etiam antiquitus aliquando, vt Matutinũ vna cum Laudibus continuè dicatur ex Amalario. *lib. de ord. Antip. in Prologo.* certius tamen eſt antiquitus laudes, etiam tempore, dictas fuiſſe ſeparatas à Nocturno, prope auroram; vt ſic Deo gratias agerentur pro Chriſti Reſurrectione, & per Nocturnos memoriam haberemus Chriſti Natiuitatis, vel Paſſionis, aut ſepulturæ, quæ nocte acciderunt. ita Suarez *c. 5. à nu. 9.* vbi citat Rodulph. *lib. de Can. obſeru. propoſ. 14.* Hugon. de S. Victor. *lib. 2. de offic. Eccleſ. c. 1. & 9.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES III.

Quæ ſint partes Officij Diuini.

7 RESpõdeo eſſe ſex. Primam.Tertiam. Sextam. Nonam.Veſperas,& Completorium.ita *ca.*1.*de Celebrat: Miſſ.* recenſentur. vbi additur Matutinũ cum laudibus, de quo iam diximus ad Officium Nocturnum pertinere.Et quidem de antiquitate Tertiæ,Sextæ,Nonæ,& Veſperarum, patet ex Patribus,Clemente, Baſilio, Hieronymo, Benedicto, Iſidoro, & alijs.Chriſoſt.*in hom.*59.*ad Pop.*& alijs locis.vbi ait illud *Pſal.*54.*Veſpere*, *& mane,& meridie narrabo &c.*ob id ſẽper dici in Veſperis,& ratio ſane ipſa dictat,quia in his Horis Deus multa, & nobis proficua Myſteria eſt operatus,nam Tertia Chriſtus condemnatus eſt, & Spiritus Sanctus deſcendit. Sexta Crucifixus. Nona pependit in Cruce, ad Veſperas Cœnam Corporis ſui inſtituit.

8 De Prima autem, & Completorio (de quibus poteſt eſſe aliqua difficultas) cõſtat eſſe antiquiores Caſſiano, qui anno 420. obijt. & quidem de prima ipſe meminit *lib.* 3. *de inſt. renunc. ca.*4. ſimiliter ex Patribus,tam Græcis,quam Latinis.Athanas. *lib.de Virgin.*Baſilio.*c.*37.*regul.fuſ.* ex Latinis *Clem.*1.*lib.conſt.c.*34.deduci poteſt valde probabiliter, quia nõ eſt veriſimile vnquam Eccleſiam Dei caruiſſe hora hac orãdi ad Deum primo mane,& certum eſt, fuiſſe cõſuetudinem vniuerſalem recitandi Primam ſupra mille annos, vt ex Regula S. Bened. *cap.*16.habetur expreſſe.

9 Idem etiam dicito de Cõpletorio. de quo Iſidorus *cap.*21. loquitur de re iam antiqua, & valde cõmoda eſt ea deprecatio, per quam ad noctem præparamur. vide Rodulphũ *lib. Canon. Obſeru. prop.*14. quẽ laudat Suar. qui hanc materiam fusè tractat. *ca.*5. *de horis Canon.*

(:+:)(:+:)(:+:)

QVÆRES IV.

Quot ſint Horæ Canonicæ,tam Diurnæ, quam Nocturnæ.

10 RESp.in hac re eſſe tres ſententias. Prima ait eſſe octo, quia putat Nocturnos Matutini eſſe horam diſtinctam à Laudibus, fundatur tum *in cap.Præsbyter, d.*91.*& c.*1.*de celebr. Miſſ.*vbi numerantur ſeptem Horæ, & præterea adduntur Nocturnæ Vigiliæ; tum quia Nocturni habẽt propria initia diuerſa,à laudib⁹,& hymnos etiã diſtinctos. ita Archid. *d. cap. Præsb.*Torrecr. *qu.*1.Nauarr. *in Ench. de orat.c.*3.*num.*27.

11 Secunda ait olim,quando Nocturni propria oratione concludebantur, & laudes poſtea diuerſo tempore dicebantur fuiſſe octo: nunc eſſe ſeptẽ, ita Azor.*lib.*10.*c.*1.Francolinus *cap.*6. *num.*15.vbi ait apud Monachos eſſe octo, at iuxta Romanum Eccleſiæ vſum eſſe ſeptem.

12 Tertia deniq; communior ait eſſe tantum ſeptem ex communi totius Eccleſiæ modo loquendi, nec debet maior numerus aſſignari, præter traditum à Romana Eccleſia,quem morem rraditum eſſe dicũt à Pelagio.I. alij à Pelagio II.alij à Gregorio I.alij à Gelaſio,alij à Donato.vide Valfrid. *lib.de reb.eccl. c.*25.Smarag.*ca.*16.*reg. S.Bened.*Valdens.*c.*21.

13 Sed hæc eſt mera quæſtio de nomine, nec rationes harum ſententiarum valde vrgent: quia tamen in moralibus debemus loqui ex magis communibus, & publicis cum hac 3. ſententia,dicendum eſt eſſe tantum horas Canonicas ſeptem. ita Sotus *lib.*10.*de ius.q.*5.*ar.*4. Sylu.Tabien. & alij apud Suar.*cap.*6.ex Recent.docet Filiuccius *to.*2.*tr.*23.*c.*3.*pu.*8. Garcias *de Beneſ.* 3.*p.c.*1.*nu.*224. & alij, quos ſequitur Diana *tr.*14.*par.*5.*reſol.*46.

Digitized by Google

Expenduntur aliqua dubia moralia circa diuiſionem laudum à Nocturnis, & ab vno Nocturno ab alio.

14 DIco 1. inter vnum nocturnum, & aliud poteſt interponi aliquod tempus, & ſi iuſta ſit cauſa, nec erit veniale; at ſine vlla cauſa poteſt dici Nocturnum, & poſtea etiā multo poſt dici laudes. Immo, & ſero poteſt dici Matutinum, mane laudes extra Chorum; (nam in eo ſeruanda eſt conſuetudo,) quia de Nocturnis non eſt conſuetudo ſeparandi vnum ab alio, ſicut eſt in laudibus à Nocturno. ita Suar. *c. 6. num.* 10. *lib.* 4. ſequitur Bonartius *de Horis Canon. cap.* 17. *num.* 3. cui videtur aſſentiri Diana *tr.* 14. *Miſcell.* 2. *reſ.* 48. *fine par.* 5. contra Azorium *tom.* 1. *l.* 10. *c.* 8. *q.* 4. & alios putātes eſſe veniale, ſine cauſa laudes à Matutino ſeparare.

15 Dico 2. quando Nocturni dicuntur diſtincti à laudibus, tunc dicenda eſt oratio, & cum laudes incipiunt dicēdus Pater, & Aue, quia tunc fit, vt hora diſtincta, & ſic debet proprio termino claudi, & initio inchoari, ſicuti in fine Nocturni dicēdus eſt hymnus te Deum laudamus, quia hic eſt pars vltimi Nocturni. ita Suar. *d. c.* 6. *nu.* 12. & Suarium ſequitur Gauātus *in rubr. Miſſal. ſec.* 4. *n.* 2. Lezana *qq. regul. c.* 12. *n.* 16. loquentes de oratione dicenda poſt Nocturnos, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit.*

16 Sed Sanchez *lib.* 7. *ca.* 2. *dub.* 20. licet Suarij ſententiam amplectatur quoad interruptionem Nocturni à laudibus: putat tamen non eſſe neceſſariū dicere orationē finito Nocturno, quia nullibi reperitur niſi in nocte Natiuitatis Domini, vt quid peculiare: nec in fine Nocturni feriali tempore dicēdum eſt Miſerere, quæ ſententia eſt probabilis.

Adde etiam mihi videri probabile non eſſe neceſſarium præmittere Pater, & Aue ante laudes, quando dicūtur ſeparatim à Nocturno, quia iam habent ſuum initium. *Deus in adiutorium &c.* nec ſunt horæ diſtinctæ, eſt contra Nauarr. quē ſequutus eſt Suar. tamen vidi ita pios viros, & doctos obſeruare, inchoando ſcilicet laudes abſolute à *Deus in adiutorium*, & videtur ſupponere Diana *loc. cit. reſol.* 46. *initio in fine* dum ad arguendū, quod laudes ſint horæ diſtinctę, tantum dicit quod incipiāt à *Deus in adiutoriū*, & expreſſe Sanchez *loc. cit. dub.* 1. *n.* 5.

DISPVTATIO III.

De Conuenientia Cantus in recitandis Horis Canonicis in Choro.

1 SVppono hic tamquam certum ex D. Thom. 2. 2. *q.* 83. *art.* 12. & omnibus neceſſarium eſſe Miniſtris Eccleſiæ dicere Horas Canonicas voce ſenſibili; quia non ſolum corde obligātur ab Eccleſia orare; ſed etiam voce, quod ex ipſa rei natura eſt, quia nō poteſt Eccleſia per ſuos miniſtros orare, niſi ſigno ſenſibili, quod corpori myſtico ſenſibili ipſius ſit accomodatum. In hac autem actione vox cēſetur ſignum accomodatum, ita vt nec ſit admittendum, vt quæ dicenda ſunt ſecreto in Miſſa, & oratione, interius tantum dicantur in corde.

2 Immo quando Officium Canonicū pro vſu fidelium in Eccleſia eſt recitandum, conueniens eſt, vt alta voce dicatur, ad aſtantium ædificationem, qui licet linguam latinam non intelligant; tamen excitantur ad Deum laudandum, dum concipiunt in communi, quod his vocibus laudes Deo dicantur, & multi etiam ſi non omnia, aliqua percipiunt, Eſtque ſane cōformis talis mod' orādi Sacræ Scripturæ; Chriſtus enim Dominus in cruce orauit *cum clamore valido.* Mat. 27. eſt communis ſententia.

3 At ſi priuatim dicendæ ſint horæ à Sacerdote v. g. in ſuo cubiculo, tunc ad neceſſitatem præcepti ſatis eſt, vt tam alte pronunciet, vt à ſe ipſo ſaltē poſſet audiri, ſecluſis impedimentis v. g. ſurditatis; nam ſi vox formetur, non poteſt moraliter accidere, vt nō audiatur à ſe ipſo, quod ex Conc. Baſilien.

ſilien. probari poteſt, ait enim *ſeſſ.* 21. recitantes priuatim officium non debere inter dentes, vel in gutture dictiones formare. ita Nauar. *de orat. c.* 20. Gaet. *in* 2.2. *q.* 83. *art.* 12. Suar. *cap.* 7. *l.* 4. quem ſequitur Reginal. *l.* 118. *nu.* 174. Filiucc. *tom.* 2. *tr.* 23. *ca.* 3. Azorius *l.* 10. *cap.* 11. *q.* 4. *p.* 1. vbi quamuis dicat ſiue ab alio, ſiue à ſe audiri poſſit, concludit tamen: *Satis eſt igitur ſi dum recitat preces, verba ita proferat, linguam, & labia mouendo, vt ſe ipſum percipiat, & intelligat, & non ſolum in gutture pronunciet.* Et hæc ſententia eſt probabilis, & pro ſcrupuloſis notanda, vt Diana *p.* 1. *tr.* 12. *de Horis Canon. reſ.* 11. *fine.* aſſerit, ſequitur etiam Lezana *t.* 1. *c.* 12. *num.* 31. & alij. vide infra *diſp,* 12. *num.* 14. nec eſt contra Suarium.

4 Quamuis nõ deſint qui putent; etiã cum officium dicitur priuatim à Sacerdote debere dici voce alta, vt ab alijs poſſit audiri, quod tãtum eſt verum, quando recitat cum ſocio, quia tunc debet ſocius audire, & ſocius recitans; etiam ſi non teneatur ad officium, poſito quod vult cum Sacerdote ſimul dicere: tenetur tam alte proferre, vt ali⁹ poſſit audire. ita Suarez *d. c.* 7. *nu.* 6. & 7. ſequitur Caſtrop. *diſp.* 2. *de Horis Canon. pun.* 3. *nu.* 6. & 7. vbi alios citat. vide de hac re, quæ dicã *diſ.* 15. *n.* 15. his poſitis. Ad quæſitum.

An ſit honeſta conſuetudo canendi in recitatione Diuini Officij.

5 RESp. de fide eſt eſſe honeſtiſſimã, quidquid oblatrent in contrarium hæretici; nam etiam à tempore Moyſis fuit conſuetudo canendi cantica diuina *Exod.* 15. & Dauid in cythara Pſalmos canebat. Immo quod caput eſt Chriſtus Dominus creditur ceciniſſe, cum dixit hymnũ poſt Cænã, vt voluit Chryſoſt. *hom.* 83. *in Mat.* & in noua Eccleſia tam in Oriente, quam in Occidente fuiſſe hanc conſuetudinem. habetur *Canon.* 43. & 69. *Apoſtolorum*, & tradit Clemens *lib.* 8. *Conſ. cap.* 34. Dionyſ. & alij paſſim.

6 Nec ſane apparet aliqua indecentia in cantu hoc, ſi fiat debite; etiam ſi ſit figuratus, & in Miſſa, ac diuinis officijs miſceatur; quia per ſe malus non eſt, cum excitet animas ad deuotionem, & per accidens eſt, vt aliqui trahantur ad diuina officia allecti cãtus dulcedine. Immo, & proficuus eſſe poteſt, quia hac allecti dulcedine, quæ per ſe mala non eſt, (& ad ſummum veniale peccatum erit, ſi nõ ſeruetur omnino, ordo debitus) ad diuina officia accurrũt homines, & eccleſiaſtica officia debito concurſu, & pro dignitate fiunt, & conſuetudo Eccleſiæ ſatis demonſtrat etiam ipſo Pontifice Romano admittente, tantũ abeſt vt ſit aliqua prohibitio; nam illa in *Extrauag. vnic. de vita, & honeſtate Clericorũ.* qua Nauarrus intendit prohiberi cantum organicum in Miſſis, & officijs, vel tantum de modo indecẽte canendi intelligenda eſt, vel ſaltem fuit illi per conſuetudinem derogatũ, dũmodo Pauli ſentẽtia ſeruetur *Omnia ad ædificationem fiant.* ita Suar. *ca.* 7. *à n.* 9. *l.* 4. & *c.* 8. quem omnes Recẽtiores citandi ſequuntur.

7 Idem etiã dicas de muſicis inſtrumentis, ſi cum mõderatione, & decẽtia fiãt: antiquiſſimus enim eſt in Eccleſia organi vſus, ſiue accipiantur organa in ſpecie, vt inſtrumentum particulare, quo vtimur nunc, ſiue in genere pro muſicis inſtrumentis. teſte Duranto *l.* 1. *de Ritibus Eccleſiæ cap.* 13. nec D.Th. 2.2. *q.* 91. *ar.* 2. *ad* 4. omnino negat muſica inſtrumenta, aut quia in Eccleſia tunc non fuit vſus organorum, vt putauit Nauar. *cap.* 16. *de orat. n.* 46. ſed tantum indicauit nõ eſſe neceſſarium, nec propter homines perfectos adhiberi. cæterum vtile eſt ad animas ad Deum ſubleuandas, & à Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *ca. de obſeru. & celebrat. Miſſ.* approbatur, dum prohibet muſicas, vbi *ſiue organo, ſiue cantu laſciuum, aut impium aliquid miſcetur.* vide Suar. *d. c.* 8. *a num.* 4.

(:+:) (:+:) (:+:)

DI-

Digitized by Google

DISPVTATIO IV.

Explicatur, quænam Perſonæ debeant, aut teneantur Officium diuinum in Choro canere.

QVÆRES I.

An Laici omnes poſſint horas in Choro dicere?

1 RESp. per ſe id eſſe licitum, cum nulla ſit lex, aut conſuetudo prohibens, ne Laici poſſint de conſenſu Clericorum canere in Choro, quia cum Officium cantandi in Eccleſia ſit Officium laudandi Deum, per ſe nullus eſt excludendus, quantū eſt ex vi muneris canendi diuinas laudes, vt voluit Albert. 4. *d.*24. *a.*20.

2 At quia rectus ordo poſtulat, vt ſacra officia publice dicantur, per perſonas ſelectas, ne munus illud vileſceret, obſeruatum eſt ex Concil. Tolet. 4. *c.*18. *& c.*1. *de vit. & honeſt. Cler.* vt munus canendi Officium diuinum publice in Choro per ſe pertineret ad Eccleſiaſticas Perſonas, ſiue ſint Clerici, ſiue Religioſi, aut Religioſæ Moniales, ſiue alij non ordinati; ſed tantum peculiari aliquo modo ad diuinum obſequium deſtinati, vt ſunt Pſalmiſtæ, qui quamuis Clerici non ſint, nec primam tonſuram habeant, poſſunt aſſumi abſq; Epiſcopi ordinatione, & inſtrui ad canendum in Choro. iuxta Iſid. *l.*2. *de diuin. offi. c.*12. & *c. Pſalmiſta diſ.*23. & tradunt. D.Th. 4. *d.*24. *q.*2. *a.*1. *quæſtiun.*2. *ad* 5. Bonac. ibi. *q.*2. *ar.*2. Durant. *in ration. lib.*2. *c.*2. *&* 3. hæc Suar. *lib.*4. *c.*9. *ad num.* 8. ſeq. Bonac. *diſ.*2. *p.*1. *q.*1. *nu.*8. Filiucc. *to.*2. *tr.*23. *c.*4. Caſtrop. *diſ.*3. *p.*1. *n.*1. & alij.

3 Vnde cum D. Baſilius ait. *Ep.*63. *de populo* tandem ab oratione ſurgentes ad Pſalmodiam inſtituuntur, non intelligit, quod omnes in Choro canebāt, ſed aliqui ſeligebantur, & cæteri remanentes audiebant, & vno corde Deum laudabant: & licet in fine omnes reſponderent Amen. teſte Baron. *tom.*1. *ann.*60. *nu.*28. tamen nō ſequitur, quod omnes cecinerint totum Officiū. ita Suar. & cit. DD. ſupponūt.

4 Hinc infertur munus canendi in Choro, tā ad ſeculares Clericos, quam ad Religioſos pertinere; ſed in his inſtituitur præſertim ad propriam ædificationem, vt laudabiliter occupentur, cum non ſemper cōtemplari, nec manibus operari valeant. & Gerſon. *lib. de orat. & eius valore fine.* in Clericis verò principaliter ad Populi vſum vt habeant diuina Officia ex D. Th. *opuſc.*19. *cap.*5.

5 Bene verum eſt, quod non omnes ad hoc munus ſunt occupandi; ſed illi tantum, qui grauioribus Eccleſiæ Officijs occupari non poſſunt, & in hoc ſenſu intellige Greg. *c. Sancta Romana* 92. *d.* prohibentem ne Diaconi occupentur in Choro, non quia hoc munus ſit ipſis indignū, cum Epiſcopis etiā ſit valde decens, & cōgruum, ſed quia prædicationi, & pauperum curæ tunc temporis incumbere debebant: prohibentur, ita occupari in Choro, vt à prædicatione deſiſterent, & vt oſtendatur Diaconos ex vi ſuæ Ordinationis nō obligari ad Chorū. ita ex D.Th. 2.2. *q.*91. *ar.*2. *ad*3. *&* 3. *p. q.*67. *ar.*1. vbi Gaetanus, Bellarm. *lib.*1. *de Cler. c.*13. Gerſon. *Alphab.*79. *lit. N.* docet Suar. *c.*9. *à n.*8. vbi bene impugnat aliquorum expoſitiones dicentium Gregoriū prohibere Diaconos à cantu in decoro, vel à Choro, dum debent Miſſę aſſiſtere, & Euangelium legere, vt voluit Gloſſ. *ver. in hac ſede*: quia non quadrant Gregorij verbis, & intentioni, vt legenti textum patebit.

QVÆRES II.

An extet præceptum, & obligatio publice canendi diuinum Officium in Choro, & quos obliget.

6 RESp. affirm. patet ex *c. vlt. diſp.*92. vbi per *Matutinum officium* intelliguntur omnes horæ à Matutino vſq; ad Sextam, quia ante prandium dici

diçi ſolent. *per Veſpertinum* à Nona vſq; ad Complètorium incluſiue; & alijs iuribus, & Eccleſiæ conſuetudine, idque omnes Doctores tradunt, aut ſupponunt.

7 Verum non omnes Clerici etiam in Sacris conſtituti, tenentur recitare Officium in Choro: ſed tantum Clerici Deputati ad Chorum *ex cap. vlt.* ibi. *Si quis Presbyter Diaconus, aut Clericus Eccleſiæ Deputatus.* ſunt autẽ Deputati habentes beneficium, quod detur ſpecialiter Eccleſiæ ad hoc Officium, vt ſunt Canonici, Præbendati Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarũ, & aliqui Prælati in Eccleſijs inferioribus ad id ſpecialiter deputati; ſiue ratione beneficij, ſiue ratione ſtipendij ad nutum auferibilis, vel habentes beneficium, quod habeat adnexam hanc obligationem recitandi in Choro, vt ſunt Parochi in ſua Eccleſia, qui poſſunt propter aliàs occupationes ex quacumque rationabili cauſa facile excuſari, & *cap. 1. de Celebrat. Miſſar.* vt cum Suar. *d. ca.* 10. citandi Doctores cum alijs apud ipſos tradunt.

8 Nec omnes Religioſi tenentur ad Horas Canonicas in Choro recitandas, niſi tantum illi, qui profeſſi ſunt, & Deputati ad Chorum, vel ex conſuetudine iuxta eorum inſtitutum: ratio eſt quia nec tenentur ratione beneficij, nec quia habent eleemoſynas, aut bona eccleſiaſtica, quibus aluntur, cum hæc dentur ad eorum ſubſtentationẽ, nec extat ius aliquod Canonicum. nam *Clem. 1. de Celebrat. Miſſ.* loquitur ex ſuppoſitione, quod ſint ex vi regulæ obligati ad Chorũ, & mandat, vt debite fiat. ita Suarez *cap. 10. lib. 4. to. 2, hìc.* ſequitur Filiucc. *tr. 23. ca. 4. q. 4.* Caſtrop. *diſ. 13. pu. 1. hìc* Molfeſius *de Horis Can. tr. 5. c. 2.* Pellizarius *t. 1. man. regul. tr. 5. cap. 8. à nu. 6.*

Vnde infero, quod licet obligatio canẽdi in Choro poſſet per ſolos Nouitios expleri, vt putant Caramuel. *in reg. S. Bened. d. 101. dub. 6.* & Pellizar. *n. 49.* tamen ipſi nõ tenentur ad Chorum, vt cit. DD. ſupponunt.

DVBITABIS I.

An hæc obligatio tantum afficiat Communitatem, an verò ſingulos, & quanta ſit.

9 Reſp. hanc obligationem principaliter cadere in totam cõmunitatem ſub culpa mortali, ſaltem ex recepta conſuetudine, & in Prælatũ, aut Rectorem Eccleſiæ ad hoc, vt curet, ſeu ſollicitus ſit, vt debitis horis hoc Officium conuenienter cantetur *ex Clem 1. de Celebrat. Miſſ.* ratio eſt, quia cum obligatio eſt in aliqua cõmunitate, ſeu corpore Religioſorum, aut Clericorum caput maxime tenetur ad curandũ, vt obligatio impleatur. Deſcendit ea tamen ad ſingulos de eo corpore cum moderatione, vt Clerici teneantur ſub culpa mortali, niſi ex graui cauſa excuſentur, vt dicemus, quia tenentur ratione iuſtitię, nempe Beneficij, aut ſtipẽdij accepti. Suarium *lib. 4. c.* 10. ſeq. Squillante *de oblig. Cleric. p. 1. du. 28. n. 5. 7.* Pelliz. *l. c.* Lezana *t. 1. cap. 12. num. 9.*

Sed ego contrariã ſententiam puto probabilem, nempe etiam Clericum obligatum ad Chorum non peccare mortaliter, quamuis abſit, dũmodo per eius abſentiam Chorus nõ omittatur, aut Officium non dicatur cum ſolita ſolemnitate, nec fiat ex conſuetudine, vt tenet Reginal. *t. 2. l. 18. c. 13. n. 126.* & putat probabile Diana. *p. 1. reſol. 31. de Hor. Can.* Bonac. Caſtropal. *diſp. 3. p. 2. n. 3.* vbi alios citat. Moueor, quia non videtur obligatio Chori in his cum tanto rigore inducta, quãdo non percipiunt quotidianas diſtributiones, vt fuſius probant dicti DD.

10 Religioſi vero tantum tenentur ad Chorum ex vi Regulæ, & ſic ad ſummum erit pecc. ven. non recitare in Choro, vbi nõ eſſet conſuetudo obligandi ſub mortali, aut aliud pręceptũ Superioris, quod ſine grauiſſima cauſa imponi non deberet, vt ſi nullus ad Chorum accederet, & emendari correctionibus non poſſent. Nec ex eo,

quod

Digitized by Google

quod communitas ſub graui obligetur ad Chorum, dicendum eſt ſingulos obligari ſub eadem culpa, niſi ſpecialis ratio ſit in ſingulis, vt in Clericis diximus, ex Suario; nam ſufficit ſi ea obligatio ſit in Superiore quoad ſolicitudinem, vt officium recitetur &c. nam quoad recitationem ab ipſo faciendam non habet maiorem obligationem per ſe, quam alij. ita Suar. c. 10. quem citati DD. ſequuntur, & Bonac. *de Horis* Can. *diſp.* 2. *q.* 1, *pun.* 1.

11 Adde non peccare mortaliter hos religioſos, quamuis ex conſuetudine Chorum omittant, quia ex iuſtitia nõ tenentur. ita Pellizarius *n.* 15. contra Pellegrinum *p.* 1. *conſt. c.* 1. *§.* 3.

Verum tamen eſt, quod non eſſet damnandum aliqua diſpẽſatione vti, ex aliqua iuſta cauſa, cum non afferat ſcandalum, vt putat Suar. *nu.* 7. quod etiam ego crederem dicendum in aliquibus Parochijs, aut Eccleſijs paruis vbi non ſolet eſſe populi concurſus. Immo ipſi Clerici, aut Religioſi ſoli ſæpius cantant, & ſic non erit mortale ſemel, aut bis; etiam in diebus feſtis Chorum, relinquere cum nullum ſcandalum oriatur.

Et iuxta hanc doctrinã habent probabilitatem, quæ dicit Vidal. *in arca vitali tit. de Horis Canon. in q.* 1. *à n.* 31, nimirum non eſſe obligationem peccati mortalis Religioſis canendi in choro vt *num.* 10 dixi, & conſequẽter nec ſuperiorem ſub mortali teneri ad compellendum hunc, vel illum Religioſum ne Chorum omittat, quia cũ non teneatur niſi ex vi regulæ; non eſt cur dicamus ſuperiorem peccare mortaliter ſi non faciat hanc regulam obſeruari (nõ diſputo hic an ſub mortali ſuperior teneatur ad curandum obſeruantiam regularum omnium; nam de hoc *tom. ſeq.* at peccabit mortaliter ſuperior ſi non curet, vt in ſuo Conuentu Chorus habeatur, & ne omnino omittatur, vt diximus *nu.* 9. & ſi dictus Author contrarium ſẽtiat, vt aliquando videtur innuere in ſuis probationibus eius ſententia omnino non placet, cum ſit contra communẽ vſum religionum exiſtimãtium id eſſe graue peccatum, cũ materia ſit valde grauis, & ad cultum diuinum, Eccleſiamq; decorem maxime conducit, & ad perfectionem Religionum teſte ipſo Vidal. *hic nu.* 6. ſpectat (cuius tamen ſententiã infra examinabimus,) & deniq; tanti faciunt Pontifices hãc chori obſeruantiam vt *Clem.* 1. *de celebr. Miſſarum* ſuperioribus mandetur *ſi Dei, & Apoſtolicæ ſedis indignationem vitare voluerint*, quæ verba pluſquã leuem obligationem denotant, vt docet Lezana *v. officium diuinum num.* 2. Barthol. à S. Fauſto *de Hor. Can. lib.* 2. *q.* 18. Filiucc. *tract.* 23. *cap.* 4. *num.* 135. & alij communiter.

DVBITABIS II.

An Epiſcopi ex vi ſui muneris teneantur Choro intereſſe, & idem de alijs Prælatis.

12 RESp. Epiſcopos, & alios habentes iuriſditionem quaſi Epiſcopalẽ non teneri Choro intereſſe, niſi tantũ aliquando pro vt ſua prudentia, & arbitrio expedire iudicauerint, ne cẽſeantur hanc curã negligere, non obſtãte, quod hæc cura præſidendi Choro ex officio competat Decano, aut Primæ dignitati: ratio eſt, quia ratione redditũum ad hoc nõ tenentur, cum alias habeãt occupationes, nec ex aliquo præcepto eccleſiaſtico cũ ex iure potius contrarium deducatur, ex *cap. Ep. de Conſ. d.* 3. & ex *ca. vlt, d.* 92. nec ex eo quod *cap. peruenit.* 7. *q.* 1. præcipiatur reſidentia, ſequitur quod debeant Choro aſſiſtere. ita contra Sylu. & Angel. *v. Hora*. tenet Suar. *lib.* 4. *cap.* 10. *à num.* 12. ſequitur Bonac. *diſp.* 1. *q.* 3. *pun.* 5. *num.* 9. vbi citat Duran. *de rit, lib.* 3. *cap* 21. *num.* 11. Caroſum Macigni *cap.* 52. Caſtrop. *diſp.* 3. *p.* 1. *num.* 9. Garçia *de Beneſ.* 3. *p. cap.* 2. *dub.* 1. *nu.* 81. & alij. De alijs Prelatis inferioribus attendenda eſt conſuetudo, & qualitas Beneficij iuxta dicta de Parocho.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES III.

Quibus diebus ſit recitandum Officium in Choro?

13 RESp. in Cathedralibus, & Collegiatis quotidie omnes Horæ ſunt recitandæ, in Eccleſijs Parochialibus, licet de Iuris rigore ſingulis etiam diebus eſſet totum Officium publicè recitandum iuxta *cap. 1. de celebrat. Miſſ.* vſus tamen obtinuit, vbi Populus non eſt adeo magnus, & nō ſunt pingues redditus, vt tantum diebus Dominicis, & feſtis publicè diceretur Miſsa ante prandium, & Veſperæ poſt prandium, quod in Collegiatis ſeruari poteſt, ſi ſit immemorabilis cõſuetudo, & reddit' eſsēt tenues.

In ceteris autem Eccleſijs, ſiue Regularium, ſiue ſæcularium, ſeruanda eſt conſuetudo, aut pia teſtatorum volūtas, cum nil ſit in iure ſtatutum, Solū aduertendo, quod quando conſtat Eccleſias illas eſſe cum ſufficienti Patrimonio inſtitutas à Patronis cū hoc onere, non eſt præſumenda in contrarium conſuetudo, cum ſit contra Ius naturale dictans pacta, & cõuentiones eſse ſeruanda; ſed valde cõſiderandum eſt, an ſit irrationabiliter introducta, ita cum Suar. *d. c. 10. l. 4. à nu. 3.* Caſtrop. *diſp. 3. p. 1. num.* 13. Bonac. *diſp. 2. pu. 1. q. 1.* Filiucc. *tra.* 23. *cap. 4.* Molfeſius hic *tra. 5. cap. 2.* & alij communiter apud ipſos.

Tantum aduerte Bonacinam putare *nu. 4.* non requiri conſuetudinem immemorabilem adhoc, vt in Collegiatis non dicatur Officium quotidie contra id, quod *num.* 11. diximus, & citat pro ſe Suar. ibi. *ita Suar. cap.* 10. *n. 5 & c. 10. n.* 13. ſubdens *ad huiuſmodi conſuetudinem non requiri tempus immemorabile.*

14 Sed Suarius hoc non dicit, nam *nu.* 5. ait. *Imm addit* Gaetanus, *etiam in Collegiatis ſeruari poſſe* (conſuetudinem non dicendi quotidie Officium, ſed tantum in feſtis diebus) *ſi ſit immemorialis, & redditus tenues ſint; quia derogatum*, ait, *ibi eſſe cenſetur iure communi, ex rationabili Prælatorum tolerantia*, & concludit poſt pauca, *& merito neceſſarium iudicatur, quod tales circumſtantiæ concurrant, vt conſuetudo rationabilis putetur: quoniam aliàs non poſſet contra ius, & præſertim contra integritatem, vt ſic dicam diuini cultus praualere.* Sentit ergo Suarius in hoc caſu cum Gaetano, vt ex eius verbis patet. Gaetanus autem, vt ipſe Bonacina concedit, putat requiri tēpus immemorabile *in cap.* 12. *nu.* 13. quod citat Bonac. & per iniuriam Scriptoris dicitur *cap.* 10. vbi dicit, nō requiri immemorabilem cõſuetudinem, loquitur in caſu diuerſo, vt videbimus *diſ. ſequenti num.* 11.

QVÆRES IV.

In quo loco debeat Officium publicè dici.

15 RESp. regulariter in Eccleſijs Deputatis ad hoc munus, quia hæ dicuntur Domus Dei, & orationis ob ſpecialem modum, quo ibi ſolet aſſiſtere, & ob peculiarem aptitudinem, quam habent templa ad pietatem, & deuotionem cauſandam. Niſi forte neceſſitas cogeret, vt alibi v. g. in priuata domo, aut in Sacriſtia Diuinum Officium recitetur, iuxta *Clem. l. 8. conſtit. cap.* 34. hæc Suar. *num.* 21. *d. cap.* 10. ſequitur Caſtropal. *diſp. 3. hic p. 5. num. 2.* Filiuc. *tract. 23. cap. 4. q.* 11. Vidal. *tit. de Horis Canon. Inquiſ.* 1. *num.* 92. vbi bene contra Bordonum *reſol.* 30. idem dicit, ſiue Sacriſtia, &c. ſint cum muro Eccleſiæ coniuncta, ſiue non Bonac. *diſp. 1. qu. 3. p. 5.* vbi idem ait de conſuetudine, aut fundatoris inſtitutione.

16 Sed quamuis hic Auctor placeat, & ſit iuxta Suarium, vt ex dicendis patebit de conſuetudine legitime præſcripta, diſplicet tamen de inſtitutione fundatoris; nam puto non poſſe fundatorem in teſtamento apponere, vt Officium recitetur publice, & in Choro, & non in Eccleſia, ſed in aliqua domo priuata, quia po-

Digitized by Google

ſito quod velit, vt publicè recitetur, debet ſeruari conſuetudo Eccleſiæ, & mos laudabilis eius, qui ſemper fuit, vt in Eccleſia recitetur, niſi neceſſitas, & timor Tyrãnorum, periculum deſtructionis Templi &c. aliud cogeret, & ita Caſtrop. *loc. c.* tantum meminit de conſuetudine, & neceſſitate, niſi forte Bonacina intelligat, quod poteſt teſtator relinquere v.g. centum ſingulis annis, quattuor Clericis, vt Officium dicãt alternatim, vbicumq; velint: ſed hoc nõ eſt Officiũ in Choro recitare, de quo nunc tractamus.

Ex dictis infertur.

17 PRimo Beneficiatum obligatum ad Chorũ, & etiam alibi aſſiſtendum ex vi ſui Officij, poſſe integrum ſtipendium accipere, etiam ſi Choro non interſit: ſicuti & alij Clerici, qui Choro ſunt Deputati; ſed habent iuſtã cauſam, nõ peccant: at ſi cauſa eſt diurna, requiritur licentia, vel diſpenſatio Superioris, vt ait Suar. *hic nu.* 18.

18 Quod Suarij dictum ego intelligo, ad hoc, vt tutior ſit Clericus in conſcientia de cauſæ iuſtitia; nam ſi certa eſt cauſa pro foro conſcientiæ Superioris diſpenſatio neceſſaria non eſt; ſicuti qui ex voto tenetur ieiunare per hebdomadã v. g. ſi habet cauſam iuſtam non ieiunandi in aliquo die, non indiget diſpenſatione, vt ex dictis *l. 8. de matrimonio.* videri poteſt apud me.

19 Secundo infertur eos, qui recipiunt diſtributiones quotidianas (nempe diurnum illud ſtipendium, quod datur pro quotidiano miniſterio celebrandi officia diuina, Choro aſſiſtendi &c. vt ex Couar. *lib.* 13. *var. cap.* 13. *nu.* 1. docet Sanch. citãdus infra) teneri ad reſtituẽdas, ſi Choro non interſint abſq; legitima cauſa, nempe infirmitatis, aut corporalis neceſſitatis, aut euidentis Eccleſiæ vtilitatis. *ex c. vn. Cler. non reſiden. in* 6. & ex Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 12. de quibus dicemus *diſ. vlt.* interim ſatis ſit hæc ex Suar. *num.* 20. attigiſſe.

DISPVTATIO V.

De quibuſdam circumſtantiis ad Officium Diuinum in Choro recitandum pertinentibus.

QVÆRES I.

Quodnã Officiũ ſit recitandũ in Choro?

1 REſp. illud quod continetur in Breuiario Romano iuxta formam Pij V. confirmatã à Clem. VIII. & Vrbano. VIII. in Bulla *Diuinam Pſalmodiam* 1631. & docent omnes Doctores, & qui aliter recitant, non ſatisfaciunt ſuæ obligationi, vt ſtatuit Pius V. nec adhuc aliqua conſuetudo eſt introducta in contrarium, & ſi ea eſſet in aliqua Prouincia, non tenentur Clerici ad recitandum tale Officium; ſed poſſunt recitare illud, quod eſt iuxta formam Pij, vt bene Suarez *lib.* 4. *cap.* 11. notat *num.* 5. vide infra *diſ.* 11. *num.* 1. & quamuis Prælatus poſsit diſpenſare, vt in Choro, vna, vel altera die, dicatur aliud Officium, pręter illud, quod eſt in Breuiario tali die aſſignatum v.g. Sancti, cum ſit de feria: tamen non poteſt legem facere, vt tali die, ſemper fiat mutatio. vide etiam Nauarr. *cap.* 27. *nu.* 217. & Suar. ſequitur Caſtrop. *diſp.* 2. *pu.* 2. *nu.* 12.

2 Verum ſi in aliqua Diœceſi, vel Eccleſia fuerit cõſuetudo, aut aliqua conſtitutio à Sede Apoſtolica approbata per ducentos annos ante editam Bullam Pij V. recitandi aliud Officium, eo poterunt vti, nec illud mutare in Dięceſibus, niſi de conſenſu Epiſcopi, & Capituli concurrentis ſecundum maiorem partem, nam aliàs Eccleſiæ inferiores debent conformari in recitatione Officij Metropolitanæ, & Eccleſiæ regulares ſui Ordinis ritum ſequi debent. Admiſſo autẽ Breuiario Romano non poterit amplius mutari ſine Papæ auctoritate, ita poſt Suar. hic *c.* 11. *ad nu.* 4. Bonac. *d.* 1. *de Hor. Can. q.* 3. *pu.* 1. *n.* 21. Caſtrop. *diſp.* 2. *pu.* 2. *n.* 1. Pellizarius *man. reg. t.* 1. *tr.* 5. *c.* 8. *n.* 16. & ſeq.

Addo

3 Addo Suarij dictis in Eccleſijs Regularium exemptis, ſufficere conſenſũ ſui Prælati v.g. Prouincialis, & Capituli vt ex Leſſio *lib.2.cap.37.dub.12. num.74.* notat Caſtrop. *loc.cit.* & Pellizarius *numer.17.* Immo puto, quod ſi alicubi ſit conſuetudo, vt Epiſcopus per ſe omnia faciat abſque Capituli conſenſu, vt vidi ſeruari ab Archiep. Montis Regalis, Capituli conſenſus non requiritur, quia ex tacita Pontificis conceſſione ſcientis, & patientis, quod omnia, quę per Canones, & Bullas Pontificias per Epiſcopum, & Capitulum fieri mandantur, fiunt à ſolo Epiſcopo, iam habetur Papæ approbatio. ſaluo &c.

Nõ tamen placet Caramuel *in reg. 5. Bened. diſp.99. nu.1300.* dum ait poſſe id fieri ſine licentia, cum Pontifex expreſſe eam requirat, vtrum autem Carmelitana communitas poſuit vti Breuiario Dominicanorum v. g. vel alio regularium pro aliqua vice, vide infra *diſp.11. num.5.* idem enim eſt dicendum quod de priuata recitatione dicimus ſecluſo ſcandalo vel præcepto particulari quod in Carmelitis eſſe teſtatur Lezana v. Breuiarium, *n. 3.*

QVÆRES II.

An mutare ordinem Horarum v.g. dicere Hymnum poſt Pſalmum in Tertia, vel dicere Tertiam, & deinde Primã, ſit peccatum mortale ſi fiat in Choro, aut Horas interrumpere.

4 Reſpon. eſſe pecc. mor. facere talem mutationem ſine vrgenti cauſa, quia generat ſcandalum, & prima mutatio videtur valde deſtructiua ſubſtantiæ horarum, & licet ſecunda non ſit tãta; tamen ſi publice fiat, ſcandalum graue generatur. ita Suar. *cap.11. num.7.* ſequitur Filiucc. *tra.23. cap.6. q.2.* Caſtrop. *diſ.3. p.5.* Pellizarius *man. reg. tom.1. tract.5. cap.8. num.30.* & nouiſſime videtur tenere Vidal. *de Hor. Canon. in q.1. num.48.*

5 Sed contrarium, ſalua Suarij pace, videtur probabilius, nimirum eſſe de ſe peccatum ven. quia hæc peruerſio ordinis in priuato officio nõ eſt mortalis, vt infra dicemus ex ipſo Suario: ergo neque ſi fiat in Choro, niſi magnum eſſet ſcãdalum, puta in magna feſtiuitate, & eſſet concurſus Populi id aduertentis, quod tamen ſcandalũ rariſſime poteſt accidere in Eccleſijs, vix enim qui ad ſunt ex laicis percipiunt quid dicatur: hanc ſententiam tenet Bonac. *diſp.1. q.3. pun.4. numer.4.* Gauan. *rubr. Miſſ. tom.2. ſect.1. c.5. to.8. num.3.* quem citat, & ſequitur Diana *par.1. tract.12. reſol.16. fine.*

6 Interrũpere vero horas v.g. recitat Chorus Tertiam, & in medio Pſalmi *Memor eſto* ceſſat à recitatione per aliquam interpolationem, quæ non ſit mera pauſa (ea enim eſt laudabilis ex Conc. Baſil. *ſeſſ.21. §.2.*) ſed vera interruptio ceſſando à Choro pro aliqua notabili mora, erit de ſe mortale, niſi aut neceſſitas, aut ignorantia excuſet, quia eſt contra ritum Eccleſiæ; erit tamen culpa venialis, (niſi circumſtantiæ aggrauentur) ſi priuata perſona interrumpat, quantum eſt ex ſe officium, vel quia tacet, aut diſtrahitur, vel quia loquitur, vel agit aliquid cũ officio incompoſſibile; licet enim in hoc caſu grauior culpa videatur, non tamen eſt mortalis, dummodo non omittatur aliqua pars notabilis officij. ita Suar. *d.c.11. à num.8.* qui bene aduertit, quod pars omiſſa etiam ex culpa non eſt repetenda durãte Officio Chori. ſeq. etiã Filiuccius. Anellus *de Horis Canon. hic dub.5. num.1. tr.23. c.9. q.7. num.* 202. & alij videntur ſupponere.

7 At placet mihi Bonacina dum ait opinionem Suarij rigidam eſſe, atque adeo puto, eſſe tantum veniale, niſi ſcandalum ad ſit, quod raro accidere poteſt, vt ſupra notaui: ratio eſt, quia interruptio non eſt contra ſubſtantiã officij, nec quod fiat contra Eccleſiæ ritum, erit mortale cum non ſit adeo grauis deordinatio.

(:+:)(:+:)(:+:)

QVÆRES III.

An qui ſubmiſſa voce recitat partem ſuam in Choro, ſatisfaciat Præcepto recitandi horas, & alijs obligationibus.

8 SVpponit hæc quæſtio vſum laudabiliter ab Ignatio Martyre introductum de recitandis horis alternatim, ad imitationem Angelorum, & Seraphinorum alternatim dicentium *Sanctus Sanctus* ex Iſido. *lib. 1. de Eccl. Off. c. 7.* Volfrido de reb. Eccleſ. c. 28. & alijs. ex quo exiſtens in vna parte Chori ſatisfacit, ſi dum alia pars canit ſuum verſum, audiat aliam canẽtem, & attendat. Contra vero ſi tantum alios canentes audiat, & ipſe nil recitet, quia præceptum eſt de dicendo officio, non autem de audiendo. vide Suarium *lib. 4. cap. 12. à num. 1 ad* 4. his poſitis.

9 Reſp. hunc ſubmiſſa voce recitantem peccare mortaliter, quia non ſatisfacit ſuo muneri ſeruiendi Choro. Prob. quia huiuſmodi perſonis dantur redditus eccleſiaſtici ſpecialiter vt Choro inſeruiant, & non tantum vt ibi aſſiſtant: ſed ſi non canunt cum alijs non inſeruiunt Choro: aliàs omnes poſſent ſubmiſſa voce dicere, & cultus diuinus minueretur.

Confirm. ex Concil. Trid. *ſeſſ. 24. c.* 12. cuius verba multum iuuãt ad cõfirmandam hanc partem, quam tenent Gaet. Summa. *ver. Hora. §. vlim.* Armilla *num. 22. & Nauar. de orat. cap.* 10. *num.* 47. & poſt Suar. *d. c.* 12. *à nu.* 4. Caſtrop. *pun.* 3. *hic num.* 4. Pellizarius *tract. 5. tom. 1. man. regul. cap. 8. num. 25.*

Verum retenta ſententia quam ex multis DD. probauimus, quod Clerici non aſſiſtentes Choro, non peccẽt mortaliter, de qua *diſp. 5. numer. 9. ſup.* idem à fortiori eſt dicendum in hoc caſu, & in terminis eam docet Diana *de Hor. Canon. p. 1. reſol. 6.* vbi falſo citat Leſſium *l. 2. c. 34. du. 33. n. 185.* nam ibi Leſſiu' tantũ ait, quod vbi eſt cõſuetudo vt Canonici per alios canant, poſſunt diſtributiones lucrari. Nõ loquor autem hic quando Canonici canerẽt cantu figurato, tunc enim non tenẽtur; ſed ſufficit, ſubmiſſa voce dicere, vt expreſſe tradit Leſſius *lib. 2. de iuſ. c. 34. dub. 33. nu. 185. & 186.* & ex Suarij dictis patet, quod intellige, niſi ex fundatione, & conſuetudine omnes ſic canere deberent, quia tunc tenentur, cũ ad id ſe obligauerint, eo quod quiſq; in Canonicum v.g. voluit eligi cum ſciret talem vſum.

10 Satisfacit tamen obligationi recitandi officium, & ſic nõ tenetur illud repetere, aut fructus beneficij reſtituere. (de diſtributionibus dicam *diſ. vlt.*) vt docent comm. DD. cum Suar. *numer. 10. & 6.* quare non placet ratio Gaetani dicẽtis, ideo peccare ſubmiſſe recitantes in Choro; quia nõ communicant cum alijs in Choro, & ſic Officium non dicunt, quia ſufficit, ſi communicent ab alijs partem, vt cenſeantur totũ Officiũ dicere alias multa incommoda ſequerentur, nempe quod obligationi recitandi officium non ſatisfacerent, quod nõ poſſet cõſuetudo introduci, vt aliqui ſubmiſſe recitarent, quod recitans cum ſocio non obligato ad Officium, non ſatisfaceret, ſi partem, quam recitat alius non percipere queat, quæ omnia ſunt improbabilia, vt ait bene Suar. *d. cap. 12. num. 6. & 7.*

QVÆRES IV.

An ex conſuetudine, ſtatuto, vel inſtitutione fundatoris poſſit ſola præſentia ſufficere.

11 REſp. affirm. quia hæc non eſſent contra ſtatutum Pij V. *ex proximo Lateranen.* cum ibi Pontifex loquatur de omnino non recitantibus, non autem de non canentibus. Nec contra Concil. Triden. *cap. 12. ſeſſ. 24.* quia Cõcilium ibi nõ obligat expreſſe ad canendum, nec prohibet fieri inſtitutionem huiuſmodi nec eſt contra *cap. vlt. d. quæſt. 2.* quia ibi tantum

tum

Digitized by Google

tum dicitur, vt omnes conueniant, & poſſet conſuetudine dictis iuribus derogari: nam aliunde nec eſſet cõtra Ius naturale, aut diuinum, quia per eam nõ minuitur notabiliter cultus diuinus; ſẽper enim ſunt alij manſionarij, ſeu Præbendati, qui canunt, vnde non requiritur tempus immemorabile, vt volebat Nauar. ad eam introducendam, ſed ſufficit ordinarium ad præſcriptionem Eccleſiaſticam. ita Suar. *d. cap. 12. à nu. 11.* addo Leſſ. *l. 2. c. 34. dub. 33. nu. 184.* Garziam *3. p. de beneſ. cap. 2. à num. 513.* plures referentem. Bonac. *diſp. 1. de Hor. Can. q. 3. p. 2. §. 1. num. 18.* Caſtropal. *diſ. 3. pu. 3. à num. 4.*

12 Tantum nota, quod ad hoc, vt ſtatutum valeat, requiritur Papæ auctoritas, niſi conſuetudine fuerit confirmatum, vt bene Suar. *d. c. 12. nu. 16.*

13 Qui, *nu. 15.* videtur negare, poſſe induci conſuetudine, vt Canonici cãtent per ſubſtitutos; nam ad obiectionem ſibi factam, quod ſi poſſent ex conſuetudine aſſiſtere tãtùm, poſſent adeſſe per alios, negat ſequelam, & aſſignat diſparitatem, quia aſſiſtẽtia non poteſt per alium ſuppleri.

14 Sed alij, & bene putant poſſe ſtatuto, aut cõſuetudine, aut priuilegio fieri, vt Canonici per alios aſſiſtant, & ſuo muneri ſatisfaciant, cum re vera nullam hoc contineat turpitudinem, nec à Concilio Triden. reprobatur vnquam talis conſuetudo. ita Rota Rom. Boerius, Moneta, & alij, quos citat, & ſequitur Bonacina *diſp. 2. q. 2. pun. 5. num. 1.* Caſtrop. *pu. 3. diſp. 3. fine.* Leſſius *lib. 2. c. 34. dub. 33.* ob eamdem rationem idem dico de inſtit. facta in fundatione Collegiatæ.

15 Verum tamen eſt, quod niſi expreſſe exprimatur, vt alius etiam non eiuſdem Collegiatæ ſeu Eccleſiæ poſſit ſubſtitui; id non intelligitur, quia hæc conſuetudo ſic ſolet vſu recipi, vt alij eiuſdem Eccleſiæ ſubſtituãtur, vt docet Bonac. *num. 2.* quod certe ſeruandum eſt, niſi vſus in contrarium adſit.

QVÆRES V.

Ad quid teneatur Canonicus, vel alius, qui ad Chorum tenetur, dum altera pars Chori canit.

16 RESP. tantum tenetur attendere ad eam partem Officij, quam altera pars Chori canit, nec ſatisfacit ſuæ obligationi aſſiſtendi Choro, ſi dum alia pars canit *Miſerere* v.g. ipſe ſtatim voce ſubmiſſa illud recitet, & poſtea vagetur mente, & nõ præbeat debitam attentionem, quia iam non recitat publice totum officium; ſicuti ſi quis Miſſæ Solemni aſſiſteret die feſto, non ſatisfaceret præcepto recitando v.g. Euãgelium ſtatim, & dum ſolemniter canitur, illud non attenderet. ita Suar. *cap. 12. nu. 20.* ſequitur Caſtrop. *p. 4. diſ. 3. num. 3.* Leſs. *lib. 2. de Iuſt. cap. 34. nu. 184.* Pellizarius *tom. 1. man. reg. tract. 5. c. 8. n. 26.*

17 Bene verum eſt, quod licet melius ſit attendere ad ea, quæ dicuntur ab alia parte Chori, vel à duobus cantantibus verſiculos, vel à Prælato dicente Capitulum &c. iuxta morem eccleſiaſticum; tamen ſi ſubmiſſa voce ea recitẽtur, quæ alia pars Chori cantat, iam ſatisfit præcepto recitandi Officium, & ſeruiendi Choro, cum non impediatur per illam breuem recitationem à communicatione cum toto Choro, & poterit fieri abſque vlla culpa ſi fiat bona intentione, & ſi aliqua indiſcretio miſceatur, erit tantum veniale, quidquid dicat Nauarr. *de orat. cap. 15. à num. 5.* multiplicans peccata venialia in ſimilibus orationibus. ita Suar. *cap. 12. num. 18. 19. & 21.* & ſequuntur cit. Recentiores.

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO VI.

De culpa circa omiſſionem, vel mutilationem Officij in Choro.

QVÆRES I.

An ſit mortale omittere Officium, vel eius partem in Choro?

1 RESp. ſi in Choro omittatur totũ Officium, vel vna hora, aut pars eius notabilis, erit peccatum mortale tam reſpectu Prælati, cui cura Eccleſiæ incumbit, quam reſpectu eorum, qui fuerunt in culpa, ne totum Officium diceretur: ratio eſt quia ſi hæc omiſſio ĩ priuata recitatione eſt mortalis ex communi Doctorum ſenſu, multo magis erit talis omiſſio facta in Choro. eſt communis ſententia cum Suario *lib.4.cap.*13. ſed intellige cum moderatione quam *diſ.*4.*nu.*11. *ver. verum tamen* ex poſui.

2 Eſt autem pars notabilis alicuius horæ non reſpectiue ad illam, vt ſi ſit Tertia, vel quarta pars horæ, vt dicemus de Officio priuato; ſed quæ ſit in ſe talis conſiderata eius dignitate, aut neceſſitate ad Officium v.g. ſi omittatur *Deus in adiutoriũ meum intẽde*, erit publica deformitas, vel ſi integer Pſalmus, niſi inaduertẽtia, aut aliqua negligentia, quæ non ſit craſſa, & ſupina excuſet. Hæc Suar. *c.*13.*n.*2.& 3. quem ſequitur Merolla *t.*1. *diſp.*2.*c.*4. *dub.*7.*diff.*3.*n.*127.

3 Sed ſalua eorum pace, rigida videtur hæc ſententia, neq; in diuino Officio ſunt aliqua verba, quæ ita ſe habẽt, vt Canon in Miſſa, vt putat Suar. quo enim fundamento hoc poteſt dici? probabilius igitur puto illam partem eſse neceſsariam ad peccandum mortaliter in Choro, quàm infra dicemus requiri ad hoc, vt quis peccet mortaliter, ſi illa omittat in priuata recitatione, niſi ſcãdalum graue oriretur ex illa omiſſione, quod raro poteſt meo iudicio accidere. ita tenet Bonacina *diſp.*1.*q.*5.*pu.*1. *nu.*3. Dian. *tract.de Hor.Can.p.*1.*reſ.*4. *fine.* quamuis *parte* 5.*tr.de Paruitate materiæ reſol.*26.*ver.notandum.* videatur ſententiam Suarij ſequi, ſed quidquid ſit de mente Dianæ, & aliorum, mihi ea probari nõ poteſt ob dictas rationes, non ſolum tenendo Suarij ſentẽtiam reſpectu priuatæ perſonæ omittentis partem illam, in quo tantum caſu videtur loqui Bonac. *loc.cit.* ſed etiam reſpectu totius Chori; vnde graues Doct. nõ faciunt hanc diſtinctionem, ſed abſolutè diſputant, quæ pars Officij ſit notabilis ſi omittatur. fauet Bonartius *de Horis Canon. c.*19.*nu.*13. qui dum refert Suarij ſententiam ait, fortè illam eſſe veram in Chori Pſalmodia, quamuis ſciam Anellum *c.* 4. *dub.*8. Suar. ſequi & Pellezarium *n.*28. ſupra, qui addit peccare m. Benedictinos non recitantes Euangelium currentis diei in fine Matutini iuxta ſuum ritum; quod mihi rigidum videtur, niſi dies eſset valde ſolemnis, & nouitatem magnam pareret, quod raro accidet ſaluo &c.

QVÆRES II.

An ſi Officium, aut pars notabilis omittatur in Choro ab aliquo Clerico, ſeu Præbendato cum animo illam recitãdi priuatè ſit pecc. mort.

4 RESp. eſse peccatũ mortale, quia per priuatam recitationem nõ poteſt fieri cõpenſatio cum ſeruitio omiſso in Choro, niſi forte dicas poſſe compenſari aſſiſtendo eo die, quo non tenetur, ſed tunc non ſumus in caſu poſito; nam loquimur de vera omiſſione, ita Suar. *d.c.*13.*n.*5.& 6.

5 Sed oppoſitum credo probabilius, & tutum, vt docet Nauarr. *cap.*10.*de orat.nu.*43. Bonac. *l.c.* niſi eſset magnũ ſcandalum, aut contemptus, quod rariſſime poteſt accidere, quia tãtum eſt omiſſio, quoad modum, & tenent à fortiori Doct. quos retulimus *diſ.* 5. *nu.*9. quibus adde Sylu. *ver.hora q.*10.

6 In aſſignãda autem parte notabili, duo dico. Primum eſt certum, quod ſi ea

Digitized by Google

ſi ea pars omiſſa non ſit digna priuatione diſtributionum, tãtum erit p. v. ſi omittatur ſine aliqua cauſa, vt etiã ante Suar. tradidit Nauar. *cap.7.* quia ex hoc apparet, nec eſſe partem notabilem.

7 Quam doctrinam quãuis Suarius limitet eod. *num.7.* niſi relinquens habeat animum formaliter, aut virtualiter ſemper omittendi in ſingulis horis partes illas minimas; tamen puto abſolute eſſe veram, quia illa intentio non habet niſi obiectum de ſe leue; eſt omnes illæ partes ſingulis horis omiſſæ non coaleſcant in vnum: ſicuti nec peccaret mortaliter, qui vellet ſemper in recreatione v. g. verba otioſa dicere.

8 Secundum, quod aio eſt non poſſe inferri eſſe peccatum mortale eã partẽ relinquere, quæ ſufficit ad mulctã, ſeu priuationem diſtributionũ, quia eſt in poteſtate conſtituentis ſtipendium aſſignare illud ſub quauis conditione, modo non ſit iniqua.

9 Cæterũ aſſignare determinate quænam ſit pars notabilis, eſt difficile, & maxime aduertendum eſt, ſi Eccleſia magnam iacturam faceret in recitatione officij ex illa omiſſione, aut fieret ex conſuetudine. hæc Suar. *cap.13. num.8. & 9.*

10 At ſine ſcrupulo puto non ſolum horam in Choro omittere aut per integrum diem, aut bis ad Chorum non accedere, nõ eſſe peccatũ, quod Suar. *num.8.* ſine non putat improbabile, & citat Sylu. *ver. hora q.* 10. & Graff. ſed etiã tribus, aut quatuor diebus à Choro abeſſe, cum cenſeatur parua materia vt putat Fauſtus *de Horis Canon. l.2.q.183.* ſi priuatim fiat poſtea recitatio; etiã retenta ſententia quod partem notabilem in Choro omittere ſit peccatum mortale, ſic etiam Diana *par.5.reſol.26. de paru. materia* vbi ait. Suarium *cap.14. hic cap.* 13. tantum excuſare à mortali abſentiam vnius diei; quod verum non eſt; nam is relatis aliorum opinionibus dicit *num.9.* ſe nolle iudicium ſuum interponere.

11 Hinc infertur peccare, vt plurimũ venialiter eos, qui in officio publico ita celeriter verba pronunciant, vt vel aliqua fiat ſyncopatio verborum, vel alij fructu auditionis rerum diuinarũ priuentur, & ſi ſyncopatio ſit magna, & facta à toto Choro, aut ab alio canente lectionem v.g. ſolitarie ab alijs, grauior erit culpa, & poterit eſſe mortale peccatum, quando ſcandalum, & turbatio oriretur diuinorum officiorum, eritq; in culpa principaliter Chori gubernator, & alij, qui ſunt cauſa talis deordinationis. ita Suar. *num.10. & 12.* & cum eo Diana *reſ.32.p.2.tra.12.* Pellizarius *man.reg.tract.5.c. 8.nu.32.*

Quod veriſſimum eſt etiam retenta noſtra ſententia *n.præc.* relata; nam poſito, quod officium recitetur, debet conuenienter fieri.

QVÆRES III.

An omittere in Choro Pſalmos Pœnitentiales, Officium Defunct. ac B. Virginis, ſit peccatum, & quale.

12 Reſp. in ijs Eccleſijs, quæ non receperunt Breuiarium Pij V. ſed ſuo antiquo vtuntur, debent dici, ſicut, & in alijs, in quibus hæc viget cõſuetudo, & tunc culpa eſt attendenda iuxta formam conſuetudinis introductæ, vel præcepti Superioris; poteſt enim eſſe conſuetudo: ſed nõ ſub culpa graui. In alijs vero Eccleſijs nulla eſt obligatio dicendi hæc officia, niſi de recitando officio Beatæ Virginis, vt ex Bulla Pij deducitur. ita Suarez *c. 13. à nu.* 13. cui adde Vaſquez *opuſ. de benef. cap.4.§.1.ar.2.* Filiuccium *tr.22. cap.6. & cap.7.* Valentiam *diſ.6.qu.2.p. 10.tom.3.* & alios apud Bonacin. Thomam à Ieſu *in expoſ. reg. Carmel. 3. par. cap.7. dub.4.§.1.* Lezana *tom.1. cap. 12. num.21. & 22.* quid dicendum ſit de officio Defunctorum die.2. Nouemb. infra habes.

(:+:) (:+:) (:+:)

QVÆ-

QVÆRES IV.

An ſit mortale addere aliquid offi-cio diuino.

13 RESpon. ſi fiat additio veluti ritus perpetuus, eſt peccatum mortale; etiam ſi materia addita eſſet parua; quia eſt iuriſditio vſurpata contra prohibitionẽ Pij V. & ſi tunc pars aliqua ſtatuta officij omittatur, erunt duo peccata, vnum quia ſit additio, aliud quia omittitur pars notabilis officij, & ſic erit etiam mortale.

At ſi additio fiat ob ſolemnitatem alicuius Sancti, non poſiti in Breuiario, & canatur alius hymnus ex Scriptura, vel pia aliqua oratione deſumptus, erit tantum ven. ſi non fit ex contemptu; ob paruitatem materiæ ſic Suar. *cap.* 13. *num.* 15. Filiucc. *tract.* 23, *cap.* 6. *q.* 11. Caſtrop. *d.* 2. *p.* 2. *num.* 15.

14 Contra vero non erit peccatum ſi aliquod admiſceatur non vt pars officij: ſed ob maiorem deuotionem, & ſic moteta ſacra inter officium cantantur, organa pulſantur, ac muſica inſtrumenta, quæ ſi fiant debite, ſunt laudabilia. ſi aliquantulum excederent, quia cantus v. g. eſſet Prophanus, erit veniale, ſi ad libidinẽ excitet erit mortale ob magnam irreuerentiam diuini officij. ita Suar. *n.* 16. *&* 17. cum cit Doctoribus.

15 Sed quãuis probabile ſit quod *n.* 13. diximus ex Suario, & alijs; tamen ego probabilius puto etiam in illo caſu eſſe tantum peccatum veniale, ſi pars, quæ additur eſſet parua, puta hymnum, vel pſalmum quia re vera nõ eſt vſurpatio iuriſditionis, vt putat Suarius: ſed ſolum eſt trãſgreſſio præcepti Pij V. in qua poteſt dari paruitas materiæ, vt docent in ſimili, (nempe de addente aliquid in Miſſa contra Præceptum eiuſdem Pij) Hurtad. *diſp.* 4. *de Miſſ: diſſ.* 12. Siluius *in* 3. *p. D. Th. q.* 83. *ar.* 6. quem ſequitur Diana *par.* 5. *tract.* 5. *reſol.* 63. & de additione facta officio diuino docet ipſe Suarius, vt vidimus *num.* 23. cum alijs, quod autẽ non ſit vſurpatio iuriſditionis ſic probo; quia hæc poteſtas iure communi non eſt incompetens habentibus iuriſditionem eccleſiaſticã, vt ſunt Epiſcopi &c. nam ipſi in ſua Diœceſi, vel Eccleſia poſſent officio aliquid addere, vel detrahere, vt de facto teſte ipſo Pio V. in Bulla *quod à nobis*, & Clem. VIII. in Bulla, *cum in Eccleſia Catholica*, niſi à Papa fuiſſent prohibiti: quia quidquid poteſt Papa in tota Eccleſia, poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi, exceptis ijs, quæ ad vniuerſũ Eccleſiæ ſtatum pertinent; vt eſt definire res fidei: vt ex Sanchez, & alijs probaui *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 61. ergo dum Epiſcopus in ſua Eccleſia, aliquid addit Officio per modum Ritus, facit quidem contra rohibitionem Pontificis; ſed non vſurpat alterius iuriſditionẽ; ſed ſua vtitur contra Superioris præceptum, & ſic poſito quod materia ſit parua erit tãtum peccatum veniale, & ita Bonacina *diſ.* 1. *q.* 3. *pu.* 1. *n.* 21. putat etiam in hoc caſu eſſe tantum pecc. veniale, cum quo videtur ſentire Diana *pa.* 6. 44. *tract.* 5. nam eum citat ſecundo loco.

At ſi laicus, vel non habens iuriſditionem eccleſiaſticã iuberet, vt adderetur aliqua pars officio diuino modo dicto: tunc eſſet peccatum mortale, quia eſſet vſurpatio iuriſditionis, & militat Suarij argumentum.

Deniq; non deſinam hic adnotare, quod Diana *loc. cit.* aduertit; nempe ſatisfieri præcepto ab eo, qui recitaret officium, cui facta eſt additio dicta: quia moraliter non eſt alia forma officij ab ea, quam, Pius V. tradidit.

QVÆRES V.

An, & quale peccatum ſit recitare Officium alia lingua, præter latinam.

16 CIrca hãc quæſtionem, Suarius tãtum docet fuiſſe conueniens nõ dici lingua vulgari, quod nos *diſp.* 3. *nu.* 2. ſupra tradidimus ex ipſo *hic. c.* 7. *nu.* 8. at Caſtrop. *tract.* 7. *d.* 2. *pu.* 2. *n.* 14. videtur dicere eſſe mortale, ſi aliquo

ties

Digitized by Google

ties fiat in priuato officio;vnde ſequitur, quod ſi fiat ſemel,aut bis,erit veniale, ſi vero in publico recitetur erit mortale, quia ſcandalum populo generas,& erroris occaſionem tribuis,& pro hac ſententia citat Suarium *hic.c.7.nu.8.*quod verum non eſt,ipſe enim tantum ait fuiſſe conueniens, vt dixi.

17 Bonacina vero *diſ.1.q.3.pun.1.n.15.* putat eſſe tantũ veniale ſi fiat ex iuſta cauſa, & rationabili, & videtur loqui tam in priuato officio, quam in publico ob rationes, quas adducit, quarum aliquæ pro priuato, aliquæ pro publico officio militant, & citat etiam Suarez *loc. cit.* quod tamen vt dixi,verum non eſt.

18 Sic ego diſtinguendum puto(ſalvo Suarij,& aliorum iudicio) ſi officium recitetur vulgari lingua, ſiue ſit Italica,ſiue Græca &c. dũmodo Populus communiter ea vtatur;tunc erit mortale,tam in priuato officio,quam in publico,quia Ritus Eccleſię mutatur, & fit aliquo modo cõtra prohibitionem non vtendi Sacris Biblijs lingua vulgari,neque excuſabitur ex eo,quia ſemel quis recitet,quia non eſt paruitas materiæ recitare vulgariter integrum officium ſemel: ſed ſi aliquot verſus recitarentur;aut hora aliqua non integra.

19 Si vero recitetur lingua Græca,aut Hebraica,quam litteralem vocant,& à communi,& populari differt, puto non eſſe peccatum mortale; etiam ſi in Choro recitetur,dummodo nõ generetur ſcandalum, & non fiat ex cõtemptu, & ex vſu. ducor, quia in hoc caſu non fit contra Eccleſiæ prohibitionem, aut vſum, cum Sacras Scripturas hac lingua permittat, vt videri poteſt apud Bellarminum *lib. 1. de verbo Dei cap.16. & 17.* nec nouus ritus inducitur, cum fiat, vt ſuppono, aliquando, erit autem veniale, ſi fiat ſine cauſa, cum ſit aliqualis deuiatio ab vſu communi.

20 Quod ſi fingas aliquem Sacerdotem non habere aliud Breuiarium, niſi vulgari lingua compoſitum,tunc dico potius debere officium omittere,quam illud recitare: ſi tamen recitaret non peccaret grauiter,& ſatisfaceret ſuæ obligationi,ſi eſt Beneficiarius,vt docuit Bonacina *loc.cit.* cum alijs. non autem peccaret grauiter ob id,quod recitat lingua vulgari, quia neceſſitas vrget.Cõtra vero eſſet peccatum ſi fieret in Choro talis recitatio, quia generat ſcandalum comm.

21 Denique non excuſarem à mortali recitantem Officium Diuinum ſcriptũ lingua litterali germanica v. g. vel alia, qua ſapientiores vtuntur, quia omnino abhorret ab vſu Eccleſię,quæ nunquam vſa eſt Scriptura Sacra,quę magna ex parte in Breuiario cõtinetur,niſi lingua Græca, aut Hebraica, vt probat Bellarm.*loc.cit.*

DISPVTATIO VII.

Explicatur quaenam attẽtio requiratur, dum recitatur Diuinum Officium in Choro,& quæ poſitio corporis.

QVÆRES I.

An in cap.dolentes de celebr.Miſſ. detur præceptum recitandi officium cum attentione,etiam in Choro.

1 Reſp.affirm.idque eſſe vnum tantum præceptũ continens duas circumſtãtias: vnam ad integritatem orationis,aliam ad ſubſtantiam pertinentem.Prob. textus expoſitione ibi. *Diſtrictè præcipimus in virtute obediẽtiæ, vt diuinum Officium nocturnum pariter,ac diurnum, quantum eis dederit, ſtudioſe celebrent pariter,ac deuote.* vbi *ly præcipimus in virtute obedientiæ*, præceptum ſignificat non de recitando officio ſimpliciter: ſed de recitando ſtudioſe,ac deuote, non quia peculiaris deuotio exigatur: ſed tantum ea, quam homo debet præſtare, applicãdo ſe volũtarie ad attẽdendũ, & nõ apponẽdo impedimentũ attẽtioni, & quoniã frequẽtiores ſũt abuſus, quos text' nominat in Choro,nõ eſt dubitandum hoc præceptum cadere

dere maxime ſupra recitationem horarum in Choro factam. Vnde hoc præceptum licet ſub Innoc. III. fuerit latum, eſt tam antiquum, quam eſt præceptum recitandi horas canonicas, quia de eſſentia orationis eſt attentio, vt ſupra diximus *lib. 3. d. 2.* & tantum explicatur naturalis obligatio,& forte additur, ne fiant actiones externæ impedientes de ſe Chori attentionem, præſertim commeſſationes,& verba turpia.

2 Quod autem ſit vnum tantũ præceptum continens duas circumſtantias orationis. Prob.quia per ly *ſtudioſe* præcipitur, vt fiat abſque ſyncopatione verborum,& integre, vt ſupra ſatis dictum eſt, per ly *deuote* præcipitur attentio in recitandis horis: ſed explicatio variarum circumſtantiarum non multiplicat præceptũ, quãdo actus vnam tantum habet bonitatem ſpecificam, vt eſt in caſu noſtro, in quo ex attentione, & integra recitatione habetur actus religioſus ad Deum,nec refert, quod in dicto *cap, Dolentes* aliqua dicantur per verba negatiua ibi.*Hæc,& ſimilia,* (quæ ſcilicet opponuntur ſtudioſæ,ac deuotę recitationi *ſub pœna ſuſpenſionis* (ferẽdæ)*penitus inhibemus*;nam affirmatio vnius continet virtute prohibitionem contrarij;vt ſi præcipis amare;etiam præcipis non odiſſe.hæc Suar. *cap.*14. *ad num.* 8. ſupponunt omnes fere RR. citandi.

3 Vbi *num.*6.aduertit hæc vera eſſe; etiam ſi teneas probabilem aliquorũ opinionem hoc præceptum tantum eſſe de actibus externis, nempe de nõ recitando per ſyncopam, de qua dixi *diſp.præc. num.* 11.& de non ponendo externum impedimentum,recitationi contrarium, vt putauit Sylu. *ver. Hora q.*11.cum alijs,quos affert, & ſequitur Pellizarius infra cit. *diſ.* 13.*n.*4.

QVÆRES II.

An ſit peccatum mortale recitare Officium in Choro abſque attentione.

4 RESp.ſi fiat deliberate, & cum aduertentia ſine animo repetendi ea, quæ abſque attentione dicuntur, erit peccatum mortale in ijs, qui ſunt in Sacris,vel beneficium habent,quia ſi recitare officium priuate ſine debita attentione eſt mortale, erit multo magis tale,ſi fiat in Choro.

5 At ſi habeatur animus repetendi ea,quæ ſine attentione dicta ſunt;etiã ſi ſint in parte notabili v.g.vna hora, vel matutinum &c.probabile eſt,eſſe tantum peccatum veniale, quando non fiant actiones externæ Chori attentionem impedientes, præſertim quæ *in d.cap.dolentes.*& Clem. I. *de celebr. Miſſ.* recenſentur; nam canendo ſatisfacient officio Chori, ſi in exteriori nullam dant anſam offenſionis, & ex alia parte per repetitionem ſatisfaciunt ſuæ obligationi,

6 Vnde qui nõ ſunt in Sacris, nec habent beneficium non tenentur habere animum repetẽdi; ſed ſufficit ſi cãtent abſque attentione, non prouenienre ex contemptu. hæc Suar. *c.*14. & mihi videtur probabilis, & tuta ſẽtentia ad ſcrupulos ſedandos. ſequitur Pellizarius. *tract.*5.*cap.*8. *num.* 33. alios citans, & à fortiori patebit *d.*13.

7 Vnde noto eum, qui ad inſeruiendum Choro alicui miniſterio occupatur v.g.ad lectionem præuidendã, vel ad thuribulum ſuſcipiendum,aut è Choro exeat, vt ad Sacriſtiam eat ob ea,quæ ſunt Choro neceſſaria preparanda: non dici diſtractum à Choro.ſed orare ſimul cum eo, vnde non tenetur repetere, quod eſt omiſſum. ita Nauarr.*cap.quando.n.*36. Sãdoual. *lib.de Offic.Canon.*6.*p.c.*9.& poſt Suar. Sanchez. *Conſil. morali. lib.* 7. *cap.* 2. *dub.*16.

8 Optime aduertens hæc intelligenda eſſe,quando nõ potuit,vel non debuit

Digitized by Google

buit præuenire illas actiones. Addo etiã quando non aduertit, ſeu per negligentiam aliquam lectionem non præuidit, & nõ fecit in fraudẽ Officij.

9 Sed ſi quis exeat è Choro ob aliquam neceſſitatem corporalem, vel vt animum releuet, tenetur repetere, quando pars omiſſa eſt notabilis. v.g. duo Pſalmi. ita Suar. & Sanch. citati, & idẽ dicas, ſi dum eſt in Choro impeditur tuſſi &c. ne Pſalmum percipiat, tunc tenetur repetere. priuatim ſi pars ſit notabilis. ex Sanch. *loco cit.* ſequitur Pellizar. *l. cit. n.* 40. *&* 43.

10 Deniq; quoad ſigna externa in geſtu, & habitu corporis ea ſunt ſeruanda, quæ ratio prudens, & religioſa dictauerit, aut cõſuetudo introduxerit iuxta ea, quæ diximus de oratione in communi; nam nil reperis in particulari in iure eccleſiaſtico ſtatutum, ſed tantum quod vitentur actiones indecentes. vide Suar. *d. c.* 14. *nu.* 14. & Nauarr. *c.* 13. *de orat.*

11 Tãtum addo quod Suarius innuit, vix in hoc peccari poſſe mortaliter, niſi talis eſſet irreuerentia, vt ſcandalum graue generaret, quod moraliter in Choro non poteſt accidere, vt ſi quis dum eſt in Choro, ſeu Officium publice cãtat, geſtus laſciuos ad alios dirigat, vel impuri amoris ſigna dederit, aut cum obſcęna muliere identidem colloquatur, tunc erit mortale, etiam ſi non tam longum tempus, quàm alius conſumaret in Epiſtola ſcribenda, vel prouiſiones ſigillando &c. de quib⁹ meminit. Nauarr, *d. c.* 13. quæ puto eſſe venialia,

12 Addo 2. conſentaneum eſſe, vt vniformitas ſeruetur ab omnibus recitãtibus in Choro in cœremonijs ſeruãdi: v.g. cum ſtandum eſt omnes ſtent: cum genibus inſiſtunt omnes genuflectant: nam eſt quędam indecentia: alios e Choro videre ſtantes, alios genuflexos: vnde ſi ſtatutum, vel Bulla Põtificia diceret, vt Clerici, & alij Sacerdotes in recitãdo Officio in Choro ſe conforment cum Canonicis v.g. tunc eſt intelligendum, vt talis cõformitas, non ſit tantum in Officio v. g. vt dicant de feria: nam hoc eſt manifeſtum: ſed etiam in alijs cæremonijs, & rubricis, vnde Nauar. *c.* 26. *de orat.* dicit eſſe ſaltem peccatum veniale ſedere in Choro; cum ſtandum eſt, & contra; quod ego puto, quando aliquod leue ſcandalum oriretur, vt innuit Suar. *l.* 4. *c.* 27. *nu.* 2. immò ſi ſcandalum graue generaretur, puta, quia nullæ ſeruantur Rubricę non excuſarem à mortali eum per quem ſtat, ne ſeruentur: nam eſt magna irreuerẽtia, & contemptus virtualis: idque vltro concedẽt Doctores, qui dũ tenẽt eſſe veniale in Miſſa non ſeruare Rubicas putant eſſe mortale ſi nulla obſeruetur, vt ex Boſſeu. *de offic. cur. c.* 2. *nu.* 16. & Fagundez *tr.* 1. *l.* 3. *c.* 21. notat, & bene Diana *tra.* 12. *reſol.* 55. *p.* 1. Barboſa *de Canon. & dignit. cap.* 1. *n.* 18. loquens de Clericis aſſumptis pro celebratione Officiorum cum Canonicis regularibus, ait teneri ad Officium regulare, nec poſſe Epiſcopum in hoc diſpenſare ſic Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 18. *n.* 19. nec etiam ſi ſit Abbas Canonicorum: nam eſt contra rectam rationem partem non conformari, cum ſuo toto.

DISPVTATIO VIII.

De tempore, quo ſingulæ Horæ ſint dicendæ in Choro.

1 DIco 1. Matutinum ex Iuris rigore debet dici ſtatim poſt mediã noctem ex Dionyſ. *ep.* 8. *ad Demophilũ,* & alijs. nunc attendenda conſuetudo Eccleſiarum, quæ quamuis ex aliqua fragilitate ſit orta, tamen iuuat adhoc, vt fere omni tempore Deus laudetur, nam alij illud dicunt, vna hora poſt occaſum Solis, alij differunt Matutinum vſque ad Auroram, & tunc etiam Primam canunt.

2 Dico 2. Prima dici deberet in ortu Solis, nempe cum ſupra Horizontem aſcẽdit, quamuis, quia moraliter hoc eſt accipiendum, erit proprium tempus Primæ prima hora poſt ortum Solis. ſic etiam Tertia dicitur tertia

Digitized by Google

diei.& ſic de alijs;ita vt quælibet hora Canonica dicatur in fine ſingularum horarum diei artificialis, at non in fine quartæ partis diei, ſed nunc aliter ſeruatur,& iuxta receptam cōſuetudinem fieri debet.

3 Dico 3. de Veſperis nō eſt certum, qua hora præciſe dici debeant, nam aliqui volunt ſolitas fuiſſe dici poſt occaſum Solis, idque colligūt ex Lucernario, (ſic dicto, quod duos primos Pſalmos continet) qui canebantur in accēſione Lucernarū, ex Loayſa *annot.ad* 1, *Conc. Thol.c.* 9. nam ne dicamus hoc eſſe horam diſtinctam, de prima parte Veſperarū, intelligi debet, vide Amalarium *lib.* 4. *de Officio Eccleſiaſtico c.* 7. cōputantem Veſperas inter horas nocturnas.

4 Alij vero putant fuiſſe ſolitas dici in vltima hora diei ante occaſū Solis,& ſic non eſt mirum,quod Lucernarium appelletur,quia iam eſt tempus aptum ad accendendas lucernas, vt videri poſſit in Eccleſia ad legendum.Et in regula Sancti Bened. *c.* 14, dicitur ,vt Veſperæ eo tempore cantentur, quo non ſit opus lucerna ,& iam decurſu tēporis ſolent dici tempore deſignato ad Nonam, atque adeo in hoc eſt magna varietas, quæ ortum habet à tam vario nomine Veſperarum. poſſent enim ſignificare crepuſculum noctis pro tempore illi proximo ab hora ſecunda poſt meridiem vſq; ad initium noctis. vide Durantum *lib.*3.*de ritib.c.*11, & Suar, *c.*15.*lib.*4.*de orat.*

5 Dico 4.Completorium ſic dictum, vt putat Hugo Victorinus *l.*2.*de Diu. Off.*quia in eo complentur, quæ vſq; ad dormitionem explenda ſunt, poſt Solis occaſum,noctis initio dici ſolebat; & probabile eſt etiam dici intra crepuſculos noctis,vt ex hymno *Te lucis ante terminum* poteſt deduci;verum ordinarie ſtatim po t Veſperas dicitur,& in æſtate ante occaſum Solis. Sed in his omnibus cōſuetudo eſt obſeruanda, quæ varie potuit induci in varijs Regionibus.ita Suar. *d.c.*15. *num.*9.& ſupponunt alij Recentiores, vt videre eſt apud Bonacinam *diſp.* 1. *quæſt.*3.*pun.*3.per totum.

QVÆRES.

An ſit mortale non recitare in Choro horas ſtatutis temporibus.

6 RESp.de ſe eſſe mortale;verum in particulari attendenda eſt conſuetudo,& vſus, ita vt non fiat nimia anticipatio,ſeu dilatio, v.g.recitando Matutinum poſt meridiē, vel Cōpletorium ante prandium. ita Nauarr. *c.*3.*de orat.à num,*22.Sylu. *v.hora, q.*6. Angel' ibi,& alij, quos ſequitur Suar. *d.c,*15.*à nu.*12.& probabilis eſt ſententia,quam etiam ſequunt.Leſſ.*l.*2.*c.*37. *du.*12,*num.*78.Reginal.*lib.*18. *nu.*180. Filiucc,*tra.*23. *c.*6.*q.*12, Caſtrop.*pu.*5. *diſ.*3.*num.*1,

7 At puto longe probabilius nō eſſe graue peccatū anticipare,vel poſtponere in Choro notabiliter horas, niſi fiat ex conſuetudine,& vſu,aut graue ſcādalū generetur,quod rarò accidet, quia licet,vt vult Suarius hęc circumſtantia præcipiatur, nō tamen accipitur cum tāto rigore. ita poſt Gaetan. *v.hora,c.*4. Valen.*to,*3.*du.*6, *q.*2.*pu.*10, §. *quo tempore ver. eſt autem.* Bonac. *diſ.*1.*q.*3.*pu.*3.*n.*7,Sanch.*l.*7.*c.*2. *du.* 42, Laym.*l.*8,*tr.*1.*c.*6.& alij, quos ſequit. Diana *reſ.*14.*p.*1.*de Horis Canon,*

8 Aduertūt tamen cit.DD.cū Suario poſſe Prælatum ex iuſta cauſa, vt ſi eūdū ſit ad Proceſsionē, diſpēſare ad anteponendū, vel poſtponēdū Officiū,ſed nō poterūt in perpetuū id ſtatuere,vt Sanchez bene notat *lo.cit*

DISPVTATIO IX.

De obligatione recitādi diuinū Officium priuatim ratione ordinis, vel ſtatus?

QVÆRES I.

An, & quo iure Clerici teneantur ad Officium Diuinum?

1 RESp.omnes,& tantum Clerici in aliquo ordine ſacro conſtituti tenen-

tenētur iure eccleſiaſtico,tum quoad ſubſtantiam recitandi Officium,tum quoad determinationem.

Prima pars prob. *ex cap. 1. de celebr. Miſſ.* vbi quamuis ſecundum probabiliorem opinionem de Sacerdote, etiam nō beneficiali loquatur, & explicetur obligatio recitādi priuatim Officium, conſuetudine tamen Diaconis,& Subdiaconis eſt extenſa.

2 Quod autem hi tantùm ſint obligati, prob. quia Clerici in minoribus ad id non tenentur, cum nullum in iure ſit circa illos præceptum. *nam cap. dolentes de celebr. Miſſ.* ibi *Dolentes referimus, quod non ſolum quidam minores Clerici, verum etiam aliqui Eccleſiarum Prælati &c.* non facit cōtra nos, cum ly *minores* ponat comparatione Prælatorū,& ſic etiam veniunt Diaconi,& præterea illud Caput non imponit nouam obligationem, ſed explicat impoſitam, aut Clericis in ſacris, aut in minoribus beneficium habentibus.

3 Immò neq; tenentur recitare Officium paruū B. Virginis, vel Pſalmos Pœnitentiales, vt putant aliqui, nec Iure Diuino naturali,neq; ex conſuetudine, quamuis, & poſſit induci, & ea poſita poſſit Epiſcopus cogere Clericos ad Officium recitandum, at is nō poterit, nec ante ordinationem per modū pacti, nec poſt ordinationem minorum Ordinum onus recitandi Officium paruum &c. imponere, quia hoc excedit eius poteſtatem, niſi tantum ter, aut quater. ita Suar. *d. c. 16. n. 14. &* 15, cui adde Valen. 2. 2. *d. 6. q. 1. pu.* 10. §. 2. Azor. *lib.* 10. *c. 5. q.* 3.

Quamuis contra ſentiant Bonac. *diſp. 1. q. 2. pu. 3. n. 2.* Caſtrop. *pu. 1. diſ. 2. nu.* 4. ſed quæ addunt, parum vrgent ad probandum poſſe Epiſcopum hoc onus imponere Clericis.

4 Prob. 2. pars quod tantum iure eccleſiaſtico teneantur, quia nō tenentur Iure Diuino poſitiuo, cum non inueniatur ſcriptum, aut per traditionem aſſignatū, neq; Iure naturali, aut connaturali ipſi ordini, quia non poteſt aſſignari, vnde hoc proueniat, cū character etiā in minoribus ordinibus, vt probabilius eſt imprimatur, & Subdiaconatus antea non erat Ordo Sacer?

5 Confirm. quia ſi Papa diſpenſet cū aliquo, ne officium recitet, quod omnes aiunt poſſe facere, non poteſt aſſignari ad quid recitādum de diuino Officio obligetur, vel quoties: ſed ſatisfaciet obligationi naturali per alias orationes vocales, aut mētales iuxta ſupradicta de Oratione in communi, ex vi enim ordinis ordinantur ad ſua Miniſteria. Eſt iam communis ſentētia Theolog. Palud. 4. *d. 5. qu. 5.* Maior *q. 22,* & aliorum & poſt Suar. Caſtrop. *pu. 1. diſp. 2.* & alij paſſim.

Quid autem dicendum de Clerico per metum, aut vim, aut ante pubertatem ordinato, vide *lib. 7. de matrim. diſp. 29. & 30. apud me.*

Vnde patet hanc obligationē recitandi Officium poſſe conſuetudine legitime præſcripta tolli, minui, & variari, quia circa ea, quæ ſunt de iure poſitiuo, poteſt conſuetudo talem vim habere, vt late oſtendi *ſupr. tra. 1. lib. 3. de reu. deb. loc. Sacris diſ. 8.* at non poteſt tollere, quin aliquas orationes fundāt iuxta naturalē obligationem.

QVÆRES II.

An Religioſi, & Moniales ad Chorum Deputati, qui non ſunt in Sacris, teneantur ad Horas Canonicas priuatim recitandas, quando eas in Choro non recitant.

6 Reſp. affirm. idque haberi ex conſuetudine, quę eſt accepta cum eo rigore, vt peccent mortaliter Religioſi Profeſſi (non loquor de Nouitijs, aut Laicis, qui ad id non tenētur) ſi Officium non omittant, eo modo, quo ordinati in Sacris; ratio eſt, quia nō poteſt dici ad id obligari iure Diuino naturali, nam cultus Dei poteſt alijs modis exhiberi; nec prouenire ex lege iuſtitiæ, qua Religioſi ob id, quod à Chriſtianis alantur, tenentur Officiū recitare, cum nō determinētur

Digitized by Google

tur ad hanc potius actionem, quam ad illam, & licet Conuentus teneatur ad Chorum ratione communitatis, at ſinguli non obligantur ex vi præcepti, vt ſupra dictũ eſt. ita Suar. *lib.*4. *c.*17. vbi citat Sylu. *v, hora. q.*2. Nauar. *c.*7. *de orat.* Durantũ *lib.*3. *de rec. c.* 22. *n.*5. & alios, quibus adde Valen. Vaſq. Azorium: quos citat, & ſeq. Caſtrop. *pun.*1. *§.*3. *nu.*1. *diſ.*2. Belloch. *prax. de Caſ. reſer. p.*2. *q.*15. *nu.*8 Layman. *lib.*4. *tr.*1. *c.*4. Reginal. *to.*2. *l.*18. *c.*12. *n.*140. & per plures, quos citat Diana *reſ.*17. *p.*1. *tract.*12.

7 At Gaetanus ait de hac cõſuetudine nihil Scio. Medin. *Cod. de orat. q.*7. & Armilla *nu.*4. *ver. hora.* quos citat Suar. dubitãt. Vegha tantum ſententiam Suarij probabiliorem vocat dicens, quod ad hoc, vt cõſuetudo obliget ad mortale debet induci cũ hoc animo, & non per ignorantiam, quæ doctrina veriſſima eſt, vt aliàs dixi, & Alphonſus de Caſtro *lib.*1. *de leg. pœn. c.*8. negat Fratres Prædicatores teneri ſub mortali ad Officium (teſte Diana *loc. cit.*) niſi alantur de Decimis, quæ certe limitatio, vt ex dictis cum Suar. *nu.*6. patet, non affert neceſſitatẽ diſcẽdi, eſſe mortale nõ recitare, ſi alantur de Decimis. Emman. Sà. *ver. Hora Canon. n.*1. *in Edit.* genuina non correcta putat probabile non eſſe conſuetudinem obligantem ad mortale, id docuit etiã Bordonus *cõſ. regul. reſ.*30. preſertim de monialibus.

8 Quid ego in hac quæſtione ſentiã, eſt, quod tutius ſit, & pijs omnibus conforme, Officium Diuinũ recitare, vt bene Suarius notauit; vtrum autẽ cum tanto rigore inducta ſit hæc cõſuetudo, mihi non conſtat, cum alij cõmuniter aſſerant; alij negent, quare docti videant, non enim audeo cõtra tot D.D. quippiam decernere, & Religioſos ab hoc onere liberare, vt etiã fecit Raphael Torre 2.2. *cõtr.*6. *diſ.*2.

9 Ea autem poſita longe probabilius eſt, quod ait Suar. & alij comm. cõtra Aragon. 2.2 *q.*83. *ar.*11. *dub.*4. peccare mortaliter toties, quoties omittunt, nec excuſari ſi ſemel omittãt, aut bis; ſed nõ eſt eadem ratio, ac de Clericis in Sacris, in his enim id multo certius eſt; nam hæc obligatio in Religioſis primo, & per ſe eſt ad Chorũ, in illis eſt, vt Officium recitent, tãquam penſum diurnum; & licet loco Chori ex conſuetudine teneantur Officium dicere priuatim; tamen ſicut in probabili ſentẽtia poſſunt abeſſe à Choro aliquoties abſq; pecc. m. ita poſſet dici, quod tunc poſſet omnino liberari onere; ſed hec dicta ſunt argumẽtandi gratia: nam Suarij ſententia, videtur admittenda, cum ſit cõmunis.

10 Id veriſſimum puto, quod ex Suarij doctrina de legibus, & ex dictis in hoc opere, & ex his, quæ *de matr. lib.*7. *diſ.*4. dixi patet; poſſe per contrariam conſuetudinem hanc obligationem tolli, ſi cętera requiſita ad eam valide conſtituendã concurrant non ſolũ in omnibus religioſis in cõmuni, ſed in aliquo Cõuentu, etiam in particulari per lapſum decem annorum, cum nõ ſit Iuri communi, quod nihil de hoc ſtatuit, vt vidimus, contraria.

QVÆRES III.

An Religioſus Profeſſus ad Chorum, ſi extra Religionem viuat, teneatur ad Officium ſiue ſit eiectus ob incorrigibilitatem, ſiue fugitiuus, ſiue damnatus ad triremes, aut per Pontificis diſpenſationem, vel ex iuſta cauſa.

11 Reſp. affir. quia in his Caſibus Religioſus non mutauit ſtatum, ſicuti mutaret ſi ex Profeſſo ad Chorum, fieret alterius Religionis, vbi nõ eſt Chori conſuetudo, vel Frater Laicus ſeu Conuerſus, in quo caſu non tenetur. Ergo licet ſit impeditus à Choro, tenetur Officium priuatim recitare. ita Suar. *d. c.*17. *à n.*7. ſeq. Caſtrop. *pu.*2. *diſp* 2. *§.*3. *nu.*3. Rodriq. 1. *p. c.*141. *n.*14. Molfes. *ſum. tr.*7. *c.*4. *nu.*46. Laym. *lib.*4. *tr.*1. *c.*4. *nu.*2. Lezana *t.* 1. *ſum. c.*12. *nu.*3. & 4. Pellizar. *to.*1. *man. reg. cap.*8. *tr.*3. *num.*57.

Digitized by Google

12 Sed contrariũ putat Sotus *de Iuſt. lib.*10.*q.*5.*ar.*5.& Azor.1.*p. l.*10. *cap.*6. de eo, qui habet diſpenſationem, vt perpetuò viuat extra clauſtra, quia cum iam ſit liber à Choro, veluti permanenter non eſt cur ad illam obligationem adſtringatur, quod eſt valde probabile, licet Suario diſpliceat; ſed placet nouiſſime Pellizario. *l. cit. nu.*58. quamuis longe probabilius ſit, quod diſpenſatus ad tempus viuere extra Monaſteriũ teneatur ad horas; tamen nõ eſt improbabile non teneri ſi tempus ſit longum, nempe maius ſex menſibus, vt cum Sanchez docui *l.*7.*de matr.diſ.*19. *&* *lib.*3. *d.*23. *&* 18. quia militat dicta ratio. nec obſtat ratio Pellizarij; nimirum quod aliàs Religioſus Profeſſus, ſi non eſt in Sacris, & iter faciat nõ teneretur ad horas: quia ſi eſt per longum tẽpus iter, admittam vltro: contra vero ſi eſt per breue tempus: verum etiam quoad hoc debet attendi cõſuetudo, & quoniam Suar. *l.*3.*c.*6.*n.*12,*t.*4. putat eiectum non teneri ad horas ductus hac ratione, quia in his, nec conſuetudo poteſt oſtendi, nec conſuetudo inducta in Religione poteſt obligare extra Religionem, fauet etiam noſtræ ſententiæ in omnibus poſitis caſibus, vt etiam tenet Caramuel, *in regul. Sancti Benedicti diſ.* 117. *numer.* 1443. quid dicendum de ordinato in ſacris ſi ſit damnatus ad triremes infra habes. *diſ.*15.

De alijs vero quod non teneantur, tenet Bonac, *p.*2.*diſp.*1.*q.*2. & Diana *de Horis Can.p.*1.*reſol.*18. de fugitiuo, & ſane videtur probabile, cum hæc obligatio nõ ſit inducta, niſi dum Religioſus eſt in ſtatu, in quo poteſt Chorum adire, quando non habet ſacros Ordines. vide quę dixi *lib.*8. *de matrimonio diſp.*8. cum Sanch.

***

(:+:) (:+:) (:+:)

DIPSVTATIO X.

De obligatione recitandi Officium ratione beneficij.

QVÆRES I.

An omnes Beneficiati, etiam ſi nec Religioſi ſint, nec in ſacris cõſtituti, teneãtur ad horas Canonicas, & quo iure?

1 RESp.affirm. nam quodcumque Beneficium datur propter Officium recitandum, etiam ſi habeat aliud onus annexum. v. g. Epiſcopus, non obſtante, quod habeat curam animarum; tenetur ad Officium, vt Parochus &c. ita ſumitur ex Concil. Later. ſub *Leone X. ſeſſ.* 9. *de reformat, Curiæ. §. ſtatuimus.* & ex Bulla Pij V. anni 1592. vt omittam *cap. ſi quis Presbyter, diſ.*92. *cap. quod à te. & cap. diuerſis, de Cler. coniung.* quibus aliqui vtuntur; nam loquuntur de obligatione generali ſeruiendi in Eccleſia, & quãuis nullibi in Iure Canonico expreſſe habeatur ea inſtitutio; tamen ſufficit cõſenſus vniuerſalis Eccleſiæ, ex Soto. *lib.*10. *de Iuſ.q.*5.*ar.*3.

2 Vnde poſita Eccleſiæ inſtitutione ſequitur in Beneficiarijs obligatio recitandi Officium ex Iuſtitia, quia niſi Eccleſia inſtituiſſet recitationem Officij in his, nulla poſſet ratio aſſignari, cur ratione iuſtitiæ obligarẽtur ad hanc determinatam actionem, cum ad obligationem iuſtitiæ requiratur formale pactum, vel virtuale, quia ſcilicet ſumo ſpõte Beneficium, cum quo ſcio Eccleſiam adiunxiſſe obligationem recitãdi Officiũ. hæc Suar. *c.*18. *lib.* 4. *de Horis Can.* & ſequuntur omnes fere Recentiores.

3 Bene verũ eſt, quod quamuis Clericus plura habeat beneficia ſemel tãtum in die tenetur Officium dicere, nam Eccleſia cuius eſt aſſignare onus Officij hoc tantum modo obligauit beneficiarios, & hac poſita inſtitutione ipſi etiam ob plura ſtipendia, ſeu fructus beneficiorũ ſatiſfaciunt pluribus

Digitized by Google

ribus obligationibus vnico Officio; quia licèt incertum ſit, an vnica oratione æque pro pluribus, quoad impetrationem ſatisfiat; tamen ſatis eſt vt illa precatio pro vt fit in perſona Eccleſiæ, ſit magnæ efficaciæ; nam nõ tenetur æque, ſeu totaliter totam Eccleſiæ auctoritatem ad impetrandum interponere: ſicuti Sacerdos Religioſus habens beneficium, vnicum tantum Officiũ tenetur dicere, ita etiam qui plura habet beneficia, etiam ſi iniuſtè poſſideat, ad plura officia recitanda non tenetur; ſed tãtum immediate tenetur illa omittere. eſt cõm. ſent. D. Th. *quodl.* 1. *a.* 13. Palud. 4. *d.* 15. *q.* 5. Maior. *diſ.* 12. *q.* 6. Ferrar. *de Hor. Can.* & poſt Suar. *d. c.* 18. *à n.* 6. Caſtrop. *diſ.* 2. *p.* 1. §. 2. *nu.* 27. Garz. *de beneſ.* 3. *p. c.* 1. *num.* 100. & alij plures apud ipſos, quidquid in contrariũ aliqui sẽſerint.

QVÆRES II.

An Beneficiarius, qui tantum habet titulum beneficii, & non poſſeſſionem, teneatur ad Officium?

4 RESp. negatiue. niſi per ipſum ſtet, quod nõ habeat poſſeſſionem: ratio eſt, quia non cenſetur in iure haberi beneficium, niſi poſſeſſio pacifica habeatur, aut niſi per ipſum ſtet, quominus habeatur; tũc enim ſi malitioſe, aut nimis negligẽter ſe habeat ad poſſeſſionem habendam, tenetur officiũ recitare, quia Eccleſia non debet priuari officio propter culpam beneficiarij; contra vero ſi moralem adhibet diligentiã, non tenetur, etiã ſi poſtea receptur' ſit fruct' correſpondentes illi tempori, quia hoc eſt per accidens.

5 Vnde ſi quis per litem impeditur à poſſeſſione Beneficij, multo minus ad horas tenetur; nam ſi alter litigãs poſſidet pro tunc, ille tenetur, ſi non poſsidet, & putat ſe iuſte impedire alium, neuter tenetur, cum non ſit maior ratio de vno, quam de alio; at ſi iniuſtè impedit poſſeſsionem, debet Officium recitare, vt Eccleſiæ detrimento ſatisfaciat. ita Suar. *lib.* 4. *c.* 19. *à num.* 7. ſequitur Filiucc. *cap.* 5. *n.* 160. Paul. Squill. 1. *p. dub.* 20. Caſtropal. *diſ.* 2. *pun.* 1. §. 2. *à n.* 23. Leſsius *l.* 2. *c.* 24. *dub.* 30. *num.* 167. *ver. altera tamen.*

6 Addo etiam Henriqu. Vegam. Gauantum, Pariſium, Maldon. & alios, quos citat, & ſequitur Diana *reſol.* 21. *de Horis Canon. p.* 1. qui re vera idem dicunt, quod Suarius, nempe requiri pacificam poſſeſsionem, non quia putet ſic, quod ſi adepta poſſeſsione pacifice de beneficio lis moueatur, non teneatur Beneficiarius recitare, nam id expreſſe docet *nu.* 10. ibi. *præterea, vel alius litigans poſſidet beneficium, vel neuter, ſi alius poſſidet, ille tenetur pro tunc recitare &c.* & in hoc ſenſu etiam intelligit Suarium, Bonacina *d. quæſt.* 2. *pun.* 4. *num.* 26. *ver, dixi, dum nullus poſſidet*: vbi bene addit, poſsidentem teneri, etiam ſi fructus fuerint nomine ſequeſtri depoſiti per Iudicem, vt etiam docet Garzias *l. cit. num.* 104. *fine.*

QVÆRES III.

An iuſtè poſſidens beneficium, & fructus non recipiens teneatur recitare Officium?

7 RESp. affirm. ſi ſit moralis ſpes recipiendi fructus poſtea, vel ſi acceptat beneficium, & adminiſtrationem cum onere ſoluendi integros fructus in penſionẽ alicuius, ſiue ſpõte acceptet, ſiue à Papa per obedientiam cogatur. Ratio eſt, quia hic habet adminiſtrationem beneficij, & tenetur ad alia onera: ergo etiam ad hoc onus recitandi Officium, nec refert, quod fructus breuiori, vel longiori tempore ad ipſum proueniant, dummodo moraliter certus ſit, quod eos ſit habiturus, aut quod ſponte acceperit, vel per obedientiam Papæ, quia poſito, quod habeat adminiſtrationem beneficij, ſemper habet aliqua emolumenta, & ſi nolit inſeruire, ſibi imputetur, quod non habet hæc emolumenta, & ideo tenetur, ad Offi-

Officium. ita Suar. *l.4. cap.20. ad n.6.* & præter Cordub. Palud. Medin. & alios, quos ipſe citat,ſequitur Vaſqu. *de Benef. cap.4. §. 1. dub.6.num.26.* & ſequ. Garzia *de Benef.3.p.cap.1.à n.64.* Caſtrop.*diſ.2.p.1.§.2.à n.11.* Pellizar. *tom.1.man.reg.cap.8.tract.5.à nu.190.* Reginal.*lib.30. num.30.* Quod ſi eius anteceſſor tantum conſenſit in penſionem, non tenetur,quando nullam habet adminiſtrationem,ſed tantum titulum.ſic Garzia *loc.cit.num.59.*

8 At ſi quis adminiſtrationem non habet, vt quia Beneficiarius reſeruauit ſibi fructus omnes,& adminiſtrationem Beneficij de licentia Papæ,& tantum titulum in illum tranſtulit, non tenetur, cum tota obligatio remaneat apud Penſionarium, ſeu reſignantem, & ille nullam habeat adminiſtrationem, nec vtilitatem. ita cum Suario, Garz.*lo.cit.à num.55.*vbi plures refert Filiucc.*tr.23.c.3.nu.161.*

9 Quamuis Bonacina putet probabiliter defendi poſſe Reſignatarium teneri ad Officium recitandum in ca u predicto, quia iam habet titulũ, & eſt vere Beneficiarius, & ſane ea ſententia retenta,ſequitur, quod tuta conſcientia reſignans non teneatur ſequendo Suarium,& alios,nec etiam reſignatarius, qui poteſt ſequi hanc opinionem probabilem, & Papæ erit aſſignare,quis nam debeat recitare; ſed quod diximus,ex Suario eſt valde commune,& rationi conforme.

QVÆRES. IV.

Quid ſi nullam habet ſpem fructus recipiendi an teneatur ad horas.

10 Reſpondeo hoc fieri poſſe pluribus modis.

Primo,ſi per iniuſtitiam, & coactionem priuetur fructibus beneficij, ita vt ablatio fructuum videatur perpetua.

In hoc caſu non tenetur Officium recitare, quia eſt,ac ille,qui ſtipẽdium non habet,vt facile poſſet accidere in Beneficiatis exiſtentibus inter hereticos,occupantes bona Eccleſiæ. Si vero non habet ſpem recuperandi fructus amiſſos, tantum pro aliquo tempore v.g.ſi abſtulerunt trium annorum, & ſciat quod hos nunquam habebit; ſed alios annorum ſequentium, tenetur, ſicuti tenetur ſi aliquo caſu fortuito v. g. ſterilitate &c. fructus non perciperet; quia ſi Beneficiatus eſſet Curatus, non propterea liberaretur cura adminiſtrãdi Sacramenta,& Officium: ergo neq; liberãdus eſt à recitatione horarum. ita Suar.*c.20.à n.15.lib 4.*

11 At merito ait Contrariam opinionem eſſe tutam nimirum non teneri, ad Officium,qui per iniuſtitiam, aut vim fructus amittit, & non ſperet illos recuperare; quia cum nullum ſit pro eo tempore ſtipendium, aut ſpes eius, non eſt æquum, vt ad onus teneatur. ita poſt Nauarr.Gaet. Medin. quos citat Suarius, docet Vaſquez *de Benef.cap.4.§.1.dub.6.nu.31. & 32.* Garzia alijs relatis,*3.p.cap.1.num.3.§.* Valen.*diſp.6.q.2.pun.10.§.7.* Caſtrop. *diſp.2 p.1.§.2. num.18.*

12 Qui optime in caſibus poſitis à Suar. *num. præc.* putat non obligari Beneficiarium etiam ad alia onera, niſi à fidelibus, vel ab Epiſcopo alia via ſibi ſubminiſtretur ſubſidiũ, cum nõ habeat niſi ſolum titulum pro eo tempore,quidquid ſit, an anno præterito, vel ſequenti fructus abundantes fuerint collecti.

13 Quam doctrinam omnino intelligendam puto, quando Beneficiarius non habet ſufficiens ſubſidium de fructibus collectis annis præteritis; ſiue bene, vel male erogauerit: nam ſi adhuc habet vnde ſufficienter viuat, tenetur, quis enim dicat te non teneri hoc anno ad Officium recitandum,ſi vinea v.g.quæ reddebat mille aureos pro beneficio fuit ab hoſte cõſumpta,ſeu cõbuſta,at habes pecuniã ſufficientem anni præteriti,iam enim verificatur,quod de fructibus beneficij viuas, & in hoc ſenſu Suarij ſentẽtia veriſsima eſt.

Secundo modo, ſi culpa Beneficiarij fructus Beneficij amittantur.

14 IN hoc caſu communis ſententia Theologorum, & Canoniſtarum eſt, non excuſari à recitatione Officij, vt ſi ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus ob delictum, vel ſi non vult reſidere, aut denique ſi non poteſt frui fructibus, quia adhuc non eſt capax, v.g. propter ætatẽ ad adminiſtrationem Beneficij; quia non eſt æquum, vt Eccleſia priuetur ſuo ſeruitio ob voluntatem, vel iniquitatem Beneficiarij, quamuis is per alium, vt per Vicarium ex diſpenſatione, aut conſuetudine adminiſtraret officiũ, quia obligatio recitandi eſt perſonalis. ita Suar. *lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 12. 13. & 14. & ſequuntur cit. DD.

15 Quamuis aliqui putent in hoc vltimo puncto dum per alium adminiſtrat, & nullam habet vtilitatem beneficij, non teneri, vt docent Angelus, & aliqui Thomiſtæ, & Suarius vocat veram, cum ſuam veriorem dicat, & vere eſt talis ob dictam rationem.

16 At Sanchez, quando ſuſpenſio eſt, ad aliquod tempus, dum fructus non percipit, putat probabiliter non teneri, adducens Henriqu. ita dixiſſe, quia ſi eſſet in perpetuum ſuſpenſus, non teneretur; ergo etiam ſi ſit ad tempus.

Quod ſi Beneficiarius abſque ſua culpa non reſideret, ſed ſit diſpenſatus cauſa ſtudiorum v. g. tunc non tenetur, quia vt ſuppono, non habet fructus, nec eſt ſua culpa. ita Sanch. *dub.* 72. *l.* 2. *cap.* 2. *conſ.* vbi plures citat, & eſt iuxta Suarium, vt ex ratione tradita deduci poteſt à cõtrario ſẽſu.

17 Similiter, nec tenetur iuxta Sanchez, & alios *dub.* 73. ſi per ſimoniam, vel aliquem titulum redditur nulla Beneficij collatio. Sed ego oppoſitum puto, quia ſi non tenetur ob beneficium, ſaltem vt damnum Eccleſiæ recompenſet, quæ fruſtratur Officij recitatione, dum hic poſſidet beneficium; licet probabile ſit in eo caſu poſſe per tertium ſuppleri, vt docet in re ſimili Bonac. *diſ.* 1. *quaſt.* 2. *pun.* 4. *num.* 24.

Vnde bene infero, quod ſi Beneficiatus ſit irregularis poteſt fructus percipere; cum talis collatio non ſit irrita ſecundum probabilem opinionem Caſpenſis *in curſu Theolog. to.* 2. *tract.* 25. *diſ.* 5. *ſec.* 3. *num.* 23. Machardi *de perf. conſ. t.* 1. *lib.* 1. *par.* 3. *tract.* 15. contra Pellizarium *man, reg. t.* 1. *tr.* 5. *cap.* 8. *num.* 190. circa medium.

Tertio modo, ſi aliqua conſuetudine non percipiantur fructus beneficij primo, vel ſecundo anno,

18 CAſus iſte poteſt accidere, quando in Eccleſia aliqua vigeret cõſuetudo, vt fructus beneficij pro aliquo tempore v. g. pro vno anno darentur Epiſcopo, vel alij Prælato, aut ſi fruct' diſtribuerẽtur inter alios Canonicos, ſeu Beneficiatos (quæ conſuetudines reprobantur à Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 14. & à Pio V, *in extrauag, Durum*) vel ſi conſeruentur fructus ipſi Beneficiato, vt de illis teſtari poſſit, aut vt pro ſua anima applicentur, vel denique ſi ex conſuetudine dentur alicui loco pio, vt Hoſpitali &c. quæ duæ conſuetudines non ſunt reprobatæ, nec per Pium V. nec per Concil. Trident. vt de priori declarat Sacra Congratio Cardin. & de hac poſteriori aperte patet ex Concil. Trident. & Pio V. aperte eam approbantibus, & *Extrauag. ſuſcepti* Ioan. 22. *ſecunda de elect.* per quam omnes iſtæ conſuetudines ſunt reprobatæ, & ad ſummum dimidia pars fructuum debet remanere Beneficiario, per contrariam conſuetudinem abrogata eſt.

19 In his inquam omnibus caſibus, ſi alicubi eſſet talis conſuetudo, tenetur Beneficiarius ad diuinum Officiũ, pro eo tempore recitãdum, quia vel habet alia cõmoda, nẽpe diſtributiones, vt in primo caſu, vel expectat recipere fructus Canonicorum poſt

ipſum

ipſum eligendorum, quando iuſte, & honeſte poſſet illorũ fruct' recipere; nam ſi tenetur ad reſtitutionem, nec Eccleſia intendit illum obligare ad Officium; probabile videtur non teneri, ſicuti nec ſi cogeretur reſidere, & diſtributiones non haberet, vt dixerunt aliqui, quos *n.*11 ſup. retuli. At Suarius putat probabilius ſemper teneri, vt ex dictis *num.*10. conſtat, & ſolum *in nu.* 7. dicit videri probabile. *& num.* 8. ait *non teneri iuxta dicta nu. praec.* nempe probabiliter, at quia ſe remittit ad infra dicẽda, iam quid ſentiat ibi, aperit, quod ego *num.*10. dixi. vnde Caſtrop. *diſ.*2. *pu.*1. §.21.17. non debuit abſolute dicere Suarium illam ſententiam docuiſſe *num.*7. *huius cap.*20 *& num.*15. *&* 16. oppoſitum ſenſiſſe.

20 Quod autem teneatur recitare Officium in vltimis duabus conſuetudinibus. prob. quia in priori caſu non eſt ablatio fructuum; ſed dilatio, ſeu potius conſeruatio ad Canonici vtilitatem, etiam ſi diſtributiones interim negentur (quæ iuſte ex vi cõſuetudinis negari non poſſunt) in poſteriori vero iam Beneficiarius ſuſcepit beneficium eo onere, & expectat fructus anni futuri, qui cenſentur correſpondere annis præteritis. hæc Suar. *cap.*20. *à nu.*6. *ad* 12. cui addo Leſsium *lib.*2. *cap.*34. *num.*170. Garziam *de beneſ. cap.*1. *nu.*76. quem citat Caſtrop. *loco cit.* Bonac. *diſ.* 1. *de Horis Canon. q.*2 *p.*4. *num.*23.

21 Sed placet mihi omnino, quod ſi diſtributiones non habeantur in his duobus vltimis caſibus, non teneatur Beneficiarius, nec ad Officium, nec ad alia onera, cum re vera non habeatur ſpes firma alicuius futuri emolumenti; in quo caſu omnes cõcedunt teneri, vt bene aduertit Suar. *d. cap.*20. *num.*15. & Caſtropal. *loc. cit. ver. Placet mihi.*

(:†:):(:¶:):(:†:)

QVÆRES V.

An habens Beneficium tenue teneatur ad Horas?

22 RESP. cum diſtinctione, ſi beneficium ſit adeo ſimplex, vt ad nullum aliud ſeruitium obliget præter quam ad Officium Canonicum recitãdum, obligabit moraliter, quia cum Clericus tantum occupetur per vnam horam ad recitandum officiũ, non poſſunt moraliter eſſe adeo tenues redditus, vt deobligetur ab officio, cum iura indiſtinctè loquantur, quod beneficium detur propter officium; ſed beneficium quamuis tenue, verè beneficium eſt; quia confert ius ſpirituale, & habet omnia Priuilegia conceſſa Clericis habentibus beneficium; vt quod poſsint ordinari ab eo Epiſcopo, vbi eſt beneficiũ, &c. & ſicuti in iure ſuſpenſus à beneficio, ab omni etiam tenui intelligitur ſuſpenſus; ita dum habet beneficium; atque hanc ſentẽtiam amplectuntur communiter Doctores abſolute docentes, etiam tenue beneficium obligare ad officium quotidie dicẽdum, vt ſunt Canoniſtæ *in C. Clericus d.* 91. Nauar. *cap.*7. *de orat. num.*27. Couarr. *lib.*3. *var. cap.*13 *num.*8. Albert. Ferrarijs *in tr. de Horis Canon.* & alij multi apud Recent. & idem dicendum puto, nempe teneri, quãdo Beneficium eſt ſufficiens ad 3. par. ſuſtentationis; ſed quia Beneficiatus ob aliquam cauſam per alium miniſtrat v.g. quia non eſt adhuc Sacerdos, & debet per alium Miſſam dicere &c. non habet ſufficientem ſuſtentationem, ita fuſè Suar. *cap.*21. *l.*4. *nu.*10. Caſtrop. *ver.*2. *infero.* & alij.

23 At ſi beneficiũ obliget ad alia eccleſiaſtica ſeruitia, & emolumẽtũ cũ ſit adeo tenue, vt vix ſufficere valeat ad ſuſtẽtationẽ, quoad 3. vel 4. partẽ; tũc non tenetur Beneficiarius ad horas, quia ea pars poteſt reputari data ob alia ſeruitia; nam licet Eccleſia poſſet propter ſolum titulũ imponere onus officij, tamen non creditur ita fuiſſe.

Et hæc ſententia eſt tuta in praxi, & ſpeculatiue probabilior, vt bene ait Suarius *c.21.à.nu.9.* conſentit etiam Vaſquez *de ben.f. c.4.§.1.dub.5.*

24 Vnde miror Caſtrop. *diſp.2.p.1.§.2. num.9.*& Bonacinam *diſp.1.q.2.pun.4. num.19.*Dianam *reſol.12. de Hor. Can.* citare abſolute Suarium pro ſententia affirmante teneri ad officium, cum debuerit aduertere Suarium loquutũ fuiſſe ſub tradita diſtinctione.

25 At contraria ſententia, quæ abſolute ait non teneri, quando Beneficium eſt tenue, nimirum cum non peruenit ad ſummam triginta aureorum annuorum, vt putat Suarez, & Caſtrop. vel ad decem aureos, vt putat Sotus, vel ad 15. vt vult Leſſius; vel non ſufficit ad tertiam partem mediocris ſuſtentationis alicuius Clerici vulgaris vt vult Malder. *in 2.2.D.Thom. tract.* 10. *cap.2.dub* 3. quod eſt etiam iuxta Suarium *d.c.21.numer.2.* hæc, inquam, ſententia eſt probabilis, ſiue beneficium à principio fuit pingue, & factum eſt tenue, ſiue fuerit tenue initio, vt bene Suarius infert, ita Sotus *l. 10.q.3.ar.3.* ſequitur vt probabilem Leſſius *l. 2. c. 34.dub.31.*Rodriq. *tom.1.ſumm.c.* 140. *num.7.*Sanch. *l.2.cap.2. dub.* 66. & 67. Fragoſus *de regim. Chriſtianæ Reipub. parte 2. libro 10 diſputatione 22.§.4.* Diana *d.reſ.12.* vbi aduertit in hac ſententia non teneri Beneficiarium dicere aliquoties Horas Canonicas: ſed ſufficit ſi aliquas orationes dicat, vel alio modo Deum colat, ita ex Maldero docet Diana, & Suarius innuit inter rationes dubitãdi à ſe propoſitas *nu.7.* quid enim hic vir reliquit in tactum? Notat bene Pellizarius Dianæ placitum procedere, quamuis Beneficiarius habeat vnde viuat ex redditibus Eccleſiæ ob alia miniſteria infra dicenda.

26 Hinc patet eſſe dicendum in omnium ſententia teneri habentem plura beneficia tenuia, quæ vnum integrant mediocre, quia iam habet ab Eccleſia ſufficiens ſtipendiũ. ita Suar. *cap.21.num.11* quem ſequitur Garçia *3.p.cap.1.numer.39.* Caſtropal. *loc. cit. ver. quarto infero.*& Pellizarius *tom.1. tract.5.cap.8.num.189.*

27 In dubio tamen an beneficium ſit tenue nec neſputo recitandum, quia poſſeſſio ſtat pro beneficio iuxta tradita *lib.2.de matrim.d.41.*& tradit Caramuel *de conſ.dict.c 1 poſſ.3.reſ.*& poſt hæc ſcripta Bardi *d ſcep.6.§.12.num.8. de conſcientia* nec obſtat huic doctrinæ Salas *in 1.2.tract.8.diſp.vn.ſec.17. num.* 174. dicens in dubio non teneri, quia loquitur, quando quis eſt certus de tenuitate, at eſt dubius, num teneatur contra quem tenet Vaſq. *1.2.diſ.6. c.3.dub.* 11. putãs in hoc dubio teneri.

QVÆRES VI.

An qui habet redditus ab Eccleſia ſine beneficio teneatur ad Horas.

RESP. negat. eſt communis, & certa ſententia ex Turrecrem. *d.q. 1.quæſt.5.*

28 Vnde infertur 1. quod is, qui habet fructus beneficij per modum ſtipendij, vt ad Theologiam docendam, vel ad Campanas pulsãdas, vel habet pẽſiones titulo Clericali, ſiue laicali v.g. ob res geſtas parentum, vel ob gratitudinem, aut ob eleemoſynam durãte eorum vita, non tenetur ad diuinũ officium, quia nullibi hæc obligatio extat, vt notant citandi DD. & Suar. *cap.22.num.4.lib.4.*

29 Tantum qui habent penſionem, vt Clerici ſunt (quod tunc eſt quando requiritur in habente ſaltem prima tõſura, nec ſufficit ſi requiratur, quod ſit religioſus, vel alicuius militiæ) tenentur ad officium B. Virg. recitandum ex conſtit. Pij V. quæ vbique eſt introducta; quamuis ſi velint, poſſint officium diuinum recitare, & omittere illud B. Virg. & ſi ſint in Sacris poſsũt ſuæ obligationi ſatisfacere dicẽdo officium diuinum tantum. hæc Suar. *c.* 22. ex Medin. *q.7.de orat.* Nauar. *cap.7.* ibi *nu.25.* Gigas *q.30.de penſion.* & aliis ſequitur Garzia *de benef.3.par. cap. 1. à num.109.* vbi alios citat qui *num.* 117. bene addit, quod ſi penſionarius fiat

Miles

Miles Sancti Ioannis cum indulto retinendi penſionem, ſatisfacit præcepto recitandi officium paruum, ſi recitet Dominicas orationes, & Angelicas præceptas à ſua Religione; quia Pius V. obligauit ad officium eos, qui ad aliam orationem non erant adſtricti. ita etiam Caſtrop. *diſ.2.p.1.§.2. num.6.* Pellizarius *in man reg. to.1.c.8. tract.5.num.*200. idem dico ſi fiat religioſus conuerſus alterius Religionis: nam ſufficit ſi recitet orationes, quas loco officij alijs præſcribuntur: vtrum autem idem ſit dicendum de religioſis Societ. Ieſu dubium eſt; nam hi habent quaſdam orationes ſtatutas, & ſic ſunt ſicuti equites, & militat eadẽ ratio: ex altera parte hæ orationes nõ aſſignantur loco Chori, & probabile tamen mihi eſt eos ſatisfacere recitãtes orationes ſolitas in Soc. ſaluo &c.

QVÆRES VII.

An habentes Præſtimonia, Cappellanias, Commendas, Vicarias, Coadiutorias teneantur ad Horas Canonicas.

30 DIco 1. habens Præſtimonia tenetur recitare diuinum officium, quamdiu durat obligatio Pij V. & cõtraria conſuetudine ſciente Pontifice non eſt abrogata, quia ſic ipſe declarauit Præſtimonia compræhendi nomine beneficij, quamuis ſtando in iure cõmuni probabile ſit nõ eſſe beneficia, & ſic non obligare illa habẽtem ad officium Diuinum, quia ſunt veluti penſiones, nempe pactiones quædam à beneficijs abſtractæ, & datæ per modum ſubuentionis ad ſtudendum; licet probabilius ſit oppoſitum, quia eſt penſio cum titulo, & ſic beneficium. ita poſt Suar. Caſtrop. *loc. c. num.3* vbi citat Vaſq. *de benef.ca.4.§.1. dub.3.* & eſt communis.

31 Dico 2 habens Cappellaniam collatiuam, quæ ſcilicet non poteſt à Patronis laicis conferri, abſque collatione Eccleſiaſtici Prælati, tenentur ad Horas, ſicut etiam ſi Beneficium ſit factum ex Patrimonio, quia eſt verũ beneficium, & quamuis ob legitimũ impedimentum per alium adminiſtret Cappellaniam ad huc tenetur ad Horas Canonicas, quia eſt penſum perſonale.

32 At ſi Cappellania non ſit collatiua: ſed detur a laicis abſque Epiſcopi interuentu, dum in eo ſtatu durat, quia ſcilicet ex præſcriptione facta, non eſt collatiua, Cappellanus non tenetur ad Horas, cum non ſit beneficium. ita cum Suar. Perez de lara. *de Capella l.2. cap.6.num.15.* Garz. *1.p.c.2.n.81.* & alij plures, quos citat, & ſequitur Sanch. *lib.2.cap.2.dub.60.*

33 Vbi bene notat, quod ſi Papa, vel Epiſcopus illam cõferat, adhuc dicetur Cappellania non collatiua, quando teſtator illam fundauit independenter ab Epiſcopi collatione; niſi per præſcriptionem acquiſitum fuit Ius Epiſcopo illam conferendi, & eſt iuxta Suarij mentẽ. Similiter puto quod ſi Cappellania collatiua, fiat nõ collatiua ex præſcriptione Laicorum, nõ tenetur Cappellanus ad horas, etiam ſi idem ſit, qui habuit Capellaniam collatiuam, quod certe etiam manifeſte ſequitur ex tradita Suarij doctrina *nu. præc.* intellige dicta *num.31.* niſi Cappellania ſit tenuis non ſufficiens ad ſuſtentationem iuxta dicta *à n.21.*

34 Dico 3. habentes commendata Beneficia, quoad totam adminiſtrationem, etiam ſi non ſit talis commendatio perpetua, aut erecta in titulum beneficij, ſed ſit aliquod Beneficium, vt vocant Manuale, ſeu Cappellania ad nutum Prælati amouibilis, tenentur ad horas Canonicas, ſecus vero ſi tantum externa, & publica Eccleſiæ ſeruitia commendentur, tunc enim eis ſatis eſt Choro aſſiſtere, quãdo eſt opus, & alia externa exercere, niſi pactum expreſſum fecerint cum Beneficiato Eccleſiam commendante de recitando Officium; nam in tali caſu licet Beneficiatus ab onere Officij nõ eximatur, Commẽdatarius, vt ſubſtitutus tenetur ex iuſtitia ob pactum, & idem dico, nempe non teneri de

Cap-

Digitized by Google

Cappellano conducto à Beneficiario ad hoc, vt ipsũ adiuuet. ita Suar. *c.22. à nu.13. ad.17.* ſequitur Sanch. *l.2. c.2. dub.65.* vbi plures citat, Vaſquez *c.4. §.1. dub.3. de Benef.* Caſtrop. *d.2. pu.1. §.2. num.4.*

35 Ad cognoſcendum autem quando Commenda fiat primo, vel ſecundo modo, optimam tradit regulã Suar. *nu.15.* nempe quando fit ſubſtitutio ex propria voluntate Beneficiarij ad eius abſentiam ſupplendam &c. tunc eſt facta ſecundo modo, & ad officiũ nõ obligat ſubſtitutum. Si vero commendatur à Papa, vel à Prælato, ſeu eorum auctoritate, vel vnitur Religioni, etiam militari cum onere conſtituendi Vicarium ſiue perpetuum, ſiue ad tempus; vel ſi commendetur beneficium, donec Beneficiarius perueniat ad competentem ætatem, tũc eſt facta primo modo, & obligat ad Officium pro eo tempore, quo durat commenda.

36 Quam breuius tradit Caſtrop. *l.cit. num.4.* cum Garzia *de beneſ. 3.p.cap.1. num.106.* nimirum quando commẽdatur in vtilitatem ipſius Commendatarij tenetur, quia tunc diſponit de fructibus beneficij, non autem quando commẽdatur in vtilitatem ipſius Beneficiarij, & addunt ſatis probabiliter contra Suarium Vicarium non teneri ad horas, quia reputatur, vt ſubſtitutus in caſu poſito *nu. præc.*

37 Dico 4. Coadiutores, qui dantur Beneficiario, vel Canonico, aut Epiſcopo aſſignata aliqua portione beneficij cum futura ſucceſſione non tenentur ad Officium Diuinum, quia non ſunt Beneficiati. ita Paul. V. declarauit anno 1606. nam coadiutoria non eſt beneficium Eccleſiaſticum; ſed tantum dat ius ad rem, ad beneficium, & in re ad Coadiutoriam. ex Nauar. *cap. ſi quando de reſer. præl. 5. n.10.* Thom. Campes. *de coadiut. Epiſc. nu.8.* Gambar. *de off. & poteſt. legat. l.2. nu.285.* & alijs.

Vnde licet habeant vocem in Capitulo, vt etiam in hoc adiuuent coadiutores, at ſedent poſt omnes Canonicos, & poſt mortẽ proprietarij Canonici noua indigent poſſeſſione ex d. Breu. Pauli V. nec obſtat, quod poſſit Papa de ſua potentia abſoluta dare Epiſcopo Coadiutorem, qui vere cum ille actu ſit Prælatus (quo caſu puto teneri ad Officium, eſto Suarius non explicet) quia nos loquimur de Iure ordinario, & factum, quod D. Auguſt. vna cum Valerio fuerit ordinatus ex errore proceſſit. vt late Baron. *to.5. Ann. an. Chr. 395. nu.31. & 32.* ita Suar. *lib.4. c.22. à nu.18.* ſeq. Garzia *de Ben. 3.p.c.1. nu.109.* Caſtrop. *diſp.2. pu.1. §.2. n.7.* Sanch. plures citans *l.2. c.2. dub.64.* & alij communiter.

38 Addens contra Medinam *de orat. cap.7.* nec teneri ad recitandum officium eo tempore, quo ſuſcipit onus Eccleſiæ pro principali, niſi id expreſſe Pontifex mandarit, quia principalis numquam deobligatur ab onere horarum.

39 Denique aduerte cum Suario non teneri ad Officium B. Virg. paruum, niſi portio tradatur titulo penſionis.

DISPVTATIO XI.

Quod nam Officium ſit dicendum in priuata recitatione, vbi non eſt recepta Pij V. conſtitutio.

1 SVppono hìc vbi Pij V. Ius viget, teneri omnes recitare Officium Romanum iuxta formã, & exceptiones ab eo præſcriptas, vt diximus ſup. *diſp.5.* & ſi alicubi ex Prælatorum negligentia nõ eſt receptũ Breuiarium Pij V. poſſunt, & tenentur Clerici, ſi commode valent, recitare priuatim Officiũ iuxta Piũ V. quia illa conſuetudo eſt praua. ita Suar. *l.4. c.23 nu.9.* Quod intellige niſi conſuetudo ſit introducta poſt Bullam Pij V. cum conditionibus requiſitis ad illam, de quibus toties dictum eſt ſupra, cum de Decimis. & *trac. de matrim.* latè dixi. *lib.7. diſ.4.* hoc poſito, pro his regionibus, vbi Pij V. conſtitutio nõ obligat, & ſtando in iure communi.

2 Reſpõdeo omnes, ſiue ſint Clerici ſæcu-

Digitized by Google

ſæculares,ſiue regulares tenentur recitare Officium iuxta Breuiarium in ſua Diœceſi,vel ordine approbatum: ita, vt peccet mortaliter Religioſus S.Benedicti v.g.recitãs priuatim Breuiariũ D. Dominici, vel Romanum, & Clericus omittens recitare Breuiarium in ſua Matrice approbatum, & recitans aliud v.g.Romanum,aut Benedictinum.ita deducitur.*ex cap.de ijs.cap.placuit.d.*12.& ex Clem.2. *de celebrat.Miſſ.* vbi vt quid ſpeciale cõceditur Cardinaliũ, & Epiſcoporum domeſticis, & cõmenſalibus, vt poſſint illis conformari in Officio,relinquendo proprium,etiam ſi non recitent cum Cardinali, vel Epiſcopo, & tradũt Cardinal,*c.penult. & vlt,d.*12. Archidiac.Turrecr.ibi Sotus *lib.*10.*de Ius.q.*5.*ar.*4.Nauar.*de orat.c.*19.*n.*21 1. & cum Suar.*c.*23.*à n.*2.tradunt Vaſq. *de benef.c.*4.*du.*2.*a.*1.Bellarm.*lib.*1. *de bonis oper.c.*18.Filiuc.*tr.*23. *c.*17.*q.*1. & alij multi,quos nouiſsime ſeq Lezana *infra citand.*

3 Vnde infero iuxta Suariũ nõ poſse eos qui per Pium V. habent Priuilegium vtendi alio Breuiario,recitare Officium priuatim iuxta Breuiarium Rom. quia per Bullã Pij V. relinquitur Ius commune in illis Eccleſijs.

4 At non caret probabilitate, quod poſsint prædicti, ſiue Religioſi, ſiue Clerici recitare Officium Romanum priuatim, omittendo proprium Religionis,ſeu Diœceſis,quia Romana Eccleſia eſt mater omnium,& ita docent Leſſius *lib.*2.*c.*37.*nu.*74. Gaetan. *ver.hora.§.*2.Angelus ibi.*nu.*12.*&* 14. Sanch. *l.*7.*cap.*4.2.*dub.*23.multos citans Reginald.*lib.*19.*num.*171. Diana *tr.*11.*par.*7.*reſol.*8.

5 Sanchez cum Nauarro putat, poſſe aliquãdo recitari alienum Breuiarium ſine mortali, etiam ſecluſa cauſa iuſta, quia non notabiliter aduerſatur menti inſtitutoris;& ſic v.g.Dominicanus recitans Breuiarium Benedictinum vna,vel alia vice, nõ peccabit mortaliter: in hac ſentẽtia probabili, quã abſolute nouiſſime tenet Caramuel *in reg. S. Benedicti diſ.* 109. *nu.*1394.Pellizarius *hic tr.*5.*c.*8.*n.*18. cõtra Lezanam.*q.q.reg.t.*1.*c.*12. *n.*18. quem ſequitur Diana *d.reſol.*8.at non eſt idem dicẽdum de eo, qui tenetur ad Breuiariũ Romanũ, quia Pius V. aperte dicit illum nõ fore ſatisfacturum,vel vbi adeſt præceptum recitãdi iuxta formam præſcriptam in illa Religione,vt bene Sanch.*lo.cit du.*24.

6 Nec eſt admittẽda Angeli *ver.hora. nu.* 12. & aliquorum doctrina dicentium poſſe Ordinatos titulo Patrimonij vti quouis Breuiario ex approbatis in aliqua Diœceſi, aut Religione; vt cum Suar. hic tenet Macignus *c.*29.*nu.*22.Filiuc.*tr.*23.*c.*7.*q.*2.*nu.*223. Quamuis Leſſius *du.*12.*c.*37.*n.*75.hãc ſententiã etiã poſt Pij V.Bullã videatur putare veram, nam oppoſitam veriorem appellat, ibi: *ſed verius puto teneri ad Romanũ, quia in Bulla Pij V. non videntur excepti.* Sed ego non video quam veritatem poſſit hæc ſententia habere poſt motum Pij V.qui aperte dicit omnes, qui ad Officium tenentur,nõ ſatisfacre, niſi Breuiario Romano vtantur,exceptis aliquibus, de quibus ſupra, inter quos non ſunt Clerici ordinati ad titulũ Patrimonij.

7 Deniq; hic aduerte poſſe etiã cum eo, qui tenetur ad Officium Pij V. Pontificem diſpenſare, prout voluerit, vt Officium Rom. recitet, quia tunc eſt reductio ad Ius commune,& adhoc, vt diſpenſet ne Officium Romanum, ad quod tenebatur,recitet, vel Officiũ S.Benedicti; ſed alio vtatur,requiritur cauſa,vt licite fiat. ita Suar.quę ex dictis *lib.*8.*de matr.*videri poſſunt apud me. Immò probabile eſt,poſſe etiam Epiſcopum iuſta cauſa interueniente in voto,vel alio caſu diſpenſare, non tamen ad concedendam diſpenſationem permanentem, & Prælatum cum ſuis Religioſis,ita vt quando fit diſpenſatio, vt omittatur Officiũ Religionis, vel Diœceſis, minor cauſa exigatur,quia cõformatur Iuri cõmuni,adhoc autẽ,vt Rom. Breuiariũ omittatur maior requiratur, aliàs eſſet nulla. Hæc eſt Suarij ſententia *d.c.*23.*num.*16.*&* 17.

Licet

Digitized by Google

8 Licet quidam doctus Neotericus putarit Suarium id non dicere) nam ipſe *nu.*16.ait. *Eſt autem aduertendum circa hoc punctum, & præcedens, ſupra citatos DD. fere communiter aſſerere non ſolum Papam: ſed etiã Epiſcopos poſſe ex iuxta cauſa diſpenſare.* At præcedens punctum erat hoc, de quo egimus in hac *diſp. à nu.* 2. quod Suarius *num.*9. poſuit ibi. *Dico ſecundo iuxta nouum ius Pij V. omnes eccleſiaſtici, qui tenentur ex præcepto recitare Horas Canonicas, tenentur eas dicere iuxta formã à Pio V. ſeu Clem. VIII. reformatam.* & *num.*17.ait. *At vero Epiſcopus, vel ſimilis Prælatus non poteſt ſine cauſa diſpenſare cum eo, qui tenetur iuxta ritum Pij V. recitare, vt aliter recitet, quia illa obligatio naſcitur ex lege Superioris, in qua non poteſt inferiori diſpenſare ſaltem ſine cauſa.* Vbi illa particula aduerſatiua. *At* opponebatur dictis *nu. præc.* in quo docuerat poſſe Pontificẽ *diſpenſare cum aliquo, vt non recitet officium Romanum, ad quod antea tenebatur.* Loquebatur ergo de officio non ſolum quo ad ordinem v. g. dicendi de Sancto, cum dicendum ſit de feria; ſed quoad ritum dicẽdi officium Benedictinum v. g. & omittendi Romanum, & hoc Papæ concedit *num.* 16. & negat Epiſcopo *num.*17. verbis citatis: ſed id, quod Epiſcopo negat poſſe per eum concedi, ſtatim ait, eſſe probabile, his verbis *Nihilominus ex iuxta cauſa probabile eſt id poſſe facere, vt* Nauar. *cap.*19. *num.*217. *& alij dicunt: quia communiter ſolet hæc poteſtas eſſe conceſſa Epiſcopis in his eccleſiaſticis legibus &c.* & vt appareat ſe loqui etiã poſt motũ Pij V, addit fine. *Nec quoad illam eſt limitata poteſtas Prælatorũ per conſtitutionem Pij V.* & ſane probabilis eſt ſententia, quam poſt Suarium docuit Bonacina *diſp.* 1. *q.*3. *p.*1. vbi citat Macignum *cap.*29. *numer.*19. Pellizar. *hic tract.*5. *cap.*8. *unm.*69. Eſto contrarium doceant abſolute alij, & noſter Suarius *cap.*11. *num.*6. *circa finẽ* videatur ſentire: ſed ibi loquitur per ſe, & abſolute, transferens clariorem explicationem in hunc locum.

9 Denique addo Suario Regularem factum Epiſcopum, aut Cardinalẽ debere vti Breuiario Romano, aut propriæ Eccleſiæ, ſi ſit Epiſcopus: ſi vero ſit tãtum titularis poterit vti Breuiario ſuæ religionis, vt Lezana *cap.* 17. *num.*11. *tom.*1. Sanch. *l.*6. *con. mor. cap.*6. *num.*25.

QVÆRES I.

Cuinam Eccleſiæ debeat ſe conformare in recitando officio Clericus, qui in vna Eccleſia habet beneficium, & in alia domicilium, vel in vna habitationem, in alia reſidentiam, aut habet plura beneficia quando in illis Eccleſijs diuerſum Breuiarium eſt in vſu?

10 RESP. debere Offic. dicere iuxta ordinẽ Breuiarij, quo vtitur ea Eccleſia, in qua reſidet, quia eſt valde decens imitari honeſtos mores, eorũ, inter quos verſamur, quę ratio pręſertim militat in primo caſu, cum beneficium non videatur obligare ad recitandum officium iuxta morem Eccleſiæ, vbi eſt ſitum.

11 Probabile tamen eſt poſſe recitare vtrumlibet, quod potius maluerit. ita Suar. *cap.*23. *à num.* 5. & ſic Panormitanus veniens Montem Regalem v. g. poteſt recitare officium de S. Caſtrenſi duplici, quamuis Panormi ſit de feria. Sequitur in omnibus Bonac. *diſp.*1. *q.*3. *p.*1. *à num.*7. Caſtrop. *pun.*2. *diſp.*2. *num.* 8. & vide quæ dixi *lib.*3. *de matrim. diſp.*18. facile enim ea poſſunt applicari huic quæſtioni.

12 Solum aduerte, hãc Regulam procedere, etiam in Religioſis tranſeuntibus per ſua Monaſteria v. g. Dominicanis &c. ita Caſtrop. *loc. cit.* & Pellizarius *tract.*5. *ca.*8. *n.*7. *man. reg. tom.*1. Cum quo *num.*75. aduertere licet caſum, de quo his diebus fui interrogatus, & reſpõdi affirmatiue: nimirũ an qui cras futurus eſt Panormi, vbi recitatur officium S. Roſalię duplex, poſſit hodie Monte Regali, vbi officium ſit de feria, recitare matutinũ S. Roſaliæ, reſpondet hic auctor, & bene affirma-

firmatiue, quia quoad recitationem ex fictione iuris cẽſetur eſse Panormi. Vnde melius puto ſic fieri, quam recitare Matutinum de feria, & Panormi reliquas horas de S. Roſalia: at nõ peccabit, ſi ſic faciat cõtra præceptũ, quia licet ſit aliqua ordinis inuerſio, ſeu mutatio; tamen non eſt ſubſtantialis cum iam dicatur Officiũ cum omnibus ſuis partibus: non enim eſt contra ſubſtantiam Officij, quod nocturni dicantur de feria, & horæ de SS. vt patet in S. Simplicis ritu, immò, nec erit veniale ſi ex obliuione, quis recitauit Matutinum de Feria, & aduertens dicat horas de Sancto, quidquid dicat contra Caramuel *in reg. S. Bened. d.* 110. *nu.* 1403. quem videtur ſequi Diana *p. 7. tra.* 11. *reſ.* 11.

QVÆRES II.

An, & quale peccatum ſit recitare Officium de Sancto, cum recitandum eſt de Feria, & contra recitare de Feria, vel Quadrageſima cum recitandum eſt de Sancto.

13 RESpondeo eſse peccatum de ſuo genere mortale, at poſse eſse veniale ex leuitate materiæ, vel aliqua inaduertentia, etiam culpabili. Prob. quia licet ſubſtãtia præcepti ſit de ſeptẽ horis, at ſubſtantia præcepti in particulari eſt de talibus ſeptẽ horis, & ſic de genere ſuo cõtra hoc preceptum facere, eſt mortale, præſcindendo ab omni alia circumſtantia, & tantum recitando v.g. omni tempore Officium Paſchale, quia breuius eſt, vel idem Officium de Sãcto quotidie, vt memoriter ſciret, & facilius illud recitaret, vel mutare Officium Dominicæ cum Sancto, in quo caſu omittuntur nouem Pſalmi in primo Nocturno, & ſic ex hoc capite eſt pẽſanda grauitas peccati, nam ex leuitate materiæ omiſſa poterit eſſe veniale, vt ſi officium, quod recitatur, ſit fere alteri, quod omittitur æquiualens, vel ſi fiat ex quadam inaduertentia recitando officium de Sancto, cum debeat dici de Dominica, tunc debent ſuppleri nouem Pſalmi. Hæc Suar. *l. 4. c. 23. à n.* 12. vbi *nu* 16. *& ſequ.* docet, quis poſſet adhoc diſpenſare, vt *nu.* 8. vidimus, quem ſequũtur Bonacina, Reginal. Filiucc. & alij multi, quos citat, & ſequitur Caſtrop. *diſp.* 2. *pun.* 2. *num.* 18. Pellizarius *d. tract.* 5. *num.* 73.

14 At ego probabile puto eſſe tãtum veniale officium pro officio dicere, tam in Clericis, quã in Religioſis, aut Beneficiatis, & ſi fiat ex aliqua iuſta cauſa v.g. ob debilitatem Capitis, vel ob ſtudium honeſtum, & alias licitas occupationes nullum eſſe peccatum, non ſolũ ſi aliquoties id fiat, vt aliqui contrariæ ſententiæ concedunt; ſed etiam ſi ſemper fiat, dummodo non fiat ex contemptu ritus Eccleſiaſtici, qui omnino eſſet ſeruandus ad maiorem deuotionẽ, & pietatem excitãdam; quia hæc variatio dicẽdi de Sãcto, vel de Feria, vel de Aduentu videtur eſse accidentalis; atq; adeo paſſim in eadem Diœceſi reperiuntur variæ mutationes recitãdi officium; immò & in eadem Ciuitate aliqui recitant de ſuo Sancto, cuius eſt feſtus dies &c. Hanc ex antiquis docuit Gaet. *ver. Hora* §. 3. Syiu. *q.* 12. Maior. 4. *d.* 12. *q.* 6. adde Emman. Sà. *ver. Hora n.* 12. Zerolam. *nu.* 6. Nieuam *ſum. tit.* 65. Metinam. *inſtruc. Confeſſ. lib.* 1. *c.* 14. §. 1. Victoriam *in* 3. *præc.* quos citat Sanch. *l.* 7. *cõſ. c.* 2. *d.* 25. Leſſium *l.* 2. *c.* 37. *du.* 12. vbi citat Azoriũ *l.* 10. *inſtr. moral. c.* 10. *du.* 2. dicentem eſse communem omnium ſententiam, quam nouiſſime tenet Guiniparus *tr. pro iuris pont. defenſ. diſ.* 5. *quæſt.* 2. *cap.* 3. Vidal. *in arca tit. de Horis. Canon. inquiſ.* 2. *num.* 33. *iunto num.* 8.

15 Nec vrget contra hanc ſententiam Caſtropal. *loco cit.* & Trullench. *in decalog. t.* 1. *l.* 1. *cap.* 7. *dub.* 74. quia ſequeretur poſse dici Officium Reſurrectionis: Nego enim ſequelam, & diſparitas eſt, quia hoc, & illud Pentecoſtes eſt ita affixum illi tẽpori, & habet tantam mutationem à ſolita forma officiorũ, vt quid peculiare videatur,

nec poſsit cōmuni Regula Officium, pro officio: immò appellari puto, nec poſſe tempore Paſchæ Reſurrectionis dici Officium Pentecoſtes, & cōtra: quia illa forma in his diebus cum talibus Pſalmis, Antiphonis &c. videtur de ſubſtantia; ſed videtur Leſsius maius quid concedere, dum *loco cit.* circa finem hec habet. *Itaq; ſubſtantia Præcepti ſeruatur, quodcumq; Officium Breuiarij conceſſi dicatur*, ex qua propoſitione videtur inferri; ergo etiam Officium Reſurrectionis, & Officium Paraſceues poteſt dici, v. g. die Veneris ob deuotionem &c. cum ſint officia in Breuiario conceſſa: ſed poteſt Leſsius intelligi de officijs ordinarijs, & parum differentibus; ſed aperte id inſinuat Caramuel *in reg. S. Benedicti d.* 109. *n.* 1387. & addit forte P. Suariū hoc Officium Reſurrectionis recitaſſe propter ſtudij occupationē, *quod viri occupatiſſimi*, ait ille, *laudabiliter faciunt*. ſed meo iudicio nō bene conijcit de Suario viro SS. & Orationi, ac cōtēplationi apprime debito, nec de alio qui pietatem ſaperet, quid enim trium quadrantium horæ ſpatium à ſtudijs rapiet? Poterunt etiam regulares ex conceſsione Innoc. IV. apud Pellizarium *tract.* 5. *cap.* 8. *nu.* 77. dum extra monaſterium ſunt, vel ſtudiorum, vel alterius negotij cauſa alium ordinem à Breuiario Romano ſeruare, ſiue ſoli, ſiue cum alio; etiam non regulari: recitēt: quid autem dicēdum ſit de publica recitatione. vide ſupra; nam in publica poterit eſſe mortale ratione ſcandali.

DISPVTATIO XII.

Explicatur quomodo recitandum ſit Officium priuatum abſq; peccato?

VT quæſtiones proponendæ clarius pateant; aduerte initium diuini Officij, in quantum obligat ad recitandum ſingulis diebus incipere à Matutino, in quantum vero fit de aliquo Sācto incipere à Veſperis diei antecedentis, vel à Capitulo Veſperarum, quando eſt ſemiduplex. ita tamen, vt primæ Veſperæ non componāt Officium recitandum ex præcepto cum Officio ſequētis diei, atq; adeo, qui primas Veſperas omitteret, & Matutinum, duo peccata committeret, vnū quia omiſit Veſperas præſentis diei, alterum quia omiſit matutinum ſequentis diei hoc poſito ex Suar. *c.* 24. *n.* 2. *lib.* 4. *de orat.*

QVÆRES I.

An mutare ordinem Officij v. g. dicendo Matutinum ſequ. diei ante Veſperas, vel Cōpletor. præſentis diei, vel Tertiā ante Primā, vel ordinem Pſalmorum dicendo v. g. prius lectiones, & deinde Pſalmos ſit peccatū, & quale.

1 REſp. eſſe tantum peccatum veniale; quando fieret abſq; vlla cauſa, ſi autem fiat ex aliqua iuſta cauſa, v. g. quia non habes copiā Breuiarij, vt dicas lectiones, vel oblitus es hymni, aut alicuius Lectionis, vel aliā dixiſti, tunc etiam poſt expletum Officium abſq; vllo peccato ſufficit dicere illam lectionem, Capitulum &c. quod autem ſit peccatum ven. probatur, quia eſt aliqua deordinatio recedere ſine cauſa à modo ab Eccleſia præſcripto & cum non ſit grauis, non eſt cur dicatur eſſe mortale peccatū, niſi forte fiat ex contemptu, qui tamen rarò accidet homini fideli, vt ſæpius monui; tum ex Sanchez, tum ex noſtro Suario. ita Suarius *cap.* 24. ſeq. Tiber. *q.* 980. *inſtr. ordin.* Pellizarius *tract.* 5. *cap.* 8. *num.* 83. & alij commun.

Hinc infero eſſe pecc. ven. dicere Officium ſub Ritu duplici, vbi ſit dicendum ſub ſimplici, & contra. ita Pellizarius *tr.* 5. *c.* 8. *n.* 76. *to.* 1. *man. reg.* Nec dicas cum quodam Neotherico, eſſe m. quia eſt prohibitio Sacræ Congregationis facto verbo &c. nam ea eſt ad locorum ordinarios, ne Ritum mutent, vt patet legenti illam, quæ in Breuiario præfigitur, quāuis Lezana *t.* 1. *c.* 12. *n.* 20. cit. alijs putet eſſe mortale; ſed rigida eſt ſententia, etiā tenēdo

quod

quod ſit mortale recitare Officiũ pro Officio, quia in hoc caſu nõ eſt tanta mutatio, & idem credo ſi id fiat in Choro, & ſcandalum non ſit, quod raro cõtinget eſſe, & poſt hæc ſcripta vidi Vidal. *in ſua Arca tit. de Hor. Can. in q. 2. à num.* 44.

QVÆRES II.

An dicere Miſſam ante Matutinum recitatum ſit peccatum.

2 Reſp. eſſe tantum veniale, ſi abſq; vlla cauſa fiat, quia moraliter ſemper poſtponitur hora matutini, & fit contra Rubricas Miſſalis. Ex quo minus recte colligunt DD. aliqui antiquiores eſſe p. m. nam cum Pius V. in Breui initio Miſſalis præcipit in virtute Sanctæ obedientiæ, ne Miſſa aliter dicatur, quam iuxta ceremonias Miſſalis, tantum obligat in generali, ne varietur ritus, aut nouus ab eo, qui eſt in Miſſali introducatur, nec recitatio Matutini pertinet ad ritus Miſſæ. Et cum in titulo *de defectibus in celebr. Miſſ. c.* 10. dicitur poſſe contingere cum peccato, & ſcandalo, ſi ante Miſſam non fuerit dictũ ſaltem Matutinum cum Laudibus, non inde ſequitur eſſe mortale: ſed poſſe eſſe mortale, ſi fiat v.g. cum contẽptu, & graui ſcandalo, & multo minus erit vllum peccatum Miſſam dicere ante Primam, quia nulla mẽtio peccati fit in illa Rubrica hæc Suar. *d. c.* 24. *à n.* 6. ſeq. Sanch. *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 38. vbi citat Sotum, Medin. Nauar.

3 Et bene addit nullum eſſe peccatum, ſi non potens Matutinum recitare propter morbum &c. Miſſam dicat, vel ſi ob ſtudium differat Officiũ, vel ob aliam cauſam, quæ ſane ſufficit quæcumq; vnde non eſt ſcrupulis locus dandus, cum pij viri id faciant, nã ante Miſſam oratione mentali, & alijs deuotis precationibus ſe præparant, eſt etiam communis ſententia. Vide Roccafull. *p.* 2. *theol. mor. l.* 3. *cap.* 59.

QVÆRES III.

An interrumpere horas ſit mortale, vt ſi quis dicat tres Pſalmos Matutini, vel vnum &c. & deinde ad alia negotia diſtrahatur, & rediens proſequatur cætera, quæ omiſit.

4 Reſp. eſſe quidem peccatum, ſi fiat ſine cauſa rationabili, quia eſt quædam irreuerentia erga Deum, & aliquo modo tollit vnitatem præſcriptam horarum, at numquam erit mortale ratione Officij, ita vt dicatur nõ ſatisfieri præcepto, etiam ſi ſit notabilis, & volũtaria, & ſine cauſa; licet poſſit eſſe mortalis culpa ob magnam irreuerentiam erga Deũ, quãdo verba nimis turpia, & inhoneſta in illa interruptione dicerẽtur: nam ſi honeſta, vel ob deuotionẽ, colloquẽdo de aliquo ſenſu Pſalmi, aut neceſſaria, aut breuia nulla eſſet culpa.

5 Quæ regula eſt vera non ſolum ſi interrumpatur hora, ſed etiã ſi vnus Pſalmus, verſiculus, nec ſolum ſi verbis, ſed etiam ſi actionibus fiat interruptio idem eſt dicendum. ita Suar. *d. c.* 24. *à n.* 9. vide tamen quæ dixi ſup. *lib.* 3. *de orat. vocali diſp.* 2. *n.* 9.

6 Ad ſedandos, autem aliquorum ſcrupulos, qui hac re nimiũ religioſi videntur, nullam culpam eſſe, addo, ſi interrogatus ab amico reſpondeã; ſi hoſpes aduenerit, etiam ſi nõ ſit mea præſentia neceſſaria; ſed tantum ratione vrbanitatis accurram, ſi vocer ad Sacrũ, vel ad Confeſſiones audiendas, & hoc modo alacritas ad ſeruiẽdum oſtendatur, & ordo Miſſarum mea cauſa non varietur, etiam ſi aliquando ſoleam alijs negotijs morari, quia, ex hoc quod ego in hoc caſu min' bene me gero, nõ ſequitur, quod ſic debeam in omnibus facere. Adde ſi animum ſentiam defatigatum, vel mæſtum, ita vt non ſit aptus pro tũc ad recitandũ, nõ enim teneor iterum ab initio officium repetere: ſed ab eo verſiculo, quem interrupi, quę omnia ſunt iuxta Suarij mentem; nam is ab

Digitized by Google

omni culpa excuſat, ſi fiat interruptio aliqua cauſa honeſta, vel etiam ad tollendam aliquam occaſionem diſtractionis, vt ſi dum dico officium, argumentum occurrit, vel conceptus prædicatorius, quod peccatum erit illud notare? & ſequitur Sanchez *l.7.cap.2. dub.32.num.4.& ſeq.* Leſſius *l.2.cap.37. dub.10.* ſupponit Caſtropal.*diſp.2.p.3. num.3.* Bonacin.*diſp.1.qu.3.p.2.§.1.à num.28.& 30.*

7 Vbi bene notat cum Suario *nu.10, & 11.* non ſolum eſſe veniale interrũpere horam inceptam cũ animo proſequendi: ſed etiam ſi incepta omittatur cum animo iterum repetendi integram; quia eſt quædam indecentia inchoatum ſermonem cum Deo ex leuitate, & ſine vlla cauſa omittere; at numquam erit mortale, dummodo interruptio fiat intra eumdem diem à media nocte, ad aliam mediã noctem.

Vnde miror Dianam *p.2.tract.12.* adducere Suarium *loc.cit.* pro ſententia affirmante eſſe p.m. & multo magis diſplicet in hoc etiam erraſſe Pelizarium *tom.1. tract.5.cap.8.num.18.* Suarius enim adeo clare docet traditam à nobis doctrinam *num.4.* vt non ſit locus dubitationi; nam *nu.10.c.24.* ait. *Si ſit notabilis, & moralis, & ſine rationabili cauſa fiat ſine peccato non fieri,* & volens explicare qualitatem culpę. *num.11.* ait *vt autem hanc culpã, & quantitatem, vel excuſationem eius declaremus duo poſſunt in hac interruptione conſiderari, vnum eſt ceſſatio ab inchoata recitatione, per quam formaliter, vt ſic dicam, fit interruptio, aliud eſt actio quæ loco orationis eo tempore fit, ex qualitate ergo actionis multum pendet, vel quantitas culpæ, vel excuſatio, interdum enim fit interruptio per alia verba, & colloquia cum homine, & tunc ſi verba ſunt profana, & non neceſſaria nec valde vtilia augent culpam, & ſpecialiter ſunt prohibita c. dolentes de celebr. Miſſ. ſiue interruptio fiat loquendo, ſiue intẽdendo ad verba ſimilia, quæ alij loquuntur, & ex natura rei conſtat eſſe indecorum interrumpere ſermonem cum Deo propter inutilia verba. Immo addo tam turpia, & indecentia verba eſſe poſſe vt ſit grauis culpa, & mortalis contra religionem propter irreuerentiam in Deum: eſto non ita hoc ſit contra præceptum recitandi quin poſſit poſtea eadem hora compleri poſt illam actionem mortaliter peccaminoſam quia ſunt præcepta, & malitiæ diuerſarum rationum.* hęc Suarius nec vllum verbum addit quo dicat eſſę mortalem talem interruptionem.

DVBITABIS

An qui hoc ſero tantum diceret partem Matutini v. g. tres Pſalmos cum inuitatorio &c. ſequentis diei, & cras vellet ſupplerę reliqua, quæ omiſit, cenſeatur interruptio intra eumdem diem, ita vt ſatisfaciat præcepto.

8 IN hoc caſu affirmatiue reſpondit doctiſſimus Delugo dum Romæ Theologiam doceret, pro vt teſtati ſunt duo ex eius diſcipulis, qui tunc rem attente perceperunt, ratio eius fuerat, quia iam eſt interruptio intra eumdem diem ad officium deſtinatum, nec aliquem videre potui hanc rem in terminis tractantem in libris, quos præmanibus habeo.

9 At mihi ea ſententia tantum placere poteſt auctorita te tã eximij Doctoris. Cęterum puto non ſatisfacere præcepto. ſed teneri repetere id, quod die præterito de matutino; aut laudibus recitatum fuerit. moueor, quia illa interruptio, ſeu diſcõtinuatio vnius diei ab alio valde cõducit ad magnã interruptionem moralem, ita vt ſi quis voueat recitare die Sabbati Coronam B. Virginis, poſſit abſque eo, quod frãgat votum, ſtatim poſt elapſam mediam noctem veneris recitare partem, & partem circa aliam mediã noctem, & non cenſetur tanta interruptio, vt votum intelligatur fractũ. Contra vero ſi recitet diuerſis diebus, vt aperte docet Sanchez *ſum.l.4.c.11. n.29.& 40.* & in Conſ.*lib.7.c.2.dub.19. numer.5.* & tamen poteſt accidere, vt maius

Digitized by Google

maius tempus interſit in interruptione intra eumdem diem nempe ferè viginti trium horarum, cum tamen ſi in diuerſis diebus recitetur, minus tempus intercedat v.g. 12. horarum, aut etiam trium, vt patebit conſideranti: ergo licet ex cõſuetudine poſſit Matutinum ſequentis diei v.g. Dominicæ dici Sabbato: hoc tamen non tollit, quin dicatur omnino interruptum, ita vt non poſſit pars dicta die Sabbati coaleſcere moraliter, & facere vnum cum parte recitata die ſequenti Dominico. atq; hanc ſententiam à fortiori amplectuntur, qui putant magnam interruptionem in eodem die obligare ad repetẽdum Officium ſic Mart. Ledeſma Nauar. Angles Flores, quos citat Sanch. *dub.* 59. *cit.* & in proprijs terminis multi Recent. docti noſtræ Societatis à me cõſulti, & videtur iuxta modum loquẽdi Suarij, & aliorum dicentium. *Si intra eumdem diem fiat interruptio.*

10 In vno tantum caſu Delugo ſententiam amplecterer, quando Matutinum fuerit dictum paulo ante mediam noctem, quia tunc moraliter nõ cẽſetur tãta interruptio. ſaluo &c. *vide diſ.* 14. *num.* 2.

11 Ex noſtra ſententia ſequitur, quod ſi quis omiſit partem notabilem Matutini die præcedenti recitati, & die ſequẽti recordatur, tenetur ſub mortali totum Matutinum dicere, etiam ſi omiſſio fuerit per obliuionem inculpabilem: in ſententia autem Eminentiſſimi De Lugo oppoſitum eſt dicendum.

QVÆRES IV.

An dicatur integre recitare Officiũ, qui recitat cum Socio priuatim, & quid in tali recitatione ſit agendum?

12 DIco 1. quamuis qui ad Officium tenetur, debeat integre recitare, vt de ſe patet, tamen poteſt illud recitare cum ſocio, etiam ſi hic ſit laicus, & ad Officium non teneatur. Immò cum pluribus: ita tamen vt ſi ſint tres vnus recitet ex vna parte, & duo ex alia, & qui non recitat audiat aliquem ex dicentibus, nec eſt neceſſe, vt omnes audiat; nam ſi vnus dicit vnam partem, ſecundus aliam, & tertius aliam, dum alij audiunt non recitaretur Officium, & ſic ſinguli tantum tertiam partem Pſalmorum dicerent.

13 Dico 2. in hac recitatione priuata, licet melius ſit, quod lectiones capitula &c. dicantur ab omnibus per vices ſuas, quia ſic magis accommodatur modo recitandi in Choro: at non eſt hoc neceſſe; ſed ſufficit ſi Pſalmi tantum alternatim dicantur, & vnus dicat lectiones reſponſoria, & capitula; cœteri verò tantum audiant ſi ad Officium tenentur, & de Antiphonis ſatis eſt, vt vnus inchoet poſt quam alter Pſalmum finiuit; ita vt Antiphonæ ſubeant vicem verſuum, & alternatim, ſeu ſucceſſiue dicãtur, ita Suarez *lib.* 4. *c.* 25. *ad num.* 6. ſequuntur Reginal. *l.* 18. *à n.* 158. Molfeſius. *cap.* 2. *num.* 19. & alij paſſim.

14 Sed Caſtrop. *diſp.* 2. *p.* 3. *num.* 8. dicit etiam antiphonas poſſe tãtum ab vno dici, & ſolum ſufficere, vt pſalmi alternatim dicantur, & citat Suar. *c.* 25. *nu.* 5. & Bonacinã *loc. cit.* quod tamen non dicunt. Suarius quidem expreſſe eo *nu.* 5. docet quod nos diximus: Bonacina eo *num.* 11. à Caſtrop. *cit.* de Antiphonis nõ meminit, & citat Suarium eodem loco, quo Caſtropalaus citauit: ſed res eſt parui momenti. vide Pellizarium *t.* 1. *man. reg. c.* 8. *tra.* 5. *à nu.* 91. Tantum addo Officium debere dici integre nempe abſq; verborũ ſincopatione, & corruptione, quæ præciſo ſcandalo, & contemptu eſt tantum pecc. ven. quia re vera ſenſus, & verba non omittuntur; ſed tantum vltimę Syllabæ. ita cum Azorio Suar. hic *num.* 6. ſequitur Filiucc. *tract.* 23. *cap.* 7. *n.* 242. Diana *de Hor. Can. reſ.* 32. vide quæ dixi ſupra *de oratione vocali l.* 3. *diſ.* 2. *ferè per totam*, & *hoc libro. diſ.* 3. *num.* 3. & *diſ* 5. *num.* 11. tantum noto, nullo modo probandam eſſe ſententiam aliquorum dicentiũ ſuffice

Digitized by Google

fice ad recitationem horarum ſi mẽte ſola perlegas: nam hoc eſt contra eſsentiam orationis vocalis *vt d. l.* 3. diximus, ex Suario, & cõmuni. Quãuis non deſinam adnotare poſse nullum eſse peccatum Officium dicere ſyncopando verba, & abſorbẽdo ſyllabas, ſi fiat ex linguæ præcipitatione, balbutie, vel mala conſuetudine, quæ iam corrigi non poſset, vel ob iuſtam feſtinationem v.g. ne cogaris horam interrumpere, & es vocatus, vel aliquod negotium graue es facturus. ita Leſsius *c.37.nu.56.& 57.* quod autem aliqui dicunt poſse Regulares ex conceſſione facta viuæ vocis oraculo à Leone X. ſine verborum prolatione; ſed ſola mente Officium recitare, & mordicus tenet nouiſſime Sanctorus à Melfi *in comment. conſt. minor. cap. ſtat. 2. dub. 2.* vbi ait adhuc extare hoc priuilegium, etiam poſt reuocationem viuæ vocis oraculorũ, mihi difficile eſt, quia hoc eſset priuilegium non recitandi officium, & potius diſpenſatio, cum nõ poſſit ſtare recitatio Officij ſola mente facta eſt enim cõtra naturam orationis vocalis, & forte hæc conceſſio fuit ad maiorem ſecuritatem de nõ pronunciandis verbis niſi inter labia, & dentes, vt diximus *diſ.3. cit.* ſed de hac redicam fuſius cum agam de priuilegijs Religioſorum.

15 Dico 3. poteſt habens priuilegium recitandi Officium breue v.g. S. Crucis, recitare cum Socio, & hic ſatisfacit ſuæ obligationi; etiam ſi non habeat illud priuilegiũ, quia diſpoſitum in vno ex correlatiuis diſponitur in alio. ita Diana ex Portelli, & Roderico, quos citat, & ſequitur Pellizar, *tract.5.c.8. nu. 67.* quæ ſententia mihi non videtur probabils niſi ob auctoritatem; quia ratio dicta non videtur ſatisfacere: nam Priuilegium eſt perſonale, nec ex vi conceſsionis dicit ad alium relationem: niſi priuilegium hoc ſit conceſſum Cardinalibus, aut Epiſcopis ob peculiarem conceſsionem ipſis factam circa domeſticos, *vt diſ.11.nu.2.* dixi. Nec ratio quam Caramuel *loc. citan.* videtur aliquid conuincere: nam qui recitat cũ blæſo Officium debitum non vtitur diſpenſatione facta blæſo, & balbutiẽti (appello diſpenſationem, vt vult Caramuel) ſed vtitur iure ſuo, recitat enim Officium debitum, & audit partem; quam alius tenetur dicere, quod ſic etiam poteſt probari, ſi quis haberet priuilegium recitandi Officium lingua Græca, certe cum eo Latinus recitare illud non poteſt tenendo communẽ opinionem; quod recitãs cum Socio teneatur audire, vt *d.15.* dicam nam nõ eſt capax audiendi illius partem, niſi tantum materialiter: ergo diſpenſatio facta vni, nõ cenſetur extendi ad alium diuerſum: immò ponamus, quod aliquis ſit ita Blæſus, vt non poſsit dicere, niſi verba valde dimidiata v. g. *du in torium int.* loco Deus in auditorium meum intende, puto non poſse cum hoc Officium recitari, quia vere hìc partem non dicit, eſto ſit diſpenſatus à natura.

16 Vnde nec mihi placet Caramuel *in reg. S. Bened. diſ.107. n.1366.* volens poſse duos Religioſos diuerſorũ ordinum recitare iuxta alterius Breuiarium, & Sacerdotem ſœcularem poſſe recitare cum Religioſo iuxta eius Breuiarium; & contra, ob dictam rationem: quia ex Bulla Pij V. non ſatisfit obligationi, niſi recitetur Officium debitum, quamuis Caramuel conſequẽter loquatur, dum in vtroq; caſu concedit, quod Diana non fecit; nam in hoc caſu *p.7. reſ.9. tr.11.* negat: vide ſupra *diſ.11. num.5.*

QVÆRES V.

An priuatim recitantes teneantur ad Officiũ paruum Beatæ Virginis Pſalmos graduales, & pœnitentiales, vel ad Officium defunctorum.

17 Reſpondeo negatiuè, ſi Breuiarium Pij V. receptum eſt in eorum Eccleſijs, nam ſi non eſt receptum tenentur ſtare conſuetudini recitandi hæc parua officia: ſiuè ea ſue-

fuerit obligatio Iure communi, ſiue iuxta cõſuetudinẽ Eccleſiarum, quia Pius V. indulſit, ne ad hæc tenerentur ex ſuppoſitione, quod ſuum breuiarium reciperent; quod verum eſt quamuis in communi recitatione dicantur hi pſalmi &c. quia deuotio Capituli non poteſt ſingulis hanc obligationem imponere ita Suar *l. citan.* ſequitur Thomas à Ieſu in *expoſ. reg. Carm. 3.p.c.7.dub.* 4. §. 1, Lezana *t.1,cap.1.2.nu.21.* & alij infra.

18 At tamen hodie tenentur dicere Officium defunctorum die 2. Nouẽbris, nempe veſperas, tres nocturnos cum laudibus, vt aduertit Lezana *l. cit.* litanias in tribus diebus rogationum, & S. Marci quando Proceſſionibus non interfuerunt. hæc Suar. *c.25. ad num.* 12. *lib. 4.* & ſequitur Caſtropalaus *diſ. 2. p. 2. nu.* 13. Sanchez *l.7. c.2. dub.27.* explicans talem omiſſionem eſſe pec.m. & bene id limitat, quando fit Proceſsio; quia Rubrica Breuiarij videtur loqui vbi fit Proceſsio; ſed meliùs dicendũ cum Vaſq. *de ben.c.4.q.1.ar.2.dub.1,n.58.* vbi citat Sotum, Armillam, & Syluestrum, ſequitur Diana *par. 4. fine in quadam quæſ. de recitatione Officij defunctorum* vbi citat Graffium, Homobonum, de bonis, & alios aſſerentes non obligare ſub mortali, ad dicẽdum litanias extra Chorũ; vide etiam Pellizarium *tr.5.c.8.ſec.1.n.48.* vbi in fine bene ait vnicum peccatum committere non recitãtem Officium defunctorum, & illud diei nempe octauæ omnium SS. quia illa Officia per modũ vnius præcepti videntur impoſita: ſed an tũc omiſsio vnius horæ ſit peccatum mortale, vt dicemus *nu.5.* ſequẽti, nõ puto improbabile, non eſſe, quia eſt minima pars reſpectu totius obligationis: licet probabilius ſit eſſe mortale, quia militat ratio: *num. ſeq.* ex Suario aſsignanda.

QVÆRES VI.

Quot peccata committat, qui Officium integrum vnius diei omittit?

19 SVppono hic tamquam certum ex communi ſenſu Doctorum, p.m. eſſe, omittere vna vice omnes horas, & contrarium aſſerere, eſſe temerariũ; quia eſt contra omnes DD. Immò partem Officij notabilem eſſe p.m. & Doctorum auctoritate, & ratione à paritate omiſsionis Miſſę &c. conſtat, quia cum ſit præceptum de re graui, & in materia graui plane obligabit ſub mortali, eſt autem in hac re pars notabilis quæcumq; hora; etiam ſi ſit minima, vt Tertia, vel Cõpletorium, nec pro regula eſt ſumenda, quod ſit tertia, vel quarta pars horæ: nam vnum nocturnum, & quarta pars Matutini cum laudibus erit quarta pars: & tamen eſt materia grauis ſi omittatur: arbitrio ergo prudentis eſt penſanda, ita vt ſi nõ omittatur integra hora, vel aliqua pars æquiualẽs dimidiæ horæ, nõ ſit mortale, vt bene Suarius *c.25. à n.12. ad 17.* & videri poſsũt dicta, in hoc *lib. diſ.6.* & DD. ibi citati adde Bonac. *diſ.1.q.5. p.1.n.2. ver. ego vero,* vbi cũ Caſtrop. *p.5.diſ.2.nu.1.* diximus, non obſtante hac Suarij ſententia, probabile eſſe non eſſe mortale, ſi pars omiſſa non ęquiualeat horę integrę; etiã minimę. Adde Oliuer. Bonartium *loc.cit.* Marchinum apud Dianam *p.6.tr.6.* Notat Pellizar. *tra.5.c.8.ſec.2,n.93.* omittentem Veſperas Sabbati Sancti nõ peccare mortaliter: quia vix perueniunt ad dimidiã horam ordinariam. Verum attendendo ad principia Suarij dicendum eſſet eſſe mor. quia eſt notabilis deformitas, quoad Officij integritatem: alias qui Matutinum de reſurrectione non recitaret non peccaret mortaliter, quod non videtur, tam facile poſſe admitti. His poſitis ad Quæſ.

20 Reſpondeo eſſe vnum tantum peccatum omittere omnes horas, ſiue omit-

Digitized by Google

omittantur aliquæ continue, vel interpolate,dicendo v.g.primã,& omittendo tertiam;dicendo Sextã, & Nonam,& omittendo Veſperas, & idem eſt ſi omittatur matutinum, quod ſolet dici die antecedenti, peccatum enim die ſequenti consũmaretur.quia omnes horæ ſunt partes vnius officij. eſt commune iam Doctorũ placitum teſte Oliuer.Bonart. *l.2.cap.*19.*nu.*12. poſt Suar. at in confeſſione non ſatisfacis,ſi dicis, feci contra præceptum recitandi officium: ſed debes dicere omiſi ſeptem horas, quia grauius eſt peccatum.ita Suar.*d.c.*25. *num.* 18.& in hoc eum ſequitur Sanch.*l.*7.*cap.*2. *dub.*12.*n.*3.Roccafull.*l.*3.*c.*11.*nu.*274. 2.*p.Theol.moral.*

21 At ego puto,ſalua pace Suarij, tutum,& probabile ſatis eſſe dicere, ſemel grauiter peccaui contra obligationem recitandi officium. ſic Squill. 1.*p.dub.*33.*n.*70.& alij plures DD.docẽtes circumſtantias aggrauantes nõ eſſe neceſſario aperiendas. ita etiam Dian.*de Horis Canon. reſol.* 5. *circa fin.* Tho.Tambur.*de confeſſ.l.*2.*c.*2.*nu.*12.

22 Vbi aduerte hoc peccatum in affectu iam consũmari,quoties quis deliberat non recitare officium, atque adeo poteſt eſſe multiplex ſecundum variam moralem interruptionem actuum voluntatis;etiam circa vnam horam,de qua re tractatur in materia de pænitentia, re tamen omiſſio externe consũmatur vſq;ad finem diei, in quo non poteſt amplius ſatisfieri præcepto, quia ſemper voluntas poteſt mutari, & ſic non incurreret cenſuram,ſi forte impoſita eſſet contra non recitantes officium, niſi in fine diei,& ſi recitaret vnam horam,illam nõ incurreret.hec Suar.in quibus omnes fere Recentiores eum ſequuntur Bonac.*loc.cit.*Filiucc. *tom.*2.*tract.* 23. *cap.*1.Garz.3.*p.cap.*1.Molfeſius *trac.*5. *c.*5.Reginal.*l.*18.*àn.*145. & alij multi.

23 At nõ deſinam adnotare, quod mihi ſemper placuit,& apud Oliuer.Bonartium de Horis Canonic.*lib.*2. *cap.* 20.*num.*6 quem videtur ſequi Diana *par.*4.*tract.*4.*Miſcell.reſol.* 219. reperi: probabile eſſe omnes has voluntates multiplicatas (ſi poſitiuo actu contrario reuocatæ non ſunt) vnum eſſe peccatum internum,quia continuantur in illo actu externo omiſſionis,ſicuti multæ volitiones homicidij iam ſequuti,& poſt hec ſcripta in veni Pellizarium noſtrum *tract.*5. *cap.* 8.*ſec.*2. *nu.*94.vide etiã,& P.Thomã Tamburino in Opuſculo I. Method. exped. confeſſionis *lib.*2.*c.*1. §. 5. quod Opuſcolum vtinam omnes cõfeſſarij pre manibus haberent.

DISPVTATIO XIII.

Quomodo peccet, & ad quid teneatur, qui obligatus ad officium illud recitat ſine attentione.

1 SVppono hic, vt certum cõtra Medinam *Cod.de orat.q.* 16. per præceptum recitandi Horas Canonicas præcipi orationem; nam ſi tantum præciperet lectionem Pſalmorum,vel homiliarum,non bene appellarentur ſeptem hore,diuinum officium *c.vlt. diſ.* 92. nec bene Eccleſia expleret illud Dauid. *Septies in die laudem dixi tibi.*vt profitetur,non enim cum probabilitate poteſt dici,Eccleſiam non poſſe præcipere fidelibus, vt vere, & debite orent, alias nec poſſet præcipere,vt confiteantur, vel Miſſam audiant, in quibus requiritur actus internus; nam eſto non poſſit directe præcipere actum internum,poterit illum,vt circumſtantiam,& vt formam actus externi præcipere.

2 Confirmat. quia ſi Eccleſia dicatur orare,quoties eius miniſtri recitãt officiũ,certe ijs non orãtibus,quomodo poteſt dici ea orare,ſiue.n.hi orent, vt ab Eccleſia iuſſi,vel conducti, ſiue vt probabilius eſt, vt legati ab Eccleſia cõſtituti,sẽper requiritur,vt vere orẽt, alias poſſet quis recitare pro me. Roſariũ accepta ſtipe abſq;animo orãdi, & legatus poſſet pergi legatione abſque eo, quod loquatur cũ Rege.hæc Suar.*c.*26.*lib.*4.*de Hor.Can.à nu.* 14. & omnes Recen. ſupponũt hoc poſito.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES. I.

An qui ſine attentione dicit priuatim officium peccet mortaliter, & non ſatisfaciat ſuæ obligationi?

3 RESp.affirm.ſi voluntarie directe, aut indirecte ex craſſa negligẽtia nullam habeat attentionem, nec formalem, nec virtualem; nec propoſitum iterum attente recitandi, quando habet tempus intra eumdem diẽ iuxta ſuperius dicta *lib.præced.diſ.2. à q.2.* ratio eſt, quia per hoc præceptum non tantum præcipitur illa actio exterior canendi; ſed vt eſt oratio ordinata ad cultum diuinũ, at non eſt oratio, niſi ſit attentio ſaltem virtualis, cum ad orationem requiratur neceſſario intentio orandi, ſaltem virtualis; ſed hæc nõ eſt ſine attentione virtuali: ergo. omnia patent ex dictis *l. præc. diſ.2. cit.* & ſolent ab alijs probari. ex *cap.dolentes de celebr. Miſſ.* ſed non omnino vrget ad oſtendendam contrariam opinionem practice improbabilem, quia poteſt exponi, quod contineat cõſilium, vel de deuotione, quatenus pendet ab actibus externis, & ab illis poteſt iuuari. ita Sotus *lib. 10. de iuſt.q.7.ar.5.* Gaetan.22.*q.*93. & 13. Nauar.*cap.25.num.*105.Sand.*lib. de offic.Canon.6.p.cap.7.7.* Pedraza *in ſum. cap.5.* Nieua *in ſum. tit, 65.* & alij per multi, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib.7.conſ.cap.2.dub.28.* poſt Suar. *d. c. 26.num.3.5.18.* Caſtrop.*pun.3.diſ. 2.de Hor.Can.* Bonac.*diſp.1.q.3.p.2.num.12. §.2.* alij communiter.

4 Hinc ſequitur recitantem officium modo prædicto ſine vlla attentione teneri illud repetere vt conſequenter Suar.*d.c.26.num.25.* & ſequuntur citati Recent. vtrum autem teneatur ad reſtitutionem fructuum ſi ſit beneficiarius vide infra *d.26.num. 16. & 17.*

5 Et ſane hæc Suarij, & communis ſententia ita eſt amplectenda, vt contraria, quam aliqui apud ipſos docent extrinſece tantum practice probabilis mihi videatur, & pro ſcrupuloſis poſſet inſeruire, qui dubitant ſæpius num attentionem habuerint nec ne; nam eam ex Recentioribus tutã putant Caſpenſis *in curſu Theol.t,1.tr.13. de leg.diſp.3. num. 82.* Aegid Coninch. *de Sacr.q.83.art.6.num. 291.* Layman. *l.4.tract.1.cap. 5.* Eliſeus Baſſæus *Flor. Theol.prac.v.Hora Canon.2.numer. 21.* Tiberius *inſt.ordin.cap.13.q. 92.* Caramuel.*in reg.5.Bened.diſput.108. art.1. num.1377.* Delugo *de Sacram.diſp. 22. ſec.2.nu.27.* cuius ſolius auctoritas me moueret ad hanc ſententiam non reprobandam Pellizarius *tract. 5.cap.8. num. 84.* qui putant eſſe probabile nõ requiri vllam internam attẽtionem: ſed tantum ſufficere non exercere actus externos in compoſſibiles cum illa recitatione externa religioſe facta, vnde bene inferunt ſic recitantem non teneri ad repetendum officium cum ſatisfecerit præcepto.

QVÆRES II.

An, & quo caſu defectus attentionis poſſet eſſe veniale peccatum.

6 RESp.poſſe tum ob defectum perfecte voluntarij, quia ſc. nollet illam diſtractionem; licet ſit aliqua negligentia, vel ſi aduertit ſe cogitare res alienas ab his quæ recitat; ſed non plene aduertit ſe diſtrahi ab oratione, quare hi etiam ſi in fine officij aduerterent ſe fuiſſe diſtractos in recitatione officij, non tenentur iterum repetere, vel ſi nõ recordentur ſe omnia dixiſſe; nam ſatis eſt ad hoc vt ſint tuti officium recitaſſe, ſi non recordentur certe ſe aliquid miſiſſe voluntarie, ex Nauar.*cap.13.num.29.* Maior. *4.d.12.q.7.* & poſt Suar. docent cit. Recent. præſertim Sanch.*loc.cit.* Alia de hæc re vide ſupra *lib.præc.diſ.2.à.nu.5.* nam ex ibi dictis ea, quæ hic Suarius, & alij docent de Horis Canon. à quouis videri poterunt.

7 Tantum addo cum Suar. hic *n.20.* Vaſq.*de Benef.cap.4. §. 1.* Caſtrop.*p.3. diſ.2.* & alijs non eſſe peccatum mortale recitare officium, dum alia exteriora

Digitized by Google

riora fiunt, vt ſi quis lauet manus dum recitat, vel ſe induat &c. Immò ego puto etiam ſi pingat modico tẽpore, vel ſcribat, dummodo nõ amittat attentionem, nam in his, quæ requirunt magnam mentis attentionẽ, vt eſt ſcribere poteſt eſſe magnum periculum defectus attentionis in officio, & poterit eſſe voluntarius in cauſa: contra vero poteſt etiam à veniali excuſari recitatio horarũ, dum homo ſe induit, vel alia facit, quæ non requirunt magnam mentis attẽtionem ſi id fiat moderate, & abſque magna feſtinatione, vt ex Nauar. *c.13. de orat. à n.47.* docet Suar. *n.21.* Sanch. *du.32. l.7. c.2.* Pelliz. *d. tra.5. n.86.*

8 Addunt, & bene Valent. 22. *d.6. quæſt.2. pun.10. v. ſequit.3.* & Nauarr. *c.25. nu.107.* non eſſe mortale ſi quis inaduertenter dum officium recitat diſtrahatur, & faciat actionem incõpoſſibilem cum attẽtione v.g. ſcribat per longum tempus, vel quid ſimile, ſi id non aduertat; quod tamen raro accidet, & ſi nec aduertit vllo modo; neq; aduertere potuit nullũ erit peccatum, cum nullum ſit voluntarium eſto Caramuel *in reg. S. Ben. d.108. a.1.* putet hanc ſententiam probabilem, ob auctoritatem; ſed non veram: nam eius ratio, quod ſcilicet, eodem modo quis tenetur ad non ponendam actionem incompoſſibilem cum recitatione externa facta religioſe, quo tenetur legere; mihi non placet: nam ipſa lectio eſt ſubſtãtia operis in hac ſentẽtia, & ly deuote eſt circumſtantia, vt diximus immediate antea.

QVÆRES III.

An qui dicit Officium cum propoſito non ſatisfaciendi præcepto, teneatur iterum illud recitare?

CAſus nõ eſt, quando quis in decurſu recitationis nõ cogitat de implendo præcepto; ſed officiũ ea intentione incepit, vel formali, vel virtuali intentione ad quam ſatis eſt recitare officium, vt alij faciunt, ſicuti ſi quis die feſto, videt Miſſam, neſciẽs eſſe feſtum diem, non tenetur videre aliam, ſi ſciat eſſe diem feſtum; ſed eſt quando quis dicit, vt ſupra innuimus, nolo per hanc recitationem ſatisfacere meæ obligationi; ſed officiũ volo recitare iterum. de hoc caſu.

9 Reſp. non teneri, ſed ſatisfacere per primam recitationẽ dummodo mutet animum, & velit illa recitatione præcepto ſatisfacere. Ratio eſt, quia hic re ipſa facit totum id, quod præcipitur, quoad ſubſtantiam actus externi humani, cum pręceptum Eccleſiæ ſolũ dicat, vt recitet horas ſemel in die: at quia ſtante illa renitẽtia voluntatis, nolẽtes præcepto ſatisfacere iure naturæ, non impletur completè, quoad effectum, debet illam voluntatem retractare; aliàs licet externè præceptum impleat peccabit tamen mortaliter affectu interno; ſicuti ſi quis poſt quam vidit Miſſam animo ſatisfaciendi pręcepto, poſtea doleret ſe vidiſſe Miſſam, hic iã impleuit externe præceptũ, ſed peccaret affectu.

10 Confirm. quia ſic recitans cum animo non ſatisfaciendi non incurreret excommunicationem latam cõtra non recitantes: ergo ſignum eſt, quod externe pręceptum obſeruauit. ita Arag. 2. 2. *q.83. ar.13.* Vaſqu. 1. 2. *q.100. ar.9. dub.1.* Valent. *3. p. diſ.6. q.2. pun.10.* & poſt Suar. *lib.4. c.26. à nu.8.* Caſtrop. *pun.3 diſ.2. hic* Sanchez *lib.1. ſum. c.13. n.9.* vbi citat Manuel *ſumm. c.1. in 2. Edit. c.123. n.2.* Enriq. *lib.9. de Miſſ. c.25. nu.6.* & alij communiter.

11 Idem etiam, & bene addit Sanchez de recitãte per metum officium, quia ſi habet poſtea voluntatẽ ſatisfaciendi præcepto, non tenetur repetere.

12 Nec valet dicere, quod qui vouit Roſarium ſi dicat cum intentione non ſatisfaciendi voto, iterum tenetur, vel qui ſoluit pecuniam debitam animo, & pacto donandi, & debitum aliàs ſoluendi, quod remanet obligatus; & ſacerdos qui pro Miſſa accepit ſtipẽdium, & illam dicit gratis, quod teneatur aliam dicere ſtipendio accepto, vt vult Medina, nam hæ obligatio-

gatio-

Digitized by Google

tiones cōſurgunt, ex propria volūtate, & ſic eſt quædā noua impoſitio, & obligatio, vt bene Suar. reſpōdet *nu.* 8.

Verum ego in caſu Miſſæ, vel debiti, puto quod ſi nō ſit facta acceptatio ab alia parte poterit Sacerdos reuocare intentionem. v. g. dico Miſsam nunc gratis pro Petro, à quo accepi ſtipem, & intendo illam gratis dicere, ea non fuit à Petro acceptata poſſum mutare animum, & retinere ſtipem pro illa Miſsa, quam dixi cum intentione dicendi gratis, abſque eo, quod aliam dicam, quia donatio non acceptata poteſt reuocari, vt late probaui *in tract. de matrim. cum Sanchez lib.* 1. *diſ.* 6.

DISPVTATIO XIV.

Quo tempore ſit recitandum diuinum Officium in priuata recitatione.

NOn ago de loco, in quo Officiū diuinū ſit priuatè recitandum, aut de ſitu, ſeu habitu corporis in eo dicendo, quia hæc ex dictis *lib. præc. de orat. in communi* ſunt manifeſta. tantum noto ſeruandas eſse rubricas in recitatione priuata, quod nimirum aliqua dicātur genibus flexis, vel ſtādo &c. at nullum eſt de hac re præceptum, & ad ſummum erit veniale hæc prætermittere, ſine vlla cauſa, vt bene Suar. *lib.* 4. *cap.* 27. *n.* 2. à quo pec. veniali puto communiter liberari ob quamuis cauſam, etiam ob illam leuiſſimam moleſtiam ſurgendi &c. ſi quis illā aduertat, & ob id faſtidium ſumat, ſaluo &c.

De tempore ergo in quo Officium diuinum eſt recitandum.

1 DIco 1. numquam eſse p. m. recitare officium intra eumdem diem naturalem, qui incipit à media nocte, & durat vſq; ad ſequentem mediam noctem, ſiue anteponendo v. g. ſummo mane recitando totum officiū, ſiue poſtponendo recitando, etiā prope mediam noctem totum: nec erit venialis culpa ſi horæ non dicantur præciſe ſtatis temporibus, dummodo ſeruetur conſueta proportio v. g. quod prima dicatur poſt tres horas ab ortu ſolis ſimul cū tertia, ſexta, & nona, quæ ſi non ſeruatur erit tantum veniale, ſi fiat ſine vlla cauſa v. g. dicendo primam ſero, aut completorū ſummo mane; licet meli' ſit horas anticipare, quā poſponere, quia videtur maior diligentia, quādo anticipatio nō eſt nimia, & hæc Suar. *c.* 27. *lib.* 4. Vbi *nu.* 8. ait viſiones aliquas, quibus puniti feruntur non recitantes officium ſtatis temporibus, potuiſse accidere ex eo quia illi erant Monachi ſolitarij, & nullam habebant occupationem, & quia poteſt alia negligētia admiſceri, quod eſt valde notandum.

2 Hoc idem dico de Veſperis, nempe non eſse veniale illas dicere ante prandium etiam tempore extra quadrageſimam, nam in eo eſt bonum tunc dicere, licet nulla ſit culpa illas poſtponere. hæc Suar. *d. c.* 27. *à num.* 3. ſequitur in omnibus Sāchez alios adducens *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 36. & alij Recentiores paſſim. Quamuis Caramuel *diſ.* 112. *in regul. S. Benedicti num.* 1411. putet numquam eſse veniale, placet, tamen in hac re ſaluo Suarij, & aliorū iudicio, non eſse hanc computationem, ita amare tractādam, vt ne medius quadrans à punto mathematico mediæ noctis intercedat, vt bene Caramuel apud Pellizarium *tr.* 5. *cap.* 8. *num.* 103.

3 Ex doctrina Suarij, & aliorū poteſt colligi nō eſse, nec veniale horas anticipare ob eūdū ad recreationem, etiā ſi ibi poſſim habere tēpus, vel ob melius ſtudendū poſtponere ſero, vel ob aliqua negotia peragēda, quæ cōmodius fient tēpore officij recitandi, vt ſi quis debeat cōcluſiones defēdere, vel ſermonē facere, & ſimilia, quia licet nō reddatur impotēs ad dicēdū officiū debito tēpore; tamē eſt aliqua moleſtia poſt illū laborē officiū recitare, & ſimiliter erit iuſtiſſima cauſa totum anticipare, ſi quis expertus pluries fuerit, quod poſtea obliuiſceretur alicuius horæ, ſaluo &c.

Digitized by Google

4 Dico 2. Peccare quidem mortaliter omittētem horas, vel partem eius notabilem Officij iuxta ſupradicta tranſacta iam media nocte, at nō teneri repetere, quia iam ceſſauit tempus præſcriptum à lege, nec Sacerdoti, qui omiſit recitare Officium pro pœnitentia deberet neceſſario imponi, vt dicat horam omiſſam, cū hoc nullum habeat fundamentum. Cōtra vero quamdiu dies non eſt elapſus ſemper tenetur ad recitandā horam omiſſam, donec elabatur media nox. eſt cōmunis ſententia cum Suar. *lo.c. num.*5. *&* 6. bene verum eſt, quod ſi quis dum recitat officium præcedentis diei aduertit mediam noctē trāſactā eſſe poteſt illud proſequi, vt *n.*2. dixi, quia iam cenſetur dictū, & tantum cōpletur, quod intellige quando parum quid deeſſet ex officio, ita vt medio fere quadrante totum finiatur vt *num.*2. dixi.

5 Dico 3. Matutinum poteſt dici die antecedēti poſt quatuor horas à meridie, tam hyeme quam æſtate, quæ eſt conſuetudo Romana, & ab omnibus accepta, & ſi per aliquam horam fiat anticipatio, cum aliqua cauſa, nō erit veniale. hæc. Suar. *d.c.*27. ſic intelligens D. Tho. *quodl.*5. *ar.*28, dum ait eſſe tempus cōpetens pro matutino, *quod ſequitur poſt dictas Veſperas, & completorium*, nempe quādo dicuntur tempore conſueto, aut ordinario, vbi *num.*13. ait, nō poſſe dici Matutinum ſequentis diei hodie poſt duas horas poſt meridiem, quia nec conſuetudo id habet, nec Pontifex id cōcedit ſine cauſa. ſequitur Caſtrop. *pun.*4. *diſp.*2. *num.*3. vbi alios citat.

6 At poſt Suar. docuit Sanch. *dub.*37. id non eſſe mortale, ſed tantum veniale, & cum cauſa, nullum eſſe peccatum, quem etiam ſequitur Diana *p.*4. *tr.*4. *reſ.*9. qui addit ex Sāch. quod ſatisfaceret præcepto, qui tempore quadrageſimæ ſtatim poſt meridiē, diceret Matutinum, quia iam incepit dies ſequens, quando Veſperæ dicuntur ante prandium. Sed merito hoc Suarius noſter *num.*13. putat nimiam eſſe ampliationem, at poſt factum non condemnarem hunc ſic facientem p.m. neq; obligarem ad officium repetendum, cum etiam Pellizarius *num.*102. non reprobet, ſed potius videatur conſentire.

Deniq; hìc addo cōtra Angel. Sylu. & alios, quos Suar. *in t.*3.3. *p. diſ.*88. *ſec.*3. fine, citat, & reprobat poſſe diuinum officiū dici tempore, quo Miſſa auditur ex præcepto, quia nec attentio ad officium impedit, quominus ſatisfiat præcepto Miſſæ; nec etiam attētio ad Miſſam impedit attentionem officij. ſic Suar. *l. cit. t.*3. & comm. Recent.

DISPVTATIO XV.

Explicantur cauſæ excuſantes à recitatione Horarum.

QVÆRES I.

An excommunicatus, ſuſpenſus, & interdictus, excuſetur à recitatione horarum.

1 Reſp. neg. ſi ſit in ſacris, vel Religioſus Deputatus ad Chorum (nam de Beneficiarijs diximus cum Suario *diſ.*10. *ſup.*) quia ſi quis teneatur ex voto, debet illud recitare, etiā ſi ſit excōmunic. ergo etiā tenetur ob præceptū, eſt cōmunis ſententia cum Suar. *c.*28. *lib.*4. *de Horis Canon. num.*2.

2 Aduertunt autem omnes, excommunicatū non poſſe dicere Dominus vobiſcum, nec cum alio recitare, quia participat cū alijs in diuinis, & exercet officium ordinis; ſed puto eſſe ad ſummum veniale, ſi priuatim dicat: Dominus vobiſcū, quia eſt officium in parua materia.

Idem dicas de Degradato, aut depoſito, de quo hìc non loquitur Suarez, ſed videtur ſupponere, eum teneri, ſi eſt in Sacris, ex Sylu. *v. Degradatio*, Tabien. §.2. Auila *de Cenſ. par.*4. *diſ. vn. cat.*2. Nicolao de Ploue *tract. de Sacerd. mat. de Hor. Can. ver.*4. *Duodecimo quæritur*. Briaret. *quodl.* 4. *prop.*5.

Idem etiam eſt de irregulari, vt tenet

Digitized by Google

tenet alios citans Lezana *tom.1.ſum, cap.12.num.5.*

Quod ſi conſtitutus in ſacris ſit dãnatus ad triremes; licet multi putent eum teneri ad officium recitandum quando commode poteſt, & Suarius id tenet aperte;cum etiam de religioſis non in ſacris id aſſerat,vt ſupra vidimus:mihi tamen ſatis probabile videtur hũc nõ teneri ob rationes,quas Leſſius adducit: quia ſatis habent afflictionis, tũ quia animus raro eſt paratus ad obſequendum taliter afflictis tum quia eſſet dedecus ſtatus eccleſiaſtici ſi alijs oſtẽderetur eos eſſe Sacerdotes;quare hanc ſententiam negatiuam docet abſolute Diana *1.par. tr.12.reſ.40.* citans. Homob. *de exam. eccl.p.1.tr.4.cap.49.32.*Leſſ. *lib.2. c.37. dub.9.nu.45.*Sanch.*lib.8.de mat.diſp.8. num.11.* ſed non potui hoc videre in Sancio.ſeq.Trullench.*l.1. in decal.c.7. §.2.dub.12.num.3.*

Ex hac doctrina infero (quamuis apud neminẽ inuenerim in terminis) damnatum ad mortem triduo ante, dum eſt in ſacello non teneri de officium recitandum; etiam ſi ſit Sacerdos;quia timore mortis futuræ vix eſt ſui compos,& quamuis diſcurrere valeat , & alios libros legat,tamen eſt onus intolerabile illum adſtringere ad recitandum officium cum illa methodo &c.

Immo ſi quis ſit captus pro aliquo grauiſſimo delicto,puta rebellione, & ſit carceratus animumq; habeat fluctuantem inter timorem dedecus ſupplicij &c. excuſabitur certe à recitatione horarum; nam militat Leſſij ratio;quia adderetur afflictis afflictio, & animus non eſt paratus ad obſequendum.ſaluo &c.

Idem dicerem in aliquo graui , & repentino mærore: puta morte filij, amiſſione magni Patrimonij,qua animus repentino nuncio valde turbaretur,& angeretur; ita vt nõ niſi per ſũmam difficultatem poſſet applicari ad legendum, & cordis merentis ictibus identidem diſtraheretur.

QVÆRES II.

An ignorantia excuſet à recitatione officij.

3 DIco 1. qui inculpabiliter ignorat ſe teneri ad officium,(quod rariſſime poteſt accidere cum præceptum circa ordinatos in ſacris,& beneficiarios ſatis conſtet) non peccat illud omittens , ſicut nec peccabit , ſi omittat illud ex quadã naturali obliuione,quia ſcilicet nec venit in mentem intra tempus debitum obligatio recitandi,nec ipſa recitatio,& ſolum poteſt eſſe aliqua culpa, quæ ordinarie , eſt leuis in hominibus timoratis, quãdo quis expertus ſit ſe ſolere obliuiſci alicuius horæ, & nõ adhibet aliquod ſignum memoriam excitãs. ita cum Suar.*d.ca.28.* Filiucc.*tr.23.cap.8.* Bonac.*diſp.1.q.6.pun.3.*Caſtrop.*pun.6. diſ.2.num.1.*

4 Cum quo aduerto,quod ſi quis dubitet an recitauerit officium nec ne, & non habet probabilem aliquam coniecturam recitationis , tenetur ad horas , quia præceptum eſt in poſſeſſione.Contra vero ſi dubius ſit,an fuerit recitatus pſalmus , antiphona &c. at certus eſt de recitatione officij , nõ tenetur,quia ſtat pro recitatione poſſeſſio.ita etiam Bonac.*loc.cit.num.* 11. & ſupra diximus hoc vltimũ ex Suar.

5 Et quamuis hi Doctores cum alijs, quos citant;(nam Suarius non loquitur de hoc caſu)putent,quod dubitãs an aliquam horam integram recitauerit,teneatur illam repetere;tamen mihi probabilius videtur non teneri, quando certus eſt ſe recitaſſe reliquas horas,& eſt elapſum tempus , quo illam,de qua dubitat, ſolet dicere v.g. ſi recordor dixiſſe matutinum,& poſtea dixiſſe primam,& tertiam,& nõ recordor dixiſſe laudes,& dubito , nõ teneor:quia præſumptio ſtat pro me, ne dicar ordinem horarum preuertiſſe.Contra vero ſi recordor dixiſſe horas,at de Veſperis dubito, quæ ſolent à me dici circa 21.aut 22.horã,teneor.

Dico

Digitized by Google

6 Dico 2. licet peccet ſuſcipiens ordines aut beneficium, abſque eo, quod neſciat recitare officium pro aliquo tempore; niſi ab aliqua vrgenti neceſſitate excuſetur, quia v. g. futurus eſt ſine ordine per longum tempus, vel carebit illo beneficio, & bona fide ſperat fore ab alio iuuandum; tamen durante tali ignorantia excuſatur à defectibus, qui in experto ſolent occurrere, at non à recitatione horarum, quia melius eſt dicere vtcumq; officij ſubſtātiā, quam illud omittere, quod ſi penitus legere neſciat, excuſabitur à recitatione: ſed grauiter peccauit, ſuſcipiendo ordines, & beneficium, & ſi nō poteſt doceri ad officium recitandum, tenetur beneficium dimittere. hæc Suar. *d. c. 28. num. 5. & 6.* cui aſſentitur Caſtrop. *d. pu. 4.* Sanch. *lib. 7. conſ. mor. cap. 2. dub. 51.* & alij commmuniter. Quamuis non ſine probabilitate, hæc ſententia videatur rigida. Garzias *p. 3. c. 1. num. 99.* putat enim ipſe poſſe abſque peccato beneficium acceptari abſque eo, quod neſciatur officium recitari: ſed ſatis eſt ſi eo adepto, addiſcat, quia Eccleſia nō cenſetur obligare cum tanto rigore.

7 Adde etiam Suarij dictis, excuſari ob ignorantiam cōſtitutum in ſacris, qui licet aliqualiter ſciat legere; tamē ſummam habet difficultatem, ita vt fere totum diem inſumat ad recitationem officij, & verba mutilet, ac deturpet: vt vidi quemdā, qui ob ignorantiam, & incapacitatē nōn fuit promotus ad vlteriores ordines; quia hęc eſt moralis impotentia, & eſto male fecerit, acceptādo ordines, ſi ſuam inſcitiam aduerterit, vel vt melius dicā, peſſime fecerint examinatores hunc ad ordinem admittendo; at non peccat diuinum officium recitando, nec ad alias preces tenetur ex præcepto, vt in ſimili ſupra diximus. Si vero beneficium habeat, tenetur illud dimittere, niſi ſi dimittat, non habeat, vnde viuat, & ipſe non fuit in culpa, quod ſic ordinem ſuſcepit, nec illum ſtatū aſſumpſiſſet, niſi ſpe beneficij, & ſic paſſus eſt iniuriam, tenetur autem male ordinans Eccleſiæ ſatisfacere; quia ipſe illi iniuriam fecit. ſaluo. &c.

Vtrum autem teneatur cum Socio dicere ex mox dicēdis. ex Suario colligi poteſt.

Sed an excuſetur qui habet maximam difficultatem recitandi officiū, non ex ignorantia: ſed ex prauo habitu Filiucc. *tract. 27. p. 2. c. 6. q. 9. n. 125.* ait, & recte hunc teneri, & prauum habitum tollere: at ego adderem, niſi ex illo prouo habitu redundaret in recitantem aliquod graue damnum; puta grauiſſimus dolor capitis, febris, vel quid ſimile quod iuxta dicenda *quæſt. 4.* excuſaret arbitrio prudentū: ratio eſt, quia hæc eſt moralis impotentia, nec refert quod ob præteritas culpas fuerit inducta, excuſant enim communiter Doctores nō potentem ieiunare, quamuis culpa ſua inciderit in impotentiam v. g. defatigatus eſt quærendo inimicum.

QVÆRES III.

Ad quid teneatur carens Breuiario, Cæcus, aut Surdus.

8 RESP. ſi culpa ſua caret Breuiario, quia ſcilicet illud directe proiecit, peccat mortaliter tunc, contra præceptum non recitandi horas; licet excommunicationem incurrat, ſicubi lata eſſet tempore omiſſionis v. g. cras debeo ordines ſumere, & non habeo ſpem habendi Breuiarium, & accedo vt ordiner, vel Breuiarium proijcio, hodie facio contra præceptum, malitia vere interna, & voluntaria in cauſa, cras peccatum conſummatur veluti malitia externa, & omiſſionis, & ſic cras incurro cenſuras poſitas ob omiſſionem horarum. ita Suar. *lib. 4. c. 28.* ſed quid ſi hunc pænituit cauſæ peccati, ſeu projectionis Breuiarij, vide dicta à me cum Sanch. & alijs *l. 9. de matrim. diſp 45.*

9 Si vero amiſſio Breuiarij fuit per aliquam negligentiam culpabilem erit tantum veniale peccatū, quia videtur illa obliuio naturalis, vel nullū

pror-

Digitized by Google

proſſus erit,quando nulla fuit culpa.

10 Vbi aduerte,quod ſi quis hodie ordinatur,tenetur recitare horas ſequẽtes v.g.Veſperas,& completorium illius diei,vel ad ſummum nonã, quia cum aliæ horæ dici deberent tempore antecedenti,non obligatur eas dicere poſtponendo illas. ita Suar.*d.ca.* 28.*à num.*7.

11 Illum ſequitur Bonartius *l*, 2. *c*.39. *num.* 11. abſolute docens tantum teneri ad Veſperas Caſtrop.*pun*.4. *nu*.3. cum Bonac.*diſp*.1.*q*.2.*p*.5.*nu*.9. &alij, qui putant teneri Clericum ordinatũ meridie v. g. recitare dictas Veſperas &c quamuis totum officium dixerit ante ordinationem, quia non poteſt eſſe ſatisfactio obligationis, vbi nulla eſt obligatio.Sed ego contrarium puto probabile, quia potuit anticipate ſoluere,vt putat Trullench. quem refert,& ſequitur Diana *p*.5.*tr*.7.*reſol*.38. & putat etiã probabile ipſe Caſtropal.

12 Quæ ſententia nõ ſolum habet verum quando recitans feciſſet animo ſatisfaciendi obligationi futuræ: ſed etiam ſi ex aliqua deuotione illud recitaſſet, quia non videtur cum tanto rigore Eccleſia velle obligare hos ordinatos, & ſicuti qui recitaret officiũ animo protunc non ſatisfaciendi: ſed iterum dicendi, poteſt illo ſatisfacere mutata volũtate, ita etiã in hoc caſu, nec obſtat, quod ille non habet eo tẽpore obligationem quia poſito quod per anticipatam ſolutionẽ poteſt ſatisfacere, poterit etiam in caſu dicto. ſaluo Suarij. & aliorum iudicio.

13 Notandum denique eſt, carentem Breuiario teneri horas memoriter recitare,ſi illas ſcit,(alias non tenetur; ſi Pſalmos tantum, vel lectiones ſciret, & non poſſet vllam horam integre recitare)quia poſito quod poſſit officium quoad eius ſubſtãtiam recitare tenetur, at ad pſalmos vel lectiones non tenetur, quia non ſunt officium diuinum.ita ex Nauarr.*cap*.11.*de orat. num*.15.Suar.*d.cap*.28.*n*.10. qui etiam ex communi ſententia Canoniſtarũ, & Summiſtarum bene tradit,non potentem loqui,vel non potentem ore proferre verba ex iuſta cauſa non teneri officium audire lectum ab alio, quia præceptum eſt de officio recitãdo.ſequitur Garzias de Benef. *tom*.1. *par*.3.*ca*.1.*à nu*.221.Malder.2. 2.*tr*.10. *ca*.2.*dub*.5. nec etiam mentaliter proferre, quia eſt contra eſſentiam vocalis orationis.

14 Eadem dicas de Cæco, quæ dicta ſunt de carente Breuiario,ſolum nota hunc non teneri dicere officium cum alio, ita vt ille legat, & ipſe ſimul dicat;quia hoc eſt valde oneroſum;licet obligetur ſocium adhibere, quando commode poteſt illum habere,ſi partem ſuam poteſt dicere: Immo ſi tenetur ad Chorum tamquam Beneficiarius,& non vult illi intereſſe, tenetur ſocium pretio cõducto adhibere, quando fructus ſunt ſufficientes, quia non excuſatur intereſſe Choro.*ex declar.Cardin.Conc.Trid.ſeſſ*.24.*cap*.12.& ratione iuſtitiæ tenetur;quod non vrget in Religioſis, & alijs Clericis ſimplicibus obligatis ad recitandum, vt ſocium conducant; quia non obligãtur ratione iuſtitiæ ob redditus Eccleſiæ acceptos: ſed tantum tenentur, ſi poſſunt amicabiliter illum habere (quicquid in contrarium dixerit Sanchez *lib*.7.*cap*.2.*dub*.16.de Clerico ordinato ad titulum patrimonij,& illud habente (vbi putat teneri ex proprio patrimonio ſi ſufficiat ſocium cõducere,& Caſtrop.*loc.cit.num*,14. putans etiam Religioſum teneri conducere ſocium,ſi habeat pecuniã,)& ob eamdem cauſam tenetur,ſi aliter non poteſt eo tempore, quo abeſt à Choro ſine legitima cauſa ſocium adhibere, ita vt ille legat, & ipſe dicat officium. ita Suarius *d.cap*.28.

15 Immo ſi quis ſit ſimul ſurdus, & cæcus excuſatur quidem à recitatione horarum, at nõ ab aſſiſtentia Chori, & ſi tantum ſit ſurdus debet officium ſolus dicere,ſi poteſt, ſi autem non poteſt ſine ſocio, cum non poſſit illum audire, vel cũ magna difficultate ſi ſit ſurdaſter,non tenetur, quia eſt valde oneroſum, & fit cũ magna indecentia,& vociferatione. ita Suar. *d.c*.28.

Digitized by Google

d.c.28.à n.14. ſequitur Caſtropal.*pu.6. diſ.2.* Filiuc.*c.9.* Reginal.*lib.18.n.183.* Molfeſius *tra.5.cap.4. num.28.* Sanch. infra cit.& alij paſſim, licet non omnia attingant, ſed ſupponant.

At ſequendo ſententiam Caramuelis pro qua citat Syluium.*in reg.S.Bened. d.108.n.1383.* quod recitans cum ſocio nō teneatur partem illius audire: ſed tantum expectare eius finem; tenetur ſurdus dicere cum ſocio, quando ſolus non poteſt, & ſane hæc ſententia mihi ſemper placuit, licet non auſus ſim illam ſine doctore contra communem aſſerere.

Examinantur aliqua Recentiorum placita circa præcedentem materiam.

16 SVarij dictis nō obſtantibus puto valde probabile cæcum, ſimul, & ſurdum non teneri ad aſſiſtendum Choro, quia hic non poteſt more humano aſſiſtere, cum nec percipere, neq; videre poſsit, quæ in Choro dicuntur, aut aguntur, neque hoc pacto honorat ſua præſentia Chorum; ſed potius quamdam affert indecētiam, v.g. debet manu duci, admoneri quādo debeat ſtare, quando ſedere, & alia huiuſmodi, & multo minus tenetur, ſi ſit etiam mutus, quia fortius vrgēt dictæ rationes. Cōfirm. quia talis æſtimaretur ineptus adhoc, vt eligatur in Canonicum; non alia ſane ratione, niſi quia reputetur ineptus ad Chori aſſiſtentiam.

17 Immò puto, quod ſi Pontifex conferret huic beneficium, adhuc eſſet à Choro liber, quia non cenſetur Papa illum obligare ad id, à quo iure naturæ excuſatur, nec is per acceptationem beneficij cenſetur ſe ad id obligare. ſaluo &c.

18 Nimis etiam rigoroſum eſt, quod ait Bonac. *diſ.1. p.2.q.6.nu.14.* & alij, teneri cæcum, qui neſcit aliquid memoriter, ſocium aſſumere, quo mediante poſſit memoriæ pſalmos mādare, hoc inquam graue nimis eſt, & contrarium eſt tenendum, vt etiam tradit Sotus *lib. 10. de iuſt. qu.5. ar.3* Macign.*c.14.nu.9.* Sanch.*conſil. moral. lib.7.c.2.dub.16.* vbi bene addit ſecundum aliquos Recentiores nec teneri, quāuis optimam habeat memoriam.

19 Neq; placet diſtinctio quorūdam, inter quos eſt Garzia *de beneſ.3.p.c.1. nu.215.* & Layman *lib.4.tr.1.c.6.nu.2.* Leſſius *c.37.n.54.* teneri cæcum adhibere ſocium, ſi antea conſueuit adhibere; quia ſi commode poteſt poſt cæcitatem, vel aliud impedimentum tenetur, ſicuti qui ſine alio adiumēto poterat ſoluere debitū, ſi poſtea fiat ſine illo adiutorio impotens tenetur illud adhibere, quando cōmodè poteſt adhoc, vt ſoluat.

20 Valde tamen conſequenter loquitur Io.Sanch.*in diſ.Select. diſ.15. nu.2.* vbi docet non teneri ſocium adhibere, etiam ſi ille ſponte ſe offerat, non quia recitare cum ſocio, eſt Priuilegium, vt ipſe ait, quo vti non tenetur; ſed quia qui tenetur ad officium, debet adhibere ea media, quæ intrinſece faciunt ad illud recitandum v. g. procurare breuiarium, ſcire legere, non autem dicere cū ſocio, ſed Suarij ſentētia eſt cōmunis. Nauarri, Azorij, Rodriq. Valen. Reginal. quos citat, & ſequitur Caſtrop.*pu.6.diſp.2.n.13.*

21 Deniq; non eſt audiēdus Villalobos *to.1.tr.24.du.16.nu.11.* dum ait ſcientē pſalmos, teneri illos dicere, & ſupplere alijs capitulis, & lectionibus B. Virginis, vel Defunctorum, quia illud non eſt officium debitum. ita etiam Diana *reſol.30. de Horis Canon.*

22 Immò ponamus, quod hodie ſit officium de feria, & Sacerdos, ſeu Beneficiar', s cæcus, aut Breuiarium nō habens ſciat memoritur recitare officium de Sancto, puto in rigore ad id non teneri, non ſolum retinendo ſententiam, quod officium pro officio recitari non poſſit, ſed etiam retinendo affirmatiuam, quia nō tenetur niſi ad officium currentis diei, vt etiam videtur innuere Diana *d.reſol.30.* dum hanc affert rationem contra Villalobos, & videtur fauere Nauar. hìc *c.11. nu.23.* quem citat, & ſequitur Sanch. *lib.7.c.2.dub.4.num.8.* vbi ait. Cæcum con-

conſultius facturum, ſi nouit memoriter maiorem partem recitandi officij diei, quam ſi recitet integrum officium alterius diei. eſto alicui non improbabiliter videri poſſet per hãc doctrinam Sanchez ſupponere, quod teneatur ſi aliud officiũ neſciat. iam ad Suarium reuertamur.

QVÆRES IV.

An, & quando ratione ægritudinis excuſetur quis ab Officio recitando.

23 CONſtat apud omnes excuſari infirmũ, qui ita impeditur, vt abſq; graui nocumēto ſalutis, aut ſine graui dolore officium non poſſit recitare, quod ſi eſt manifeſtũ, non eſt opus medici iudicio, vt ex obſeruatione aliorum præceptorum patet. Contra vero ſi ægritudo ita eſt leuis, vt non impediat alias actiones ordinarias capitis, & linguæ, neq; per recitationē augetur notabiliter, certũ eſt teneri. ita Suar. *lib.4.cap.28.à nu.19.*& eſt cõmunis ſententia inter Recentiores.

24 Non deſinam hìc adnotare aliquos caſus particulares, qui tum ex Suarij, tum ex aliorum doctrina deduci poſſent, & primo moderatus dolor ſtomachi, aut dentium, vel etiam capitis non excuſat, vt ait Suarius. adde præſertim in ijs, qui sũt his doloribus habitualiter affecti, & ſolēt omnes alias actiones facere. Contra vero ſi ſit grauis dolor, nec opus eſt, vt ſit maximus, & ideo in viris delicatioribus minor dolor ſufficit ad eos excuſandum. ſaluo &c.

25 Secundo non excuſat febris quartana, aut leuiſsima tertiana, quando nõ eſt per totum diem, vt bene Suar. *nu.28.*ex Nauar. *c.11.à nu.3.* aut non habet grauia accidentia moleſta, vt Sanch. *lib.7.c.2.du.46.*

26 An tunc teneatur præuenire tempus. vide *qu.7.*

27 Tertio non valet inferre, hic poteſt dum eſt æger confabulari cum amicis, legere aliquos libros recreationis gratia: ergo tenetur ad officium; quia hæc recitatio officij eſt res ſeria de ſe augens moleſtiam, & mærorē, vt bene Diana *reſol.43. de Hor. Canon.* poſt Ioan. Sanch. *diſp.15.ſelect.* quod etiam patet ex doctrina Suarij *nu.23.* à me relata, & ab ipſo *n.19.* vbi citat Nauar. *man.cap.25. num.100.* in hoc ſenſu loquentem.

28 Denique poteſt euenire, vt aliquis poſsit Miſsam dicere, at non teneatur ad officium, vel excuſari à Choro, at non à recitatione priuata. Similiter nec ſtatim, ac febris illum relinquit, tenetur, ſed iuxta maiorem, vel minorem imbecillitatem, quam relinquit ægroto, eſt per aliquot dies excuſãdus; quia hæc Eccleſiæ præcepta non ſunt amarè tractanda, & cenſenda eſt Eccleſia velle ægris poſt tot labores aliquam requiem dare, vt ait Sanch. *dub. cit.* vnde medicus, vel Superior potius debet excedere in Indulgentia, quam in anticipanda obligatione.

Quid ſi dubium ſit, an infirmitas ſit ſufficiens ad excuſandum?

29 REſp. tunc debet aliquis medicus, qui bona fide in ſua arte peritus æſtimetur, conſuli ſecundum omnes; non enim optimus eſt eligendus, & ſufficit medicus ordinarie in infirmitate adhiberi ſolitus; & ſi hic dubitet, adhuc poſſunt Religioſi Prælatum adire, & ab eo petere diſpēſationem, quia cõmodè id poſſunt facere. Cæteri vero Clerici ſæculares, qui non poſſunt adire tam confidenter Epiſcopum, qui ſolus poteſt diſpenſare, & non alij Parochi, debent tutiorem partem eligere, recitando officium, quando dubium non poteſt practice deponi, quia vix poteſt eſſe graue malum, quando eſt dubium; nam ſi poteſt deponi, quia v.g. plures rationes occurrũt pro excuſatione, vel poteſt habere admiſtum iudicium probabile, quod illa cauſa hic, & nũc ſufficiat, tuta conſcientia poteſt omitti. Ratio eſt, quia in hoc caſu poſſeſsio ſtat pro præcepto: ergo dubius de ſua ex-

Digitized by Google

excuſatione debet certificari. Et idem dico ſi medicus, ſiue Prelatus poſſet adiri. At ſi omittendũ eſſet officium pro longo tempore, tunc omnino in dubio eſt adhibenda diſpenſatio Prelati. ita Suar. *d. c.* 28. *à n.* 19. *ad* 21.

30 Nec huic doctrinæ contradicunt Caſtrop. *diſ.* 2. *pu.* 6. *n.* 10. & Bonac. *d.* 1. *q.* 6. *p.* 1. quãuis dicant cõtra Suarium in hoc ſentire: quia ipſi dicunt nõ teneri in dubio, periculo grauis nocumenti ſe exponere, & Caſtrop. addit hoc periculum eſſe cauſam ſufficientem, & ſane Suarius hoc vltro dabit: nam prudentiſſime ait, quod ſtante dubio, an excuſetur nec ne, nõ poteſt eſſe periculum tam graue: ergo bene concedit, quod in periculo grauis nocumenti non teneatur.

31 Ego ſic diſtinguerem (quamuis hec duo Bonacina, & cæteri videantur confundere) ſi dubiũ ſit, an infirmitas ſit ſufficiens ad excuſandum nec ne, tunc ſtante dubio, tenetur recitare, quia cõſtat de præcepto, at eſt dubia excuſatio iuxta communem ſententiam, quam ſequutus ſum cum Sãch. *l.* 2. *diſp.* 41. *de matrim.* & ſi contra ſentiat Salas *de legib. in* 12. *tom.* 2. *tract.* 8. *diſp. vn. ſec.* 25. *nu.* 259.

32 Si vero certa ſit infirmitas, in qua ſolẽt cõmuniter excuſari, at dubium eſt, num recitatio grauiter ſit nocitura nec ne, tũc excuſabitur à recitatione, quia poſſeſſio ſtat pro infirmo, quę diſtinctio videtur mihi valde cõfirmari ex Suarij doctr. mox tradẽda.

QVÆRES V.

An qui poteſt recitare partem officij, teneatur ad illam, vel ad alias orationes minus moleſtas eius loco?

33 RESp. cum diſtinctione, qui non poteſt ex aliquo impedimẽto, puta occupationis, carẽtia Breuiarij, itineris &c. maiorem partem alicuius horę v. g. primę dicere, ad nil tenetur, etiam ſi poſſet recitare multas partes horarum, quæ ſimul ſumptæ, vnam vel plures horas conficerent, quia hæ partes nõ poſſunt per modum diuini officij recitari. At qui poteſt maiorem partem horæ (meo iudicio ex Suarij doctrina volẽtis, vt ſint ſaltem partes ſubſtantiales. v. g. duo pſalmi cum *Regi ſæculorum &c.* & Hymno, vel tres Pſalmi cum Hymno) tenetur ad illã, nam ſicuti qui feciſset votum viſitandi ſeptẽ Eccleſias, ſi non poteſt omnes, tenetur ad tres, iuxta dicenda *tr. ſeq. lib.* 2. *diſ.* 2. ita in caſu poſito, cur occupatus, ne poſſit dicere Matutinũ v. g. & laudes, nõ tenebitur dicere reliquas horas, etiam ſi tantum ſit Cõpletorium? & hæc procedunt, quando impedimentum non prouenit ex infirmitate.

34 Sed in caſu infirmitatis, quãdo infirmitas impedit, ſeu excuſat à recitatione diuini officij, etiã ſi quis poſset dicere vnam, vel aliam horã ſine vlla moleſtia non tenetur; quia daret anſam ſcrupulis, & cõſuetudo ita obſeruat. Contra vero ſi quis non poſset dicere Matutinum, & laudes ob difficultatẽ, & ſuam Capitis debilitatem, vel oculorum caligationem, at poſſet alias horas, non excuſabitur.

35 Et in hoc ſenſu intelligẽdi ſunt Doctores aſserẽtes generaliter, quod qui nõ poteſt maiorem partem recitare, nõ tenetur ad aliud, quia maior pars trahit minorem. Nam nimis laxa regula eſt, nec adæquata reſpõſio, quia poſsunt eſse partes æquales; & axioma illud intelligi debet, vel quando partes concurrunt ad vnũ actũ, vt in electionibus, vel quãdo vna impedit aliã partẽ. Hæc Suar. *l.* 4. *c.* 28. ſequitur Bonac. *diſ.* 1. *q.* 6. *pun.* 2. *num.* 7. vbi citat Vegam, Petrum Ledeſm. Graff. & alios, & hæc Suarij diſtinctio mihi valde arridet.

36 Quãuis nõ deſint, qui dicant abſolute cõtra Suarium nõ potentem recitare maiorem partem ad nil teneri. ita Sanch. *conſ. moral. l.* 7. *cap.* 2. *dub.* 17. *num.* 5. & ante ipſum Azorius *quæſt.* 4. *lib.* 10. *cap.* 13. Nauarr. *cap.* 11. *de orat. à num.* 6. & Leſſius loquens de eo, qui ob cæcitatem, vel debilitatem nõ poteſt maiorem partem *l.* 2. *cap.* 27. *n.* 54.

Ca-

Digitized by Google

Caſtrop.*diſp.2.p.6.num.* 9. extendens vniuerſaliter ad omnes caſus ibi. *Ne infirmi, & debiles, & aliàs impediti ſcrupulis, & perplexitatibus vexentur*, qui tamen minus recte citat Leſſium quaſi vniuerſaliter affirmãtem, quod qui non poteſt ad maiorem partem, non tenetur, nam is non ſine cauſa præciſe de cæco, ac debili loquitur, & loquendo de infirmis Garzias 3.*p. de beneſ.c.*1.*nu.*222. Rodriqu.*ſumm.* 1.*to. cap.*145. dicunt, non potentem recitare Matutinum cum laudibus, non teneri, quia hæc eſt præcipua pars, licet non maior. quæ ſententiæ ſaltem auctoritate Doctorum ſunt probabiles, quod nec Suarius negabit; ſed extra caſum infirmitatis omnino Suario adhærendum puto, tum ob eius rationes, tum quia Doctores licet generaliter moueant quæſtionem, ſemper exemplificant de infirmis.

37 Sed adde Suarij dictis, quod ſi aliquis poſſit Matutinũ recitare, & laudes, dicendo illas per varias vices, puto hunc non teneri; licet valde laudabiliter faciat, quia iam ob illam debilitatem excuſatur, aliàs non excuſaretur ab horis, niſi valde infirmus. ſaluo &c.

38 Caſu autem quo quis poteſt dicere Matutinum cum laudibus, puto teneri illa recitare, & nõ horas reliquas æquiualentes illis, quia peruerteret ordinem officij, niſi forte poſſet à prandio, tunc enim conſultius eſt horas illi tempori correſpondentes dicere. ſaluo &c.

39 At concordant fere omnes citati Doctores, & alij Recentiores ſequentes Suarium, non teneri ad alias orationes, qui non poteſt officium recitare ob infirmitatem, vt aliàs etiam dixi, & ſi contra ſentiat Nauar.*d.c.*11. *num.*19. & Antoninus *de litteratis p.*6. *cap.*7.*num.*9.

Quod ſi dubium ſit, an poſsit maior pars dici, nec ne? vide *à num.* 28. ſupra.

An qui habet Quartanam pro aliqua parte diei, teneatur præuenire, vel poſtponere tẽpus, dicam *à nu.* 44.

QVÆRES VI.

An metus excuſet à recitatione horarum.

40 RESp. ſi ſit grauis, & non incuſſus directe, adhoc, vt Miniſter retrahatur ab illo cultu diuino, excuſat ſicuti in cæteris præceptis, cum Eccleſia non obliget cum tanto rigore &c. & nullo modo redundet in contemptum Religionis; at ſi ſit directè incuſſus, valde cõſiderandæ ſunt circumſtantiæ, & cauendus contemptus Religionis Catholicæ, aut ſcãdalum, in quo caſu nullo modo excuſatur; quamuis non ſit intrinſecè malum cedere, & non recitare, cum non exigatur niſi omiſsio cultus, & non actio poſitiua contra diuinum cultum. ita Suar.*d.c.*28.*n.*30.*&* 31.*lib.*4.

41 Ex hac Suarij, & cõmuni doctrina infero, Sacerdotem Græcum non excuſari ab officio, eo quod vxor præcipiat, aut Pater ne officium dicat, quia potius eſt obtemperandum Eccleſiæ præceptis: at ſi rixæ, & diſcordiæ notabiles orirentur ex illà recitatione, fas erit officium omittere, quia poſitiua præcepta non obligant cum ſcãdalo. *cap. nihil cum ſcandalo de Præſcr.* vt in ſimili docui cum Sanch.*lib.*9. *de matrim.diſp.*3. ex Metina *cap. de ieiunio.qu.de his, qui ad ieiunia tenentur.* Nauar.*ſum.c.*11.*nu.*19. Viguerio *inſt. c.*7.§.3.*fo.*203.*col.*2. & alijs multis.

42 At ſi ſit Beneficiarius tenetur hoc caſu, vel officium recitare, non obſtante parentis cõtradictione, vel beneficium dimittere ſi ſine ſuo magno incommodo, & periculo poteſt, vt ex regulis generalibus de iuſtitia liquet. ſaluo &c.

QVÆRES VII.

An neceſſitas excuſet ab Officij obligatione.

43 RESp. affir. ſiue ea ſit aliqua neceſſitas ex charitate, v.g. adiuuãdi

Digitized by Google

ægrotum, quod verum eſt, quamuis ſine peccato hæ actiones quæ vrgent, poſſent omitti; ſiue ex iuſtitia, vt ſi ex officio debeam concionari, & nō poſſim omittere concionem, ſine graui ſcandalo, aut perturbatione v. g. deſerere ægrotum per aliquot horas, vt dolorem aliquem ſuſtineat; vel ſi quis velit aliquam actionem litterariam facere (puta Tragædiam, vel Concluſiones tenere per integrum diem) vel ſi doctor debeat facere prælectionem: ratio eſt, quia Eccleſiæ præceptum nō obligat cum Charitatis diſpēdio, nec cum tanto rigore, quin poſſit fieri epycheia in aliquo caſu.

44 At requiruntur aliquæ circumſtantiæ; ſcilicet vt actio illa ſit honeſta, & adeo neceſſaria, vt prudenter æſtimetur ſuperare præceptum Eccleſiæ, vnde non eſſet cauſa ſufficiens omittendi officium velle contemplari. Secunda vt talis occupatio præueniri non potuerit intra eumdem diem ad officium deſtinatum; vt ſi quis laboret quartana, & per quatuor horas v. g. ſit omnino liber à febri, & à moleſtia, vel ſi poſt prandium habiturus eſt Concluſiones; & licet quis peccauerit, negligenter ſe gerens in præueniēdo occupationem, ſi doleat culpæ omittēs officium non peccat ratione officij, quod non debet acceptari, ne officiū deſeratur, vel eſt petenda diſpenſatio. hæc Suar. *d. ca.* 28. *num.* 28. *& à num.* 3. & paſſim Recētiores, quam Caſtrop. *diſp.* 2. *p.* 6. *num.* 16. vocat merito communem.

45 Tantū aduerto ex his Suarij exemplis deduci poſſe Confeſſarium ſine peccato poſſe officium omittere; licet ex charitate velit audire confeſſiones multorum, quando opus eſt v. g. ad lucrandum Iubileum, in miſſionibus, vbi pauci ſunt operarij; nec etiam eſt expectanda grauiſſima, & metaphyſica neceſſitas, vt totus dies teneat hominem occupatum ſed eſt morali modo intelligenda.

46 Verum alij putant contra Suariū, quod ſi impedimentum ſit à natura, vel inuoluntarium ſiue à quartana febri, ſiue ab alio, non teneri quē præueniri tempus recitationis, quia facultas anteponendi, vel poſtponēdi horas, eſt priuilegium, non neceſſitas: ergo nō tenetur eo vti. ita Canus *Relec. de pæn. p.* 7. *verb. ſed quid illi primo*, eam putat probabilem Sanch. *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 43. *conſil. num.* 7. Bonartius *de Hor. Canon. l.* 2. *cap.* 38. *num.* 8. quem citat, & ſequitur Diana *par.* 4. *tr. miſc. reſ.* 10.

47 Et quamuis Diana, & Bonartius loquātur de anticipatione, idem ſequitur etiam ex Cani ſententia de poſtpoſitione, & ſic qui impeditus à febri, vel ab alio negotio inuoluntario, non recitauit mane matutinum, & laudes, ceſſante febri vel occupatione, tenetur tantum ad horas correſpondentes illi tempori, hęc ſententia ſequitur ni fallor euidenter ex Cani ratione, quia anteponere, & poſtponere eſt priuilegium, & eam docuit in terminis Emanuel. Sà *ver. Hora in Edit. complut. num.* 1. ibi *nec tenetur ad horas, qui vrgenti negotio eſt impeditus: huic enim ſufficit recitare horas temporis non impediti*; nec me mouet; quod in noua editione Romana fuerit id ſublatum. eam etiam putat probabilem Sanch. *loc. cit.* vbi ait. *Prior ſententia, vt eam explicat Canus; ſcilicet quando impedimentum eſt à natura, vel violentia, eſt probabilis, quia habet bonam rationem, & graues auctores.* Prior autem ſentētia erat. *quod ſi tanta diei pars tranſacta ſit, vt in reliqua non conſueuerit dici talis hora, v. g. ſi dimiſit quis matutinū vſque ad meridiem, nō tenetur tunc dicere: ſed agere delicti pænitentiam. ita Vmbertus, quem ſequitur Turrecr. cap. Præsbyter diſp.* 91. *num.* 6. *Alexander, & Coſimus, vt refert Nauar. de orat. c.* 11. *num.* 3. *Ledeſm. ſum. Sacram. vbi de Pænit. cap.* 8. *fol.* 491. ergo ex Sanch. hæc ſententia eſt probabilis in caſu neceſſariæ occupationis: ſed quidquid ſit de hac quæſtione ſpeculatiue conſiderata; moraliter tamen loquendo puto non eſſe practice probabilem, cum praxis hominum timoratorum contrarium oſtendat, & maior ratio militet in excuſando, ne anticipetur,

quam

Digitized by Google

quam ne poſtponatur, cum ibi non adhuc vrgeat obligatio pro tunc hãc illationẽ poſt hęc ſcripta reperi apud Caramuel. *d.* 116. *in regul.* S. *Bened. num.*1442.

QVÆRES VIII.

An Epiſcopus, & Prælati Religionum poſſint cum ſuis ſubditis diſpenſare in Officij recitatione.

48 DE Summo Pontifice certum eſt poſſe, tam cum Beneficiatis, quam cum alijs, abſq; eo quod imponat aliquod onus recitandi v.g. coronam, vel litanias &c. quia hæc lex eſt mere Eccleſiaſtica; ergo poteſt abſolute in ea Papa diſpenſare; & licet aliquando maleſaciat, non dando beneficium propter aliquod officium, at valida eſt diſpenſatio; vt ſi puero, quẽ ſcit eſſe ignorantem, det beneficium, tunc tacitè diſpenſat ad officium ſaltem pro tempore impedimenti; de alijs Prælatis.

49 Reſp. cum communi ſentẽtia non poſſe diſpenſare ad officium, cum Beneficialibus; vel alijs in ſacris conſtitutis, quia in iure communi nõ poſſunt hi diſpenſare, niſi in caſibus illis conceſsis, ſolum poſſunt per modum interpretationis in caſu dubio concedere, ne officium dicatur. Cum Religioſis vero, qui vt ſupra diximus tantum ex conſuetudine tenentur ad diuinum officium (quamuis cõmuniter oppoſitum teneant) poſſunt Prælati eorum diſpenſare, vbi non eſt cõſuetudo in contrarium (quam eſſe ſupponunt aliqui, & videntur ſupponere aliqua Priuilegia cõceſſa, quoad hoc Prælatis Religionum) & ſi vt eſt in Religione S. Franciſci Iuuenes Profeſsi tenentur ad horas ex vi Regulæ, ſi Prælatus habet auctoritatẽ diſpenſandi in omnibus Regulis, poterit etiã ad officiũ diſpenſare. hæc Suar. *c.*28. *à n.*37. *ad finẽ* idẽ ẽt tenet Leſſ. *lib.*2. *c.*37. *n.*51. Villalob. *t.*2. *tr.*24. *du.*9. Gauãt. *in cõment. rubr. Miſſ. to.*2. *ſect.*1. *c.*5. *tit.*1. *num.*6. & alij abſolutè docentes poſſe. Quamuis hi Doctores à Diana infra citando allegentur pro cõtraria ſententia, quaſi vero Suarius dicat, Prælatos non poſſe ex iuſta cauſa diſpenſare cum ſuis Religioſis, quod verum non eſt: ſed tantum ait, quod ſi cum tãto rigore cõſuetudo recitandi officium in Religioſis eſt introducta, vt Prælatus numquam ſoleat diſpẽſare; neq; audeat in ea diſpenſare, clarũ eſt nõ poſſe, quia cõſuetudo poteſt dare, & auferre iuriſdictionem, quod certè nemo negabit: vtrum autem hæc cõſuetudo ſit, nec ne, Suarius nõ determinat, ſed tantũ ait, quod aliqui Doctores videntur illam ſupponere, & aliqua Priuilegia, quod debuit notare Pellizarius *tr.*5. *c.*8. *n.*124. *m.in. reg. t.*1.

50 Cęterum abſolute puto probabiliſſimũ poſſe Prçlatos cum ſuis ſubditis diſpenſare adhoc ne officium recitẽt, quando non ſunt in ſacris, niſi cõſtet contraria prohibitio, aut conſuetudo habens vim legis, quę tunc eſſet, quãdo Prælati id facientes punirentur à ſuis ſuperioribus: nam quod nõ ſoleãt diſpenſare ex ſcrupulo, quod putẽt ſe nõ poſſe, non tollit eorũ poteſtatem, vt recte aduertit Diana *de Hor. Canon. p.*1. *tra.*12. *reſ.*19. *fine*, Aduertit etiam Caſtrop. ex Bonac. quod regulariter ſolus ſupremus Prelatus, vt Generalis poſſit in hoc diſpenſare, quia ita videtur in Religionibus receptum, quod ſi ita eſt, ſeruari debet; ſi vero non cõſtat de hoc vſu, poterunt omnes Prælati ordinarij circa ſuos ſubditos, vt bene Suarius de omnibus loquitur.

51 Quid autem dicendũ de ordinato per metum, de religioſo, aut conſtituto in ſacris vxorem ducente, habes in meo tract. de matrim. ex doctrina Sãch. elaborato. *lib.*7. *diſ.*28. 29. *&* 27. *& lib.*8. *diſ.*8. affert Lezana *t.*1. *c.*13 *à n.*28. multa priuilegia conceſſa ſuperioribus religionũ, vt poſſint cũ ſuis ſubditis diſpenſare in officio; ſed quia vel ea nõ ſunt neceſſaria, vt cum Religioſi aliquo morbo laborant febri &c. vel sũt impediti ægrotorũ ſeruitio, vel sũt viuę vocis oraculo cõceſſa, & ſic reuocata per Vrb. VIII. vt ibi

notat

notat Lezana ideo pretereo dicturus ex profeſſo cum agam de ſtatu Religioſo Deo fauente.

DISPVTATIO XVI.

De pœnis Beneficiatorum non recitantium diuinum Officium.

LOquor hic tantum de beneficiarijs, quia alijs certum eſt nullam eſſe pœnam de iure communi impoſitam pro omiſsione diuini officij, & primo de omiſsione recitationis priuatæ, deinde de omiſſione recitationis publicæ, ſeu de non aſſiſtentia in Choro.

QVÆRES I.

An Beneficiati omittentes officium primis ſex menſibus à pacifica poſſeſſione, teneãtur ad fructuũ reſtitutionẽ.

1 RESp. de iure poſitiuo non tenentur, at iure naturali tenẽtur aliquam facere reſtitutionem, vt *à nu.*3. explicabimus.

Prob. prima Pars, quia pœna reſtitutionis fructuum beneficij imponitur per Concilium Lateranenſe ſub Leone 10. *ſeſſ.*9. & per Pium V. in ſua Conſtit. 138 incipiente *ex proximo Lateranenſi*: ſed in his Conſtitutionibus nõ imponitur pæna reſtitutionis fructuum perceptorum per illud ſemeſtre. Minor prob. ex verbis ipſius Concilij, quæ in ſummam redigit, & declarat Pius V. *loc. cit.* ibi. *Quicumque habens beneficium Eccleſiaſticum cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes, quã illud obtinuerit, diuinum officium legitimo ceſſante impedimento non dixerit, beneficiorum ſuorũ fructus pro rata omiſſionis officij, & temporis ſuos non faciat, &c. ſed eos tamquam iniuſte perceptos in fabricas ipſorum beneficiorum, vel pauperũ eleemoſynas erogare teneantur.*

2 Vbi dum ait *poſt ſex menſes* nõ vult imponere pro omiſſione recitationis eo tempore, onus reſtituendi, nec illud tollit quantum eſt ex ſe, ſi aliunde debeat fieri reſtitutio, vt putauit Nauarr. *cap.*28. *de orat. num.*28. neque debuit Sotus *lib.*10. *de iuſt. q.*1. *ar.*6. legere *per ſex menſes*; nam nec in aliquo codice ſic inuenitur. & Pius V. ſic retulit (poſt ſex menſes) ex Lateranenſi, nec eſt ratio conuincens ad id ſine temeritate agendum; quia pæna priuationis Beneficij non incurritur ipſo iure ex vi d. Cõcilij, & requiritur præuia monitio, & contumacia Beneficiarij non recitantis poſt monitionẽ ſaltem bis officium intra 15. dies, & ſic conceditur aliquod tempus, (quod requirebat Sotus, & per hoc legit per ſex menſes,) in quo teneatur Beneficiarius reſtituere ſine priuatione beneficij, nẽpe 15. vel 13. dies, ſi in duobus vltimis recitat, quia tunc iam ceſſat contumacia: at tenetur fructus reſtituere 13. dierum. Immo plurium etiam dierum, ſi non fuerit admonitus; nam non priuabitur beneficio, ex eo quod officium omiſerit: ſed tenetur, tantum reſtituere iuxta tempus, quo officium omiſit. ita Suar. *cap.* 29. *ad num.*6. cum quo *num.* 14. aduerte non incurri pænas pro primo ſemeſtri; etiam ſi Beneficiarius omittat officium per ſeptem menſes, tantum enim computatur omiſſo quoad pænas per vnum menſem, vt etiam omnes docent.

3 Prob. ſecunda pars, quod ſcilicet teneatur iure naturæ ad aliquam reſtitutionem Beneficiarius omittens officium primis ſex menſibus numerãdis ſtatim à prima die poſſeſſionis, & non à prima die omiſſionis officij, vt communiter intelligunt DD. cũ Suarez *num.*13. Probatur inquam; quia Beneficiarius omittens officium peccat cõtra iuſtitiam cõmutatiuam; nã recipit beneficium propter officium, iuxta commune axioma; eſto enim quod ait Panormitanus Beneficium detur Clerico, vt viuat, at datur, vt viuat ſeruando diuinum cultum, & officium recitando, & quamuis Beneficiarius habeat alia onera; tamen non eſt liber omnino à reſtitutione, (niſi ſit pauper) ſi officium non recitet: ſed tan-

Digitized by Google

tantum quod reſtitutio non eſt faciẽda integre de omnibus fructibus: ſed iuxta maiora, vel minora onera, ſicuti facienda eſt in præſtimonijs, & pẽſionibus, quæ tantum dantur propter officium (de quo tamen dicam *nu.*9. ita Sotus *lib.*10.*de iuſt.q.*5.*ar.*6. Medina *ſumm.cap.*12.§.11. Couar.*lib.*3.*variar. cap.*13.*num.*10. vbi Decius, & Ripa, & alij, quos refert, & ſequitur Suar. *c.*29. cui adde Valent. 2.2.*diſ.*6.*q.*2.*p.*10.§.8. Menoch. *de arbitr. cen.* 2. *caſu.* 429. & alios.

4 Bene verum eſt, quod poteſt talis compenſatio, ſeu reſtitutio fieri (conſiderando ius naturale, & ſecluſo poſitiuo) de re ſpirituali v.g. recitando per aliquot dies officium duplicatũ; ſicuti licet peccet, non tenetur reſtituere, qui debuit tres Miſſas dicere hac hebdomada, & recitat alia vice, nec etiam tenetur officium recitare: ſed aliam orationem v.g. Roſarium, & quæ æſtimetur æquiualẽs, quia poteſt præſumi quod Eccleſia acceptet illam ſatisfactionem, cum ſit æqualis, vel maior fructus ſpiritualis etiam in recitatione aliarum orationum. ita Suar. *d.c.*29.*num.*11.& 12.

5 Sed contra Suariũ docet non teneri Fernandez *exam.Theol.mor.p.*3. *c.* 12. §.8.*num.*1. Vaſq. de Benef. *c.*4.§.1.*ar.*1. *dub.*8. Leſſ. *lib.*2.*cap.*34.*dub.*32.*nu.* 179. Garzia *de Benef.*3.*p.c.*1.*numer.*7. & 19. Caſtropal. & alij multi, quos ſequitur Sanchez, quem citat, & ſequitur Pellizarius *tract.*5.*cap.*8.*num.* 204. *tom.*1. *man.reg.* ratio præcipua eſt illa, quam Leſſius late exagitat, quia licet teneãtur Beneficiarij lege iuſtitiæ ad officium recitandum; at ſi non recitant, non tenentur iure naturæ reſtituere, quia non omiſerunt aliquod pretio æſtimabile, fructus enim non ſunt dati pro aliquo habente temporalem vtilitatem: ſed abſolute in ſubſtentationem cũ onere recitandi: ergo omiſſa recitatione tantum tenetur illam reſarcire, niſi ſit affixa tempori, & ſane hæc ſententia eſt probabilis propter Doctorum auctoritatem, & in praxi tuta; licet mihi probabilior videatur Suarij ſententia ſpeculatiue loquẽdo propter eius rationes, & quia parum vrgent contrariæ, vt conſideranti patebit, & ego fuſius examinare omitto, vt breuitati conſulam.

6 Tantum aduerto ex Suarij ſententia inferri duplex peccatũ ſpecie cõmitti à Beneficiato non recitante, ſi eſt in ſacris, vnum contra iuſtitiam, aliud contra Religionem; at ex alia ſequitur vnum tantum contra Religionem, vt in terminis docet pluribus relatis Diana *p.*1.*tr.*12. *reſ.*22. at Leſſ. etiam ſi putet non teneri ad reſtitutionem fructuum, vult tamen peccare contra iuſtitiam, & ſic duo peccata agnoſcit: bene tamen monet quod ſi quis debet determinato tempore v.g. in die S.Marię Ad niues, dicere ſacrum in illa Eccleſia eo tranſacto tantum debet de culpa dolere, nec tenetur alio die dicere, quia fuit obligatio affixa diei: quale autem peccatum ſit in tali caſu ſacrum omittere non explicãt DD. puto tamẽ eſſe veniale tantum; quia conſiderando intereſſe eſt tantum materia leuis, nempe vnius tareni, conſiderãdo etiam detrimentũ, quod pateretur in fructu ſpirituali aut in ſuffragio purgatorij is pro quo Miſſa eſt applicanda eſt etiam leue; nam vt ait Sanchez *lib.*1.*de matr.diſ.*5. *num.*25. ad iudicandum an ſit damnũ graue non eſt conferendum damnum ſpirituale cum temporali, alias conſulens peccatũ veniale peccaret mortaliter: quia detrimentum ſpirituale eſt maius quocumque temporali: ſed ſpirituale cum ſpirituali: at detrimentum ſpirituale ob omiſſionem vnius ſacri eſſe leue in ratione ſpiritualis detrimenti, & docet Sanchez *l.cit.* Malderuſ. 2.2.*tract.*1.*cap.*12.*dub.*21.*art.* 7. quem citat, & ſequitur Diana *p.*2.*tr.*1. 17.*reſ.*9. quod autem dicti DD. loquãtur de promittente ſacrum liberaliter, & dicant non peccare mortaliter non poteſt inferri ergo ſi non promittat liberaliter peccat mortaliter: quia ratio ab ipſis aſſignata, nempe paruitas materiæ militat etiam poſito ſtipendio; at ſi tres Miſſas omittat, peccabit

Digitized by Google

cabit mortaliter, quia ſpirituale detrimentum cenſetur graue. ſaluo &c.

QVÆRES. II.

An qui elapſis ſex menſibus à die pacificæ poſſeſſionis beneficij nõ recitauit, teneatur ante Iudicis ſententiam fructus reſtituere.

7 RESp.affirm.quia lex Concil.Trid. per Pium V. confirmata nõ eſt in hac parte pœnalis, & eſt potens ad impediendam dominij trãslationem, & per verba ſatis explicita impediuit ibi. *beneficiorum ſuorum fructus ſuos nõ faciant.* ſic Nauar.*cap.7.de orat.nu.32.* Couar.*l.3.var.cap.13.fine.* Corduba *ſum.diſ.q.33.*& alij,quos citat,& ſequitur Suarius *cap.30.num.3.* & eſt iam communis ſententia Recentiorum, pro qua plures affert Garzia de Beneficijs, *cap.1.num.32.*Filiucc.*tr.28.c.10.q.4.num.311.* Vaſq.in opuſcul. *cap.4.§.1.dub.7.*Pellizarius *num.210.*

QVÆRES III.

An ſint reſtituendi omnes fructus beneficij,an tantum ea pars,quæ correſpõdet recitationi officij.

8 BEneficiat' habet v.g.1200.aureos ſingulis annis, per menſem non recitat,fructus vnius menſis ſunt centũ aurei,at ſi conſiderẽtur illi præciſi, qui correſpondent recitationi horarum erunt tantum 40. quærimus ergo an reſtitui debent centum, an ve-
9 ro quadraginta.

Reſp.teneri ad omnes fructus cum proportione declarata à Pio V. ibi. *Statuimus,vt qui horas omnes Canonicas vno,vel pluribus diebus intermiſerit,omnes beneficij, ſeu beneficiorũ ſuorum fructus,qui illi, vel illis diebus reſponderent ſi quotidie diuiderentur, qui vero Matutinum tantum dimidiũ, qui cæteras omnes horas aliã dimidiam, qui harum ſingulas ſextã partem fructuum eiuſdem diei amittat.*Ex quibus verbis clare cõſtat reſtituẽdos eſſe correſpõdentes diebus, fructus autẽ correſpõdentes obligationi horarum nõ ſunt fructus beneficij, & licet beneficium detur propter plura officia, lex puniuit omiſſionẽ officij diuini priuatione fructuum omnium officiorum, & veluti ſub hac cõditione dat fructus, vt omittentibus ſine legitima cauſa officium,non competant,& idem dic de habẽte plura beneficia, tenetur.n. omnium fructus reſtituere iuxta datam proportionem, & idem dicas de Præſtimonia, & Penſiones habẽtibus reſpectu officij parui iuxta extenſionem à Pio V.factã.ita Suar.*l.4.d.c.30.à n.6.& 11.*& præter Nauar.*lib.2.c.2.nu.17.*Valen.*tr.3.diſ.6.q.2.pun.10.* ſeq. Malderus 2.2.*tr.10.c.2.du.4.* Lorca *in p.2.t.2.diſ.24.* Squill. *de oblig. Cleric. p.1.quæſt.31.*& alij,quos citat Bonac. *loc.cit.pun.3.num.2.*

10 Sed contraria opinio, ſalua Suarij pace,eſt tuta,& probabilis,& ſic tantum tenetur reſtituere partem correſpõdentem illi diei deductis emolumentis correſpõdentibus alijs obligationibus; quia poteſt aliquo pacto Bulla Pij V.mitius explicari, tũ quia praxi ſic recepta eſt apud timoratos. ita Sanch.*lib.2.c.2.t.1.du.84.* Homob. Molfeſius,Raph. de la Torre,Leſſius, & alij multi,quos affert,& ſeq.Diana *reſol.8.tr.12.p.2.*quod verum eſt non ſolum in Beneficiarijs curam habentibus,vel aliud onus; ſed etiã in Præſtimonijs,& Penſionibus, vt Sanchez addit *lo.cit.n.9.*quidquid contradicat Caſtrop.*diſp.2.p.7.n.9.*vide etiam pro hac ſententia Pellizarium *d.cap.8 tract.5.num.207.& 208.*

11 Nec ſufficit facere cõpenſationem ſpiritualem, vt ſupra dicebamus pro omiſſione priorum ſex menſiũ, quia hìc lex præſcribit modum,quem non poteſt homo ſuo arbitrio immutare, vt bene aduertit Suar. *d.cap.30.nu.8.* quem ſequitur Pellizarius *l.cit.n.221.*

Quãuis cõtrarium putet probabile Bonac.*diſ.1.q.5.c.2.* vbi citat. Suariũ *c.29.n.11.*& Filiucc. *cap.10.q.2,n.301.* ſed non legit hunc locum, in quo Suarius ſuam explicat ſententiam(vt

fruſtra

Digitized by Google

fruſta Pelliz.*l. c.* eum explicare conetur) nec aduertit cum Suario ſentire Filiuccium, vt notauit, & optime Diana *reſ.* 24. qui Suarij ſententiæ ad hærere videtur, quam ſecundo loco refert, & pro ea citat Henriq.*lib.*13.*c.*13. *num.*2.

12 Nec excuſatur à reſtitutione omittens horas, vno, vel altero die, vel etiã vnam integram horam; quia verba Pij V. ſunt ſatis clara, & ſi ob Dei liberalitatem dant hanc licentiam, aliqui Doctores cur dicunt eſſe mortale illas omittere? ſolum cum ait matutinum, intellige cum laudibus, & cum ait quod pro omiſſione vnius horæ reſtituenda ſit ſexta pars, intellige de ſexta parte fructuum correſpõdentiũ diei artificiali, nempe ab ortu Solis ad occaſum, & ita ſi tãtum laudes omittat, vna hora computabitur. hec Suar. *d.c.*30. quem ſeq. Gar. de Benef. 3. *par. c.*1.*n.*27. Vaſq *c.*4.§.1.*ar.*1. *dub.* 8.*n.*43. & alij comm. vide *nu.*15. infra.

13 Quamuis Sotus, Ludou. Lopez, Vega, & alij apud Garziam affirmẽt pro omiſſione vnius, vel duorum dierum nil eſſe reſtituendum, & putat probabile ipſe Garzias, & Filiucc.*tr.*23.*c.*10. *q.*8. ego quamuis fatear ex vi rationis valde vrgere Suarij ſententiam; tamẽ negare non poſſum hanc ſententiam eſſe probabilem, ſaltem ab extrinſeco, & ſic tutam; quidquid contradicat Caſtrop.*nu.*4.*d.*2.*p.*7. hanc licentiam Medina apud Suar.*n.*9. quem nouiſſ. ſequutus eſt Ioa. de la Cruz.*in direct. Conſ.p.*1.*præc.*3.*ar.*3.*dub.*6. extendit ad decẽ dies. ſed re vera non videtur probabilis, vt ait Syluius 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 13. *concluſ.* 4. quia nullo modo poteſt preſumi mens Summi Pontificis id velle.

At nouiſſime videtur omnes ſupradictas ſentẽtias probabiles putare Pelliz.*t.*1.*man.reg.tr.*5.*c.*8.*nu.*216. *fine* quare poterit lector quam malit ſeligere.

(:+:) (:+:) (:+:)

QVÆRES IV.

Quomodo facienda ſit reſtitutio in ſententia probabili eorum, qui aſſerunt contra Suarium tantum reſtituendos eſſe fructus correſpondentes officij recitationi.

14 Reſp. in hanc re ſunt multæ ſentẽtiæ omnes probabiles, quas refert Sanch.*l.*2.*cap.*2.*dub.*84.*tom.*1.*conſ.* Diana *d.reſ.*8.*p.*2.*tract.*12.
Mitior, & probabilior eſt, quod Epiſcopus, vel Parochus quintam partem fructuum reſtituant pro omiſſione officij illius diei. Canonicus quartam, alij Beneficiarij, & Cappellani tertiã, ſicuti etiam Penſionarij & Præſtimonia habentes. ita Caſtrop.*diſ.*2.*p.*7.*n.*9. vbi citat Leſſium, Henriqu. Emanuel. Sà. Lud. Lopez, & alios. quamuis non aſſentiatur Henriquez *lib.* 13. *cap.*13. §.2. & Sanchez quoad præſtimonia, & penſionis, vt dixi *num.*8. ſed expreſſe id approbat Pellizarius *loc.cit.*

QVÆRES V.

Quid teneatur reſtituere, qui minorem partem omittit, quam ſit integra hora.

15 Reſp. ſi pars omiſſa ſiue horarum, ſiue matutini eſt tãta, vt illam omittere ſit peccatum veniale, nil tenetur reſtituere; etiam ſi fructus beneficij ſint copioſi; vel ſi pars omiſſa eſt grauis materia, at fructus correſpondentes non ſufficiant ad peccatum mortale, nec moraliter coniungãtur; ſicuti ſolent furta minima facere vnum magnum ad huc non tenetur ad reſtitutionem, quia cenſetur excuſari ex leuitate materiæ, vt poſt Suar. *d.c.*30.*nu.*13. tenet Diana *reſ.* 26.*tr.*12. *par.*2. contra Garziam quem ſequitur Caſtropal.*diſp.*2.*p.* 5. qui putat teneri, quando pars officij omiſſa eſt notabilis; & contra nullam eſſe obligationẽ reſtituendi, quando pars leuis in ſingulis horis omittitur, quia obligatio reſtitutioni ſingulis horis eſt annexa

Digitized by Google

ita etiam Moneta *de Diſtributionib.* 2.*p.q.*3.*n.*22. & alij.

Contra vero ſi pars omiſſa eſt tanta,vt omittens peccet mortaliter, & pars fructuum correſpõdens ſufficiat ad peccatum mortale furti, tenetur reſtituere iuxta aſſignatã proportionẽ pro omiſſione vnius horæ,ſeu ſextæ partis medietatis officij.ita *d.c.*30. Suarius quẽ ſeq.Sanch.*l.*2.*c.*2.*dub.*82. *n.*11.*t.*1.Reginal.*tr.*3.*c.*4.*nu.*44.

At Filiucc.quem laudat Diana *d.reſol.*26.putat, nõ deberi reſtitutionem, niſi omittatur integra hora, vel pars proportionalis vnius horę de matutino. Vnde infert *p.*5.*tract.* 15. *reſol.*46. omittentem tantum laudes nullã facere debere reſtitutionẽ,quia Pius V. loquitur de hora,qualẽ nõ conſtituũt laudes: & certe licet hoc ſit contra Suar.& DD.*cit.n.*10.nõ diſplicet,ſicut nec Pelliz.*l.c.n.*21.tantũ fortiter vrgere videor cõtra hanc rationem,quia ſequeretur, quod omittens matutinũ nempe 9. Pſalmos & 9. lectiones vel illud Dominicæ, aut Feriæ 5. non teneretur ad reſtitutionẽ,quia per Dianam laudes ſunt pars Matutini, & faciũt vnam horam:ergo qui dicit laudes,& nõ recitat lectiones,& Pſalmos non omittit Matutinum,quod nullo modo concedi debet;nihilominus illi' auctoritas preualebit meæ rationi.

QVÆRES VI.

An recitantes ſine vlla attentione culpabiliter, vel inculpabiliter teneantur ad reſtitutionem fructuum.

18 RESp.teneri,ſi culpabiliter nullam adhibent attentionem, quia proinde eſt,ac officiũ omittere, ſi vero per quamdã naturalem inaduertentiam, ignorantiã, vel negligẽtiam inculpabilem recitare omittant; non tenentur, quia vere dicuntur nõ recitare ex legitimo impedimẽto,in quo caſu Papa excuſat à reſtitutione. ſic poſt Suar.*hic c.*30.*n.*14 & 16.tradunt Garz. 3.*p.de beneſ.c.*1.*n.*27.& *nu.* 186. Reginald. *lib.*30.*n.*44. Caſtrop. *diſp.*2. *pu.*7.*n.*3.& alij quos citat Diana *reſol.* 1.*de Hor.Canon.*loquentes quando eſt defectus attentionis.

19 Verum ſunt,qui putent non teneri ad reſtitutionem recitãtem officium ſine vlla attentione, eſto mortaliter peccet,quia vere hic diuinũ officium non omittit: cum ſubſtantiam operis præcepti non omiſerit;ſed ſolam circumſtantiam, ſicut qui communicat indignę ſatiſfacit præcepto Eccleſiæ de annua communione,nec iubentur reſtituere, qui officium attente non recitant,ſed qui omittũt. ita Toletus *lib.*2.*c.*12.*n.* 6. Caſtrus *de leg.pæn.lib.*2. *c.*5.& ex Recent.Laym.*lib.*4.*tr.*1.*c.*5. *n.*10.Malderus 2.2.*tra.*10.*c.*2.*dub.*4.& alij,quos refert Caſtrop.& Diana *lo.c.* qui eos ſequuntur, & ſane probabilis eſt ſententia,ſalua Suarij pace, vt eam probabilẽ putat Leſſ. *lib.*2.*c.*33.*nu.*68. & Azorius 1.*p. lib.*10. *cap.*11.*quæſt.*5. Pellizarius *tract.*5.*cap.*8.*nu.*218.

20 Denique illud aduerterem circa Suarij doctrinam *num.* 16. relatam tenenendo illam: eum, qui ex negligentia non recitat officium,nõ teneri reſtituere, niſi negligẽtia ſit culpabilis mortaliter, quod certe, eſt iuxta mentẽ Suarij,vt putat ex dictis *nu.*13. & iuxta probabilem ſententiã, quam ſubſtinui *lib.* 9. *de matr.diſp.*32. cum Sanch. & alijs adde niſi negligẽtia ſit craſſa,& ſupina, quia hæc conſtitutio eſt pœnalis,vt ipſe Suar. fatetur.*n.*16. ergo excuſat ignorantia,etiam craſſa &c. licet hoc ſit contra Suarium, vt *d.l.de matr.*dixi.

21 Qui *num.*14.bene addit,recitantem in peccato mortali, ſiue hoc ſit publicum, ſiue non,non teneri ad reſtitutionem, quidquid alij improbabiliter ſanę dixerint.nam iam per illam recitationẽ ſatiſfacit obligationi recitandi horas.

QVÆRES VII.

Cui nam reſtitutio fructuum ob Horarum omiſſionem ſit facienda?

22 RESp.iuxta verba Pij V. relata *n.*1. eſſe faciendam fabricæ Beneficio-

Digitized by Google

ciorum, & ſic poteſt domus ipſius Beneficiarij ædificari, vel pro fructib' Beneficij colligẽdis, vel in vtilitatem prædiorum ipſius Beneficij, & ad alia ſimilia, quæ licet proprie fabrica non ſint; tamen nomine fabricæ Beneficiorum veniunt: vel in Pauperum eleemoſynas, & ſic pro defunctis poſſunt applicari, & ipſe Sacerdos, ſi ſit pauper, ſibi retinere, vel ſuis conſanguineis vere pauperibus, quia non limitatur ad hanc reſtitutionem faciẽdam, nec ad pauperes Beneficiorum, aut alteri' loci, & poteſt inter fructus reſtituẽdos computare eleemoſynas, quas erogauit eo tempore, quo officium non recitauit.

23 Niſi ex aliqua lege, vel ſtatuto approbato fructus male percepti applicandi eſſent alicui loco pio, vel diuidẽdi inter alios Clericos. iuxta diſpoſitionẽ *Cap. vnic. de Cleric. nõ reſiden. in 6.* quoad diſtributiones, & fructus groſsæ: tunc enim illis eſt diſtributio facienda, & non alijs, quia Pius V. non derogauit his ſtatutis &c. ita Suar. *d.c.30. à nu.17.* quem ſequunt. Bonac. *diſp.1. q.5. pu.4. nu.9.* Naldus *ver. offic. n.13.* Molfeſius *c.5. n.22.* & alij relati à Garz. *3. par. de benef. c.1. num.35.*

24 Quamuis ipſe cum Caſtrop. *diſp.2. pu.7. n.14.* & la Torre *tr. de Hor. Canon. contr.10. diſ.6.* putet diſtributiones, & fructus groſsæ applicandas eſse fabricæ, & pauperibus, & Bon. cũ Caſtropalao *l.c. nu.13.* putent non poſſe ſibi applicare Beneficiatũ quãdo omiſit officium cum animo applicandi ſibi hos fructus. Sed Suarij ſentẽtia eſt lõge probabilior intellecta abſolute, nec Pontifex cẽſendus eſt nolle in hoc caſu, quia vbi voluit hos peccantes in confidentiam excludere, clarè excluſit. ſaluo &c.

25 Quod diximus de Beneficiarijs, idem dicito de Pẽſionarijs, qui tenẽtur facere prædictam reſtitutionẽ, & ſic probabilius eſt poſſe Penſiones accipere, & Beneficiatos teneri illas dare; quia non ſunt in capaces, vt eſſent excommunicati, & de facto ipſi ſolẽt facere compoſitionem cum Papa, ſicuti faciũt cæteri Beneficiarij ob fructuum reſtitutionem quæ non poſſet dari, ſi fructus eſſent Beneficiarij, aut determinatæ perſonæ. ita cum Suario. Caſtropal. Bonacina, & alij ſupra.

26 Sed ego probabile etiam puto poſſe Beneficiarium negare penſionem pro eo tempore, quo officium non recitauit Penſionarius poſt ſex menſes; quia iam non poteſt facere fructus ſuos, & Suarez hoc putat probabile, cum oppoſitum dicat probabilius, quod vehementer gaudeo reperiſſe poſt hæc ſcripta iiſdẽ fere verbis apud. Pellizarium *tract.5. cap.8. num.230.*

Adde Suarij dictis *nu.24.* poſſe fieri compoſitionem per Bullam Cruciatæ, ſi ſumma fructuum reſtituendorũ non peruenit ad trecenta viginti vnũ ſcuta, tarenos octo, & grana ſex: aut per Commiſſarium Bullę reſidentem in ſingulis Prouincijs ſi ea ſumma eſt, quoties facienda eſt reſtitutio pro omiſſione horarum; ita docent nouiſſime Bardi *in Bullam Cruciat. de Bull. com. diſ.1. à ſec.1. & diſ.2. ſec.1. & 2.*

QVÆRES VIII.

Ad quid teneantur Beneficiarii recitãtes priuatim officium, & Chorum omittentes.

27 Reſp. Beneficiarij, vel Canonici, qui propter aſſiſtentiã in Choro diſtributiones quotidianas recipiunt, tenentur illas reſtituere cæteris Canonicis aſſiſtentibus: ita vt nõ poſſint hi illas remittere non aſſiſtentibus, nõ ſolũ quãdo eſt collatio v.g. ego remitto tibi hodie, & tu mihi quando ego à Choro abſuero: ſed etiam ſi ſit ſimplex remiſſio bona fide facta, quia Concilium Trid. *ſeſſ.24. c.12.* ait. *quãuis collatione, aut remiſſione excluſa*, & de hac re extat declaratio Cardinaliũ, qua dicitur remiſſionẽ fieri ſolitã in die Cænæ nõ valere ad hũc effectũ, & in alia dicitur *nõ licet capitulo diſtributiones quotidianas donare, relinquere, aut quauis collatione remittere.* ita Suar. *c.10. n.20.* & eſt communis ſententia.

Digitized by Google

28 Solum dubium eſt, an poſſint Canonici, quibus competit diſtributio illam donare abſenti, quia non videtur de hac non loqui Cōcilium, cum tantum agat de remiſſione, quæ eſt de rebus debitis, ad quas habetur ius ad rem, ad differentiam donationis, quæ eſt traditio rei, quæ eſt iam in dominio tradentis. In hac re aliqui dicūt poſſe fieri donationem, nec per Concil. prohiberi. Sic Caſtrop. *diſ.3. pun.9. num.6.* Carol. Macign. *de Horis. Canon. cap.81. num.152* Rodriq. *ſum.1. p.c.33. nu.3.* & alij, quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.2.q.7.pun.7.§.2.*

29 Cōtrarium putat Garzia *de Beneſ. 3.p.c.2.num.* 431. Riccius *praxi diſtributionum. Deciſion.* 494. *num.* 4. & alij apud ipſos, & mihi in hac ſententia videtur Suarez *lo.cit.* nam vt vidimus citat declarationem Cardinalium ibi. *non licet donare*, quam affert Garzia ex ipſo Suario illum citans; quamuis neſcio quo pacto Caſtropal. & Bonac. *loc. cit.* allegent Suarium pro ſua ſententia *cap.30.num.* 17. vbi nil prorſus de hac re agit, vtraque tamen ſententia eſt probabilis, & poteſt tuto amplecti. Plura de hac re videre apud citatos Doctores.

QVÆRES IX.

An Canonicus in Choro ſubmiſſa voce recitans, teneatur ad reſtitutionem fructuum, & diſtributionem.

30 DE fructibus certum eſt non teneri reſtituere, dummodo recitet officium priuatim.

De diſtributionibus vero aio tantū amittere medietatem, quia ille non in totum deeſt ſuo muneri, vnde Pius V. in dicta Bulla ait. *Si aliquis Choro addictus non recitans omnibus Hor. Canonicis cum alijs præſens adſit, fructuſq; & diſtributiones forte aliter aſſignatas ſola præſentia iuxta ſtatuta, vel conſuetudinem, fundationem, vel alias ſibi lucri feciſſe prætendat, is etiā præter fructuum, & diſtributionum omiſſionem &c.* & non dicit, ſi non pſallit.

31 Et ſic ſtante prædicta conſuetudine, vel ſtatuto, vt ſola præſentia ſufficiat, lucrabitur omnes diſtributiones, ſi officium priuatim recitet, cum nec Pius V. illam conſuetudinem reprobet, ſed potius tacitè approbet, nec de ſe eſt mala, nec Concilium Trident. *cap.12.ſeſſ.24.* eam reprobat; ſed tantum loquitur de Eccleſijs iam fundatis iuxta Ius commune. Hæc omnia Suarez *l.4.cap.12.à num.10.*

Sequitur Cenedo *collect.15.ad.6.n.6.* Bonac. *diſp.1.q.3.pu.2.§.1.n.17.* Diana *reſol. 6. de Horis Canon.* vbi ex multis Doctoribus grauibus aſſerit abſolute Canonicos aſſiſtentes, & recitantes, licet cum alijs non canant, non teneri ad reſtitutionem diſtributionū, quæ ſentia eſt probabilis.

32 Immò etiam Suarius putat *cap.14. num.* 12. Canonicum nō amittere diſtributiones quotidianas, ſi nō attendat ad ea, quæ in Choro dicuntur, ſed cum alijs confabuletur, dummodo alias legitimè recitet, & ſeq. Garzia *de beneſ.cap.2.par.3.num.514.* vbi alios refert, & Diana plures affert pro eadem ſententia *reſol.7. ver. hæc opinio.* vbi *num.1*, citat pro contraria ſententia, quam ipſe ait eſſe prorſus tenendam, Suarium *cap.10. num.9.* qui tamen nil dicit de hac re, & *à num.* 12. traditam à nobis docet, doctrinam. vt bene etiam intelligit illū Caſtrop. *p.4.diſp.3.num.1.* licet ipſe oppoſitum ſequatur, ſed Suarij ſententia eſt probabilis, & tuta: quia vere hic ſuo muneri ſatisfacit aſſiſtendo, & ſi peccat, eſt tantùm peccatum cōtra Religionem, vel contra iuſtitiam tantum ratione modi, vt ex Medina *inſtruc. c.14.§.11.* docet Suarez *num.12.*

33 Denique aduerte non teneri ad reſtitutionem diſtributionum Canonicos, qui ad eum numerum eſſent redacti, vt Chorum facere non poſſent, vt ſi non eſſent quatuor, vt docet Carolus Macigni *cap.16. num.24. & 28.* vbi id probat. & P. Borbonus *conſ.reg. 94.n.4.*

Digitized by Google

94. *num.* 8. putat Religioſos excuſari etiam ſi ſint quinque. Sed tu conſule conſuetudinem.

In caſibus autem, in quibus eſt facienda reſtitutio Canonicis, non poteſt fieri compoſitio per Bullam Cruciatæ, aut Commiſſarium, vt bene Emman. Rodr. *de Bulla caſu* 1. *du*. 2. Villalobos. *tract*. 29. *num*. 20. del Vgo *num*. 112. quia debitores non ſunt incerti. Immò, nec ipſe Pontifex ſine vrgentiſſima cauſa illam concedet; quamuis nullum ſit dubium, quod poſsit; nam ex ſua diſpoſitione manauit ius cæteris Canonicis præſentibus. ſaluo Suarij &c.

Hæc quantum ad hanc materiam pertinent, ſatis ſint; qui plura de Diſtributionibus, & alijs reſtitutionibus pertinentibus ad Beneficiarios deſiderat; videat Caſtropalaum *diſ*. 3. Sanchez *t*. 1. *Conſil. moral. lib*. 2. *cap*. 2. & Doctores ibi citatos. Nobis ſatis ſint hæc iuxta Suarij methodum, & materiam, quam tractamus *de Horis Canonicis*, de quibus ſatis dictum eſt.

FINIS LIBRI QVARTI.

TRAC-

Digitized by Google

TRACTATVS QVARTVS
DE
IVRAMENTO, ET ADIVRATIONE.

MEritò poſt tractatum de oratione, agimus de Iuramento, & Adiuratione: nam cum per Iuramẽtum inuocetur nobis Deus, vel vt teſtis, vel vt fide iuſſor, & per adiurationem, vt nobis aſſiſtat; aliquo modo cum eo loquimur, & ſic proprium eſt officium Religionis: tum quia Deus eſt ille, ad quem actum dirigimus, tum quia debito honore loqui cum eo debemus. Vnde hũc tractatum in quatuor libros diuidimus. Primus erit de Iuramẽto aſſertorio, nempe quando Deum adducimus ad aliquam veritatẽ confirmandam. Secundus de Promiſſorio, per quod Deus adducitur, etiam ad aliquam promiſſionem confirmandam. Tertius de Periurio, vitio his virtutibus oppoſito. Quartus de Adiuratione.

LIBER PRIMVS
DE
IVRAMENTO ASSERTORIO.

NOn præmittimus hìc peculiarem tractatum de iuramento in genere, quia in explicando Iuramẽto aſſertorio, dicetur quidquid habet commune cum promiſsorio; quia Iuramentum promiſſorium includit aſsertorium, licet non è contra, vt videbimus *diſp.2. à num. 9.* dum minutius explicabimus, quid ſit promiſsorium, & aſsertorium iuramentum, quod ſimpliciter Iuramentum deinceps appellabimus.

DISPVTATIO I.

Explicatur quid ſit Iuramentum, tum quoad eſſe veluti phyſicum, ſeu materiale, tum quoad formale, ſeu eius moralem honeſtatem.

QVÆRES I.

Quid ſit Iuramẽtum, & vnde dicatur.

1 REſp. *eſt enunciatio, quæ cum diuino teſtimonio profertur*. dicitur *enunciatio*, ſiue ea ſit affirmatio, ſiue negatio: ſimplex aſsertio, aut promiſſio, & per hoc verbũ variæ deſcriptiones, Iuramẽto à Patribus traditæ cõpræhenduntur. addimus autem *cum diuino teſtimonio*. quia finis iuramenti eſt confirmare veritatem tanta certitudine, vt omnem auferat dubitationem, quæ tantùm in teſtimonio diuino haberi poteſt: nam creatura, vt creatura eſt, non poteſt certum teſtimoniũ reddere veritati, & quamuis Infidelis iuret per falſos Deos, quos putat veros, & alij per cælum, & alias creaturas, ſecundum ſe ſpectatas; tamen

men illud eſt tantum Iuramentum putatum,& fictum,niſi fiat modo infra explicando.*q.6.*ita Suar.*tr.4.lib.1. cap.1.& cap.5.num.2.*ex S.Thom. 2. 2. *q.89.ar.1.*Auguſt.*ſerm.28.de ver. apoſ. cap.3.*Niſſeno *orat.4.in cant.*& alijs, & eſt commune omnium Recentiorum infra citandorum placitum,dũ aiunt, ex D.Thom.*loc.cit.iurare eſt Deum in teſtem adducere.*quidquid dixerit Selua.*in tract.de iuram.Gloſſ.22.q.1.in rub. ff. de iure iuram.* an autem obliget iurantem,dicemus *lib,2.*

2 Appellatur autem talis enunciatio Iuramentum à iure,vt putat D. Tho. *loc. cit.* quia nimirum veluti iure ſuo pro vera eſt habenda.dicitur iuſiurandum, quo vocabulo vti ſolet ſcriptura,& ad explicandam magis ſtabilitatem Iuramẽti adhibetur. dicitur etiã Sacramentum, quia ſcilicet eſt ſignũ rei ſacræ, nempe infallibilis veritatis. Videte Antonium Corſetto *tract.de iuram.u.3.n.5.*& Panor.*rub.de.iure iur.* vbi ait, in ſubiecta materia has voces eſſe ſynonimas.

QVÆRES II.

An ad hoc,vt ſit verum Iuramentum requiratur intentio iurandi.

3 RESp.affirm.quia Iuramentum, vt Iuramentum, eſt actus humanus: ſed non poteſt eſſe actus humanus, niſi ab intentione iurandi procedat,cum eadem locutio in vno ſit Iuramentum, & non in alio ex defectu intentionis tantum. ex iuris conſ. *l. 3. de reb.dub.& ca.humanæ aures 22. q.5.* poſſumus enim habere voluntatem proferendi illa verba v.g. *iuro me laturum tibi centum* abſq; motiuo adducendi Deum in teſtem, & ſic non erit Iuramentum,nec ex eo quod aliquãdo poſſit doloſe fieri eſt inutile:nam ſatis eſt, quod teneatur homo ex animo iurare,quando iurat,vt moraliter credatur vere iurare, ſicuti ſatis eſt peculiariter teneri ad dicendum verum,quando iurat:licet multoties falſum iuret.

4 Eſt autem inter hos duos Iurandi modos magna differentia, tum apud Deum,quia qui profert verba abſque intentione iurandi,quantum eſt ex ſe, non adducit Deum in teſtẽ, & ſic tantum committit mendacium ſcandaloſum,neç pænas periurij incurret, ſicuti periurus, at pænas incurret qui cum intentione iurandi illa profert; tum apud homines,quia qui non habet intentionem Iurandi non obligatur ex vi Iuramenti ad ſtandum promiſſis,vt dicemus hæc Suar.*d.cap. 1.à num.7.*ſequitur Caſtrop.*tract.7.diſp.1. verſ. ex his omnibus.* vbi citat Valent. *2.2.diſput.6.q.7.p.1.*& alij infra citandi ſupponunt,vt videbimus.

Explicantur actus,tum interni, tum externi ad Iuramentum requiſiti.

5 AD hec autem omnia melius percipienda,ſciendum eſt,ad Iuramentum concurrere intellectum,voluntatem,& linguam,intellectus proponit neceſſitatem iurandi, ſeu conuenientiam;voluntas adiungit intentionem,non ſolum proferendi verba: ſed etiam iurandi: lingua profert ſermonem, quando hominibus præſtatur Iuramentum; ſi autem Deo præſtatur, (quod in Iuramento promiſſionis fieri poteſt,ad hoc vt iurãs quãtum in ſe eſt, maiorem firmitatem ſue promiſſioni ad hibeat)ſufficit mẽtalis locutio,ſeu lingua ſpiritualis,per quam, vt in tractatu de oratione explicauimus, homo loquitur cũ Deo.

6 Et ſic patet Iuramentum vocale conſummari lingua, ſeu alio externo ſigno,vt dicemus.Internum,ſeu mentale conſummari in intellectu, & in eius actu formaliter cõſiſtere. Nos autem agimus proprie hic de Iuramento vocali,& de vero, quod fit ex intẽtione iurandi; etiam ſi falſitatem in dicendo cõtineat,vt cum quis ex animo iurat Romam diſtare Panormo ſex milliaribus hic vere iurat, ſed falſum dicit,de ficto,ſeu ſine intentione facto, tantum aliqua obiter attingemus. videte Suarium, hæc habentem

cap.1.

Digitized by Google

*cap.*1. *à num.* 4. *ad* 7. *& num.*12. alias diuiſiones Iuramenti infra tradémus.

QVÆRES III.

An Iuramentum ſit actus licitus, & honeſtus.

7 REſp. affir. ſi circumſtantiæ, *q. ſeq.* latius explicandæ, adſint, nempe veritas, iuſtitia, & neceſſitas. vnde patet eſſe contra fidem dicere Iuramentum eſſe intrinſece malum, & à Chriſto Domino prohibitū in Euangelio, vt dicebant Albanenſes, Bagnolēſes, & Chatarij Hæretici Prob. quia cum iurare ſit inuocatio diuini nominis, nullam continet Dei iniuriam; ſed potius tacite continet fidei confeſſionem, quod Deus ſit ſumma veritas, & mentiri non poſſit, nec vlli virtuti opponi poteſt, ſi dictas habeat circumſtantias; ergo non eſt intrinſece malum.

8 Confirm. quia in veteri ſcriptura approbatur iuramentum rite factum *Deut.*6. *&* 20. dicitur *Per nomen illius iurabis*, & Pſal. 62. *Laudabuntur omnes, qui iurant in eo.* & Patres antiqui, tam in lege ſcripta, quam in lege naturæ iurabant: ergo non eſt intrinſece malum iurare.

9 Et per conſequens nec à Chriſto Domino prohibitum in Euangelio, cum nullum in eo datum ſit negatiuum præceptum de aliqua re, quæ de ſe mala non ſit. Immò, & Apoſtolorum iuramētum, vt Pauli pluribus in locis, præſertim ad Galatas 1. vbi ſecundum omnes Patres iurauit ibi (*ecce coram Deo, quia non mentior,*) & vſus Eccleſiæ exigentis iuramenta, vt fit apud Sacros Inquiſitores, vel ad purgandum delictum *ex tit. de Iure iuran. de teſtib. & de purgat. Canon.* probat licitum eſſe iurare aliquando. nec deniq; hoc iuramentum eſt impoſſibile, quia dum iuramus non petimus, vt Deus propria voce, & quaſi lingua, ſeu aliquo ſigno veritatem oſtendat, quia hoc eſſet Deum tentare: ſed tantum eo ipſo obligamur ad dicendum verum ob Dei reuerentiam, vt notat Suar. *c.*2. *num.*21. eſt certa ſententia apud Catholicos, quam erudite ſatis Suarius *d. c.* 2. *lib.* 1. *de iuram.* exagitat. tantum.

Explicantur aliqua loca ſcripturæ, & Patrum, quæ videntur aſſerere iuramentum non eſſe licitum.

10 OBijci ſolet contra poſitam veritatem Chriſti Domini auctoritas Matth. 5. *Ego autem dico vobis nolite iurare omnino, neq; per cœlum &c. & paulo inferius.* ſit *autem ſermo veſter eſt eſt, non nō, quod autem his abundantius eſt à malo eſt.* Idque explicat etiam Iacobus *cap.*5. quaſi eſſet præcipuum præceptum, ibi *ante omnia fratres mei nolite iurare, neq; per cœlum, neq; per terram, neq; aliud quodcumque Iuramentum.*

Reſp. Chriſtus Dominus in hoc loco voluit quaſdā falſas Sacre Scripturæ expoſitiones à Iudæis factas tollere; non autem noua præcepta moralia afferre, aut immutare in hac parte vera præcepta moralia tradita Iudæis. Vnde cum Iudæi ex eo, quod putarēt, tantum periurium in ſecundo præcepto fuiſſe prohibitum, nam ly *in vanum*, vt habet lectio hebraea exponebant *falſum ſeu mendacium*; dicebant iuramentū verū per Deum ſæpe fieri debere, vt refert Abulenſis *Deut.*6. *&* 10. iurare autem per creaturas, nec eſſe iuramentum, nec eſſe malum, vt ex Matt. 23. colligitur, ad hunc errorem tollendum. Docuit Chriſtus primo non eſſe iurandum omnino, ideſt ſecūdum quamcumq; formam iurandi, ſiue per Deum, ſiue per Cœlum &c. quando non eſt neceſſitas, quia tunc malum eſt iurare. Deinde ait ordinarie, & abſque neceſſitate non eſſe iurandum, itaut in prima parte expoſuerit præceptum ſecundum Decalogi, in ſecunda dederit conſilium vitandi frequentiam iurandi, etiam licitam, ne facile ad periurium deueniatur, & in hoc ſenſu eſt intelligendus S. Auguſt. *lib. de*

Men-

Digitized by Google

Mendacio c. 15. quem ſequitur S. Th. *d.ar.*2 *ad* 1. & alij patres, quos refert licet nō probet Maldonatus Matth. 5. vide Caſtro *lib.* 8. *contra hær. v. iuramentum.* referentem pro hac ſententia Bernard. *hom.* 65. *in Cant.* & Bedam *Iacob.* 5. hæc Suar. *cap.* 2. *lib.* 1. *tract.* 4. quem laudant Caſtrop. *diſp.* 1. *pun.* 4. *num.* 2. hic. Sanchez *lib.* 3. *ſum. cap.* 3. *num.* 1.

11 Omittimus autem hic duas Hieronymi expoſitiones. Prima eſt Chriſtum prohibere ibi iurare per creaturas, & non per Deum: ſed hæc expoſitio difficilis eſt, nam Chriſtus ait *nolite iurare omnino*, & addit rationem, *neq; per cælum, quia thronus Dei eſt*: ergo ſi non licet, quia eſt thronus Dei, per cęlum iurare, cur licebit per Deū?

Secunda eſt, quod in lege veteri fuit permiſſum iuramentum, at in lege Euangelica iuramentum non præcipitur, ſed hæc auget difficultatem, & facile impugnatur, quia in lege veteri laudabatur iuramentum, tamquam honeſtum, & circumſtantiæ requiſitæ præcipiebantur. videte Suar. *d.c.*2. *num.* 9. & 10.

12 Atque adeo Caſtro *loco cit.* ait Hieronymum & alios Patres, qui videntur docere Chriſtianis eſſe prohibitū iuramētum, erraſſe, & illorum auctoritati præponendam eſſe doctrinam Auguſtini, & totius Eccleſię; ſed poſſumus addere Patres dum dicunt iuramentum eſſe prohibitum, intelligunt de eo, quod fit tantum propter ſe, & non ob neceſſitatem, & putant bonum ex eo, quod eſt probatio Dei, non dicunt autem expreſſe eſſe licitū, quando non eſt neceſſitas &c. quia repræhendunt homines aſſuetos ad iurandum, & illam partem, vt de ſe claram ſupponunt.

13 Porro Oſeæ 4. vbi dicitur, *neque iuraueritis viuit Dominus*, vel loquitur cum infidelibus, qui ſic iurantes per ſuos Deos falſos blaſphemiam committerēt; vel quia Deus nolebat ſuum nomen ab eorum ore proferri, vt ait Cyrillus, & Hieronymus, & Zacch. 5. vbi dicitur *omnis iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur*, ſermo eſt de iurante falſum, vt iam dicam.

QVÆRES IV.

Quæ ſint circumſtantiæ reddentes Iuramentum licitum?

14 Reſp. ſunt tres. Prima eſt veritas, quæ in omni iuramento, tam aſſertorio, quam promiſſorio neceſſaria eſt. nam Deus per ſe in teſtem adducitur, tamquam prima, & infallibilis veritas: ergo fit illi iniuria, ſi adhibetur ad cōfirmandū aliud præter veritatem. Et ſic merito Zacch. 5. dicitur damnandos eſſe omnes, qui iurant mendacium. In promiſſione autem debet eſſe veritas dicti, vt is, qui promittit aliquid cum iuramēto, habeat verum animū implendi, quod promittit, & veritas facti, nempe de futuro, vt res, quæ cum iuramento promittitur adimpleatur, iuxta dicēda *lib.* 2 & 3. eſt certa ſententia apud omnes cum Suar. *c.* 3. *nu.* 1. 2. & 3.

15 Secunda circumſtantia eſt iuſtitia ex parte materiæ, id eſt quod materia ſit honeſta, non ſolum in iuramento promiſſorio, vt dicemus, ſed etiam in aſſertorio quoad materiā proximā, licet non ſit neceſſe, vt res, de qua iuratur, quam voco materiam remotam, ſit honeſta; nam poſſum bene iurare, quod aliquis ſtuprum cōmiſit: tamen materia proxima, nempe ipſa aſſertio debet eſſe honeſta. v. g. quod dum iuras fuiſſe commiſſum ſtuprum, non inique facias reuelando ſecretum proximi, aliàs non ſolum eris iniuſt', ſed irreligioſus; quia iuras circa materiam proximam iniquam, qualis autem hæc culpa ſit infra dicemus. contra quod non eſt D. Tho. 22. *q.* 89. *ar.* 3. dum ait iuſtitiam iuramenti pertinere ad cauſam iurandi, nam ideo id dixit, quia honeſtas aſſertionis ordinarie, & maxime pēdet ex cauſa. ita Sotus. *lib.* 8. *de iuſt. qu.* 1. *art.* 3. *col.* 2. Arag. 2. 2. *qu.* 89. *ar.* 3. & alij apud Recentiores, & poſt Suar. *d.c.* 3. *à nu.* 4. Sanch. *lib.* 3. *c.* 4. *nu.* 33. Caſtrop.

Digitized by Google

hic p.4. ver. cæterum. Reginald. *lib.*18. *n.*86. Fagund. *l.2. in pra.2.dec.c.6.n.13.*

16 Tertia eſt, vt cum iudicio fiat, nēpe cum prudenti cōſideratione, ſub qua includuntur omnia reliqua requiſita præter iuſtitiam, & veritatem, de quibus diximus, adhoc, vt ſecundū prudens iudicium iuramētum cenſeatur hic & nunc neceſſarium, & vtile conſiderando finem iuramenti an ſit honeſtus, & eo poſito, an ſit aliqua moralis vtilitas, non ſolum quia prudentia eſt auriga cæterarum virtutū moralium; ſed quia propter debilitatem linguæ, & reuerentiam Deo debitam, ob quam requiritur diſcretio in iurante, ne otioſè, & vane eius nomen inuocetur. Signate autem D. Thom. *d.art.3. ad* 2. includit fidem, nempe Theologicam, quia oportet, vt iurās credat Deū omnia ſcire, ſed hæc potius antecedit iudiciū, quia ea reſpectu fidei eſt ſicuti principia in ordine ad concluſionem. ita Suar. *d.c.3.nu.7.* & 8. quem laudat Caſtrop. *pu* 4. *d.*1. *nu.2. circa finem.* vbi merito ait circa alias regulas à Soto, & alijs traditas, adhuc manere ancipitem animum.

17 Sunt autem hæ circumſtantiæ, ſeu comites iuramenti non ſolum neceſſariæ; ſed etiam ſufficientes, ſpectata natura talis actus, vt patet ex dictis, nec debuit aſſignari quarta, quod ſcilicet iuretur per verum Deum, nam hæc non eſt comes, ſed ſubſtantia, & forma iuramenti; ſi enim iuretur per falſum Deum non eſt iuramentum, *vt ſup.n.1. diximus*, & licet aliquę in iure aſſignentur, ex parte modi, aut loci, & temporis, vt quod à ieiunis præſtetur, quod eſt ex conſilio; ne certis anni temporibus fiat iuramētum ſolemne ſuper euangelia, aut vt fiat in templo ſuper altare, & res ſacras; poſſunt reduci ad circumſtātiam Iudicij, quę iam ſunt antiquatę (excipe dies feſtos, vt ſupra dum de eorū obſeruatione *diſp.8. diximus*) quamuis ſemper intellecta fuerint de iuramēto in iudicio; vt aduertit Gloſſa *c.* 1. *de teſtibus. cap. decreuit* 2.2. *quæſt.*5. & poſt Suarium *d.cap.3. à num.*9. Notant de communi Caſtrop. *pun.3.num.*15. & Sanchez *l.3.cap.3.num.*4. alios citās Filiucc. *trac.25.cap.2.* Bonac. *t.1.diſ.4. quæſt.1.p.3.* Trullench. *l.2. cap.1. in decal. dub.1. & ſeq.* De circumſtantijs requiſitis à iure ex parte perſonæ iurantis dicemus infra.

QVÆRES V.

An Iuramentum ſit actus à virtute Religionis elicitus?

18 RESP. affirm. vt autem id probetur, oportet duo diſtinguere in iuramento, quæ etiam in actione artificioſa, & in alijs actibus voluntatis ad virtutes morales pertinentibus, conſiderari poſſent: vnum eſt motiuum, quod inducit ad iurādum, ſeu ad exercitium actus, & aliud eſt, quod dirigit ad obſeruandum debitum modum in iuramēto, ſeu ad eius ſpecificationem v,g. mouetur quis ad iurandum ob aliquam vtilitatem, puta, vt litem vincat amicus iuxta D. Paul. ad Hebr.6. ibi. *Omnis controuerſiæ eorum finis ad confirmationem eſt iuramentum,* quod poteſt dici motiuum remotum; at priuſquam definita voluntate ſtatuat iurare, debet conſiderare vtrum illa vtilitas ſit ſufficiens adhoc, vt cum Dei reuerentia iurare poſſit: quod poteſt dici proximum motiuum, & tandem cum iurat, mouetur ad ponendos comites iuramenti iurando, tali modo, quod non poteſt pertinere ad fidem per ſe ſpectatā, nam non minus habetur teſtimonium fidei per iuramentum incautè, & imprudenter factū, quam ſi cautè fiat. Hoc poſito.

19 Prob. Concl. quia licet motiuum remotum ad iurandum nō ſpectet ad Religionem; tamen motiuum proximum, & motiuū inducens ad ſpecificationē actus, ſeu ad formā ſeruandā iuramenti pendet à virtute Religionis, quia prouenit ex honore Deo debito, & reuerētia illi debita, nec obſtat, quod intētio operātis poſſit eſſe mala, vel proueniat ex alio motiuo,

quia

Digitized by Google

Quia ſufficit, quod honeſtas obiecti ſit talis, vt ad Religionem pertineat: ſicuti eleemoſyna eſt verus actus miſericordiæ; licet aliquãdo dans eleemoſynam non faciat actum miſericordiæ, vnde ſi dum quis iurat actu, intendat Deum colere, certum eſt iuramentum, tam ex ſe, quam ex parte iurantis eſſe actum à Religione prouenientẽ: ſi vero tantum ſe habet negatiue, obſeruando prudenter ne aliquid extra Religionem committat, tunc erit quidẽ actus Religionis quãtum eſt ex ſe, & aliquo modo poteſt dici elici à Religione, ſaltem vt à cauſa impediente ea, quæ ſunt contra religionem.

20 Confirmat. quia in ſacra Scriptura iuramentum ponitur vt actus latriæ, pertinens ad cultum diuinum, vt ex Deuter. 6. & ex ſecundo præcepto Decal. poteſt colligi. Immo ipſimet Gentiles hanc veritatẽ cognouerũt. Ariſt. in Reth. ad Alex. *cap. de Iureiuran.* ait. *iuſiurandum eſt, cum Diuina veneratione dictio probationis experſ.* idem habet Cicero 3. *de off.* & in iure ciuili *l.* 1. *ff. de iureiurando. & l.* 2. *Cod. de reb. cred. & iureiuran.* dicitur. *iuſiurandi contẽpta religio ſatis Deum vltorem habet*, eſt communis ſententia S. Tho. 2. 2. *q.* 59. *ar.* 4. vbi alij, & in 3. *diſ.* 79. & cũ Suar. *hic cap.* 4. *l.* 1. *de iuram.* ſupponunt omnes infra citandi.

Enodantur aliqua difficultates circa præcedentem doctrinam.

21 Dices 1. cur D. Thom. *loc. cit. art.* 8. dixerit per iuramentum nõ ordinari aliquid ad Dei reuerentiam, ſicut in voto fit: ſed Dei reuerentiam ad veritatis confirmationem ordinari, & ad ſecundum addit *eum qui iurat non ordinare iuramentum ad venerandum eum, per quem iurat.*

Reſp. hæc eſſe intelligenda de ordinatione, & intentione, quæ ibi ſiſtat; nam votum ita tendit per ſe loquendo in cultum Dei, vt ibi ſiſtat: at iuramentum ordinatur ad aliquod aliud neceſſarium huic vitæ; licet poſſit fieri propter venerationem Dei.

22 Dices 2. ſi iuramentum eſſet actus Religionis, poſſet per ſe expeti, & eſſet frequentandum abſque vlla neceſſitate, quod eſt contra ea, quę hucuſq; diximus.

Reſp. negando ſequelam, quia non omnes actus, qui poſſunt exerceri ad cultum Dei, ſunt per ſe appetibiles abſque alia neceſſitate: ſed debent habere medium ſibi proportionatum, quale eſt in iuramento habere tres illas comites: & quãuis intra illud medium non ſit peccatum frequentare iuramentum; melius tamen eſt illud non frequentare ob maiorem Dei reuerentiam ex D. Thom. *art.* 5. *ad* 3. & ſic nimium frequentando iuramentum, non ſeruatur medium, nec omnis actus cultus exterioris eſt per ſe appetibilis propter ſolum cultum: ſed aliquando aſſumitur ad alium finem, & poſito illo fine ordinatur ad cultum Dei.

QVÆRES VI.

Quomodo iuramẽtum per Creaturas habeat veram rationem iuramenti.

23 Diximus initio *num.* 1. religioſum iuramentum tãtum per ſolum verum Deum fieri, iuxta illud Deut. 6. *per nomen illius iurabis*, intellige, *& nõ per alios*, quod etiam patet ex dictis, quia cum ſit actus Religionis per ſolum verum Deum fieri poteſt, cum Religio tantum Deum reſpiciat: quęrimus igitur, an poſſimus ſub aliqua ratione iurare per Creaturas, ita vt illud ſit verum iuramentum.

Reſp. affir. videmus enim in Sacra Scriptura Paulum per animam ſuam iuraſſe ex ſententia D. Thom. 2. *ad Corinth.* 1. & fideles paſſim iurant per ſalutem ſuorum filiorum, per Sanctos, & Euãgelia: ratio eſt, quia poteſt quis iurare per Creaturas, vt relatas ad Deum, ſeu quatenus Deus in ipſis relucet, vt eſt in iuramento per ſimplicem atteſtationem, & ſic iurans per Crucem, iurat per eum, qui pro nobis

Digitized by Google

pependit in Cruce; & poteſt iurare etiam per execrationem, vt infra latius explicabimus, imprecando ſibi, vel alteri malum v.g. iuxta formam profeſſionis fidei à Paulo IV. editam. *Sic me Deus adiuuet &c.* & tunc per Deum iuratur, quia determinatur, vt eius atteſtatio fiat per ſignũ aliquod ſpeciale, vt bene *D.Thom.ar.6. d. q.98.* & D.Bonau.*in.3.diſ.39.q.2.ar.2.* & hoc iuramentum appellari poteſt implicite factum per Deum, ad differentiã eius, quod fit explicite iuxta dicta *num.1.* vt notat Suar.*cap.11.num.1.l.1. tract.4.* Immo addo iuramentum per Creaturas ex ſe non eſſe iure aliquo prohibitum, nec illicitum, cum, & Eccleſia illo vtatur, & vtrumque ius approbet. *l.qui per ſalutem ff. de iureiur. & cap.quoties 24.q.7.* & alibi.

24 Verum tamen eſt, quod aliquando ratione ſcandali poteſt eſſe malum iurare per Creaturas, quia poteſt eſſe talis circumſtantia, vt videatur quis iurare per illas, abſq; reſpectu ad Deũ, & ſic poteſt Idololatra putari; quamuis apud fideles vix poſſit id pręſumi; etiam ſi iurẽt per Creaturas communes, quæ non ſunt ſpecialiter Deo dicatæ, vt ſunt manus conſecratæ, calix &c. de quibus iuramentum facilius videtur referri ad Deum, & ſic *c.Clericum.22.q.1. & cap.ſi quis*, dum ſub pæna prohibetur iuramentum per Creaturas, intelligitur quando fit cum ſcãdalo, iurando more Gẽtilium per Iouem &c. non quia Chriſtiani putent hos eſſe Deos: ſed quia turpe eſt, & ſcandaloſum tale iuramentum in ore illorum. hæc Suarius *cap.5. ad num. 8.* & ſupponunt omnes Recent. citandi, præſertim Sanchez *lib.3.cap.2. à nu.9.*

25 At nullum puto eſſe peccatũ; etiã poſita hac Suarij doctrina: ſi quis dũ orationẽ, vel aliquid huiuſmodi ſcribit, vtatur illo modo *mehercle* pro certe, vel *ædepol.* quia licet id ſignificet *ſic me Hercules adiuuet; & ob Pollucis templum*; tamẽ apud homines doctos, iam excuſatur, quod videatur accipere illa nomina tamquam ſynonima pro certe: at docti præſertim viri ab his modis loquendi abſtinere debent, & venialiter peccarent, quia aliquo modo facerent contra *d.cap.Clericum.* ſaluo.&c.

Vbi aduerte hæc iuramenta non differre ſpecie à iuramento facto per ipſum Deum, quia tacite, & expreſſe non variant ſpeciem, tantum poteſt eſſe aliqua grauitas accidentalis, Dei nomen immediate inuocare; ſicuti quãdo quis iurat tactis Eungelijs &c. ita Suar.*c.5.l.1.tract.4.* cui addo Leſſ. *d.c.5.à num.12.* Sanchez *lib.3.ca.1.n.9.* Sayrum *lib.5.cap.2.num.2.* & ſic non eſt in confeſſione aliud dicendũ, quã commiſi periurium, niſi etiã ſit blaſphemia, vt aduertit Sanch. & ſupponit Suarius.

QVÆRES VII.

An liceat iurare per Creaturas abſque vllo reſpectu ad Deum.

26 DIco 1. iurare per Creaturas irrrationales, eſt illicitũ (præter quã quod iuramentum vere nõ eſt,) & ſapit idololatriam, niſi ignorantia excuſet, quia cum homines per maiorẽ ſui iurent ex Paul.ad hebr. 6. ſequitur quod ſic iurando ſcienter v.g. per ſolem, putent aliquam ibi eſſe ſuperioritatem reſpectu hominum, niſi forte faciant, vel vt appetitum iurandi deludant, vel ioco: tunc enim nullũ erit peccatum contra Religionem: ſed ad ſummum erit veniale; vel quia oſtendit ſe iurare, cum vere nolit, vel quia eſt quædam otioſitas, quæ tamen facile poteſt excuſari, præſertim ex inaduertentia, vt bene Suar.*d.c.5.num.8.* cum Nauar.*cap.12.num.5.*

27 Ex qua Suarij doctrina infero laudãdos potius eſſe ruſticos, qui has paranomaſias faciunt, quam repræhendendos, quia ſic peccatum mortale deuitant, & forte etiam veniale; non enim hi doceri poſſunt modo perfectiori ad prauum habitum deponendum, ſicuti alij.

28 Dico 2. licet quis iuret per aliàs creaturas, intellectuales præſcindẽdo

ab

ab ordine, quem dicunt ad Deum, ſeu à qualibet alia ratione diuina: tamen nō eſt verum iuramentū; nam etiam Angeli conſiderati ſecundum ſuam naturam non poſſunt facere certitudinem infallibilem, & ſi conſiderētur ſecundum ſtatum gloriæ, ſecundum quem mentiri non poſſunt, iam eſt principaliter per Deum, & hoc modo fieri ſolet à fidelibus, dum iurant per Sanctum Petrum, Angelos &c. vel ſaltem non eſt iuramentum, quia ille honor ſancto debitus ratione participatæ ſanctitatis non eſt latriæ, & ſic deficit à perfectione iuramēti, nec debet talis præciſio à Deo fieri, cum inuocatio diuini teſtimonij habeat proprie rationem iuramenti (quod licet non explicet Suarius hic puto eſſe veniale, niſi fiat ex aliqua irreuerentia, vel odio Dei) at Nauarr. quem citat, & ſequitur Sanchez *l.3.c.2.nu.9.* dicit non eſſe peccatum.

Contra vero erit illicitum iurare per dœmones, vel animas damnatas v.g. per Mahometum, etiā ſub reſpectu ad Deum, quia licet in eis Dei potentia reluceat, & ſit verum iuramentū; tamen ratione ſtatus indigni ſunt, vt in eorum nomine Deus inuocetur, & facile ex ipſo facto generabitur ſcādalum, blaſphemiæ *ex cap. mouet.* 22. *q.*1. ita Suar. *tr.4. lib.1.d.c.5.n.9. & 10.* quem ſequitur Sanch. *lib.3.c.2.nu.*11. vbi bene explicat idem eſſe dicendū, quamuis iuramentum fiat per execrationem v.g. *Deus deſtruat dæmonē, ſi ita non eſt*, quia ſic videtur eum magni habere. addit etiam ex Abulen. in in Matt. *c.5.q.*268. & Alozier *ſum.c.*15. hæc iuramēta facta à fidelibus, etiam à veniali excuſari, quia ſæpius faciunt per irriſionem ex cauſa iuſti, & honeſti ioci, quod ſequitur etiā Fagundez *l.2.c.2.in 2.præc.dec.n.*30.

Verum rariſſime puto id à culpa veniali excuſari, cum vix poſſint tales eſſe circumſtantiæ, vt honeſtus iocus æſtimetur. Sicuti rarò erit mortale in homine non impio, vide infra *diſp.4. num.*13. *&* 14.

Si vero quis iuret per homines viatores per ſuā fidem, ſeu veritatem, nō verè iurat; ſed tātum hominum probabile teſtimoniū adducit. ita Suar. *num.*11. cui addo, nullum etiam eſſe peccatum taliter iurare, quia tātùm quis vult ſuum dictum humano teſtimonio, & non diuino confirmare, & ſic potius eſt Dei reuerentia, quæ non cenſetur eſſe quando vult iurare per Sanctum Petrum &c. & non vult diuino teſtimonio vti; quod ſolum eſt firmum, & iuramenti rationem inducit.

DISPVTATIO II.

De cauſa finali, & materiali iuramēti.

DVo hìc ſupponimus, vt certa. primum eſt, intrinſecum iuramenti effectum eſſe veritatis confirmationem, ſeu atteſtationem, quia ad hanc vtilitatem humanam inuentum eſt; vt ex ſcriptura, & vtroque iure, & Philoſophis deducitur, & ex dictis *diſp.præc.* colligi poteſt. & notat Suar. *lib.1.de iur.c.6.n.*1.

Secundum eſt materiam iuramēti ſolum eſſe circa quam, quæ eſt ipſa aſſertio iurantis, vt etiam ex dictis patet, & Suar. habet hìc *lib.*1. *cap.* 7. *num.*1. his poſitis.

QVÆRES I.

In quo genere cauſæ iuramentum confirmat veritatem.

1 TRia conſidero, ad quæ iuramentum comparari poteſt. Primum eſt notitia veritatis, quæ in alijs generatur ex vi iuramenti. ſecundum eſt ipſa veritas iurata, ſeu illud verum, vt eſt obiectum cognoſcibile prout iuramento confirmatur. tertium denique eſt inuocatio diuini nominis.

2 Reſp. igitur cum diſtinctione reſpectu opinionis, ſeu notitiæ veritatis, iuramentum eſt veluti cauſa efficiens, quia ſicuti principia reſpectu Cōcluſionis ſe habent, vt cauſa efficiens, ita iuramentum, cum ex D.Th. *ar.1.hic.*

iura-

iuramentum adhibeatur eo modo, quo principia adhibentur ad concluſionem inferendam.

3 At in ordine ad veritatem ſe habet,vt forma ad materiã circa quam, quæ per potentiam obedientialem aliquid poteſt recipere, & ſic non eſt neceſſe, vt ordinetur ad formam, ſeu ad ipſum iuramentum:ratio eſt, quia iuramentum ad confirmandam veritatem ſe habet,vt lumen, quatenus manifeſtat colores, ſed lumen cõparatur ad colores, vt forma ad materiam, cum nullam aliam connexionem habere poſſit:ergo.

4 Quare confirmatio veritatis eſt finis proximus,& intrinſecus iuramẽti, nam eſt effectus per ſe intentus tum à iurante;tum ab ipſa inſtitutione iuramẽti;ergo eſt finis,quia licet ſit poſterior in executione:tamen eſt prior in intentione, diximus enim eſſe per ſe intenta.

5 Confir. ex D.Tho. *ar.1. hic* & *ar.4. ad 3.* & *ar. 5.* in quibus locis ait, iuramentum ordinari ad confirmandam veritatẽ,& vſurpat verbum *vti*,quod ſignificat ordinationem medij ad finem.ita cum Soto *ar.5. qu.1.* Suarius *l.1.de Iur.c.6. ad n. 9.* quem expreſse ſequitur Caſtrop.*p.1.nu.3.* & alij ſupponunt contra Gaet.*d.q.89. ar.5.*

Occurritur obiectis.

6 NEc eſt cõtra diuinum honorem dicere,quod iuramentum primario fuit inſtitutum ad veritatem confirmandam in humano commercio,ex qua inſtitutione ſeu vſu inſurgit quædam intrinſeca ratio diuini cultus, quam etiam ſi operans non intendat, modo nõ excludat, expreſſe,aut poſitiue non addat aliquid cõtra illam,non peccat: Ratio eſt, quia pertinet ad vniuerſalem Dei prouidentiam, vt omnibus modis ipſe inuocetur in auxilium,inter quos eſt,vt ſua auctoritate confirmet veritates, quæ probari aliter nõ poſsunt, ad ſocietatẽ inter homines cõſeruandam, & ſic res ſpiritualis non ordinatur ad rem temporalẽ, tamquam ad finem vltimum, hic enim tantum eſt Deus, ſed tamquam ad finẽ proximum, & immediatum, quod nullo modo eſt abſurdũ;adde quod hic finis adequate ſpectatus, nempe prout includit commune bonum, non poteſt æſtimari res inferioris ordinis, quicquid dicat Gaetanus in contrarium, ita preter Suarium, qui hæc diſtinctiſſime tractat. Valen.2.2.*diſp.6. q.7.pu.3. pag.1383.*Leſſ. *lib.2.c.42.à nu. 16.* Caſtrop.*pu.1.nu.4.l.cit.*quamuis metam attigerit concluſionem.

7 Hinc patet certum eſse de fide,nõ ſolum licitum eſse iuramẽtum circa materiam fidei, religionis,aut pietatis;ſed etiam circa alias mere temporales.v.g.iuro quod dabo tibi cẽtum, vel iuro,quod Petrus iuit Romam, poſitis ſupradictis tribus conditionibus,nẽpe veritate,iuſtitia, & iudicio, quia nec lege naturæ, nec ex Chriſti prohibitione eſt incapax materia tẽporalis iuramenti, & ſancti tum in veteri teſtamento Gen.21.& 26.Reg. 20. & 2.Corin.1.& alibi in materia mere humana iurarunt, nec Baſilius apud Anaſtaſium *q.73.Sacr.Scripturæ* prohibet iuramẽtũ, niſi *quãdo propter aliquod negotium neceſſe nobis eſt, vti falſo ſermone*. ita Suar. *d.c.7.nu.3.fine.* & alij ſupponunt contra Vicleph, & Eraſmum hæreticos.

QVÆRES II.

Quot modis diuidatur iuramentum ex parte materiæ.

8 REſp.1.in ſacrum,& temporale, ſeu humanum. Illud eſt quãdo iuuatur ad voti confirmationem, ad obedientiam Eccleſiaſticis præſtandam, ad profitendam fidem, vel ad hœreſim abiurandam,quia abiuratio eſt iurare diſsenſum,ſeu negationem erroris: hoc continet iuramenta, quæ fiunt in humanis iudicijs, cõtractibus &c.& licet eiuſdem rationis ſit inuocatio diuini nominis,ſiue circa materiam religioſam,ſiue prophanam; tamen

Digitized by Google

men quanto magis res quæ iuratur, eſt dignior, tanto magis pertinet ad Dei reuerentiam. ita Suarez *l.1.cap.7. num.4. de iuram.*

Vbi aduerto hanc diuerſitatem eſſe tantum accidentalem, & ſic in confeſſione ſatis eſt dicere Perieraui, non enim requiritur, vt dicatur an ſit in materia religioſa, vel prophana, niſi aliunde habeatur aliqua noua malitia, vt ex dictis cum Suario *diſp. præc. numer.25.* & ex infra dicendis videtur clarum.

9 Diuiditur 2. iuramentum in aſſertorium, & promiſſorium, quæ diuiſio communis eſt, & ſupponit poſſe iuramentum cadere ſupra materiam præteritam, præſentem, & futuram, quia humana prouidentia circa hæc pendet, vtiturque cognitione fundata in fide humana per aſſertorium iuratur res de præterito, vel præſenti, per promiſſorium de futuro. ex D.Th. *qu.89. ar.1.* & Suar. *loc. cit.*

10 Vbi aduerte hanc diuiſionem, vel eſſe includentis ab incluſo, quia omne iuramentum promiſſoriũ eſt etiã aſſertorium; nam qui iurat à ſe, vel ab alio aliquid futurum, iurat ſe ita dicere, vel putare verum, & præterea iurat promiſſum implere, vel certe quatenus aſſerit, dicitur aſſertorium, quatenus vero eſt propoſitum implendi de futuro, dicitur promiſſorium.

11 Dices affirmatio, vel negatio de futuro eſt propoſitio ſignificans verũ, vel falſum, quod competit etiam propoſitioni de præſenti, & præterito: ergo iuramẽtũ de futuro aſſertoriũ eſt.

Reſp. diſt. antec. cum diuerſa obligatione concedo antec. cum eadem nego antec. & nego conſequentiam: ratio eſt, quia illud dicitur iuramentũ aſſertorium, quod includit obligationem ad dicendam veritatem, quãdo fit aſſertorio: iuramentum vero promiſſorium dicitur illud, quod inducit obligationem in futurum; vocatum eſt autem hoc iuramentum promiſſorium: non quia ſemper promiſſionẽ includat, poteſt enim dari aſſertio iurata in futurum abſque promiſſione; quia promiſſio eſt aliquid, quod ex liberalitate pẽdet; licet omnis promiſſio iurata includat aſſertorium de futuro, cum promittens affirmet ſe eſſe facturum, quod promittit: ſed dicitur promiſſorium, quia eo ipſo, quod eſt iuramẽtum de futuro obligat ad idẽ, ad quod obligat iuramẽtum promiſſorium, nempe ad faciendum verum id, quod ſub iuramento dictum eſt intuitu eiuſdem virtutis Religionis. ita Suar. *d.c.8.* ſatis quidem acute, cui adde Valent. *22. diſp.6.q.7. ver. ſecundum videtur certum*, vbi affert exemplum de eo, qui dolet de peccatis, habet voluntatem iterum non peccandi, & ſic poteſt iurare de futuro, at nõ promittit Deo, alias teneretur ex voto. Caſtropal. *diſp.1. pun.2. verſ. circa ſuprad.* Trullench. *l.2. in dec. c.1. dub.3.* Bonac. Filiucc. Leſſ. & alij apud ipſum.

QVÆRES III.

An iuramentum aſſertorium, & promiſſorium differant ſpecie.

12 RESP. probabilius eſt eſſe eiuſdem ſpeciei: ratio eſt quia ſi iuramẽtum promiſſorium differt formaliter ab aſſertorio, darentur in eodem iuramẽto duæ rationes formales iuramẽti, ſpecie differentes, hoc non videtur dicendum: ergo. Sequela probat. quia omne iuramentum promiſſorium, quatenus ſemper confirmat aliquam veritatem de præſenti eſt aſſertorium formaliter, vt ex dictis patet, & quatenus habet obligationem in futurum promiſſorium: ergo ſi promiſſorium, & aſſertorium iuramentum ſpecie differrẽt, darentur in eodem iuramẽto duæ rationes formales, ſpecie differentes.

13 Verum tamen eſt, quod in iuramẽto promiſſorio videtur addi quædam maior efficacia, cum Deus non adhibeatur vt teſtis tantum, vt fit in aſſertorio: ſed veluti fideiuſſor: ſed hęc differentia eſt materialis & indiuidualis tantum, & idem dicas de iuramento in futurũ, quod nõ includit promiſſionem,

nem, reſpectu iuramenti includentis promiſſionem; quia iuramẽtum ſemper tendit ad eumdem finem formalem, & inducit eamdem obligationẽ. eſt communis ſententia *D. Thom. 2. 2. q. 89. ar. 7. in corpore ad* 1. Gaet. ibi Sotus, & alij, & poſt Suarium *l. 1. c.* 9. per totum paſſim Recentiores, Sanchez *l. 2. ſum. c. 1. nu. 9.* vbi multos citat, Fagundez *l. 2. cap. 4. nu. 3. hic*, & cit. DD. *num.* 11.

14 At licet Caſtropal. putet iuramentum de futuro non differre ſpecie ab eo, quod continet promiſſionem; tamen ait forte eſſe probabilius differre ſpecie aſſertorium à promiſſorio, adducit eadem argumenta, quæ Suarius *num. 4. & 5.* & ſoluuntur noſtra ratione fundamentali, vt ipſe Suarius notat *num. 6. fine.* Ad rationem *num.* 12. allatam à Suario negat min. & adducit exempla in cõtrarium de promiſſione iurata obſeruandi caſtitatem, quæ eſt votum, & iuramentum, & de periurio blaſphemo, quod eſt contra religionem ratione periurij, & ratione blaſphemiæ: ſed nõ aduertit Caſtrop. vim Suarij argumenti eſſe, quod darẽtur duæ rationes formales iuramẽti ſpecie differentes in vno iuramẽto; & ideo non ſunt ad rem exempla, quę adducit; nam in promiſſione iurata non ſunt duæ rationes formales voti, ſpecie differentes: ſed vna voti, & altera iuramenti, & ſimiliter in iuramento blaſphemo, vna malitia eſt ratione iuramenti, alia eſt ratione periurij, & ſic non dantur duæ malitię iuramenti in eodem iuramẽto in exemplis allatis, quare bene ait Suarij ſentẽtiam, vt pote communem eſſe ſuſtinẽdam.

QVÆRES IV.

An materia iuramenti poſſit eſſe aliqua veritas neceſſaria.

15 RESp. materiam, circa quam quis iurat, debere eſſe contingẽtem, ex D. Tho. *q. 89. ar. 1. ad 7.* nempe quæ non ſit enunciatio, cuius veritas ſpeculatiue probetur: ſed quæ ſit contingens ſaltem ratione alicuius humanæ actionis, à qua pendet veritas aſſertionis, ſaltem ratione cognitionis; quia non poteſt quis iurare vere, quod non nouit, quia iuramentum immediate cadit in dictum iurãtis, vt ſi iures Romæ fuiſſe ecclypſim, certe iuramentum cadit ſupra tuam cognitionem, quæ ſane contingens eſt, vel ſi iuras cras futuram ecclypſim, iuramẽtum eſt de re contingẽti, & aſſertoriũ quia reſoluitur in hoc, iuro me exiſtimare nunc, futuram cras ecclypſim; ſicuti poteſt explicari iuramentum de facto alterius prolatum per modum aſſertionis; nam ſi quis iurat promittendo factum alienum, ſecundum communem Canoniſtarum opinionem cenſetur promittere ſe facturũ, vel curaturum, vt alius faciat ex Guttier. *de iuram. p. 2. c. 2. num. 7.* & alijs, quos cum Sanchez citaui *lib. 1. de matrim. diſ.* 24. vbi circa hãc rem multa habes, & alia infra addemus ex Suario cuius hæc ſunt *c. 10. lib. 1. de iuram.* ſequitur Caſtrop. *pun. 2. ver. aſſertorium, eſt circa finem.*

16 Idem dicas, vt notat Suar. *nu.* 5. de promittente rem impoſſibilem cum iuramento; nam ſi putat poſſibilem, iam eſt de contingente, nempe pro vt cadit ſub eius opinione; ſi ſcit eſſe impoſſibilem, ſic iurans voluntarie iurat falſam aſſertionem. ad quid autem teneatur dicemus infra.

Omiſit Suaius tertium membrũ, quod ſolent aliqui ponere, nempe iuramentum comminatoriũ: ſed meritò, quia ad promiſſoriũ reducitur, vt notat Caſtrop. *loc. cit.* & Suar. *lib. 2. cap. 1. num.* 13.

DISPVTATIO III.

Explicatur diuiſio iuramenti ex parte formæ.

1 FOrmam iuramenti appello ſignũ illud, quo nomen Dei aſſumimus ad iurandum, quod poteſt ſufficienter fieri verbis ſignificantibus exterius Dei inuocationem, vel ex vſu,

vel

Digitized by Google

vel ex ſua impoſitione, aut circumſtantijs: vt ſi quis dicat ego faciam cum certo ſigno v.g. tangendo manũ &c. poteſt iurare ex vſu patriæ, vt cũ Suario *ca.12.n.2.* docet Sanch. *c.2.n.1. lib.2.ſum.* Filiucc. *tract.25.cap.3.* Trull. *l.2.c.1.dub.3.num.4.*

QVÆRES I.

An verba ſint de eſſentia iuramenti.

2 RESp. non eſſe de ratione iuramẽti, vt per propriam vocem proferatur, poteſt enim fieri per ſigna verbis æquipollentia, non ſolum in conſcientia, & reſpectu Dei omnia videntis: ſed etiam reſpectu hominũ, & in humanis contractibus; vnde poteſt fieri ſcriptura, ſicuti fit pactum ad abſentem *l.1.ff.de pactis.* niſi forte aliud non ſit cautum in iure circa iuramenta exhibẽda in Iudicijs fori cõtentioſi; ſicuti in ſtipulationibus requiruntur verba, ſic etiam in iuramẽto talium ſtipulationum. ex *l.1.ff.de verborum obligat.* quamuis vix reperies in iure diſpoſitum, vt iuramẽtum non valeat, niſi fiat propria voce; licet id ſit valde congruum; cũ videamus mutum poſſe eſſe teſtem. ex Gloſſ. *in cap.teſtes 3.q.9.* quam teſte Couar. cõſtat eſſe receptiſſimam. ita Couarr. *c. quamuis pactum*, & Canoniſtæ communiter, & poſt Suar. *hic c.11.ad nu.7.* Sanch. *l.3.ſum.c.1.num.2.& c.2.nu.12.* vbi multos citat Caſtrop. *diſ.1.pun.1. verſ.deinde.*

Obiectioni occurritur.

3 NEque obſtat *cap.Clericus de iureiurand.* vbi pontifex reſpondet Clericum non teneri ex vi iuramenti ſeruare ſtatutum ſecundũ, quod promiſerat, his verbis: *Promitto per idem iuramentum*, (nempe quo iurauit prius obſeruare ſtatuta Eccleſiæ) *hoc nouum ſtatutũ fideliter obſeruare*; nam Papa non dicit iuramentum nõ fuiſſe, quia non fuerunt verba: nam conſtat ea fuiſſe; ſed quia Pontifex iudicauit de obligatione iuramenti, tantum iuxta illa verba nude ſumpta, quæ non inducebant nouum iuramentum: ſed promiſſionem, & ſaltem non expreſſe indicabant, vnde elegit partem fauorabiliorem ipſi iuranti; ſi enim ratione iuramenti Clericus fuiſſet obligatus, maxime quia voluit extendere iuramentum factum circa primam materiam ad ſecundam materiam: ſed hoc non obſtat, quia nõ eſt in poteſtate hominis facere, vt prius iuramentum circa vnam materiam, extẽdatur, & obliget circa aliam ſine nouo iuramento; & quãuis ex conſcientia erronea Clericus potuerit peccare: tamen obligatio ceſſat, errore ſublato ita optime Suar. *d.c.11.à num.7.* vide Couarr. late explicantem cum multis, quos refert *loc.cit.*

QVÆRES II.

Quot modis diuiditur iuramentum ex parte formæ.

4 REſp. tripliciter. prima diuiſio eſt, quod aliud fit tantum verbis, & eſt vſitatum in ſimplicibus, & priuatis iuramẽtis, & dicitur verbale. aliud reale tãtum, quod fit aliquibus ſignis conſiſtentibus in facto, vt tangendo Crucem, Euangelia &c. vel ſi aliquis tractatus præceſſit de iurando, & poſtea ille tangat librum, vel denique à circumſtantijs poteſt deduci; licet hic modus non ſit adeo connaturalis ad conceptus hominum explicandos, niſi vbi eſſet talis conſuetudo. aliud denique eſt miſtum, fitque verbis, & ſignis, vt tactis Euangelijs, pectore &c. & eſt valde vſitatum in Iudicijs, appellaturq; à Iuriſtis modus corporaliter iurandi *Clem.1.§. porro.de hæret.*

5 Diuiditur 2. in ſimplex, & ſolemne. ſimplex eſt, quod non habet ſolemnitatem explicandam; ſolemne fit peculiari ritu, & cæremonia, additis lege aut conſuetudine, vt habetur in varijs decretis; maxime ex tactu vel præſentia rerum ſacrarum, & dicitur ſolemnitas Canonica, quod ſi ſolem-

Digitized by Google

nitas pertineat ad faciendam certiorem notitiam, vel probationẽ præſtiti iuramenti, dicitur iuramentum iudiciale, de quo *l. generaliter §. vltimo. c. de rebus creditis*, & quãuis ordinarie ſolẽne iuramentũ fiat verbis, & ſignis externis; poſſet tamen verbis fieri, vt per inuocationem trium diuinarum perſonarum expreſſe inuocatarum &c. vide Seluam *tr. de iur. p. 1.*

6 Huiuſmodi etiã fuerunt iuramenta apud Gẽtiles, de quibus Tiraquell. *l. 5. genial. c.* 10. & Gen. 25. & 47. fiebat iuramentum ponendo manũ ſub fæmore exigentis iuramentum, vt fecerunt Abraham, & Iacob, per quod fuit indicatum, iuramentum fieri in fide Chriſti, qui in lumbis Abrahæ continebatur ex Paulo ad Hebr. 7. vt volunt Patres communiter; licet alij putent id factum eſſe, vt iurans magis aduerteret ſuam obligationem. vide Vatablum, & Lippomanum ibi. Hæc ex Suar. *c. 12. à n. 4. ad.* 8 ſupponit Sanch. *lib. 3. c. 1. n. 8.* quomodo autem tangenda ſint Euangelia &c, vbi requiritur contactus, vide ea, quæ dixi *lib. 7. de matr. diſp.* 108. cum Sanchez, ad quem ſe remittit Suarius.

7 Tertia diuiſio iuramenti eſt in execratorium, & inuocatorium ex eo quod dupliciter poteſt Deus à iurante inuocari 1. implorando à Deo explicite, vel implicite aliquẽ modum atteſtandi veritatem, quod fit ordinarie imprecando ſibi aliquod malum. v. g. ſi hoc non eſt moriar. vel per interpoſitionem boni alicuius, veluti obligando illum ad deſtructionem illius, ſi verum non eſt iuramentum. v. g. per vitam meam &c. & dicitur execratorium, cuius multa exempla habemus in ſcriptura, vt illa Dauidis pſal. 7. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis.* & iure Canonico. *Cap. fraternitatis. de frigid. & malefic.* & alibi. vide Couarr. *cap. quamuis pactum. §. 1. num. 8.* Suarium *d. c.* 10. *lib. 1. de iur. nu. 8. & 9.* & ſupra cit. Recent.

In iuramento iudiciali includitur iuramẽtum in litem, quod debet regulari, quoad forum conſcientiæ iuxta regulas infra tradendas de iuramento aſſertorio, aut promiſſorio: quoad forum vero externum quando nam ſit deferendum, nec ne, videte Farinac. *de furtis, ex frag. crimin.* Plotum *de in litẽ iurando*: nã hęc tractatio ad criminaliſtas poti' pertinet.

QVÆRES III.

An iuramenta ſolemne, & ſimplex, iuratorium, & execratorium differant ſpecie.

8 Reſp. negat. nam ſubſtantia iuramenti eſt diuinum teſtimoniũ: quod autem fiat tali ſolemnitate, vel per execrationem, aut inuocationem accidentarium eſt, & materiale iuramento: nam illæ Cærimoniæ ſolum adhibentur, vel ad excitandam magis fidem iuramenti, vel ad augendam obligationem ratione maioris aduertentię, vel ratione vitandi ſcandali, aut iniuſtitiæ, vel inobedientiæ contra ſuperiorem, vel, vt ſufficiens probatio habeatur in foro exteriori. quę omnia sũt accidẽtaria iuramẽto, vt tale eſt, ſiue execratoriũ fiat verbis, ſiue aliquo ſigno, vt ſumẽdo Euchariſtiam ad delicti purgationem.

9 Nec iuramentum execratorium ſecum inuoluit maledictionem; quia illa execratio non profertur, vt maledictio, cum non ſit neceſſe, vt proferatur eo animo, & intẽtione, vt malum illud eueniat, ſed ex quadam temeritate, ſi falſum iuratur: & ſi verum potius oſtẽditur animus nolendi tale malũ; & licet malitia augeatur præcipue cum malum ſpirituale imprecatur v. g. æterna damnatio, vel ſi ſit per ordinem ad alium, vt ſi iures per vitam Regis, vel Patris, erit aliqua malitia cõtra pietatẽ, & obſeruantiã, at nõ eſt mortalis, niſi fiat ex odio, vel graui cõtẽptu. ita Suar. *c. 12. à n.* 10. cui adde Caet. *2. 2. q. 80. a. 1.* Couar. *de pactis. 1. p. n. 3.* Leſſ. *l. 2. c. 42. nu. 9. & 10.* Caſtrop. *diſp. 1. pu 2.* Sanch. *l. 3. c. 1. n. 9.*

10 Aduerto tamen hic ex hac Suarij doctrina, quod licet hæc iuramenta

in

in ratione iuramenti ſpecie nõ differant; tamen in confeſſione debet explicari, quando quis per execrationẽ iurauit volens videre malum proximo; quia tunc eſt etiam odium; vel ſi iurauit in iudicio falſum, quia peccauit grauiter cõtra iuſtitiam legalem, non parendo Iudici, vt notat Sanch. *l.cit.* & ex Suarij dictis ſatis apertè deduci poteſt. nam is cum alijs tantum intendit, quod ex vi iuramenti execratorij non habetur noua malitia; at nõ negat poſſe alia peccata admiſceri, & maledictiones, blaſphemias, ſuperſtitiones &c. quod etiam notat Fagund. *l.2. in 2. præc. dec. c.4. n.6.*

His autem malitijs ſecluſis, ſufficit dicere, commiſi periurium, etiam tenendo, quod circumſtantiæ notabiliter aggrauantes ſint cõfitende, quia per omnia alia addita nõ aggrauatur malitia iuramenti notabiliter, vt docet Sanchez *c.1. lib.3. n.9.* & ſupponit Suarius noſter.

DISPVTATIO IV.

De varijs formulis iurandi, tam in iuramẽto inuocatorio, quã execratorio.

QVoniã poſſunt proferri aliqua verba, de quibus dubium eſt, an ſit iuramentum nec ne, aliquot exẽpla trademus adhoc, vt quando non conſtat de intẽtione illa proferentis, quod voluerit iurare, (nam ſi de intentione iurãdi cõſtat, dicemus infra *lib.2. diſp.4. n.19* ad quid teneatur coram Deo?) poſſit prudens Confeſſarius, vel Iudex pro foro externo determinare an adfuerit iuramentum nec ne?

QVÆRES I.

An quoties, quis dicit iuro, cenſeatur iurare.

1 REſp. neg. ſed conſiderandæ ſunt circumſtantiæ, & cõditio perſonæ, nam aliquando eſt iuramentum, vt ſi negotium id poſtulet, vel imperans dicat iura, & ille reſpõdeat iuro, cõtra verò ſi rogans dicat iura, quod ita ſit, & ille reſpondet, *ita eſt*, non eſt iuramẽtum, (vt obiter notem ex Sanch. *l 3. c.2. nu.89.*) aliquando verò eſt ſignum nolentis iurare, cum tunc lingua reprimatur; quod clarius erit, quando additur aliquod diſtrahens rigorem iuramenti, vt ſi dicas iuro per hãc barbam, vel per cœlum lecti, aut iuro à tale, vel iuro per quel che ſono: ſimiliter erit iuramẽtum; etiã ſi quis loco verbi iuro dicat *voueo* quãdo materia non eſt capax voti, vt ſi dicas, *voueo Deũ ita eſſe*, vt apud Hiſpanos mos eſt. In quo iuramẽto, licet non ſit blaſphemia, eſt tamen magna irreuerentia. ita Suar. *d.c.13. nu.2. ſeq.* Caſtropal. infra. *ver. ſed vt clarius.* & Sanch. *nu.14.* qui idem dicunt de his verbis *Promitto tibi Deo.* Fagund. *l.2. c.2. in præc.2. dec.* eadẽ docet Villalob. *2.p. tra.36. diff.7.*

2 Sed re vera magnam agnoſco differentiam inter hæc verba *voueo Deũ*, & *voueo Deo*, & primum eſt iuramentum, & meritò grauiſſimum, quia *voueo Deum* idẽ eſt, ac *deuoueo Deum*, & ſenſus eſt, trado Deum, ſi ita nõ eſt. nam ly *deuouere* id ſignificat, cũ caſu accuſandi coniunctum. Liu. lib. 9. *& me deuouere prò Pŏpulo Romano legionibus, vel in medios me mittere hoſtes paratus ſum.* & Ouid. *illum ego deuoueo, quẽ mens intelligit.* & ideo cautè Suar. dixit. *voueo Deum*. quod non ſine reflexione factum puto, & ait eſſe magnam irreuerentiam, & audaciã, quia ly *voueo Deo* pro iuramento accepto,
3 non videtur habere maiorem irreuerentiam, quam dicere per Deum, ſed tantum quamdam vocis improprietatem, vſurpando verbum proprium vouẽdi pro iurando, vt notat Fagũd. *nu.4* & multo minus ſpeciẽ blaſphemiæ, & ſic Couarr. quem citat Suar. *in cap. quamuis pactum 1. p. §. 7. ver. ſeptimo.* ait. *Deuoto à Dios* latine reddi debere *deuoto Deum*, ad quem videtur alludere Suarius, dum concludit, *in rigore non eſt blaſphemia, quamuis indicet maiorem quamdã irreuerẽtiam, &*

Digitized by Google

hoc ſentiat Couarruuias,& addit Suar. non eſſe in rigore blaſphemiam, vt putauit Sotus, forte quia ly *deuoueo*, non ſignificat in rigore *maledico*, vt putat Couarruuias;ſed tantum deſtinare ad aliquid, ſeu conſecrare, nam abſq; controuerſia eſſet, grauiſſimam blaphemiam eſſe, ſi acciperetur in rigoroſo ſignificatu, pro deſtinare morti, aut maledictione, ſicuti eſt blaſphemia, *per vita di Dio.* De alio vero modo loquendi *voueo Deo*, *vel promitto tibi Deo*,quo vſi ſunt Sãchez, & Caſtropal.dicentes eſſe iuramentũ ex vſu,& citant Suarium, quaſi vero idem diceret.(ſed vt vidimus, non eſt verum) puto non eſſe iuramentum, etiam ſi aſſertioni,vel negationi coniungatur, ſed locutio ineptiſſima,vt docet Couarr.*loco cit*.fine.& Velaſcus *conſ.*99.*to*.1.*n*.19.dicens ita iudicaſſe iuris Doctores,ac Senatum.ſaluo &c.

3 Nec ex eo, quod non proferatur verbum *iuro* dicendum eſt, non eſſe iuramentum: poteſt enim illa vox *iuro* omitti,& iuramentum eſſe; vt ſi dicas: Teſtis eſt mihi Deus iuxta D, Paulum. ita Couarr. *de pactis* 1.*p.initio* Sylues. *ver.iuramentum* 1.*nu*.1. & Sayrus *Clau,reg.l*.5.*c*.1.Caſtrop. *diſ*.1. *pu*.1.Bonac.*t*.2.*diſ*.2. *q*.1.*pu*.1. Fagũd. *in* 2. *præc.dec.c*.2.*nu*.2. Sanch.*l*.3.*c*.2,*à nu*.1.*ad* 5.*& n*.22 *&* 24. ſequentes in omnibus Suarium *hic c*.13.*ad n*.5.

4 Addunt Sanchez Caſtropalaus, & Fagundez *nu*.38. his Suarij exemplis non eſſe iuramentum dicere *iuro per quanto poſſo giurare*: aut per vitam eius,per quem iurare poſſum, & Sanchez, ait ſe experientia didiciſſe ſic iurantes id tantum velle exprimere *cum per nil poſſim iurare*(nempe licite ſine neceſſitate, vt addit Caſtropal.) *per nil iuro*, quæ ſane doctrina mihi difficilis eſt; & poti' puto oppoſitum eſſe iudicandum comm. quia ſenſus eſt; iuro per cælum,terram &c.ſicuti ſi quis diceret vellẽ habere rem cum muliere, quãcumq;poſsẽ habere, exponitur ad monialem,coniugatã,&c. Illam ego experientiam,& rationem admitterem in homine timoratę cõſcientiæ,(in quo forte ſenſu iſti DD. loquuti ſunt) qui non ſolet iurare: hic enim poteſt præſumi per ly *per quanto poſſo* intelligere licite, & ſic in caſu,in quo licitum ei eſt iurare, intelligitur iurare per ea, per quæ poteſt abſq,peccato iurare:licet in confuſo; caſu autem, quo non licet, per nil iurat.ſaluo &c.

5 Similiter licet verum dicant, aſſerentes non eſſe iuramentum; in hac forma *iuro per hanc Crucem*,quam nõ ſignat; cum hoc ſit conforme Suarij doctrinæ,& rationi.*nu*.1.relatæ;quia iam videntur nolle iurare, cum Crucem non oſtendant.

6 At diſplicent Sanch.& Fagund. *hic n*.41.*ille nu*.27.*loc.cit*.quatenus aiunt; quod non eſt iuramentum,ſi quis dicat *per hanc* tangendo frontem: nam communis ſenſus eſt ibi eſſe Crucem ſignatam in baptiſmo: vnde aliqui ſolent exprimere *per hanc Crucem, quam habeo in fronte*. Contra vero eſſet ſi dicatur *per hanc* naſum tangendo; quia iam oſtendit ſic loquẽs,nolle per Crucẽ iurare,vt docẽt cit. DD.

7 Nec mihi videtur iurare, qui dicat: per baptiſmum, quẽ habeo in pectore;vel in Bracchio:ex hoc enim videtur nolle per baptiſmum iurare: nam vulgò cẽſetur Baptiſmus eſſe in fronte,& per illud additum *in pectore*:iam diſtrahit rationem iuramenti, quod non ſolum in rudibus: ſed etiam in alijs doctis verum puto: nam in loquendo cenſentur ſequi modum cæterorum, iuxta vulgare prouerbium. *loquendum cum multis &c*.

8 Graue tamen erit iuramentum, tangendo vinum dicere *per hunc ſanguinem Chriſti*: quia etiam rudiores alludunt ad Calicis conſecrationem, & experientia didici hos ſerio iurare, hac loquendi forma. ſed ad Suarium redeamus.

(:+:) (:+:) (:+:)

QVÆ-

QVÆRES II.

An quoties diuinum nomen aſſumitur, ad veritatem confirmandam, cenſendum ſit iuramentum.

9 RESp. negat. ſed attendendæ ſunt circumſtantiæ, & vſus, & ſic. Per *Deum* ſemper eſt iuramentum, & poteſt continere blaſphemiam, vel execrationem, vt per vitam Dei. eſt cõmunis; & idem eſt ſi dicas, in Deo ita eſt, dũmodo non ſit modus oſtendendi tædium, vel iram, tunc enim vt ait Sanch. *l.3.c.2.nu.*18. iuramentum non eſt. ſicuti apud nos ſolet dici *Per animam Chriſti, quod hic eſt valde impertinens &c.* ſic etiam Fagundez *d.l.2.cap.2.num.7.*

10 Verum quia illa particula, *per*, non eſt neceſſaria ad conſtituendum iuramentum, poteſt de alijs formulis meritò dubitari, an ſint iuramẽtum, & quidẽ *viuit Dominus*, ex vſu ſcripturæ, iuramentum eſt. Hierem.4. (niſi alia ſit proferentis intentio pro foro conſcientiæ, vt dictum eſt) ſicut etiam *Teſtis eſt mihi Deus.* iuxta Auguſtinũ Epiſt. *ad Galat.c.*1. D.Tho. *ar.*1. *ad.*3. & alios. ſic Suar. *d.c.*13. *num.*5.6. *&* 7. ſeq. Sanch. *d.c.*2. *num.*20. Pedraza *ſum. præc.*2.§.1. Leſſ. *lib.*2.*c.*1.*nu.*5. & multo magis erit iuramentum *Deum teſtem inuoco*, vt docent etiam Azor. *t.*1.*l.*11, *c.*3.*q.*1. Fagund. *n.*36. & alij.

11 Contra vero aliæ formulæ ſunt dubiæ, & quidem *Deus ſcit quod non mentior &c.* multum pendet ex intentione loquẽtis, & circumſtantijs, nam ſolẽt viri timorati per illa verba ſubmittere ſua dicta diuinæ ſcientiæ. ita cum Suar. *nu.*7. permulti, quos citat, & ſequitur Sanchez *d. cap.* 2. *num* 20.

Qui addit, quod in dubio intentionis in homine timoratæ conſcientiæ cenſentur dicta animo non iurandi, & in iudicio, & circa tertium accipiẽda ſunt iuxta ſenſum communem loquendi; in homine vero ſolito iurare, accipienda eſſe vt iuramenta, ex Petro Ledeſma *to.*2.*ſum.tra.*11.*cap.*1. *dub.*1. Pedraza *lo.cit.* quãuis Fagund. dicat hodie eſſe iuramentũ, ſed quod diximus eſt tutum.

Verum hanc ego limitationem vltimam in hoc exemplo allato non admitterem, quia vt bene Suarius ait, ſæpe videtur hęc locutio vſurpari per modum enunciationis: vnde niſi aliæ adſint circũſtantiæ, non ſufficit, quod perſona ſit aſſueta iurare, vt ſi quis petat, *iura, quod hoc ita ſit*, & reſpondeas *Deus ſcit*, erit in dubio cenſendum iuramentũ ſi es aſſuetus iurare; contra vero ſi es timoratæ conſcientiæ; nam per illum modum videris nolle iurare, vnde Gaet. ſimpliciter negat eſſe iuramentum.

Aliæ vero formulæ, *vt coram Deo. in præſentia Dei. Deus eſt veritas.* licet ſint æquiuocæ: tamen frequentius ſolent accipi pro iuramento. ex D. Th. *ar.*1.*ad*3. & Auguſt. *ad Galat.*1. præſertim cum additur verbum *teſtificor coram Deo.* & frequenter vſurpatur ad iurandum hic modus *in veritate Dei* ſic Suar. *d.c.*13.*nu.*8. & alij.

12 Quamuis contra ſentiant Sanch. *nu.*22. & Caſtropal. *l.cit.* de illo. *Deus eſt veritas.* volentes eſſe manifeſtum iuramentum; ſed quod ex Suario diximus eſt tutum, tantum addo in his habere locum limitationem, quam ex Sanch. *num.præc.* attulimus; quia ſolent hæc verba freqũetius vſurpari, vt iuramẽtum, & ſi fiat comparatio, *ſicuti Deus eſt verus, ita hoc eſt*, erit blaſphemia, vt ſuo loco diximus, & notant communiter cum Suario.

13 Cui addo 1. eſſe iuramentũ dicere, *ſicut credo in Deum, ſic hoc eſt.* quia vſus, ita accipit teſte Sanchez *l.*3.*c.*2. *nu.*15. ſicuti ſunt iuramenta *diſplicéat Deo, tædeat Deum. ſi hoc non eſt.* ita quando per modum execrationis dicuntur, vt putat Sotus. *l.*8.*de iuſt.q.*1. *ar.*1 *circa finem.* & Sanch. *l.*17. vbi bene ait non eſſe iuramenta hæc *nego Deum. vel non eſt poteſtas in Deo. ſi hoc non eſt.* quia Deus non allegatur, vt teſtis. ſic etiam Azebedo *lib.* 8. *recop. tit.*4.*lib.*1.*n.*14. & alij.

14 Addo 2. in rigore eſſe iuramentum

Digitized by Google

etiam blaſphemum dicere, *ſi hoc non eſt, annihilet Deus Sanctum Petrum*, quia iurãs execratorie nititur Deum reddere infidelẽ ſuis promiſſis dandi gloriam æternam ſuis Sanctis. ſic erit graue peccatum tentationis Dei (niſi excuſet ignorantia) dicere *ſi hoc eſt annihilet Deus Dæmones*, nam petit pro ſigno teſtimonij diuini rem, quã Deus non eſt facturus, eſto poſſit de ſua potentia abſoluta. ſaluo &c. vide, quæ dixi *diſp.1. à num.26.* & dicta ex Suario *lib. de orat. in com. diſ.3 à n.4.*

QVÆRES III.

Quænam verba ſignificent, nec ne iuramentum, quando in eis Deus non exprimitur.

15 DIco 1. hæc verba *Per fidem*, vel *in fide* abſq; alio addito non cõconſtituunt iuramẽtum, etiam ſi dicantur à Chriſtianis, ſiue inter ignobiles, ſiue inter nobiles: ratio eſt quia talia verba ſimpliciter prolata intelliguntur de fide humana, quatenus iurans tantum affert ſuam fidelitatẽ, addens maiorem quamdam exagerationẽ; & ſicuti nobilis iurat in fide ſuę nobilitatis. *à fe di caualiero.* ita popularis, *per fidẽ boni viri*, & tam vſurpatur à nobilibus, quam ignobilibus hoc nomen *à fè*, & ſignificat latine *profectò, certè, ſine dubio, certiſſime*, quæ iuramẽta nõ ſunt, vt recte Suar. *n.21.*

16 Confirm. quia modus iſte loquendi, etiam eſt vſitatus apud Gentiles: ergo non eſt interpretandus de fide Chriſtiana; quia quando verbum eſt valde ambiguum, præſumẽdum eſt eo modo, quo magis fauet ſaluti animæ; & minus onus imponit *ex c. pen. de iur. iuran.* nec ly *per* aut *in* eſt inditium, quod Deus adducatur, vt teſtis, niſi verba de ſe id habeãt. eſt iam recepta ſententia Caet. *2.2.q.89.a.6.* Sot. *lib.8. de iuſt. q.1. a.6.* Nauar. *c.12.* Guttier. *in Auth.* Sacramenta puberũ *Cod. ſi adu. vend.* Auendañus *lib. de exequ. mand. Regum. c.27.n.6.* & poſt Suar. *lib.1.c.13.* Sãch. *lib.3.c.2.n.32.* Caſtrop. *pu.1. ver. alia contra. diſp.1. hic.* Bonac. *pu.1.q.1. diſ.4. de præc. decal. ver. quinto etiam* Reginal. *lib.18.n.6.* & *7.* Fagũd. *l.2.c.2. in.2. præ. dec. à n.16.* Alcozer. *c.15. du.6.*

17 Contra Mendozam *diſ. de pac. l.1. c.6.q.3.* negantem non eſſe iuramentum in homine ignobili, & Alciatũ, quẽ refert & ſeq. Padilla *l. ſi quis maior. Cod. de tranſact. n.33.* volentes eſſe iuramentum in Chriſtianis, & contra per multos iuriſtas apud Felinum *c. querelam de iur. iurand. n.7.* abſolute dicentes eſſe iuramentum; ſed quod diximus ex Suario eſt verum. vide ſi placet me ipſum *lib.7. de matr. diſ.79.*

Textus autẽ quos adducũt auctores contrariæ ſententiæ, in quibus ſignificatur, quod qui dat fidẽ tenetur virtute iuramenti, vel loquuntur de fide Chriſtiana, *vt cap. ad Aures de his. quæ vi. cap. querelam. ne Prælati vices ſuas & c. peruenit de fide iuſſoribus*, vel non faciunt ad rem. *vt cap. cum tẽpore de arbitris*. ſolũ enim ibi eſt ſermo de fide hinc inde data, & non eſt ſermo de periurio. ſicuti *ca. iuramẽti 22. q.5.* vbi tãtum Cromatius vult commẽdare veritatem in dictis fidelium, vt eis credant, ac ſi iurarent. vide Suar. *num.20. cap.13.*

Quid dicendum, quando aſſertioni per fidẽ, vel in fide alia verba adduntur.

18 DIco 2. quãdo interponitur fides cum aliquo addito diminuẽte rationem iuramẽti, tunc certum eſſe non eſſe iuramentũ, vt ſi dicas *per la mia fè, à fe di caualiero, di galãt'homo.*

19 Sicuti certum eſt eſſe iuramẽtum in fide Chriſti, vel Chriſtiana, aut Dei, quia atteſtatur res maxime ſacra, etiã ſi adderetur ly *Chriſti*, vel *Dei*, tantũ mente proferentis, cũ intentio poſſit determinare ambiguam ſignificationem ſaltem pro foro interno, vt bene Gaetanus, Nauarr. & Sotus *nu. 15. cit.* quos ſeq. Suarius *lib.1. c.13.*

20 Quod ſi dicatur *in fide hominis Chriſtiani à fe di Chriſtiano*, eſt ambiguum, quia poteſt accipi pro fidelitate debita eſſe *Chriſtiano*, vt in fide Religioſi, Cle-

Digitized by Google

Clerici &c. & ſic nō eſt iuramentum; neq; eſt, iuxta cōmunem vſum præſertim Hiſpanorū dicere, *en buena fe, en buena verdad*, nec contra hoc obſtat lex 4. ordinationū, tit. 3. in princ. nam ea in fauorem Regiæ iuriſditionis omnē vmbram iuramenti excludere voluit, quamuis oppoſitum teneant Pinel. *lib. 2. cod. de reſcind. vend. 3. p. n.* 13. Auendañus *nu.* 15. *cit.* putantes eſſe iuramentum.

At ſi per ea verba fides determinetur in ſua differētia intrinſece erit iuiuramētum, ſicuti eſt in Fide Chriſti, vnde attendenda eſt intentio loquētis, & cauendus hic modus ob ſcandalū, quod poteſt generare. hęc Suar. *d. c.* 13. *à n.* 17. *ad* 19. ſeq. Sāch. plures referens *l. 3. c. 2, n.* 32, qui fine bene addit. *In verbo Sacerdotis* eſſe iuramentum ex vſu iam inducto, quod verum eſt, vbi talis vſus viget, ſicuti videtur eſſe in Sicilia. Immò etiam ſi eccleſiaſtici nil dicant, ſed tantum; *ita eſt tacto pectore*, erit iuramentum, quia ita iurāt in foro externo; at ſi Laicus id dicat, niſi conſtet de intentione, nō erit iuramentū, quia potius ioco cēſetur dicere, vt vſus timoratorum obſeruat.

21 Atq; hæc quæ diximus de hac formula *in fide &c.* dicas proportionaliter de illa *in veritate mea*, vel *Chriſtiani Religioſi Chriſti, aut Dei*, vt bene Suar. *num.* 21. ſequitur Sanch. *num.* 34. plures adducens.

22 Similiter de illa *in conſcientia mea, per cōſcientiam meam*, nam ſi illa proferens, intendat ſe non fictè loqui, nō ſunt iuramentum; ſi verò vult adducere ſuam conſcientiam, ſicuti ſolent per animam iurare, (quod eſt iuramentum, licet aliqui oppoſitum ſenſerint apud Sanchez) vel per modum execrationis virtualis, vt infra dicemus, vel tamquam rem ſacram, ſicuti videtur accipi in vſu communi, tunc eſt iuramētum, & in foro externo ſic forte præſumeretur. ſic Suar. *nu.* 22. *d. c.* 13. quem citat Sanch. *lib. 3. 2. n.* 3.

Sed re vera Sanchez plus dicit, & certe ſatis probabiliter. nimirum non eſſe iuramētum (ſecluſa peculiari dicentis intentione) etiam ſi illa proferens dicat *iuro in mea conſcientia*, vel *in veritate*, quia ratione additi non continentis formam iuramenti diſtrahitur verbū *iuro* à propria ſignificatione, quod etiam ſeq. Fagund. *l. 2. c. 2. in 2. præc. dec. num.* 12.

23 Sed ego probabilius puto eſſe iuramentum in hoc caſu, & videtur eſſe iuxta Suarium, quia is dicit, quod cōſcientia cenſetur accipi tamquam res ſacra cōmuniter; ergo multo magis quādo additur verbum *iuro*, nam potius hoc verbum determinat iam, & tollit aliquam dubitationem, quæ poteſt eſſe circa materiam, quam diſtrahatur à ſua ſignificatione: cum conſcientia non ſit, neq; æſtimetur, ſicuti capilli, barba, & cætera vilia, quibus ſi addatur *iuro*, nō ſit iuramētum atq; ita tenet Sotus *lib. 8. de iuſt. qu.* 1, *art.* 1. *col.* 5.

QVÆRES IV.

An ſi dicens per Fidem ſuam, intendat iurare vere iuret?

24 Reſp. ſi tantum habet intētionem iurandi ex ignorantia, quia putat ſufficere ad verum iuramentum ſuam fidem adhibere, & non vult per aliud iurare; tunc non eſt verum iuramentum; ſed iurans peccat ex conſcientia erronea, at ablato errore non erit obligatus ſeruare id, ſuper quod iuramentum fecit ex vi iuramenti, vt *lib. 2.* dicemus, atq; hæç regula attendenda eſt in omnibus verbis, quæ ex ſe nullam importent Dei inuocationem, nec ex vſu, & circumſtantijs, vt bene Suar. *c.* 13. *n.* 15. iuncto *c.* 11. *nu.* 2.

25 Sed ſi vſurpans ea verba *per fidem meam*, vere ſciat iurare eſſe, adducere fidem diuinam, ſiue explicite, ſiue implicitè in teſtem, tūc eſt verum iuramentum, & iurans tenetur; quia vſurpat illa verba cum habitudine ad Deū, quam debent habere ad hoc, vt ſit iuramentum, ſiue diſtinctè cognoſcant ipſam fidelitatē humanam, eſſe participationem diuinę veritatis; ſiue

ſiue confuſè. velit iurare per fidẽ ſuã, tamquam per quamdam creaturam Dei;& hæc regula ſeruãda eſt in omnibus formulis dubijs, quæ poſſunt includere diuinum teſtimonium, ſeu ordinem ad Deum,ita Suar.*l.1.d.c.13. n.16.*iuncto *n.4.* & ex dictis huc vſq; ſatis patet ſequitur Fagundez *l.2.c.2. in 2.præc.dec.nu.19.*

26 Verum tamen eſt,quod hac forma *per fidem meam* non ſolent homines vti ad teſtificandum per fidem tamquam creaturam relatam ad Deum, vt cum Suar. docet etiam Sanch. *l.3. cap.2.num.7.*

27 Qui poſtquã refert,ac laudat hanc Suarij doctrinam addit non manere exhauſtam difficultatem,quia poteſt proferens ea verba credere eſſe iuramentũ,& velle iurare,at nec expreſſe includit relationem ad Deum, nec expreſſe excludit, & tunc vult eſſe iuramentum;ita vt ſic iurans ſublato errore maneat obligatus; ſed hoc ni fallor innuit Suar.*d.c.13.n.15.* ibi. *Secundo modo poteſt haberi hæc intẽtio iurandi errore, & tunc neceſſe eſt, vt qui hanc intẽtionem habet, & iure iurando ſolum nominat creaturam, eo ipſo intẽdat illam interponere cum aliquo reſpectu ad Deum.* nimirum, non quia neceſſe ſit,vt iurans exprimat illam relationem, ſed quia virtute illa includitur ex hoc ipſo, quod quis velit iurare, & nõ habet poſitiuum errorem, vt legenti Suarium erit manifeſtum.

Examinantur aliæ formulæ, an ſint iuramentum, vbi de Homagio.

28 HInc infero 1. eſſe iuramentum, quoties iuratur per res creatas per ſimplicem atteſtationem, quãdo non ſunt adeo viles, vt illa proferens, cenſeatur nolle iurare.v.g.ſi dicas *per hunc habitum religioſum, per meam profeſſionem,per ordines,quos habet Clericus.* quia ſunt res ſacræ, vel ſi dicas per cælum,per terram &c.etiam ſi nõ addas *Dei*,quia iam ſecundum vſum intelligitur ſecundum habitudinem ad Deũ. Contra vero ſi dicas *iuro per hanc barbã,vel per me ipſum.* ſic Suar. *lib.1.c.13.cit,nu.23.& 3.fine* quia in his non cenſetur ſpecialiter Deus relucere,& commun. Recent.*ſup.citati.*

Alia addentes exempla.v.g.*per has veſtes* (intellige niſi ſint ſacræ,vel religioſorum) *per has paleas,per lac,quod ſuxi*,dummodo non addas, quæ ſunt creaturæ Dei,vt aduertit Sanch.*n.35.* ſicut etiam eſt iuramentum dicere *per hanc gratiam* Dei,tangendo ſalem, oleum &c. ob rationẽ toties dictam, *per vitam cœli,vel ſtellarum,ſolis &c.* quia iurans intendit eſſentiam,quam habent,& ſic per conſeruationem eorum,vt aduertit Sanchez *num.25.*

Verũ mihi probabile eſt(niſi aliud ex circumſtantijs conſtet) non eſſe iuramentum, quia eo ipſo, quod additur *vita*,iam videtur illa proferens, nolle iurare, quod videtur Suarius innuiſſe(iuxta dicenda *nu.30.*) dum fecit diſtinctionẽ inter hunc modum *per vitam equi*, & conſeruationem rerum inanimatarum.

29 Infero 2.Homagiũ (quod fit apud Hiſpanos, & Gallos poſitis manibus nobilis intra manus alterius cui præſtatur homagium & ibi fides adſtringitur) nõn dicere iuramentum, ſed quoddam pactum ſolemne quãtum eſt ex ſe, quia eſt quoddam pactum humanum. Verum non fit ſine iuramento concomitanter *ex cap.grauem. de exceſſib. Prælat.*ita Suar. *d.cap.13.à nu.24.* ſic concilians duas opiniones, quarum altera aſſerit eſſe iuramentum, altera negat.

Sed probabilius puto non eſſe iuramentum, vt cum Sanchez ſuſtinui *lib.6.de matr.diſ, 11.*& tenet Sayr.*l.5. c.1.n.13.*Gre.Lopez.Guttier. Mẽdoza. & alij apud Suar.*nu.5.*& Sanch.*l.cit.*

De formulis iuramenti execratorij.

30 Infero 3. communiter eſſe iuramẽta execratoria quaſdã formulas, quibus vel implicitè quis ſibi, vel alteri malum imprecatur, vt cum dicit *per vitam meam vel Patris &c.* adde *in mea vita,vel Patris*,(quia idem eſt iuxta Suar. ſupra) vel, *ita me Deus adiuuet, det gloriã,gratiã, vel mihi benefaciat,*

vt

vt exprimit Sanchez *nu.36.* quia tantumdem eſt hoc, ac dicere; *ſi falſum dico, Peream ego &c.* quæ verba ſi circa res viles, vt per vitam equi, vel per conſeruationem rerum inanimatarũ, v.g. huius barbæ proferantur, nõ erũt iuramenta, niſi quatenus proponuntur, vt materia, in qua Deus aliquo modo peculiari veritatem oſtendat, quia licet ſonent iuramentum in rigore verborum; tamen non ſolent, vt tale adhiberi; vel ſi explicite malum impreces v.g. *ſim damnatus, vel gratia Dei amittam, vel per caput meum, in periculo animæ meæ,* ſunt inquam iuramẽta execratoria, at dicere ſi petatur, ab aliquo res quædã v.g. panis *maledictus panis, vel pecunia, quam habeo,* non eſt iuramentum execratorium, cum non videatur imprecari oſtenſio diuini iudicij; ſed per quamdam exaggerationem dicuntur, niſi alia ſit intentio illa proferentis, quæ in hoc caſu attendenda eſt, ſic Suar. *d.c.13. à nu.27.* ex D.Th. *2.2.q.89.ar.6.* Soto. *l.8. de iuſ. q.1. ar.1. col.5.* Alcozer *ſum. c.15. in 1. doct.* Azor. *t.1. lib.2. inſt. mor. cap.3. quæſt.1.* Gaet. *2.2. quæſt.89. art.1. ver. at hoc dicitur,* Sanch. *d.c.2. num.36. lib.3.*

31 Vbi *n.40.* ait poſſe hæc. *Sic me Deus adiuuet, vel melius mihi faceat, per meã vitam.* ſic *ſim fælix* vel *diues* non eſſe iuramentum, ſi ſenſus non ſit execrationis, vt ſi Petrus dicat, ſe eſſe pauperem, vel infelicem &c. & Paulus reſpondeat. *Nequaquam; ita eſſem ego &c.* vel *melius mihi faciat Deus,* quia tantum ſignificatur voluntatis appetitus. vnde Emman. Sà *ver. iuramentum num.1.* ait. hæc pendere ex intentione dicentis, an ſint iuramentum, quod iuxta dictam explicationem admitto, nam prout ſonant, continẽt iuramentum, vt eſt communis ſententia cum Suario.

32 Aduerto etiam iurare per primam tonſuram, & ordines minores, eſſe iuramentum, quia militat ratio Suarij à me relata *nu.30.* & notat Sanch. *num.25. d. cap.2.* verum ſi habens primam tonſuram tantum, diceret *per meos ordines*, non eſſet iuramentum, quia cum iuxta commune placitum Doctorum prima tonſura non ſit ordo, per nullum ordinem iurat, niſi putet eſſe ordinem; ſicuti nec Religioſus iuraret ſi diceret *per has veſtes* quando non habet habitum Religionis, tunc enim illæ non cenſentur adhiberi cum ordine ad Deum. ſaluo ſemper &c.

33 Denique non eſt iuramentum dicere, ex quadam ira *Corpo di Dio quod hoc faciam*. vel *per vitam meam*; quia tantum iræ impetum denotant, vt Sanch. de primo expreſſe docet *num.18. d. cap.2.*

34 Similiter non eſt iuramentum dicere *per diem hodiernum* Sanch. *nu.26.* aut *vtinam tot Angeli animam meam recipierent*; quamuis idem Sanchez dicat *num.39.* quod ſit iuramentum, & ſequitur Fagundez *hic cap.4. n.10.* ſi dicatur *ſic tot Angeli*: at id non credo; ſed eumdem facit ſenſum, nec includit imprecationem, niſi attentis circumſtantijs.

35 Neque ſi dicas *habear vt hæreticus, &c. ſi hoc non eſt*; eſt iuramentum, vel ſi dicas; *occidar; vel amputentur mihi nares*, quia ea verba non dicuntur; quaſi imprecatiua mali, ſed per modum ſponſionis, nempe *occidite me, ſi hoc non eſt.* ſic Sanchez *nu.41. & 42.* ſequitur Caſtrop. *pun.1. diſ.1.* Bonac. *diſ.4. q.1. p.2.*

36 Sed hoc forte apud Hiſpanos verum habet, apud quos ea verba ſonãt, *que me maten, o me corten las orejas ſi eſto no es*, quia ly (*que*) vt notat Sanchez ſonat, ſponſionẽ facio, ſed apud Italos non excuſabitur hæc dicens à iuramento, niſi de contraria intẽtione conſtet, quia ſunt execratoria: *Sij Io ammazzato, ò mi ſia tagliato il naſo &c. ſe non è così*: quemadmodum verum eſt iuramẽtum ex parte reſpondentis *amen* illi, qui alteri imprecetur malum. v.g. *ſi hoc non eſt, Dæmon te arripiat*, vt bene Sanchez *num.37.*

Hæc ſatis ſint, vt ex illis, quid in alijs formulis dicendi iudicandum ſit, colligere valeas; nam omnes af-

ferre impoſſibile eſt, cum poſſint in infinitum multiplicari, vt ait Suar. d. cap. 13. num. 1.

DISPVTATIO V.

De perſonis, quæ iurare poſſunt.

QVÆRES I.

An Deus, vt Deus eſt iurare poſſit deptis imperfectionibus.

1 RESp. affirm. ex Hier. 22. & 44. *Ecce ego iuraui in nomine meo magno*: at hoc iuramentum tantum eſt in ordine ad nos quoad finem, & effectum iuramenti, quia per illud iuramentũ intelligimus promiſſionem prouenire ex decreto abſoluto abſq; aliqua conditione ponenda ex parte noſtra; vel ad noſtrã Spem, & Fidem augẽdam quantum ad modum, quo diuina promiſſio nobis proponitur, vel ad hæreticos, futuros confutandos ex D. Tho. *in ep. Pauli ad Hebr. 6.* Baſil. *hom. in pſal.* 14. & *de pen.* 27.

At quoad rem ipſam, tãtum æquiuoce dicitur iurare: quia iuramentum dicit ordinem ad auctoritatem ſuperiorem, cuius teſtimonium adducitur ex Paulo ad Hebr. 6. nec diuinum dictum eſt capax confirmationis. ſic Caetan. *in c. 2. Gen.* Suar. *cap. 14. ad num. 4.* ſequitur Caſtropal. *diſp. 1. pun. 3. num. 1.* & Fagundez *l. 2. cap. 5. numer. 15. in 2. præc. dec.*

2 Tantum nota, Deum non poſſe per execrationem iurare, quia talis modus iurandi ſaltem dedecet diuinam eius Maieſtatem, vnde cum dicitur, *Iurauit Dominus per animam ſuam* Hier. 51. intellige per ſe ipſum, & quando facit locutiones ſuſpenſiuas, *vt ſemel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar*, ſenſus eſt, non mentiar; nam quando in iuramento conditionali ſupponitur vna negatio, quia ſubintelligitur alia; tũc redditur propoſitio affirmatiua iurata vehemens, & fortis, iuxta Riberam *Amos 8. n. 20.* & Titelmanum *pſal. 94.* Hoc Suar. *d. cap. 14. à num. 4. ad 7.* & ad vnguem ſequitur Fagundez *l. c. num. 16.*

QVÆRES II.

An Chriſtus Dominus iurare potuerit?

3 RESp. certum eſſe potuiſſe iurare, & eſt probabile, quod iurauerit de facto prob. quia erat Deo ſubiectus, vt homo, & ſic poterat adhibere ſuperiorem in teſtem, & iuramentum potuit eſſe vtile, & neceſſarium reſpectu audientium. Quod autem aliquando iurauerit, licet in ſcriptura non reperiatur manifeſtum, nam loca, quæ ſolent afferri, vel non ſunt iuramentum, *vt in veritate dico vobis* Luc. 4. vel *vere dico vobis.* Luc. 21. tamen probabile eſt, quod per ly *amen amen* dico vobis Io. 8. iurauerit, vt putat S. Thom. lec. 4. & videtur ſentire Innoc. 3. Cap. *& ſi Chriſtus de iure iur.* & Io. 8. *Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me; & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me Pater*; videtur habere vim iuramenti, non formalem, ſed æquiualentem, quia ſicut dicendo afferebat diuinum teſtimonium ad ſuam doctrinam cõfirmandam, ſic potuit etiam adhibere illud per modum iuramenti.

4 Nec obſtat quod *Amen* vltra alia ſignificata, nempe quod denotet ipſum Deum, vel fiat, vel vt verbum confirmandi, vel ratum, & ſtabile, ex Vrbano IV. *in expoſ. Pſalm.* 50. (habetur in 11. Tom. Biblioth.) non habeat aliam ſignificationem, niſi *certe*, vel *in veritate.* nam ſicut diximus, quod per has voces homo iurat per ſe ipſum, ſic Chriſtus iurabat etiã per ſe ipſum, ſed quia erat etiam Deus, faciebat Fidem infallibilem, & vim iuramenti retinebat: ita Suar. *lib. 1. d. cap. 14. num 8. & 12.* ſequitur Fagundez *l. cit. num. 17.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆRES III.

An Angeli iurare poſſint; vel iurent.

RESP. poſſe, & reſpectu hominum de facto iurare licite; nō autem reſpectu aliorum Angelorum. Patet prima pars Apoc. 10. vbi Angelus iurauit per viuentem in ſæcula. vbi Andr. Cæſarien. ait. *Angeli tamquam res creatæ per creatorem iurant ea, quæ dicunt, propter nouam diffidentiam.* At dū Angeli inter ſe loquuntur non iurant: quia etiam ſi ſuperior illuminet inferiorem, & aliquam rem abſtractiue illi manifeſtet, ad huc inferior habet euidentiam in atteſtante, quia ſcit illum ratione ſtatus Beatifici non poſſe mentiri, & ſic ſuperfluū eſſet iurare.

6 Mali vero Angeli non iurant inter ſe, ne videātur Deo honorem tribuere, at vt homines decipiant, iurant aliquando; licet ex malo affectu. ſpectata vero eorum natura nulla eſt repugnantia, quod inter ſe iurent, cum ad inuicem loquantur, & nō omnes omnia eodem modo cognoſcant. hæc Suar. *à num. 3. ad fin.* ſequitur Caſtrop. *pun. 3. d. 1. hic*, qui optime aduertit idē dicendum eſſe de Beatis hominibus quod diximus de Angelis Sanctis, & de damnatis idem quod diximus de malis Angelis. cum Suar. *cap. 14. nu. 1.* quem quoad omnia ſeq. Fagundez *à num. 18.*

QVÆRES IV.

An omnes homines viatores iurare poſſint.

7 DIco 1. etiam ante peccatum originale potuiſſe homines iurare, quia potuiſſet vnus loqui ad alterum de aliquibus rebus illi ignotis,) non enim omnes omnia norunt), & quia teſtimonium humanum eſt fallibile in quocumque ſtatu extra beatitudinem; poterat adhibere diuinum, tum quia caſus poterat occurrere grauis ad eum confirmādum, tum quia poterat fieri culpa venialis pro illo ſtatu; etiam ſi homines non fuiſſent mēdaces, nec Auguſtinus dum ait iuramentum eſſe à malo, intelligi debet, quia proficiſcitur à peccato originali, ſicuti actus pænitentiæ, aut iuſtitiæ vindicatiuæ ab eo traxit originem: ſed loquitur de iuramento pro vt nūc fit cum tanta neceſſitate ob naturam lapſam. ita Suar. *l. 1. de iur. c. 14. ad n. 5.* accurate ſatis contra Sotum *lib. 8. de iuſ. q. 1. ar. 5.* Suar. ſeq. Fagun. *l. c. à n. 21.*

8 Dico 2. omnes adulti habentes vſū rationis. (qui prudēter in ſingulis cōiectandum eſt) ſufficientē ad peccandum mortaliter, poſſunt iurare iure naturali; nam de iure humano dicemus commodius *inf. ſ. q.* eſt communis ſententia, cum Suario hic *c. 14. n. 1.*

9 Hinc infertur 1. Hæreticos, & Iudeos poſſe iurare vere, & proprie, quia licet veram fidem in Deum non habeant; tamen verum Deum aliquo modo percipiunt ſaltem aliqua fide humana, vt etiam potuerunt eum cognoſcere aliqui Philoſophi: ergo iurare poſſunt ex naturali cognitione; quam habēt de Deo. quamuis aliqua attributa, quæ ad diuinum teſtimonium inuocandum neceſſaria videntur, ignorent, aut non credāt; vt quod omnia cognoſcant, vel quod habeat prouidētiam rerum humanarum; nā ſatis eſt ad iurandum, dummodo non aduertant inutile eſſe iuramentum) quod iurantes cognoſcāt ſuam aſſertionem habere vim ex iuramento, & quoad Dei honorem pertineat, non confirmare mendacium eius nomine.

10 Infertur 2. etiam infideles, qui idola colunt vt Deum, poſſe iurare putatiue tantū, ſicuti colūt Deum putatum ab ipſis. Contra vero Atheos qui nullum Deum colunt, iurare nō poſſunt, quia nullum Deum poſſunt in teſtem vocare, aut aliquid maius homine excogitare, at omnes iurāt per maiorem ſui vt ait Paul. ad Hebr. 6. hæc Suar. *d. c. 14. à nu. 6.* ſatis quidem docte vt ſolet, & ſupponit Caſtrop. *pun. 3. diſp. 1. ſub. nu. 1.* excribit Fagundez *d. l. 2. c. 5. à num. 22.*

Digitized by Google

QVÆRES V.

An in iuramento iudiciali omnes iurare poſſint.

11 RESp. neg. nam aliqui repelluntur à iurando ob defectum ætatis, vel in pœnam, vel ob Priuilegium, & primo defectu ętatis repelluntur impuberes qui non habent 14. annum completum, ſi ſint mares, & 12. ſi ſint feminę (vt clare explicat Leſſ. *l.2.c.30. dub.5.n.37.*) ita tamen, vt ſi hi velint iurare, non ſint repellendi, quia eſt fauor. ſic Sotus *lib.8. de ius.q.1. ar.10.* quem ſeq. Suar. *c.14.n.5.l.1. de iur.*

12 Circa hanc Suarij doctrinam aduerte etiã intelligi in cauſis ciuilibus. nam in criminalibus etiam puberes nõ admittuntur, niſi habeant 20. annum. *l. inuiti. ff. de teſtibus.* & ſi admittuntur non faciunt probationem ad torturam ſed tantum magnam præſumptionem, vt etiam ad idem poteſt admitti impubes pubertati proximus. (qui quando dicatur, vide me ipſum *lib.7. de matr. diſ.*104.) ſic multis relatis Farinacius de teſtibus *q.58. à n.2.* Gomez *c.11. num.13. de teſtibus.* Leſſ. *lib.2. de iuſ.c.30. num.37.* Caſtrop. *pu.3. diſ.1. n.11.*

13 Contra Sanch. *lib.3.c.3.n.6.* ex Sylu. *v. teſtis.q.1. dic.3.* putantem ſufficere ad torturam iuramẽtum impuberis, qui addit non eſſe admittendos impuberes etiam ſi ſponte iurare velint in ciuilibus, quia eis interdicitur iuramentum ob reuerentiam. ita etiam Valentia 2.2. *diſp.6.q.7.pu.3.* Azor. *1.p. lib.11.c.11.q.6.* Caſtrop. *lo.cit.* Fagund. *nu.6.* ſed vtraq; ſententia poteſt tuto admitti à Iudice, pro vt ipſi commodius accidit, quia vtraq; eſt probabilis ſatis, & habet graues auctores.

14 Secundo in penam repelluntur infames. *c. teſtimonium de teſtib.* & præſertim periuri, vt *lib.3.* dicemus.

15 Tertio ob priuilegium prohibentur iurare Sacerdotes in manib' Laicorum ſine licentia ſui Prælati, quando iurant, vt Superiori, vel Iudici in aliqua cauſa *c.1. de iuram. calumn.* & *cap. ex reſcript.* idẽ etiam eſt de Epiſcopis, qui iurare non debent, nec poſſunt ob ſuam dignitatẽ niſi pro fide, vel in abiuratione erroris, vel alijs ſimilibus. vide Abb. *cap.7. de iure iuran.* Sylu. *iuramen.2. q.3.* ad quos Suarius *d.n.10.* hæc tradens ſe remittit. Quoniã autẽ materia hæc ſatis eſt ampla, & pertinet ad tractatum de teſtibus, ſatius duxi hæc ex Suario attingere, quam alia addere, quæ integrum requirẽt volumen. videte Farianacium doctiſſime, & locupletiſſime ea de re tractantem *loc.cit.*

16 Tantum addo, quod non ſolum Sacerdotes poſſunt iurare pro cauſa fidei, vel ad purgationem delicti, vt ex Suario diximus, aut cum tertius læditur defectu probationis, vel ob indemnitatem Eccleſiæ, vel cum ab excommunicatione abſoluuntur, vt notat Sanch. *lib.3.c.3.nu 7.* ſed etiam quando litigant in cauſa propria, debent iurare de calumnia, id eſt ſe non animo calumniandi lites mouere; & idem eſt ſi pro Eccleſia litigent, & non conſtituunt procuratorem; quia ſi conſtituunt, tunc procurator præſtat illud iuramentum.

17 Immò, nec Clerici in minoribus poſſunt coram Laico iurare abſq; Superioris licẽtia tamquam Superiore, & ab eo coacti. *c. nullus 2.2.q.5.* etiam ſi præſtare debeant iuramentum calũniæ *c. nos. 22.q.7.* nec teſtimonium ferendo iurare in manus Laici ſine licentia Prælati; in alijs autem caſibus poſſunt ſine licentia in manibus Laicorum iurare. ita Sanch. *loco cit.* cum Caſtrop. *diſp.1. pu.3. n.14.* & alij apud ipſos. de vitijs iuramento aſſertorio oppoſitis dicemus *lib.3.*

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS DE IVRAMENTO PROMISSORIO, ET EIVS OBLIGATIONIBVS.

SVpponimus,vt certum de fide iuramentum additum promiſſioni, inducere obligationem peculiarem ad promiſſum implendum, ſiue promiſſio fiat Deo,vt eſt votum: ſiue homini; nam non implens iuratam promiſſionem cenſetur periurus.*cap.querelam &c, de iure iur. ex Num.30.cuius cap.verba* probabile eſt referri à Matt.5: *Reddes autem Domino iuramenta tua* ad debitum enim Dei honorem ſpectat implere,quod ſub eius atteſtatione promittitur; quare totus hic liber erit ad explicandam hanc ſpecialem obligationem, quam iuramentum affert promiſſioni,& conditiones ad eas requiſitas: hoc poſito ex Suar. *lib. 2. de iuram.cap.1.num.1.2.4.* ſit.

DISPVTATIO I,

An iuramentum appoſitum ſimplici aſſertioni de futuro inducat obligationem ad faciendum id, quod aſſeritur.

1 SIMPLICEM aſſertionẽ de futuro voco eam, quę ſimpliciter affirmat rem eſſe faciendam ex preſẽti propoſito,quod habet ille,qui aſſerit, ad differentiam promiſſionis, quæ etiã ſi ſit ſimplex, & ſine iuramento inducit ſpecialem obligationẽ perſeuerandi in illo propoſito, & illud implendi ex D. Tho. *2.2.q.98.ar.7.ad* 1.& *cap. litteraturam de voto.* & licet promiſſio includat aſſertionem de futuro, & aſſertio de futuro non includit de ſe promiſſionem, nec ob iuramentum additum, aſſertio tranſit in promiſſionem, (vt etiam ex Sanch.tradidi *lib.8.de matr. diſp.*13.& Valen.*3.par.diſ.6.q.7.pu.7.*) ita Suar.*d.c.1.à num.3.ad* 9. adde Caſtropal. *diſp.2. pun.1.num.*3. vbi hanc doctrinam apertè ſupponit, Leſſium *lib.2.c.42.n.53.v. reſpondeo tale iuram.*

Dixi de ſe non includere promiſſionem, quia ordinarie non fit ſine promiſſione, & in dubio ſic eſt iudicandum, vt poſt Suar.*num.7.* notat Sanch. *l.3.c.9. num.5.*iam ad quæſitum.

2 Dicendum eſt, quod non ſolum obligat ad dicendum veritatem de præſenti, vt ſcilicet iurans habeat verum propoſitum dum iurat,implẽdi; ſed etiã ad præſtandũ,quod iuratum eſt, vt ſi Confeſſario cum iuramento aſſeras te reſtituturum &c. Ratio eſt, quia iurans aliquid ſe facturum, (ne ſit periurus,ac ille qui iurat rem futuram,v g.cras pluet abſq; eo, quod ſit certus)debet habere animum ſe obligandi ad faciendum verum,quod iurat;quia tenetur ſuæ aſſertioni dare totam firmitatem, quam poteſt habere,ergo obligatur ad exequendum, quod iurat, vt illud faciat verum. Vnde *l. non erit* 5. *ff. de iure iuran.* ibi. *dato iure iurando non aliud quæritur, quã an iuratum ſit &c.* dicitur ipſum iuramẽtum de re facienda preſeferre obligationem,licet alias nullum ſupponat debitum promiſſionis. ita S. Tho.*2.2.qu.98.ar.7.in corp.ad* 1. nam cum

Digitized by Google

cum dicit iuramentum de futuro, ſi habeat alios comites veritatem &c. obligare ad id, quod eſt iuratum, ne veritas deſit, plane intendit iuramẽtum obligare additum ſoli aſſertioni, quia veritas eam reſpicit, vt talis eſt, & non vt promiſſio eſt.

3 Et ita cæteri DD. intelligendi ſunt, dum frequentius aiunt iuramentum promiſſorium obligare, pro eo enim intelligunt omnem aſſertionem de futuro iuratam, ad diſtinctionem iuramenti de præſenti, & de præterito, & forte quia aſſertio de futuro iurata habet rationem promiſſionis ſaltem eminẽter, quia iuramentum dat illi firmitatem imponendo obligationem faciendi, ne in aſſertione veritas deficiat, quam addit ſuo modo promiſſio ſimplex puræ aſſertioni. hæc Suar. *d.c.1. à n.11. ad* 15. quem laudat, & ſeq. Sanch. *lib.3.c.9.num.6.* Caſtrop. *diſ.2.pu.1.ver.quocumq; tamen.*

4 Ad ea, quæ diximus confirmanda, & ad aliquas difficultates, quæ cõtra fieri poſſunt ſoluenda. Notanda ſunt duo. primum eſt, quod non eſt idem dicere *habeo propoſitum hoc faciẽdi, & facturus ſum hoc* per meram aſſertionem ſine promiſſione; nam in primo caſu quis non obligatur ad futurum, vt ſi dicam iuro me habere propoſitum non peccandi, at in 2. dicto aſſerit ſe permanſurum in illo propoſito. verum tamen eſt, quod ad huius aſſertionis veritatẽ ſufficit habere propoſitum faciendi, non quia per illam propoſitionem hoc ſolum ſignificetur, ſed quia illud ſolum exigitur ad determinatam veritatem de præſenti, & probabilẽ de futuro, quas includit aſſertio ſimplex de futuro, quas includit aſſertio ſimplex de futuro inter homines; per iuramentum additur obligatio ad faciẽdum certum factum futurum, quantum eſt in homine, quando illud rectæ ractioni nõ repugnat, ſiue alteri fiat iuramẽtum, ſiue non, vt ſi quis interius iuret ſe daturum aliquid Petro. ita Suar. *d.c.1. nu.* 23. ſed de hac vltima re, infra loquemur quid ſẽtiẽdũ ſit ex alijs DD.

5 Secundum eſt, quod dupliciter poteſt quis de facto alieno per ſimplicem aſſertionem iurare, primo ſi iuret quaſi ſpeculatiuè hoc vel illud fiet à Petro, & tunc nulla oritur obligatio; ſed tantũ ne temere fiat, iurans debet habere ſufficientẽ coniecturam de alterius voluntate, idq; clare explicare. Secundo modo poteſt fieri per ordinem ad ipſum affirmantem, quatenus ab eo poteſt aliquo modo pendere procurãdo &c. & tũc ſic aſſerẽs cum iuramento obligatur ad procurandum &c. hæc ex Suar. *d.c.1. à n.15.* quem ſequitur ad vnguem Sanchez *lib.3.c.9.nu.7.* vide dicta à me *de matr. diſp.24. lib.1.* vbi multa habes de hoc iuramento.

DISPVTATIO II.

De natura obligationis, quæ ex iuramento promiſſorio naſcitur.

QVÆRES I.

Qualis, & quanta ſit obligatio iuramenti promiſſorij.

1 DIco 1. obligatio, quæ oritur ex iuramẽto promiſſorio pertinet ad virtutem Religionis, & eſt ex ſuo genere grauis. Ratio primæ partis eſt. quia hęc obligatio oritur ex actu Religionis, quatenus eius obſeruantia ad cultum Dei pertinet: ergo eius obligatio eſt à virtute Religionis, & illam violans facit contra Religionẽ, vnde periurus reputatur, & ſacrilegus in ſacris Canonibus, vt dicemus *lib.3.* Ratio ſecundæ partis eſt, quia ſi non eſt grauis obligatio, non haberetur finis iuramẽti promiſſorij, qui eſt firmare pacta inter homines. ita ex D. Tho. *q.98.a.3* Suar. *lib.2.c.2.nu.1. & 2.* eſtq; certũ, & commune placitũ DD. Dixi *ex genere ſuo.* quia *lib.* 3. videbimus, an poſſit eſſe leuis aliquando.

2 Dico 2. obligatio proueniens ex iuramento promiſſorio, non ſolum eſt diſtincta à promiſſione facta homini, cum hæc tantum ſit fidelitatis huma-

Digitized by Google

humanæ,aut iuſtitiæ, illa Religionis: ſed etiam ab obligatione promiſſionis factæ Deo,quia obligatio voti directe reſpicit Deum, vt creditorem, cui facta eſt promiſſio, & in qua voti conſiſtit,obligatio vero iuramenti reſpicit Deum,vt teſtem adhibitum, & quaſi fideiuſſorem, in qua ratione conſiſtit iuramentum;ergo ſunt obligationes diſtinctæ, & perconſequens ſeparabiles, vt de facto aliquis vouet abſque iuramento; licet etiam in eadem materia concurrant, retinent tamen vincula formaliter diſtincta, ita vt non ſeruare votum iuratum,ſit duplex peccatum ſpecie diſtinctum, & in confeſſione aperiendum.

3 Vbi aduerte quod etiam in quacumq; materia religioſa poterit ſeparari obligatio iuramenti ab obligatione voti;quia cum aſſertio, & promiſſio per ſe diſtinctæ ſint,non amittunt ſuam diſtinctionem etiã in materia religioſa,& pia,quæ ſit capax;vt ſi pœnitens iuret ex confeſſarij præſcripto ſe non ingreſſurum talem domum,tunc enim hic non vouet, cum nil aliud intendat, quod confeſſarius petit, qui vt ſuppono petit iuramentum. Verum tamen eſt, quod ſicuti quando materia non eſt capax voti, vt ſi iures ſponſalia, comminationes &c.tunc certum eſſe non eſſe votum, niſi iurans id expreſſe intendit per errorem,ſic in materia apta ad votum, vt plurimum iuramenta fiunt cum promiſſione ipſi Deo præſtita, & ſic cum voto,vnde eſt attendenda intentio iurantis,vel circumſtantiæ, & in dubio præſumi debet votum cum iuramento; quia credendum eſt fieri, quod regulariter accidit, ſic Suarius *d.c.2.à num.5.* ſequitur Sanch. *l.3.c.4.9, num.5.* Caſtrop. *diſ.2.pun.1.nu.3.* & nouiſſime Bardi,e Societ.Ieſu *par.2. in explic.Bullæ Cruc.trac 3.c.2.ſec.4.n.61.*

Quãuis aliqui oppoſitum ſentiant Sotus *lib.8.q.1.ar.9.* Caetan. *2.2.q.89.ar.9.* & ex Rec.Fagundez *lib.2.in Decal.cap.42.num.4.* Trullench. *lib.1.in Bull.c.3.§.7.dub.5.num.4.* & alij;ſed noſtra ſententia eſt notanda pro materia diſpenſationis de qua infra, & vide meipſum *lib.8.de matrim.diſp.13.*

QVÆRES II.

An obligatio iuramenti ſit maior obligatione voti?

4 RESP. ſi loquamur de obligatione, quam ſupponit iuramentum aſſertiuum, nempe dicendi verum, maior eſt obligatio iuramenti ea,quã votum inducit.Contrà vero ſi eſt ſermo de obligatione,quam in futurum inducit iuramentum promiſſorium, & votũ,maior eſt obligatio voti, quã iuramenti promiſſorij; prior pars eſt manifeſta,quia obligatio negatiua eſt maior obligatione affirmatiua, & ſic quis magis peccaret furando, quam non dando promiſſam pecuniam,ſed obligatio in iuramento aſſertorio eſt negatiua, obligans ad non inferẽdam Deo iniuriam quantum eſt ex parte iurantis,& practica operatione faciẽdo illum mendacem quæ eſt ſufficiẽs ad hanc malitiam conſtituendam,ſicuti ſufficit interpretatiua voluntas ad faciendum vltimum finem creaturas quãdo fit p.m.licet ſpeculatiue non ſit error in fide, qui enim peccat vt plurimum non intendit creaturam eſſe vltimum finem;nam eſſet infidelis:ſed tantum interpretatiue talis cẽſetur,dum facit peccatum mortale, at obligatio voti eſt affirmat. *Reddes Domino vota tua.* obligans ad reddẽdum debitum:ergo maior eſt obligatio iuramenti,quã voti,quod ex conſenſu etiam hominum patet,cõcipiẽtium periurium vt quid atrocius,fractione voti.ita Suar. *l.2.de voto c.3. num.5.* nec contra eſt S. Tho. infra citandus, nam loqui videtur iuxta ſecundam partem concluſionis *vt.ſequ.* probandam,immo Sanch. *lib.3.cap.9.num.4.* dicit eſſe indubitatam, nec de ea loqui DD.dum faciunt hanc quæſtionẽ.

(+)(+)(+)

Prob.

Prob. poſterior pars aſſertionis de obligatione, quam in futurum inducunt votum, & iuramentum.

5 NAm ſi eſſet grauior obligatio iuramẽti, quã voti, maxime eſſet, quia per iuramenti violationem aliquid Deo imputetur, quod ipſi repugnat, v.g. quod ſit mendax, vel infidelis, & per votum fractum ſit tantum irreuerentia infidelitatis; ſed hoc eſt falſum: ergo. maior patet ex dictis *nu. præc.* & ob id Medin. *l.5. de conſc. Sacer. cap.22. &* 23. putat contra nos: minor prob. quia ſi hanc iniuriam includeret, nunquam poſſet eſſe peccat. ven. in quacumque materia, etiam minima non obſeruare promiſſum, ſicuti nunquam eſt veniale in iuramẽto aſſertorio dicere falſum, cuius contrarium ex probabiliori ſententia dicemus *lib.* 3. & ratio eſt, quia per iuramentum promiſſorium non ita adducitur Deus vt teſtis, vt veluti impignoretur eius veritas, ita vt ſi non fiat promiſſum, Deus falſus habeatur, ſicuti ſit in aſſertorio: ſed tantum adducitur quaſi fideiuſſor, & ſic non implendo promiſſum, fit quædam irreuerentia contra eius auctoritatem interpoſitam, at non eſt tanta, quanta eſt, quando non ſeruatur fides, & obligatio ipſi immediate præſtita, quod fit per votum.

6 Hæc ſecunda pars eſt S. Thom. 2.2. *q.89. ar.8.* vbi Caet. Sotus, Aragonius, & alij contra Medinam, *l.c.* Maiorem *4.d.38. poſt. q.4. dub.2.* qui tamen in re non contradicit S. Thomæ; nam tantum dicit maiorem eſſe obligationẽ iuramenti, quando votum includit, quod S. Thomas *ead. ar. ad 2.* cõcedit, vnde nec bene explicat S. Thomæ ſententiam, & falſo ſupponit omne iuramentum de re ſacra votum includere, & poſt Suar. *ca.3. l.2. de iuram. prom.* tradit Caſtrop. *diſ.2. pun.1. fine.* Sanch. *loc. cit.* ad Suarium ſe remittens. Fagund. *l.2. in 2. præc. decal. c.51. à num.16.*

7 Omitto Nauarrum, qui dum vult Medinæ, & S. Thomæ opiniones conciliare *c.12. nu.32. hic*, non ſatis explicat, quomodo poſſit votum principalius fieri propter vtilitatem proximi, vt tunc iuramentum magis obliget; nam votũ de ſe principalius fit Deo, licet ex intentione operantis ad proximũ dirigi poſſit, & hoc dato, quod aſſumit; tamen falſum eſt, tunc magis obligare, vt bene Suar. *n.2.* & ex dicendis *nu. ſeq.* patebit.

8 Nota 1. ad ſolutionem argumentorum, ex hac ſententia non ſequi iuramentum promiſſorium ſpecie differre ab aſſertorio, quia obligatio maior ex genere ſuo, in indiuiduo, ſeu in tali materia poteſt eſſe minor alia, quæ in ſuo genere eſt maior, & ſic obligatio voti comparata cum obligatione iuramenti promiſſorij erit maior, non quia ex ſuo genere obligatio voti nõ ſit maior; ſed quia in promiſſorio vt ſic, obligatio iuramenti eſt in infimo gradu materiali, & quaſi in indiuiduo.

9 Nota 2. Eccleſiam potuiſſe irritare iuramenta metu facta, ſicuti, & vota aliqua irritauit, nec ex eo, quod illa non irritauit, bene colligitur maior, vel minor obligatio, ſicuti neque ex eo, quod votum iuramento cõfirmatur, & non contra, poteſt maior obligatio inferri, quia nõ fit ad maiorem obligationem addendam: ſed ad vincula multiplicanda, vt S. Tho. ait.

QVÆRES III.

An obligatio orta ex iuramento promiſſorio acquiratur tantum Deo.

10 REſp. neg. nam licet obligatio iuramenti promiſſorij directe, & principaliter ſit reſpectu Dei, tũ quia omnis alia ratio eſt à iuramento ſeparabilis, præter hanc obligationem ad Deum, tum quia formaliter, & per ſe eſt obligatio Religionis; & quando nullam aliam promiſſionem humanam includit, vt cum vtilitas reſpiciẽs hominem non promittitur per iuramentum: ſed aſſeritur: inducitur tantum obligatio ad Deum; nam ad hominem nec ratione pacti, nec promiſſionis,

Digitized by Google

ſionis,quam non eſſe ſupponimus,nõ extenditur; tamen quando iuramentum fit per veram promiſſionem humanam, ideſt factam homini, naſcitur etiam obligatio illi, cui præſtatur iuramentum:ratio eſt, quia illa promiſſio directe fit homini, vt ſupponimus;ergo directe producit obligationem ipſi homini, nec per iuramentũ ea tollitur:ſed potius confirmatur.

11 Contra verò ex eo, quod non fiat promiſſio ipſi Deo in hoc iuramento non ſequitur non oriri obligationem ad Deum,quæ ſit reuerentiæ, & reſpiciat Deum vt fideiuſſorem;vnde relaxari poteſt ab homine,cui fit promiſſio,quia ea includit voluntatem eius, cui fit promiſſio,vt ſi is nolit iuramẽtum,non teneat,vt dicemus. ita Suar. *cap.4.l.2.de iuram prom.cap.4. ad nu.6.* ex D.Thom.*2.2.q.79.art.7.ad tertium* dicente in iuramẽto promiſſorio vnã eſſe obligationem homini, alteram Deo, qui non poteſt intelligi de vna obligatione nitente in duobus titulis, vt putant Gaetanus,& Sotus ibi *qu.1.* quia per S. Thomam vna obligatio poteſt tolli alia manente,eſtque doctrina Abbatis *cap.debitores de iure iur.* vbi Alex.de Neuo *num.5.* Suarium ſequitur Sanchez *lib.3.cap.8.& 9.*citans Paulum *repeti auth. ſacra,puber.n.18. cap. ſi aduerſus venditionem.* Caſtrop. *diſp.2.pun.1.num.4.*

12 Hinc infertur,quod quãdo promiſſioni factæ homini additur iuramentum, obligatio talis promiſſionis augetur extenſiue, quia ſcilicet promiſſioni humanæ, quæ non pertinet ad religionem,additur iuramentum, cujus obligatio ad Religionem ſpectat, & poteſt etiam dici augeri intenſiue ob vinculum iuramẽti fortius ſuperadditum;ſicuti genus cum differentia ſpecifica nobiliori coniunctum, ſolet perfici; at hæc differentia non habet effectum moralem diuerſum, qui in confeſſione aperiẽdus ſit, vel ad aliud obliget; tamen non tranſit talis obligatio per iuramenti additionem ex vna ſpecie in aliam: ſed ſi obligat reſpectu hominis ratione fidelitatis ex intentione promittentis, vel iuſtitiæ; ſic etiam obligat poſt iuramentum, quantum eſt ex vi promiſſionis factæ homini:ratio eſt, quia iuramentum comparatur ad promiſſionem, tamquam forma ad materiam, vel tamquam actus ad ſubiectum, quæ non immutant ſubſtantialiter illa, ſupra quæ cadunt.hæc erudite Suarez *d.c.4. à num.5.*& citati DD.ex his, quæ dicunt,ſupponere videntur.

13 Vnde aduerte,quod in vno conuenit promiſſio iurata cum voto iurato, & in alijs differt. Conuenit,quia habet etiam duo vincula, ſicuti votum iuratum,& ſic extenſiue maiorẽ continet obligationem,quam votum,aut iuramentum tãtum;differt vero,tum quia iuramentum additum voto non eſt fortius vinculum obligationi voti, quæ reſpicit Deum magis directe, & modo altiori,& per hoc plene ſatisfactum eſt difficultati propoſitæ ſupra *nu.9.*tum quia duplex vinculum promiſſionis humanæ iuratæ nõ adæquatur intenſiue vni obligationi puri voti ex ſuo genere, quia illa duo vincula ſunt diuerſæ rationis, promiſſio ordinis inferioris, iuramentum ordinis ſuperioris:& ſic non faciunt vnum intẽſiue maius: at votum iuratum ex parte voti habet æqualitatem intenſiuã,& ſic ſimpliciter poteſt dici magis obligare.

14 Similiter etiam comparãdo ipſam promiſſionem iuratam factam homini, cũ promiſſione facta Deo per votum; nã illa eſt inferioris ordinis pertinens,vel ad iuſtitiam,vel ad fidelitatem;hæc continetur ſub eadem virtute cum ratione iuramenti, nempe ſub religione, poteſt tamen in indiuiduo ob aliquam peculiarem circumſtantiam promiſſio facta homini iurata præferri voto.vide Suar.*cap.3.num.11. & cap.4.num.6.l.2.de iuram.*

15 Ex hac Suar.doctrina colligo,quod ſi quis per votum ſe obligauit ad dandum centum Petro,& cum iuramento promiſit Paulo centum, ſi nõ poſſit vtriſque ſatisfacere,potius tenetur Petro, quia maior eſt obligatio voti,

Ttt nisi

niſi aliquis caſus occurrat in indiuiduo, per quem ſit præferēda promiſſio iurata voto, vt ſi materia ſit magni momenti iuxta prudentem æſtimationem,& promiſſio fuerit acceptāta:quia tūc eſt etiā ius tertio acquiſitum,& ſic ſunt duo vincula fortiora: nō enim hic loquor,quando poſterius iuramentum eſt contra votum, de hoc enim agam infra. vide, ſi placet, me ipſum *in tr.de matrim.lib.* 1.*diſ.*44. & 45. vbi plura habes ſatis digna de hac re, de eo,qui fecit votum religionis,& poſtea virginem defloraüit ſpe matrimonij; nam iuxta ſententias ibi poſitas,idē dicito ſi promiſſio fuiſſet iurata, & aliqua addemus infra commodius de vi promiſſionis iuratę quo ad actiones & forū externum:& quo ad cōfirmādas promiſſiones alioqui inualidas; atq; hæc de natura obligationis.iā de requiſitis ad hoc, vt talis obligatio oriat.differam'& primo ſit.

DISPVTATIO III.

De requiſitis ex parte eius, per quem iuratur ad hoc, vt oriatur obligatio iuramenti promiſſorij.

1 COnſtat apud omnes infra citatos iuramentum factum per verum Deum ſiue explicite nominatum, ſiue implicite,non nominando creaturas,pro vt ad Deum referuntur, ſufficere ad producendam obligationem in promiſſione iurata; ita vt promittens cum iuramēto per Deum,vel per cælum &c.ad ipſum relata, teneatur ad ea præſtanda, quæ promiſit (ſi cætera adſint requiſita) vt ex dictis aperte patet,& ex *c. & ſi Chriſt. de iure iur.* & notat Suar. *c.*5.*n.*2.& 3.*l.*2. *de iur.* & poſt ipſum Caſtrop.*t.*3.*diſ.*1.*tr.*14.*p.*1. *num.*5.& alij citandi infra.

QVÆRES I.

An promiſſio facta cum iuramēto per falſos Deos obliget promittentem ad ſtandum promiſſis.

2 REſp.affir. vt patet ex *c. mouet* 22. *q.*1.vbi Auguſtinus ait, bis peccare ſic iurātem,quia,& fidem, & iuramentum frangit,at non obligat ex vi iuramenti, quia vt ex dictis patet, nullum eſt ſi per falſos Deos, non ſolum à fideli:ſed etiam ab infideli preſtetur, nec valet vt iuramentum per creaturas, quia ex hoc,quod creatura illa putetur Deus, ſeparatur ab omni relatione ad Deum verum, nec ipſe honoratur in ſua creatura: ſed potius eius honor alteri falsò tribuitur obligat:ergo ſolum ex conſciētia erronea, quia ea habet vim obligandi ſub ea ratione,ſub qua cōcipitur,vt ſi ex cōſcientia erronea putem hodie eſſe ieiunandum ex precepto Eccleſiæ, ſub tali obligatione teneor, & ſic de alijs.

Concluſio ab omnibus admittitur, tam Theologis *in* 3.*diſ.*39. vbi Bonauent.*ar.*1.*q.*3.Ant *in* 2.*p.tom.* 10.*cap.*4. quam Canoniſtis,& *c.& ſi Chriſtus de iure iur.*Alex.*l.*3.*§.iurari ff.de iureiur.* Selua *de iur.qu.*1.fine,& alijs; licet diuerſa ratione moueātur; nam alij putant eſſe verum iuramentum: ſed hi errant, alij tantum obligare ratione fidelitatis; ſed plus intendebant Gentiles iurando,vt ex Cic.*lib.*3.*de officijs*, patet ibi.*nullum vinculum ad ſtringendam fidem iure iurando maiores arctius eſſe voluerunt*.ita Suar.*d.ca.*5.ex Soto *lib.*8.*de iuſ.q* 2.*art.*3. & addo Sayrum *l.*5.*cap.*3.*num.*21.*in Claui Reg.* Molin. *tom.*3.*de iuſ.p.*1.*diſ.*579.*nu.*13. Petrum Ledeſ.*tom.*2.*ſum.tr.*11.*cap.* 5. *dub. vlt.* Leſſium *lib.*2.*cap.*42. *num.* 5. Caſtrop. Fagundez,& alios hic.

3 Hinc ſequitur quod detecto errore, vt ſi infidelis ad fidem conuertatur, vel fidelis addiſcat nullum eſſe iuramentum illud, non tenentur ſeruare promiſſa ratione iuramenti: ſed ſi erant licita, & honeſta ex iuſtitia, vel ex humana fidelitate iuxta

cir-

circumſtantias occurrentes, quia illa firmitas ex iuramẽto, fuit ſublata defectu errore; nam tunc nõ poteſt pertinere ad honorem veri Dei, non violat illud iuramentum, nec Innocen. cap. & ſi Chriſtus dum ait, non eſſe iurandum per creaturas; ſed ſi iuretur, ſeruandum eſſe, intelligit de iuramẽto per falſos Deos: ſed creaturas, quod non prohibetur, quia per ſe malum ſit: ſed ad vitandum periculum mali. ita cum Suario Sanchez *lib. 3. c. 2. n. 5. & 6.* illum ſequutus quoad omnia ſupradicta. Caſtrop. *diſp. 1. pun. 1. hic n. 5.* Bonac. *tom. 2. diſp. 4. q. 1. num.* Fagund. *l. 2. c. 1. à num. 1.*

QVÆRES II.

An iuramentum factum per creaturas ſine ordine ad Deum verum, vel falſum obliget.

4 DIco 1. non obligat iuramentum ad ſtãdum promiſſis ſi fiat per Dœmonẽ, vel animas damnatas ſub ratione perſonæ intellectualis quam iurans vult honorare, nõ quod fidem amiſerit credendo ipſum eſſe Deum, ſed quia illum colit cultu ſociabili, & idem eſt de animabus damnatis: eſt de fide, quia Dœmõ nulla fide dignus eſt: ergo eius teſtimonium non poteſt dare robur humanæ promiſſioni, nec fideles poſſunt errare in hoc ex conſcientia erronea, quia cognoſcunt illum non eſſe Deum, & eſſe in malo obſtinatum. ita Suar. *l. 2. de iur. c. 6. n. 2.*

Sicuti nec parit obligationẽ, ſi fiat per creaturas irrationales ſine reſpectu ad Deum, vt per barbam, per capillos &c. quia hæc iuramenta non ſunt, vt ex dictis *lib. præc.* conſtat.

5 Dico ſecundo iuramẽtum factum per Sanctos Angelos, aut Beatos parit obligationem ſub mortali promittẽti, non ex religione, quia, vt ſupponimus, non iurat per ipſos cum reſpectu ad Deum: ſed per eorum excellẽtiam quam habent, & ſic ratione duliæ: ergo ſicuti frangere fidem datã ſub nomine Dei eſt graue ſacrilegium, ita ſi fiat ſub nomine ſancti eſt grauis irreuerentia, contra honorem duliæ debitum ſanctis. ita cum Suario Sanch. *l. 3. cap. 2. num. 9.* Clauis Reg. *l. 5. cap. 1.* Bonac. *tom. 2. diſp. 4. quæſt. 1. pun. 1.* Caſtrop. *t. 3. diſp. 1. hic pun. 1. num. 6.* verum quia communiter nõ fit iſta præciſio ab ordine ad Deum; licet addatur ſpecialis reſpectus duliæ ad ſanctum, reperitur duplex obligatio ſpecie diuerſa in hoc iuramento per ſanctos ſic explicite nominatos ratione ſuæ excellentiæ; vna duliæ, altera latriæ, pertinens ad cultum diuinum, & religionem, vt docet Suar. *d. cap. 6. num. 4.*

6 At (ſalua Suarij pace) puto in hoc caſu eſſe tantum vnum peccatum contra duliam, quia ex eo quod quis intẽdit iurare expreſſe per excellentiam, quam habent ſancti in eo ſenſu, in quo ipſe optime dicit peccari contra duliam, vt ſequitur etiam Sanchez *ca. 2. num. 9.* cenſetur (niſi contrarium exprimat) nolle iurare per Deum, nec directe, nec indirecte, veluti ex quadã reuerentia: neque hic præſumi debet, niſi conſtet, reus duplicis peccati ſpeciє diuerſi, quia licet cum quis iurat per ſanctum Petrum v. g. cenſeatur iurare modo, quo cæteri communiter iurant, cum ordine ad Deum, at dum ponit illam exceptionem extraordinariam intendendo iurare per excellentiam D. Petri, vt ſic ſpectatam, iam videtur nolle ad aliud ſe extendere, ſaluo &c.

Exponitur Sanctus Auguſtinus in cap. Ecce. 22. quæſt. 3.

7 COntra dicta *num. 4. fine*, magnam ingerit difficultatem locus Auguſtini qui emendatior eſt in *ſer. 28. cap. 12. de ven. Apoſt.* vbi S. Doctor ait: *Ecce dico charitati veſtræ, & qui pro lapide iurat falſum periurus eſt. Vnde hoc dico, quia multi in hoc fallantur, & putant quia nihil eſt, per quod iurant, non ſe crimine periurii teneri. Prorſus periurus es, quia per id, quod ſanctũ putas, falsũ*

 iuras:

iuras: ſed ego illum ſanctum non puto, ſanctum putat, cui iuras, non enim quando iuras, tibi iuras, aut lapidi iuras, homini iuras ante lapidem, nũ numquid nec ante Deum.

8 Reſp. hunc locum non facere contra nos; nam vel Auguſtinus loquitur per idolum, (quod lapidem vocat) vel loquitur de eo qui iurat per lapidem exiſtimans eſſe Deum, periurus enim eſt ex conſcientia erronea, & quia fideles erant cum infidelibus permiſti, & poterat fieri, vt in pactis initis cum infidelibus iurarent coram Idolo, putantes nullum eſſe peccatum iurare per lapidem eſtimatum Deum ab infidelibus, San. Doctor addit: *ſed ego illum &c.* repræhendens fidelem non vt periurum: ſed vt decipientem proximum, quia ille, cui iurabat per lapidẽ, Sanctum lapidem putabat. Omitto alios volentes Auguſtinum loqui de iuramento gentilitio quo iurabãt per Iouem, lapidem, vt late probat. Cou. *de pactis p.1.§.10.num.* 8. quia illa iuramenta erant execratoria, & ſic iurantes lapidẽ non aſſumebant, vt quid coram quo iurarent; ſed illum manu tenentes dicebant, *ſi ſciens fallo me Iupiter ſalua vrbe, arceque bonis eiiciat, vt ego lapidem hunc eiicio,* at Auguſtinus loquitur de lapide, per quẽ tamquam per ſacrum iurabant.

9 Quod ſi velis cum Canoniſtis veriſimiliter intelligere, Auguſtinum loqui de lapide, vt eſt quædam Creatura, neque ſanctitatem, neq; vllam excellentiam habens; tunc pro his, qui putabant lapidem habere aliquam ſanctitatem; ſcilicet quia credebãt eſſe cõſecratum, ſeu alio modo Deo dicatum, dicit eſſe verum periurium ſi falſum iuraretur, & ex promiſſione ſic iurata naſci veram obligationem pro his vero, qui putabant nullam eſſe ſãctitatem, dicit eſſe reos iniuſtitiæ, & deceptionis; nam in ſecunda parte ibi: *ſed ego illum ſanctum non puto,* non vtitur verbo periurij.

10 Vnde non placet Gloſſa ibi, quatenus diuinando comminiſcitur caſum, quo aliqui iurabant pro lapide tectũ velo fingentes eſſe altare conſecratũ, nec Turrecremata ibi quatenus ait, dici periurium, quia alius cui fit iuramẽtum, putat lapidem eſſe Sanctum; nam hoc haberet locum quoad præſumptionẽ fori externi. hæc ſatis acute Suar. *dic. c. 6. à num.* 5. ad quem Sanch. *lib.3.c.2.num.* 9. ſe remittit.

DISPVTATIO IV.

De Requiſitis ad iuramentum promiſſiuum ex parte iurantis.

1 SVppono hic 1. ad iuramentũ promiſſorium requiri actum deliberatum ſufficientem ad mortale peccatum committendum, qui nimirum procedat ex libera voluntate cum ſufficienti aduertẽtia intellectus ad peccandum mortaliter, (quod quando ſit, dixi *lib. 2. de matrim. diſp.* 25. & infra dicam ex Suario cum de voto;) nam ex imperfecta deliberatione, quæ ſufficit ad veniale, non poteſt oriri obligatio ad actum cum plena deliberatione præſtandum, & ſic nec obligat tale iuramentum ſub veniali. Suar. *l. 2. de iuram. c. 7. num.* 1. *&* 3. Sanch. *lib. 3. c. 10. num.* 2. & omnes fere Recentior.

2 Suppono 2. non eſſe iuramentum, ſi fiat abſque intentione iurandi, neq; vllam inducere obligationẽ ex vi iuramenti, ſed tantum ratione iuſtitiæ, quando ex illo iuramẽto proximi dãnum infertur, vel ratione ſcandali, & tunc eſt contra charitatem, vel etiam Religionem, quatenus alij poſſent induci ad ſimilia iuramenta faciẽda, vt poſt Suar. notat Sanch. *d. c. 10. num.* 13. *&* 14. Caſtrop. *diſp. 2. t. 3. p. 2. num.* 2. & alij paſſim. vide me ipſum *l. 1. de matr. diſp.* 10. vbi pulchros habes caſus circa hanc obligationem ex vi iuramenti ficte in contractibus appoſiti. Suppoſitio eſt certa ex D. Tho. 2. 2. *q.* 89. *ar. 7. ad* 4. vbi Caet. Sotus Couarr. *de pactis* §. *5. nu. 2. &* 3. nam voluntas eſt veluti anima, per quã verba accipiũt efficaciam ad ſignificandam intẽtionem, his poſitis ex Suario *loc. cit.*

QVÆ-

QVÆRES I.

An ſufficiat ad inducendã obligationem ex iuramento promiſſorio intentio iurandi deliberata abſq; intentione promittendi.

3 RESp. affirm. ratio eſt; quia ſi ad inducendam obligationem ex vi iuramenti requiratur intentio promittẽdi, maxime eſſet ad hoc, vt promiſſio eſſet valida, ſc. ne iuramentum caderet in rem irritam, & nullam; & ſic non haberet obligationem verificandi id, ſupra quod iuratur; ſed hoc eſt falſũ, quia promiſſio ſoluendi vſuras ſecundum veriorem ſententiam eſt nulla, vt dicemus, & tamen iuramentum eius obligat: ergo non eſt neceſſaria intentio promittendi ad hoc, vt promiſſio ſit valida ad inducendam obligationẽ ex vi iuramenti, poſiti in promiſſione ficta. Satis enim eſt quod ſit aſſertio de futuro, ad hoc vt iuramẽto confirmari poſſit, nẽpe ad hoc, vt iurãs obligetur ex vi iuramenti illam veram faciendi. ita Suar. *d.c.7.num.5 & 6.ſeq.* Sanch. *l.3.cap.10. nu.6.* Leſſ. *lib.2 c.12.nu.53.* Bonac. *d.4. q.1.pu.7.nu.4.* Fagund. *l.2.c.9.hic nu.7.* Trullench. *l.2.in decal.c.1.dub.10.n.2.*

QVÆRES II.

An promittens cum iuramento, ſed cum animo expreſſo non ſe obligandi teneatur ex vi iuramenti.

4 RESp. affirm. non ſolũm quando iurans non haberet intẽtionem ſe obligandi ex vi iuſtitiæ, aut fidelitatis, quę oritur ex promiſſione, vt ex dictis *nu. præc.* patet; nam qui non habet animum promittendi, nec habet animum ſe obligandi tali modo; ergo ſi iuramentum obligat in promiſſione ſine animo promittendi obligat etiam in promiſſione iurata ſine animo ſe obligandi ex vi illius promiſſionis. vt etiam cum Suar. notauit Sãch. *l.3.c.10.n.6.* dicens in nullo alio auctore ſe id explicatum reperiſſe, quod etiam nouiſsime notauit Fagundez *d.cap.9.num.8.*

5 Sed etiam quãdo quis haberet intentionem iurandi, ſed nõ ſe obligandi ex vi iuramenti, ſeu religionis, quæ duæ volitiones poſſunt eſſe, vt dicemus in vltima confirmatione. fundamentũ eſt, quia non poteſt quis velle abſolute antecedens, niſi volit neceſſario ex eo conſequẽs: ergo cum obligatio ex vi iuramenti neceſſario ſequatur ex iuramento, qui vult iurare, vt ſupponimus, neceſſario vult ſe obligare ad faciendum Deum teſtem verum; ſicuti non poteſt iurari aſſertio de præſenti, aut præterito, v.g. hoc eſt, vel fuit abſq; obligatione dicendi verum; ita nec poteſt iurari aſſertio de futuro abſq; eo, quod obligetur ad faciẽdam illam veram ob reuerẽtiam diuini teſtimonij. Quod autem illa voluntas iurandi ſit abſoluta, patet; quia homo cum effectu iurat, ſed voluntas conditionata nil ponit in eſſe.

6 Confirm. 1. quia hoc non pendet à voluntate hominis, ſicuti obligatio promiſsionis, ſed ex naturali lege dictãte, quod obligemur ad faciendum verum teſtimonium diuinum. aliàs ſicuti poteſt quis iurare aliquid facturum abſq; obligatione faciendi, ita poſſet abſq; intentione faciendi; & ſi in hoc ſecundo caſu, vt omnes concedunt, peccat; quia facit Deo injuriã; plane oſtenditur non eſſe in poteſtate hominis iurantis nolle ſe obligare ex vi iuramenti.

7 Confirm. 2. quia iurare, & obligari ſunt realiter diſtincta, & prior eſt intentio iurandi, quam intentio non ſe obligandi; ergo hæc non poteſt illam impedire. ex quo etiã ſequitur etiam moraliter poſſe illa duo appræhendi, vt ſeparabilia.

8 Bene verum eſt, quod ſi quis habet voluntatem efficacem iurãdi, poteſt habere ſolum intentionem inefficacem non ſe obligandi, & ſic in dubio debet præſumi, quia hoc eſt magis conſentaneum modo naturali, & cõtra ſi habet voluntatem efficacem ſe obli-

Digitized by Google

obligandi tantum poteſt habere voluntatem inefficacem iurandi, & ſic certus de inefficaci voluntate non ſe obligãdi, poteſt credere ſe ficte iuraſſe; nam duo actus efficaces de iurando, & de non ſe obligando, non poſſunt eſſe, niſi vel quando quis ſcit ſe non poſſe obligari etiam ſi iuret, vel quando ignorat connexionem obligationis cũ iuramento; ſed hæc ignorantia, nõ impedit, quin vere obligetur, cum hęc obligatio non ſit directe volita, ſicuti non ex eo, quod ignores teneri ad reſtituendum, deobligaris poſito quod damnum intuleris, vel ex eo quod ignores ex peccato ſequi pænitentiam, non teneris ad pœnitẽdum. Hæc eſt Suarij doctrina *ibid. c. 7. lib. 2. à nu. 8. ad* 19. probabilis ſane, & præter Gaetan. Sot. Couarr. Gutier. quos citat Suarius, eam docet Sayrus *lib. 5. c. 6. n. 8.* Leſſ. *lib. 2. c. 42. n. 38.* Lud. Lopez, 1. *p. inſtr. conſc. c. 42.* Valen. 2. 2. *diſ. 6. q. 7. p. 4. col. penul.* Henriq. *l. 11. de matr. c. 13. n. 12.* Emm. Sà *ver. iuramentum, n. 4.* & alij.

9 Cõtraria tamen ſententia mihi videtur probabilior, & ſecura, quam latè probat Sanch. *in ſum. l. 3. c. 10. n. 8.* ſatisfaciens Suario: ſumma eſt, quia obligatio in iuramento promiſſorio eſt paſsio ſequens, & neceſſario connexa: ergo qui illam non vult, non vult iurare; ſicuti qui negaret riſibilitatem, deſtrueret hominis eſſẽtiam cõſequenter, & ſic iuramentum illud non erit verum; ſed fictum, & apparens, quod poteſt eſse, cum iuramentum pendet ex intentione iurantis, vt diximus *nu. 2.* ad differentiam operis externi, quod non poteſt mutari ex intentione operantis, vt ſi quis ſciẽs, fornicetur, eſt reus fornicationis etiã ſi habeat intentionem nõ fornicandi. ita præter Sanch. & plures DD. quos ibi citat, Antonin. Abbatem. Alex. de Neuo. Imolam *c. ſi vero de iure iur.* Scotum 3. *d. 39. q. vn. ar.* 3. Fortunium *de vltimo fine illat* 22. *nu.* 377. Palaciũ 3. *d.* 29. *diſ. 1. fol.* 665. Selua *de iure iur.* 3. *p. q. 1. n. 74. & 77.* & alios, ex Recent. Caſtrop. *d. 2. p. 2. ſub num. 6.* Bonac. *hic diſp. 4. p. 7. q. 1. n. 3.* Fagundez. *c. 9. nu. 9. l. 2. in 2 præc. Decal.* plures citans. Azor. *t. 1. l. 11. c. 4. q. 2.* Trullench. *l. 2. in decal. c. 1. dub. 10. nu. 3.* Villalobos. *2. p. tra. 36. diff. 6. n. 1.* Ochagau. *de ſacram. tract. 1. q. 6. n. 3.* Diana *p. 5. reſol. 33. & 34. tr. 14.*

10 Ex qua ſententia ſequitur 1. vt aduertit Sanch. *loco cit. n. 10.* promittentem cum iuramento ſiue erret putãs iuramentũ nõ obligare, ſiue id ignoret, non teneri niſi habeat animum iurãdi, vt cæteri faciũt, vt ipſemet aduertit *l. 4. c. 1. n. 26.* ſicut etiam tenetur in omnium ſentẽtia, ſi iuret cum animo iurandi, non cogitando de intentione ſe obligandi nec ne, vt Suarius notauit *n. 8.* & Sanch. *d. n. 10.*

11 Sequitur 2. ſic iurantem non indigere relaxatione iuramenti, ſi iuret ſoluere vſuras abſq; animo ſe obligãdi, vel ſi metu compulſus iurauit, aut iuret ſoluere, quod amittit in ludo, pecunia credita; quia cum ſolum teneatur ſoluere ob iuramentum, vt diximus *lib. 1. de matr. diſp. 32. n. 7.* & hoc non obliget in noſtra ſententia, ſequitur quod non requiritur relaxatio, vide dictam *diſ.* 32. contra vero in ſententia Suarij requiritur relaxatio, & in omnibus alijs caſibus in quibus diximus eo lib. non ſufficere ſolutionẽ momentaneam cum petitione ſoluti, & in caſibus *q. 4.* ponendis.

QVÆRES III.

An iurans ſine intentione implendi, teneatur ex vi iuramenti.

12 RESP. affirm. quia ſtat in omnium ſententia cum intentione non implendi verum iuramẽtum, ex quo ſequitur obligatio tamquam paſsio, non aliter ac accidit ei, qui cõtrahit matrimonium cum animo non ſoluẽdi debitum, nam obligatur ad reddendum; nec poteſt contrarium præſumi, niſi quis expreſſe noluerit vere iurare. ita Suar. *d. c. 7. nu. 21.* vbi meritò dicit contrarium non eſſe probabile, & D. Bonauen. 3. *d. 39. qu. 2.* vbi obiter dicit Eccleſiam non compellere ad im-

implenda iuramenta coacta, *quia præſumit non eſſe facta cum voluntate implendi*; Explicatur quod intelligat non ſe obligandi, aut ficte iurandi, ſequitur in omnibus Sanch. *l.3.cap.*10. *nu.*5. Caſtrop. *p.2.diſ.2.hic nu.*1. & alij paſſim cum Fagund. *l.2.c.9.n.6.*

13 Ex hac Suarij, & aliorum doctrina infero, quod ſi quis iuret dare cẽtum Titio ſine intentione dandi, & ipſe exiſtimet hoc ſufficere ad tollendam obligationem iuramenti; tunc non obligari ex vi iuramenti, quia vere eſt, ac ille, qui iurat ſine intentione ſe obligandi, & ſic nõ erit periurus non ſoluens centum, eſto aliunde peccet, quod ſi ſit certus ſe habuiſſe intentionem non ſoluendi, & dubitat num intellexerit de obligatione, tenetur, quia debent verba, ſeu conceptus interpretari iuxta communem vſum; vt in ſimili dicemus de voto.

QVÆRES IV.

An iurans ſimulate, vel doloſe in alio ſenſu, quem alter accipit, cui iurat, & quem verba ſonant, teneatur ex vi iuramẽti ſeruare, quod iurauit iuxta audientis ſenſum.

14 SImulatum iuramentum appello, quod fit ſine iniuſtitia, & dolo malo; ſed tantum quod iurans prudenti quadam ſagacitate accipit verba, quibus iuramentum præſtat ſub diuerſa ſignificatione, quã alius, cui iurat, intelligit; vt ſi dicat Canem numquam latrantem oſtendam, intelligens amphibologice de cane cœleſti, vel licet verba proferat iuxta communem acceptionem, tamen ex aliqua conditione, quam in mente retinet, & alteri non manifeſtat, aliud ſignificant; vt ſi dicas Iuro me daturum tibi centum aureos, intelligendo in ſua mente, ſi terram effodiens, eos inuenero; & hæc procedunt etiam ſi nulla coniectura poſſit conſtare de hac intentione iurantis, illi, cui fit iuramentum, vt bene cum Suar. notat Sanchez *loc. citan.*

15 Doloſum vero iuramentum intelligo, quod fit dolo malo, nempe inferendo iniuſtitiam alteri, cui præſtatur, quia nimirum ex eo, quod illi iurans promittit aliquid cum dicta amphibologia, proximus decipitur, & damnum patitur, vt recte Suarius explicat *lib.2.de iuram.c.8. nu.*1. & 8. ſequitur Sanch. *lib.3.c.6.n.*1. & ſupponunt citandi Doctores. De vtroque autem.

16 Reſpondeo non obligari ſic iurantem vltra ſuam intentionem ex vi iuramenti, ſeu Religionis.

17 Fundamentum eſt, quia ſine intẽtione iurandi non eſt iuramentum, & ſic non oritur ex eo obligatio pro foro conſcientiæ; ſed iurans nõ intendit iurare niſi iuxta ſuum ſenſum & non iuxta ſenſum alterius, cui iurat: ergo nõ obligatur ex vi iuramẽti, niſi iuxta ſuam intentionem, & non iuxta ſenſum, quem alter accepit.

18 Confirm. quia ſic iurans nõ poteſt obligari ex fidelitate ratione promiſſionis, nec etiam ex vi pacti, aut mutuæ conuentionis, quia ſine conſenſu non eſt obligatio, nec pactum ſtat ſine mutuo conſenſu in idem placitum concurrente. Concluſio quoad primam partem eſt D. Tho. 2.2.*qu.*89. *ar.*3.*ad* 4. D. Greg. relati in *cap. humanæ aures* 22.*q.*4. & eſt fere communis poſt Suar. *d. cap.* 8. Recentiorum, vt videre eſt apud Sanchez *d. c.*10.*n.*11. Caſtrop. *diſp.*2.*hic p.*2. *nu.*2. Fagund. *l.*2.*cap.*11. *num.*3. *in* 2. *præc. decal.* Secunda pars amplectitur etiam à Sanchez, Caſtropal. *loco cit.* Leſſ. *l.2.cap.*8. *fine.* & ſupponitur à Reginaldo *Prax. tom.* 2. *lib.* 24. *cap.*1. *num.*10. Peſantio *in* 2.2.*quæſt.*70. *ar.*4. Emonerio *diſp. de veritate ca.*9. Valentia 2.2.*diſ.*5.& 6. *q.*7.*pun.*4.*col.vlt.* & alijs, quos citaui *lib.*1.*de matr. diſp.*9.*nu.*5.

19 Quamuis non deſint, qui putent obligare iuramenta iuxta ſenſum, quem intellexit is, cui præſtatur. ita Parlador. *de reb. quottid. l.*2.*cap.fin.*1.*p.* §.4.*num.*15. Hoſtien. & alij apud Couarr. *de pactis* 1.*par.* §.5.*num.* 1. & 2. Gaetan. 2.2.*quæſt.*89. *art.*4. Soto.*qu.*1.

ar.7.

Digitized by Google

ar.7.ad 4. Nauar. *cap.12.* Pontius de Leon.*lib.2.de matr.cap.2.§.vn.à n.11.* cui abunde ſatisfecimus *diſp. 9. lib.1. de matr.*D.Tho.*d.quaſt.89. ad* 4. licet *in 3.diſ.39. quaſt. 1.art.4. 3. quaſtiun.* 3. apertiſſime noſtram ſequatur ſententiam.

20 Verum quæ adducunt non multum vrgent; nam *Cap. quacumq; arte 22.quaſt.5.* vbi dicitur, quod Deus ita accipit ſicut ille, cui iuratur, intelligitur de iurante cũ fraude, & iniuſtitia, quia nimirum per hoc iuramẽtum Deus grauiter offenditur, non autem quod debeat ex vi iuramenti ſeruari, quod ſic iuratũ eſt; vel etiam intelligitur iuxta forum externum, quia cenſetur tale iuramentum obligare, cum nõ credatur iuranti, quando doloſe egit, ſed verba attẽduntur.

21 Nec commodum vllum reportat, ſic iurans; cum peccet mortaliter, & ratione ſcandali obligetur ex vi Religionis, quando non poteſt conſtare de intentione, quam habuit, ſic poſt Suar.Sanch. *d.c.19. num.* 23. Caſtrop. *d.diſ.2.p.2.nu.4.*Fagund.*in 2.prec. dec. cap.11.à num.3:*

22 Cum quibus addo teneri ſic iurantem ad præſtandum id, quod iurauit iuxta ſenſum audientis, quando aliquod ſtatutum ſic iuberet, non innitens falſæ præſumptioni, quod vere iurauerit, vt eſt *in leg. fin. tit. 11. partitar. in Hiſpania.* Verum cum hæc lex ſit pœnalis non tenetur niſi poſt ſententiam, quando ſcandalum, & iniuſtitia non eſſet, idque innuit Sanchez: quando autem teneatur ſic iurans damnum reparare, & quando non; vide me ipſum *lib. de matrimon. diſp.9. & 10.* vbi multa habes à Baſilio Põtio obiecta, & à nobis vtcumq; ſoluta; vbi habes quid dicendum de promittente, ſic matrimonium; num teneatur coram iudice ſuã promiſſionem fateri &c.

(:+:) (:+:) (:+:)

DISPVTATIO V.

Explicatur quando ceſſet obligatio iuramenti defectu eorum, qui illud exigunt.

QVÆRES I.

An iuramẽtum extortum per iniuriam, v. g. ab vſurario nolente mutuum dare, niſi iures ſoluere illi vſuras; vel nolente vendere, niſi iures te non reſciſſurũ cõtractum emptionis, etiam ſi res ſit infra dimidium iuſti pretij, obliget.

1 RESp. affirm. idque eſt definitum in iure *c.debitores de iure iuran.* & *cap. ſi vero.* quia licet per iniuriam tale iuramẽtum ſit extortum, tamen quia eſt ſimpliciter voluntarium, eſt verum iuramentum: ergo naturaliter obligat ex vi præcepti negatiui. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.* nec iniuria alterius poteſt obligationem impedire: ita omnes teſte Caſtropal. *pu.3.diſ.2.n.2,* cũ Suar.*c.9. lib.2. de iur.* vbi *nu.6.* oſtendit optime, Promiſſionem eſſe nullam, & iuramentũ illam non cõfirmare, quia ſolum eſt introductiuum obligationis, & nõ confirmatiuum ex Bartholo *l.ſi. quis pro eo ff. de fideiuſſ.* at tantum adhæret ſimplici aſſertioni de futuro, quæ ſeruanda eſt ob Dei honorem, licet ab eo, cui ſit iuramentũ poſſit relaxari, quia ipſa obligatio ad Deum includit hãc conditionem ſoluendi, ſi creditor iniquus voluerit. ita D. Tho. *q.89.art.7, ad 3.* Couarr. *de pactis.* 1.*p.§.3.nu.2,* & poſt Suar. ſequitur Caſtrop.*d.pu.3.hic diſ.2.n.10.circa medium.*Sanch. infra, vide me ipſum *lib.1.diſp. 32, de matr.* vbi multos habes caſus.

2 Quod verum eſt, ſiue ille, cui præſtatur iuramentum v. g. de ſoluendis vſuris ſit paratus, & ſic non peccauerit iurans inducendo illum ad mutuandum per vſuras, ſiue non ſit paratus, & iurans peccauerit ob inductionẽ ad malum; quia *Cap. Debitores* gene-

generaliter dicitur c. *Cogendi ſunt Domino reddere iuramentum*, & eſto promiſſio fuerit peccatũ (quod aliquando etiam non eſt ob neceſſitatem petentis) at ſolutio vſurarum peccaminoſa non eſt: immò talis ſolutio eſt valde vtilis; tum adhoc vt fiat verũ, quod ſub diuino teſtimonio promiſſum eſt, tum quia valde decens eſt, & cõgruum humanæ ſocietati, vt quod promiſſum eſt, ſoluatur; quod & ſimiliter, etiã quando fit ſimplex promiſſio; tamen non cogitur promittẽs per iniuriam, v.g. vſuras implere, ne ſit mendax, nam habuit intentionem ſoluẽdi, vt ſupponimus, cum promiſit; & ſic nullum tunc fuit mendaciũ, quod non ſolum in iuramento, ſed etiam in aſſertione eſt vitandum *ex cap. iuram. 22. q. 5.* nec cum non ſoluit eſt mendax: ſed tantum defuit à debita fidelitate, quam non ſeruare non eſt peccatum, vbi non eſt alia obligatio Panor. *in d. c. debitores* Couarr. *de pactis p. 1. §. 2.* Suarius *d. c. 8.* Sanch. *l. 3. cap. 11. num. 22.* &c.

3 Hanc ego communem doctrinam limitarem, vt tunc teneatur vi iuramenti ſoluere, quando iurauit, & pręuidit difficultates omnes in ſolutione futuras; nam ſi eas non præuidit, & quando eſt ſoluturus, debet pati magnum detrimentum v. g. accipiẽdo ad intereſſe, vel vendendo ſua bona, & ad egeſtatem deueniendo non tenetur, & ſic non indiget relaxatione, quia iam facta eſt mutatio circa materiã iuramẽti, idq; videtur deduci ex doctrina Suarij, & aliorum infra *à num.* 15. de eo, qui iurauit ad carcerem redire.

DVBITABIS.

An qui per iniuriam iurauit v. g. ſoluere vſuras, vel dare centum latroni, poſſit ſolutum repetere, vel vſurarium, aut latronẽ Iudici denunciare.

4 Dico 1. poterit ſolutum repetere, quia tantum iurauit ſe ſoluere, vt commun. DD. *ex cap. ad noſtram de iis, quæ vi.* contra vero nõ poterit, ſi etiam iurauit ſe non repetiturum, quia id licitè poteſt facere *ex d. c. ad aures de iis quæ vi.* ex Gloſſa ibi *v. niſi forte iuramento.* Bartol. *in l. ſi quis pro eo de fideiuſſ. nu.* 10. Couarr. 2. *de pactis §. 2. nu. 2.* Guttier. 1. *p. cap. 93. num. 8. de iurament.*

5 Dico 2. etiam ſine relaxatione iuramẽti poterit in tali caſu vſurarium Prælato denunciare tale delictũ, quia non iurauit non denunciare, & ſi iurauit non denunciare, adhuc poteſt non ad intereſſe proprium directe quærendũ, ſed adhoc, vt frater emendetur; licet ſequatur ſecundario reſtitutio dati, quia illud iuramentum eſt contra iuſtitiam publicam, & ſic non tenuit, immò nec licet illud abſolute facere, cum ſit de re iniqua: ſed poteſt fieri cum aliqua amphibologia, vt diſ. præc. diximus. ita D. Th. 2. 2. *q. 89. ar. 7. ad 3.* vbi ait. *poteſt autem repetere in iudicio, quod ſoluit, vel Prælato denunciare, non obſtante, quod contrarium iurauerit.* nam ly *non obſtante*, refertur tantum ad illam partem non denunciandi. vt Suar. explicat *d. c. 9. n. 17.* ita etiam poſt Suar. Caſtrop. *pun. 3. diſp. 2. nu.* 9. & per plures, quos refert Sanch. *l. 3. cap 21. num. 12.*

6 Quamuis pie putet non poſſe denunciare, niſi quando eſſet ſub præcepto obligat', quia v.g. latro eſt valde pernicioſus Reipubl. aut ſuperioris extaret pręceptum. ſed Suarij ſententia eſt tuta, & nouiſſime amplectitur à Fagundez *l. 2. c. 29. à n. 10. hic.*

7 Dico 3. licet iuramentum exigatur de non petenda relaxatione, etiam illius iuramenti, quo iuratur, non petere relaxationem; vt ſi latro dicat, *Iura te daturum mihi centum, & non eſſe petiturum relaxationem iuramenti huius neque eius, quo iurans non petere relaxationem.* adhuc poteſt ſic iurans petere relaxationem de vltimo iuramento, aut accedere ad Prælatum, & rem totam manifeſtare. ita Suar. *d. c. 9. n. 20.* vbi citat Couarr. *de pactis. p. 2. §. 3. n. 2.* Felin. *cap. conſtitutus de reſcrp. num.* 14. Adde Azorium *l. inſt. moral.*

Digitized by Google

cap.7. qu.6. & videtur aperte tenere Caſtrop.*l.cit.* & Fagundez.*num.*13.

8 Contra Sanchez *d.cap.*21. *num.*14. putantem non poſſe petere relaxationem in d. caſu.

9 Denique aduerte, quod iurans ſoluere vſuras v.g. non peccaret nec venialiter ratione mendacij, si habeat animum, non ſoluendi obtenta prius diſpenſatione, vt bene Sanchez *c.* 11. *num.*17. colligit ex Suario *c.* 7. *nu.*20. *fine.* & etiam ex dicendis *quæſt.* 2. patebit. Vtrum autem in tali caſu poſſit ad Iudicem ſæcularem haberi recurſus, dicam infra cum de relaxatione iuramenti.

QVÆRES II.

An iuramentum per vim, aut metum extortum pariat obligationem.

10 RESP. affirm. ſi materia eſt capax iuramenti, & licite ſeruari poteſt. ratio eſt, quia vel metus eſt iuſtus & formalis, incuſſus ſcilicet ſine iniuria ad iuramentum extorquendum; vt ſi creditor minetur iuſtam accuſationem, niſi iures te illi fore ſatisfacturum, & tu ad vitandam accuſationem iuſtam iures, aut eſt materialis iuſte incuſſus; ſed non adhoc vt iures, vt ſi damnatus iuſte ad mortem, metu illo iuret ſe daturum centum, vt liberetur, vel eſt iniuſtus, & formalis, vt ſi latro metum inferat, vt iures dare ſibi centum. quocumq; modo dicas ſemper habetur verum iuramentum: ergo obligat. ant. probatur. nam concurrunt omnia requiſita ad iuramentum, eſt enim intētio ſimpliciter libera licet metu ſecūdū quid coacta ex Ariſtotile *l.*3. *eth. cap.*1. nec iniuria tollit libertatem, vt ſupra diximus, ad iurandum requiſitam; niſi mentem perturbet. vnde metu baptizatus vere eſt talis, & metu peccans, peccatum vere cōmittit: materia iuramēti eſt capax, & ſine peccato ſeruari poteſt, vt ſupponimus: ergo oritur obligatio iuramenti, quia ea non depēdet ex intentione iurantis, neq; ex iuſtitia, vel iniuſtitia extorquētis, ſed ex ipſo iuramento ob Dei reuerentiam.

11 Confirm. quia ex iuramento metu materiali præſtito inducitur obligatio, vt de ſe conſtat; vnde non excuſatur iurans ob metum mortis naturalis à iuramēto, vt dicem' infra tr. ſeq. de voto: ergo etiā ex iuramento præſtito metu formali iuſte incuſſo, vel etiam iniuſte; cum non tollat magis libertatem vnus metus, quam alius, nec iniuria conferat ad minuendum voluntarium. eſt cōmunis ſent. DD. *ex l. ſi mulier. ff. quod metus cauſa*: vbi Bartolus, & alij; & quidem quoad ſecundam partem eſt definita *in cap. ſi vero. & cap. verum: de iure iur.* eam docet D. Tho. 2.2. *qu.*89. *ar.*7. *ad* 3. vbi Gaet. Sot. *lib.*8. *de iuſt. q.*1. *ar.*8. Gabr. *in* 3. *d.*39. *q.*1. *ar.*2. *concl.*8. vbi Durand. *q.*2. Couar. 4. *decret.* 2. *p. c.* 3. §. 5. Nauar. *c.*12. *n.*14. quos refert, & ſeq. Suar. *lib.*2. *c.*10. quem ſequuntur Sanch. *l.*3. *c.*11. *à num.*13. *&* 18. multos citans Caſtrop. *diſp.*2. *p.*4. *nu.*9. Leſſ. *lib.*2. *cap.*42. *du.*6. Bonac. *t.*2. *d.*4. *pu.*9. Reginal. *l.*18. *n.*60. Fagund. *cap.*13. *num.*3. *hic.*

Occurritur Obiectis.

12 NEc obſtat huic ſentēt. *ca.*2. *de iure iur.* vbi de Epiſcopo iurāte nō repetituro ſua bona dicitur *ipſū Epiſcopū nulli' iuramēti vinculis ſuper hoc poſſe cōſtringi.* quia poteſt intelligi, nō ita illum poſſe cōſtringi, quin ad Papā pro relaxatione, vel denunciando, potuerit recurrere, vt diximus *q. præc. in* 2. *&* 3. *concl.* vel etiam cum Gloſſa dicas Pōtificem iudicaſſe illum non teneri iuramento, quia iurauit de rebus Eccleſiæ ſe eas non repetiturum. quamuis dicere, quod *Res ſuæ* pro *rebus Eccleſiæ* ſumantur ſit durum. ita Suar. quem ſeq. Sanch. *in d. c.*11. *nu.*7. Caſtropal. *lo. cit.* qui eodem modo declarant legem regiam 28. *t.*11. *p.*5. ex Greg. Lop. ibi, *ver. No es tenudo.*

13 Nec ex eo, quod votum metu factum in aliquo caſu, vt dicemus non obliget. Idem eſt dicendum de iuramento, quo Eccleſia irritauit v. g.

vota

vota Religionis, & non iuramenta, sicut etiam irritauit matrimonium, ſecundum probabiliorem ſententiam, & dato quod matrimonium eſſet iure naturæ irritum, ſi metu contrahatur id eſt, quia matrimonium directe fit ad obligandum homines, inter quos non oritur obligatio per actiones iniurioſas, ita Suar. & DD. cit. vide meipſum *lib. 4. de matr. diſ. 25.* vbi plures caſus habes de iurante contrahere matrimonium per metum, quid autem ſit aſſignandum pro diſparitate in ſententia probabili, quod votum ſit iure naturæ irritum, ſi metu emittatur, dixi am Deo iuuãte, cum de voto *lib. 4. diſ. 3.*

Quid ſi cõtractus iurati ſint alias nulli.

14 QVod verum eſt, nempe iuramentum obligare, etiam ſi cõtractus ſint alias nulli, & iure reprobati, vt eſt cõtractus minorum abſq; ſolemnitate &c. nam ratio eſt eadẽ, nec iura poſſunt obligationem impedire circa materiam capacem, niſi eā mutando, vt dicemus. Vnde cũ dicitur in iure Canonico iuramẽta in contractibus iure ciuili reprobatis eſſe ſeruanda, niſi dolus, vel metus fuerit, intelligendi ſunt, quod non poteſt peti relaxatio ob ſolam repugnantiam, quam habent ad leges ciuiles, *& authentica Sacramenta impuberum. cod. ſi aduer. vend.* dum dicit talia iuramenta eſſe *nullius momenti*, intelligitur, quoad forum externum, ſic Couarr. 4. 2. *par. epiſt. 7. §. 5, num. 2.* Molin. 1. *tom. de iuſtit. diſ.* 149. & poſt Suar. *cap.* 11. *à num.* 15. docet Sanch. *d. lib. 3. cap.* 11. *num.* 20. Caſtrop. *diſ. 2. tit. pun. 4. num. 9.* Bonacina, & alij, quos ad ſatietatem habes *lib. 4. de matrimon. diſp.* 20. apud me vbi dico eſſe probabile, etiam non obligare quando factum eſt ex metu in his cõtractibus nullis iure ciuili. vide infra *diſ. 17. num. 4.*

DVBITABIS.

An qui iurauit redire ad carcerem, teneatur etiam ſi timeat mortem redire.

15 REſp. ſi præuidit periculum mortis, & à fortiori alterius nocumenti leuioris morte, & iurauit redire tenetur, ſiue carcer, aut mors iuſte ſit illata, ſiue iniuſtè, & per iniuriam. Contra vero non tenetur ad redeundum ſi iurauit, non præuiſo periculo, ſiue carcer ſit iuſtus, & mors etiam, quæ timetur iuſta, ſiue carcer ſit iuſtus, & mors iniuſta, vt ſi ex reditu timeam per iniuriam ibi occidi, ſiue tum carcer, tum mors iniuſte inferantur: ratio prioris partis eſt, quia iuramentum eſt factum cum plena aduertentia, & de re quæ poteſt ſine periculo animæ ſeruari; nam non eſt ſe occidere, redire ad carcerem, ſed non fugere mortis periculum ex cauſa rationabili, ne Deus falſus teſtis adducatur.

16 Secunda pars probatur, quia ſic iurans non habuit animum in eo caſu iurandi, cum res ſint notabiliter mutatæ, ſiue realiter, quia nimirum reuerſio afferret mortis periculum, quod prius non erat; ſiue in iurantis imaginatione, quia ſcilicet aduertit periculum mortis, quod prius non præuiderat, & ſicuti ſi iuraſſet ſub aliqua conditione, mente retenta, v. g. redibo ad carcerem ſi potuero, ſine periculo, vel niſi petam relaxationem; quo caſu nec peccabit, ratione fictionis, ſi carcer eſt iniuſtus iuxta d. quæſt. præc. fine, ita nec etiam tenetur, quando iurauit non præuidens periculum, eſto ſi præuidiſſet iuraſſet. Hæc Suar. *cap. 10. à num. 14.* & poſt ipſum Sanchez *lib. 3. cap. 11, num. 32. & 34.* vbi citat Romanum *l. ſtipulationes num. 8. ff. de ver. obligat.* Gaetan. 22. *quæſt. 89. art. 7. col. penult.* Armill. Sylu. Angel, *ver. iuramentum.* Caſtrop. *diſ. 2. hic. pun. 4. nu. 14.* Bonac. *diſp. 4. q. 1. num. 2.* Trullench. *l. 2. cap. 1. in decal. dub. 12.*

17 Bene verum eſt, quod poterit tale iuramentum relaxari, & ſic poteſt iurans non redire quando carcer eſt iniuſtus, vt docet Suar. *loc. cit.* Addunt Manuel. *t. 1. ſum. c. 46.* & Sanch. *nu.* 35. non obſtare damnum, quod prouenit commentarienſi huic iuramenti relaxationi. Immo, & Lud. Lop. 1. *par. inſtr. c. 42. col. 6. verb. qui iurat redire*, & alij apud Manuel. Rodriq. *loc. cit. nu.* 3. putant poſſe relaxari, quando mors eſſet iuſta ob ius vitæ conſeruandæ, quod non eſt improbabile, quia etiam ſtando in Suarij ſententia volentis, quod teneatur redire, qui aduertenter iurat moraliter vix poteſt accidere, vt qui iurat redire concipiat mortis periculum eo modo, quo concipit, quando cogitat de reditu, & hanc ſententiam veram dicit Caſtrop. *d. 2. pun. 4. nu.* 17. nam contrarium, quod etiam tenet Sanch. *d. c.* 11. *num.* 36. verius putat.

Contraria ſententia probabilior aſtruitur.

18 SED ſalua Suarij, & aliorũ DD. pace mihi probabilius eſt iurantem redire ad carcerẽ iniuſtũ, vnde mors, aut graue damnum timetur, vt ſi timeat ipſum carcerem fore valde longum, puta vnius anni, vel ſi timeat magnum rei familiaris detrimentum iniuſte obuenturum, vel famæ, vt fuſtigationem iniuſtam &c. non teneri redire: ducor præter rationes, quas adducunt citandi DD. præſertim Vaſq. quia ſicuti non tenetur quis obtemperare legi præcipienti, vt maneat in carcere cum periculo mortis, aut alicujus grauis damni, vt docet Leſſius *l. 2. c.* 31. *num.* 33. ex D. Thom. *2. 2. q. 69. ar.* 4. nam ait id præcipi nõ poſſe, cum ſit inhumanum, & ſuperans vires naturæ; ita etiam nec tenetur ſtare ſuæ legi, non obſtante iuramento redeundi ad carcerem; quia videtur quid cõtra vires naturæ; nam vt bene aduertit Sanchez *d. c.* 11. *num.* 33. eadem eſt ratio non fugiendi à carcere, ac redeundi ad illum, & eſto hic non faciat ſuam conditionem deteriorẽ per reditum ad carcerem materialiter loquendo, quia vt ſupponimus, iam erat condemnãdus iniuſte; tamen formaliter facit peiorem, quia poſitus in libertate cogeretur redire ad iniquam mortem &c.

19 Nec hoc repugnat communi doctrinæ ſupra à *nu.* 1. quod iuramentum ſoluendi vſuras, aut dandi latroni centum v. g. obligat, quia tũc nõ eſt adeo difficile ſoluere &c. & etiã (vt ibi notaui. *num.* 3.) puto non obligare, quando ea ſolutio eſſet valde damnoſa familiæ &c. quia militat eadem ratio; atque adeo non teneri redire ad carcerem iniuſtum, eum mors timetur, tenent Maior. *in 4. d. 15. q. 22.* Raunmas *in tr. de virtute iuram. effect.* 60. *nu.* 113. Couarr. *l. 1. variar. c. 2. n.* 7. Oſaſc. *deciſ. Pedemon.* 66. *nu.* 12. Farinac. *prac. cr. t. 2. p. 1. tit. de carceribus. qu.* 30. *à num.* 125. vbi plures citat Gomez de Almeſcua *tr. de poteſt. in ſe ipſum l. 2. c.* 10. *num.* 1. Vaſq. 1. 2. *diſ.* 174. *cap.* 5. *à n.* 75. Regin. *l.* 18 *prax. num.* 62. Baſil. Pont. *lib.* 2. *de matrim. c.* 8. *num.* 20. & alij, quos citat Sanch. *l. 3. cap.* 11. *num.* 27.

20 Immo in caſu, quo timeretur mors iniuſta putat Couar. *loc. cit.* Plaza *de delictis l. 1. c.* 22. *nu.* 6. Guttier. *de iuram.* 1. *p. cap.* 57. *à num.* 24. Farinac. *d. qu.* 30. *num.* 121. peccare redeuntem, quia temere ſe morti iniuſtæ offert.

21 Et de timore rei familiaris docet Vaſq. *loc. cit.* bene limitans, niſi cuſtodi carceris, cui iuratur, damnum immineret, quando cuſtos carceris nõ participat de iniuſtitia ſententiæ, quod intelligo quãdo incarceratus nõ poſſet aliter illius damnum reſarcire, niſi redeundo.

22 De timore cuiuſuis iniuſti periculi perſonæ tradunt Abbas *cap. ſicut* 3. *de iure iur. num.* 4. & Vaſq. à fortiori, quæ extendo etiam ſi ſententia ſit re vera iniqua, at iuxta formam iudicij ſit iuſta, quia hoc parum refert, vt bene aduertit Sanch. *d. c.* 11. *n.* 25. contra Sayr. Clau. Reg. *lib. 2. cap.* 18. *nu.* 26. nam falſitas probationum, non tollit ius ſe protegendi.

23 Deniq; addo mihi videri probabile retenta hac ſecunda ſententia non teneri

neri ex vi iuramenti ad redeundum in carcerem iniustum illum, qui timet ex illo mortem v. g. ob aliquam indispositionem, quam probare non posset, quia iam respectu huius esset periculum mortis iniustæ saltem materialiter, iuxta dicta num. præc. Sed hæc non sunt intelligenda, quando cederet in contemptum Christianæ Religionis non redire, vt si iurasses in fidelibus retinentibus te captiuum redire, vt cum Suario docet Sanchez *l.3.c.21.n.15.* & alij ibi.

QVÆRES III.

An qui iurat ex dolo alterius, v.g. ducere Bertam, quia alius dixit illam esse diuitem, vel ex errore, quo putabat illam esse diuitem, obligetur ex vi iuramenti?

24 CAſum proponimus ſub his terminis, quia non conſideramus iniuriam, vel violentiam, quæ eſſet coniuncta cum dolo de his enim diximus qu. præced. ſed tantum illam deceptionem, quæ ſi fiat ab alio per iniuriam dicitur dolus, ſi verò prouenit ex alio capite, puta ex cauſa naturali, dicitur error, quādo eſt cum poſitiua deceptione, vt ſi putem diuitem Mariam, cū ſit pauper, ad differentiam ignorantiæ, quæ eſt purè priuatiua, quando ſcilicet neſcio an Maria ſit diues, vel pauper. hoc poſito ex Suar. *lib.2. de iura.c.11. num. 12. & 14.* & poſt ipſum Sanch. *l.3.cap.11. à num.38. ad 49.*

25 Dico 1. error, ſeu dolus circa ſubſtantiam rei, ſiue ſit antecedens, ſine quo ſc. non fieret iuramentum, ſiue concomitans, quo poſito etiā fieret, vt loquuntur iuriſperiti *l. Eleganter. ff. de dolo.* non obligat, ſeu tollit obligationem iuramenti: ratio eſt, quia in neutro ex his eſt conſenſus, nam ſi eſt antecedens eſt error, & ſic omnino inuoluntarium cauſatur, ſi eſt concomitans eſt ſaltem non voluntarium, nempe non eſt aduertentia, quæ ad iuramentum requiritur, vt ex dictis ſupra conſtat. Eſto iurans ſit ita habitualiter affectus, vt ſi ſciret veritatem adhuc iuraret, nam requiritur, vt iurans habeat hunc actum: *volo iurare hoc, v. g.* dare hanc ſtatuam, etiam ſi aliquis error ſit circa illud v. g. quia putem ſtannum, & eſt aurum; ita Suar. *d.c.11. à n.5. ad 9.* Vaſq. *1.2.d.30. n.4.* & omnes, teſte Caſtrop. *d.2. pu.5. n.7.* Sed nouiſſ. Trullench. *l.2.c.1. in decal. du.11.* putat iuramentum dolo concomitante obligare, quia ait ipſe ſufficit, vt res ſit licita; ſed quod diximus eſt tutum; quia deeſt requiſita aduertentia.

26 Dico 2. error circa cauſam extrinſecam mouentem ad iurandum, aut circa accidentalia rei, de qua fit iuramentum, non impedit obligationem iuramenti, niſi refundatur in ſubſtantiam, ſecundum prudentum æſtimationem. Ratio eſt quia in primo caſu nō tollitur cognitio obiecti v.g. quod Petrus ſit pauper; ob quam rationem iuro me daturum illi eleemoſynam, eſto errorem, putando quod ſit meus amicus: quando autem error qualitatis refunditur ſecundum prudentum æſtimationem in ſubſtātiam (de quare multa habes apud me *in tract. de matr. l.10. diſ.9.* & alia dicemus infra de voto) tūc cū auferat voluntarium, impedit obligationem iuramenti, vt benè colligitur *ex cap. veniens. de iure iur.* hæc eſt Suarij doctrina *d. c. 11.* quam citati Doctores ſequūtur. Alia non addo, quia ſuperuacaneum puto repetere, quæ dixi *in trac. de matr. li. 1. diſ.64. & 65. & lib.7. diſ.18.*

27 Vtrum autem cōtractus per errorem ſint irriti, vel irritādi, & quænam actio competat decepto pertinet ad tractatū de cōtractibus. vide interim me ipsū *l.c.* & Caſtrop. *d.2. pu.5. à n.14.*

28 Dico 3. licet vix poſſit accidere caſus, vt cōditiones preſētes ignorētur, ſine errore, quia nemo eſt regulariter, qui de his conditionibus non cogitet, & putet illas ineſſe, vix enim accidit, vt cum quis vult ducere Bertam nō cogitet, quod ſit virgo, v.g. ſi tamen hoc eueniat; vt ſolet plerumq;

Digitized by Google

eſſe, quando cōditio, ſeu qualitas, quæ iuramentum impediret eſt de futuro, vt quod ſit fornicatura) tunc ignorātia reddet nullum iuramentum, quādo aufert cognitionem rei neceſſariæ ad intentionē iurandi: ita Suar. & dicti DD. ſupponunt, vt videre eſt in *hoc tit. de matrim.* apud me.

Vtrum autem hæc vera ſint etiam in contractibus à iure reprobatis: dixi ſupra *q.2.*

29 Tantum noto Fagundez *l.2. c.13. hic num.29.* non eſſe contra Suarium dum ait errorem qualitatis antecedētem reddere nullum iuramentum; nā omnia exempla, quę affert *nu.31.* ſunt quando qualitas refunditur in ſubſtantiam iuxta prudentum æſtimationem, vt ſi puella cum qua ſponſalia contrahis, non eſt virgo: ſi domum quam iuras emere eſt ruinoſa &c.

DISPVTATIO VI.

De conditionibus requiſitis ad iuramentum promiſſorium ex parte materiæ.

CVM materia iuramenti promiſſorij non poſſit eſſe, niſi aliquid faciendum, vel omittendum non ab allio: ſed à iurante, vnde iuramentum de facto alieno fieri nō poteſt, niſi iuxta ſupradicta ex Suar. *lib. præc.* & tradita à nobis *de matrim. l.1*, vt etiam poſt Suar. notat Caſtrop, *diſ.2. p.7. à num.1.* & per conſequens non obliget, ſi fiat de re impoſſibili, vt ait idem Suar. *n.1.* cui addo non eſſe idem, quando materia eſt valde difficilis; nam obligat, ex Sanch. *l.3.c.9.num.11.*

QVÆRES I.

An iuramentum de re honeſta ita obliget: vt non poſſit homo dimittere actū iuramēto firmatum, & facere alium meliorem.

1 CAſus propoſitus ſolum eſt, quando quis iurat v.g. ducere Bertā in vxorem, vel alium actum virtutis, qui ſcilicet ex vi ſui obiecti honeſte fieri poteſt, & quærimus an iurans poſſit, non obſtante iuramento, abſque vlla relaxatione, alia opera exequi, quæ ex ſua libera voluntate pendent, v.g. Religionem ingredi, vel cælibatum eligere, quæ ſunt meliora bona actibus iuratis, & non poſſunt ſtare ſimul cum illis; ſi enim iuras matrimonium iuratum, non potes eſſe religioſus; nam ſi bonum opus, quod iuratur non impedit aliud melius; certum eſt quod iuramentum de eo obligat, cū tunc ſit de bono meliori, quia nil habet melius, quod ei repugnet, & ſic de eo nō tractamus, nec etiā agimus hic quando eſſet opus præceptum v.g. recitatio horarum, & relinqueretur, ad implendum iuramentum de audienda Miſſa die non feſto; quia Miſſæ auditio in his circumſtantijs non eſt bona, & ſic non debet audiri cum omiſſione officij ex præcepto debiti, hoc poſito ex Suar. *c.12. à nu.1. ad 10. de iur.*

Ad quæſtionem.

2 DIco 1. iurans Deo aliquid facere, ſi per hoc impeditur à meliori bono exequendo, non quia nō poſſet vtrumque facere, ſed quia vel vnum, vel alterum vult exequi, poteſt omittere actum iuratum, & alium facere meliorem: ratio eſt, quia iuramentum confirmans promiſſionem factā Deo debet regulari ſicuti votum: ergo ſicuti votum dum impedit maius bonum, non obligat, nec cenſetur à Deo acceptari, neque obligat iuramentum; nam iuramentum ſequitur naturam contractus, cui adijcitur ex *c. quemadmodum de iure iur.*

3 Immo dato quod votū poſſit propria auctoritate commutari in omnino æquale, poterit etiam ſi ſit iuratū, quia iam ſatisfit Deo, qui cenſetur tale votum acceptare, quamuis melius quis dicat non eſſe paritatem, poſita enim rei equalitate cenſetur Deus nō acceptare talem commutationē: ſed de his infra *trac. ſeq.* hæc ex Suarij ſententia *d.c.12. à num.11. ad 14.* eſt ſane, vt ipſe ait, communis, & ſeq. Sanchez *l.3.c.9.*

Digitized by Google

l.3.c.9.num. 11.plures referens Bonac. *q.2.diſ.4.q.1.pun.4.num.*1.*&* 2.Leſſ.*l.2.cd.42.nu.*20.Caſtrop.*diſ.2.p.4.hic.nu.4.*

4 Et idem dicas ſi cadat ſupra ſimplicem aſſertionem de faciendo opere honeſto intuitu Dei, vt etiam cum Suario *num.*18.notat Sanch.*l.cit.n.*12. vel etiam ſi tantum fiat iuramentum abſolute, & abſque vlla relatione ad Deum,vt bene citati DD. tradunt.

5 Dico 2. ſi iuramentum confirmat promiſſionem factam homini, quando poteſt honeſte impleri,ita obligat, vt non poſſit à iurante commutari in melius inuito promiſſario: ratio eſt, quia promiſſio facta homini,ita obligat, vt non poſſit mutari intuitu rei melioris, vt ſi promiſi tibi decem aureos,nõ poſſum dare illos in eleemoſynam,quia promiſſio hæc fit directe incommodum illius,cui promittitur: ergo iuramentum ſupra talē promiſſionem obligat, non obſtante quod velis facere rem in ſe meliorem, quia iuramentum ſortitur naturā contractus,cui adijcitur.

6 Excipe tamen quando promiſſio iurata impediret bonũ aliquod ſpectans ad perfectionem iurantis v. g. ingreſſum Religionis, quia ſemper hæc conditio in iuramento intelligitur,ne perſona iurans reddatur inhabilis ad ſui perfectionem.ita Suar.*d. cap.* 12. *à nu.*14.*ad* 17.cum quo *tr. ſeq.* dicemus an Cælibatus, vel Clericatus ſub ſtatu perfectionis includātur, & ſequuntur cit.DD.quibus adde Rebell.*de iuſ.p.2. l.*1.*q.*9.*n.*4.Molinam *t.*1.*de iuſ.diſ.*149. interim videre,ſi placet,me ipſum *l.*1. *de matr.diſ.*46. *&* 47.vide etiam infra *diſ.*14.*num.*30.

7 Quod etiam verum eſt, quamuis iuramentum non caderet ſupra promiſſionem factam homini:ſed ſupra meram aſſertionem; nam licet tunc proprie iuramentum non confirmet pactum,vel promiſſionem;ſit tamen intuitu proximi,& in eius commodũ, vnde non poteſt interpretari, quod Deus ſit contentus commutatione in melius, quia is tantum adducitur vt teſtis aſſertionis, & non eſt is, cui fit iuramentum.ita Suar.*d.c.* 12. *à nu.*18. *ad* 24.ſequitur Sanch.*l.3.c.* 9. *num.* 20. Fagund.*hic cap.32.l.2.nu.*12. vbi *n.* 13. bene addit poſſe tunc illum remittere obligationem,*&* *n.*16.ait poſſe Puellam,cui promiſſa ſunt centum in dotem intuitu patris, remittere hāc iuramenti obligationem, quod non cedit in Patris præiudicium.

8 Id eſt aduertendum, quod Suarius *nu.*24.notat, nempe ſi iuretur aliquid in gratiam ipſius iurantis, nõ per hoc poſſe ab ipſo iurante ad libitum commutari:ſed obligare inſtar voti.

Sed mihi non probatur, ſalua tanti Doctoris pace, puto itaq; quod ſi detur caſus, quo quis iurat facturum ſe aliquid tantum in ſui gratiam, poteſt illud ad libitum commutare,vel omnino obligationem ſibi remittere,cur enim debet eſſe peioris conditionis, quam alius tertius, qui poteſt remittere obligationem ſibi factam cũ iuramento, & iurans non mutuare in gratiam ſui, poteſt mutuare cedendo ſuo commodo, vt ex Suar. dicemus *diſ.*16.*num.*31.ergo &c.

Nec ex eo,quod iuramentum ſit efficax ad confirmandam veritatem, non poteſt remitti,vt ait Suarius;nam etiam quando in gratiam tertij præſtatur, ponitur ad veritatē confirmādam, & tamen ipſe cõcedit cum omnibus, quod poſſit à tertio remitti.

Nec eſſet illicitum ſic iurare, vt infert Suarius,quia ſicut non eſt illicitũ propter bonum actum,non obſtante quod poſſit mutari à proponente; ita etiam non eſt illicitum firmare illud iuramento,non obſtante quod poſſit mutari, cum ſit factum in ſuam vtilitatem, vt ſuppono. ſaluo ſemper &c.

*Obiectionibus ſatisfit,& exponitur cap. commiſſum de ſponſ.& cap.vnic.d.*85.

9 EX dictis patet nos non negaſſe in prima Concluſione, quod iuramentum ſit ſeruādum quoties poteſt ſine peccato impleri:ſed tantum dicimus poſſe eſſe diuerſitatem implēdi in propria ſpecie, vel in alia meliori; nam

Digitized by Google

nam promiſſum non infringit, qui in melius illud commutat *de Reg.iur.* conſiderando reſpectum ad Deum.

10 Et multo minus dicimus non omnem actum virtuoſum eſſe materiam iuramenti; nam licet nō ſemper obliget iuramentum de actu virtuoſo, falſum tamen eſt dicere, quod non obliget, nec poſſumus comparare materiam voti, & iuramenti in omnibus; nam materia iuramenti poſſunt eſſe ſponſalia ſecundum ſe ſpectata, quæ vt ſic non poſſunt eſſe materia voti, vt late diximus cum de matrimonio.

11 Dices *cap. commiſſum de ſponſalibus* dicitur, quod ille, qui iurauit ſponſalia, & poſtea velit Religionem ingredi, tutius faciet, ſi cōtrahat matrimonium, ſeruando religionem iuramenti, & poſtea ante copulam ingrediatur Religionem: ergo iuramentū obligat, nō obſtante quod melius bonum impediatur.

Reſp. Pontificem dicere tutius eſſe monere ſponſam de ſua voluntate ingrediendi Religionem, & ſi ea remittat iuramentum, tunc liber erit, & poterit ante cōtracta ſponſalia Religionem ingredi: ſi vero nolit iuramentū relaxare, poterit cōtrahere matrimonium, & poſtea ingredi Religionem, quia ſponſa nullam habet apparentē cauſam querelæ, quod fuerit decepta. Dicitur autem melius eſſe, quia etiam inſcia ſponſa poteſt abſq; peccato ingredi religionem, ſicuti poſſet, ſi promiſerit abſq; iuramento, vt bene Suar, *num.*9. & late dixi *diſ.*42. *lib.*1. *de matr*,

12 Et ſicuti poteſt contrahere matrimonium cum propoſito non conſumandi, quia nec iuramento, nec ſponſæ, nec ipſi matrimonio fit iniuria, cū Eccleſia hoc ius concedat; licet talis modus implendi iuramentum conſulendus non eſſet, quia videtur quædam illuſio ſponſæ, iuxta Suar. *num.*8. ſed eſſe peccatum mort. cenſui cum Sanch. *lib.*1. *de matr. diſp.*43.

Hoc autem quod à Pontifice dicitur eſſe tutius, poteſt ſpectatis circūſtantijs eſſe obligatio, quando ad ſponſæ honorem pertineret, vt matrimonium prius contrahatur. Contra vero poteſt nullo modo eſſe obligatio, nec ſeruandum, quando ex admonitione ingreſſus Religionis impediretur; ita exponit hunc textum Suarius *cap.*13. *num.*10. quem ſequitur Caſtrop. *diſ.*2. *pun.*4. *n.*11. & eſt ingenioſa expoſitio.

13 Sed mihi placuit expoſitio Sanch. *l.*1. *diſ.*43. & nunc etiam placet, quam refert Suarius *nu.* 5. & vocat probabilem, & meliorem ijs, quas aliqui tradunt, (nempe eſſe melius, at non in præcepto contrahere prius matrimoniū, vel eſſe ſecurius iuxta vulgi opinionem, & non in conſcientia) placet inquam hæc, nimirum Pontificē loqui iuxta interrogationem factam; nā qui iurauit ſponſalia, non videtur certo deliberaſſe ingreſſum Religionis, & ex alia parte inſtabat tempus contrahendi ſponſalia. Dicit ergo Pontifex tutius eſt contrahere, ne tempus elabatur, & poſtea poterit, ſi velit ingredi Religionem.

Nec huic expoſitioni obſtant Suarij argumenta; nam quæ ſupponimus in ea, ex ipſo textu deducuntur: quæ vero Suarius ſupponit ingenioſè excogitat. Nec vrget ſecundū argumentū Suarij, quod ſi tempus fuerit elapſum ad contrahendum deſtinatum, Pontifex debebat dicere, omnino eſſe neceſſarium contrahere; nam tempus non erat elapſum; at quia inſtabat, dicit eſſe tutius contrahere, quia habet maius tempus ſerio deliberandi, ita etiam Innoc. Andr. Anchar. Abb. Prep. ibi Couarr. 4. *decret.* 1. *p. c.* 7. Ant. Cucus *lib.* 5. *inſt. maior. tit.* 10. *n.* 57. & nouiſſime Pontius *lib.* 12. *de matr. c.* 10. *nu.* 12.

14 Nec contra 2. concl. obſtat *cap. vn. d.* 85. nam ibi tātum præcipitur inquiri, an verum fuerit, quod Archidiaconus Florētinus, antequam fuerit electus ad Epiſcopatum iurauerit, numquā Epiſcopatū acceptare; forte quia nō erat neceſſaria acceptatio Epiſcopatus in illo Archidiacono, & ſic Gregorius volebat eum repellere, vt iuramentum maneret illæſum. ex Caet. 2. 2. *q.* 84. *art.* 7. & Romano ſingulari 5.

nam

Digitized by Google

nam de reliquo non poteſt dici, quod inquirebat ad illũ puniendũ propter graue crimen, cum nũllũ ſit peccatũ iurare, non acceptare Epiſcopatum; niſi neceſſitas charitatis vel obedientiæ vrgeret. Nec præſumi debet, quod ille iurauerit cum peccato, nempe in omni caſu nõ acceptare ex Turrecr. ibi. Hæc Suar. *d.c.13. à n.13. ad 16.*

15 Nec obſtat 2. Regula, *quod non frãgit fidem, qui in melius commutat*, nam hoc non intelligitur reſpectu hominis, quia ad æquitatem inter homines pertinet, alium non lædere. Et ſic patet quod in iuramento promiſſorio illa obſeruantia iuramenti ſpectãs ad Dei honorem habetur, implendo iuramentum, etiam ſi ſit minus bonũ promiſſum proximo, & non haberetur ſi fieret contra voluntatem proximi maius bonum. Videte Suarium *c.13. à nu.16.* quem ſequitur Caſtrop. *pte.6. diſ.2.* Sanch. *l.9. n.19. c.3.* vide me ipſum *lib.1. de matr. diſp.46.* & ſeq. vbi multa habes de iuramẽto ducẽdi aliquẽ in vxorẽ, quæ nolo hic repetere.

QVÆRES II.

An iuramentum de re, quæ non poteſt ſine peccato ſaltem veniali fieri, obliget iurantem.

16 RESp. negat. ratio eſt quia iuramẽtum non fuit inſtitutum, vt eſſet vinculum iniquitatis *cap. quanto de iure iuran.* & iura dicunt, non eſſe iuramenta ſeruanda, quæ vergunt in diſpendium ſalutis æternæ. *cap. cum contingat de iure iuran.* ſed non ſolum pecc. mort. ſed etiam veniale remote, & diſpoſitiuè eſt huiuſmodi; ergo. Nec iuramentum ſuperadditum poteſt facere, vt id quod in ſe eſt peccatum, poſſit deſinere eſſe tale; hoc enim eſt proprium præcepti diuini, quod mutando materiam, & obiectum actus facit, vt id quod erat peccatum ex vi præcepti naturalis; non ſit. v. g. eſt peccatũ occidere filium, poſito autem diuino præcepto, vt fuit datum Abrahæ non eſt malum.

eſt communis, & certa ſententia præter Suar. *lib. 2. cap. 14. & 15.* videri poſſunt citati DD. & quæ dixi *de matrim. lib.1. diſ.32.*

17 Hinc infertur iuramentum de facienda re indifferente niſi ordinetur ad aliquam proximi vtilitatem (tunc enim eſt actus virtutis, & ſic obligat) non inducere obligationem; tum quia probabilius eſt, quod actus in indiuiduo ſi non eſt bonus, eſt malus, & hoc ſatis eſt ad dicendum, quod non obliget; quia non eſt vinculum obligans ad ſequendam viam incertam; tum quia etiam ſi non ſit malus, adhuc iuramentum non obligat eo ipſo, quod actus non eſt bonus, nec ex vi iuramenti tenetur iurans actum illum reducere ad honeſtatem. ita cum Suar. *cap. 16.* Vaſqu. *opuſc. de de teſtam. cap.3. dub.3. num.38.* Pontius *l.12. de matrim. cap.8. num.28.* at quod obliget ſi materia indifferẽs promittatur homini, tenet Leſſius *l.2. cap.42. nu.20.* Sanch. *l.3. c.9. n.19.* & alij.

Obiectiones contra dicta ſoluuntur.

18 OBijcies 1. iurans aliquid quod eſt mortale, tenetur habere intentionem implendi: ergo etiam tenetur exequi, quia ſicuti in iuramento, vt eſt aſſertorium, oritur illa obligatio habendi intentionem faciendi illum prauum actum, ita in iuramento, vt promiſſorium eſt, oritur talis obligatio.

Reſp. negat. antec. & dato quod ex ſuppoſitione prauæ voluntatis teneatur quis habere animum implendi, ne ſit periurus ad hoc vt eligat minus malum: at numquam tenetur, aut poteſt quis malum efficere, quia nũquam poteſt eſſe minus malum, facere opus peccaminoſum, quam iuramentum non ſeruare. ſed eſſet vnicum malũ; cum Deus numquã ſua authoritate obligauerit ſe ad illud implendum, & ſic non eſt facere Deum teſtem falſum, ſicuti eſſet in iuramento prout eſt aſſertorium, in quo falſitas eſt maxime formalis, &

Digitized by Google

intrinſeca. Verum autem eſt anteced. in iuramento de re mala venialiter, in quo debet iurans habere animum illam faciendi, alias erit periurus; licet ob rationem dictam non tenetur promiſſum implere.

19 Obijcies 2. *leuit.* 5. dicitur. *anima quæ iurauerit, vt vel male quid faceret, vel bene, & id ipſum iuramento, & ſermone firmauerit oblitaque poſtea intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiam pro peccato:* ergo peccatum eſt nō implere iuramentum de malo faciendo.

Reſp. negando conſeq. nam ibi loquitur de eo, qui iurauit facere malum pœnæ ſibi, vel alteri ob honeſtam correctionem ex Oleaſtro ibi, vel probabilius; ibi ſenſus eſt, quod tam qui peccauerit iurando malū facere, agat pænitentiam, quam qui peccauit iurando facere bonum, & non fecit iuxta Abulen. ibi *q.* 4. hanc etiam ſeq. Fagundez *c.* 14. *l.* 2. *hic.*

20 Obijcies locum leuit *cap. vlt.* vbi filij Iſrael iurantes non dare filias ſuas vxores filijs Beniamin, obſeruarunt iuramentum illud cōtra charitatem.

Reſp. potuiſſe tunc ex errore putare ſe teneri, ſupponendo quod non iurauerint animo extinguendi tribum, & poſtea potuerūt inuenire remediū, quo poſſent ſubuenire neceſſitati; licet Abul. *qu.* 6. putet grauiter eos peccaſſe illo iuramento. Suarij expoſitionem ſeq. Fagundez ſupra.

21 Similiter locus *Eſdræ* 1. nil probat. nam iuramētū illud proijciendi vxores alienigenas vna cum filijs fuit de re licita. ex Aug. *l.* 1. *de adulter. coniug. cap.* 18. vel quia non poterant habitare cum illis ſine iniuria creatoris, & ſic eas cum filijs, quibus de alimentis prouiſum fuit, dimiſerunt; vel quia fuerunt concubinę. ex Gratian. 28. *q.* 8. hæc Suar. *cap.* 14. *à nu.* 4. *& cap.* 15. *n.* 4. & Fagundez ſupra.

22 Obijcies 4. *cap. quidam de iure iuran.* vbi dicitur, quod iurantes non loqui cum patre, & matre, nec illis ſubuenire *ſunt abſoluendi ab illius obſeruantia iuramenti:* ergo contraxerunt obligationem ex iuramento, quod non poteſt impleri ſine peccato mortali, & vt plurimum ſine veniali; nam non placet intellectus Felin. & Innoc. qui dicunt abſoluendos eſſe, quia iuramentū illud poterat ſine peccato fieri; nec quod Couarruuias dicit eſſe abſoluendos à culpa quod iurauerint, quia textus dicit *ab obſeruant. iuram.*

Reſp. ibi intelligi *declara eſſe abſolutos, ſeu liberos ab obligatione iuramentum ſeruandi*; quam ſignificationem ſolet in iure habere verbum *abſolua. cap, audiuimus* 24. *q.* 1. ibi *te excommunicare non potuit, & te tuoſque abſoluendo mandamus, non curari.* id eſt declarando liberos, & non ligatos excommunicatione. Suarium *cap.* 15. *num.* 8. ſequuntur Caſtrop. *diſp.* 2. *pun.* 6. *n. vlt.* Sanch. *l.* 3. *c.* 9. *nu.* 13. Fagund. *loc. cit.*

23 Denique Chriſoſtomus *hom.* 14. *ad Populum* vbi ſignificat ſēper eſſe peccatum impedire iuramenti executionem, loquitur exaggerando incommoda, & pericula, quæ ſunt in facilitate nimia iurandi, vnde vel iuramēta debite facta non implentur, vel ſi fiunt malè, periuria cēſentur. ita Suarius *num.* 10. *d. c.* 15. *lib.* 2.

DISPVTATIO VII.

Explicatur vtrum iuramenta de omittendo aliquō actu ex dictis diſputatione præc. obligent.

QVÆRES I.

An iuramentum de vitando peccato, vel aliqua actione, quæ ſit cauſa illius, vt non ingrediendi talem domum, vel non conuerſandi cum illo, obliget.

1 Reſp. affirm. cum hac tamen differentia, quod iuramentum factum immediate de vitādo peccato, obliget ſemper, quia materia circa quam ſit, ſemper habet eamdem honeſtatem; at cum ſit de actu, qui ſolet eſſe occaſio peccati, tantum obligat, quātū durat talis occaſio, ſi enim mutētur circūſtātiæ, & illa domus nō habeat

beat talem occaſionem, & amicus non ſit amplius peccati occaſio, iuramentum ceſſat; quia tales caſus non fuerunt in iuramento comprehenſi. ſic Suar. *lib. 2. de iuram. c. 17. n.* 1. ſequitur Bonac. *t. 2. diſp. 4. q. 1. pun. 4. num. 2.* Reginald. *l. 18. nu. 46.* & alij paſſim.

2 Addo Suario quod ſi ceſſante prima occaſione peccandi ab ea domo, alia ſuperueniat, non tenet prius iuramentum. v.g. diſceſſit amaſia, ob cuius occaſionem vitādam iuraſti, iam non teneris iuramento, vt ait Suar. & alij. Addo etiam ſi alia fœmina veniat, quæ ſit peccati occaſio, adhuc nō teneris, quia hic caſus non fuit comprehenſus, niſi expreſſe intenderis id, vt ſi ea domus ſolita ſit habitari ab his perſonis malæ conditionis; & tu expertus ſæpius peccare ibi, nūquam hanc domum ingrediaris, quia iam virtute comprehendis non ſolum præſentē occaſionē, ſed futuram, ſaluo &c.

3 Imò addo, quod ſi iuraueris non ingredi ſtatus domū, motus ex eo, quod eſt occaſio ibi fornicandi, ſi mutentur circumſtantiæ, & ſit tantum occaſio blaſphemandi v.g. nō teneris ex vi iuramenti ob dictam rationem.

4 Idem etiam eſt ſi iuraſti non habere familiaritatem, vel non colloqui cum hac perſona, quæ fuit tibi occaſio fornicandi, ſi eius mores mutētur ſed ſit occaſio alterius peccati, non teneris ex vi iuramenti, ſicuti enim iurans non fornicari cum hac, non tenetur ex vi iuramenti ad abſtinendum ab alio peccato cum ea cōmittendo v.g. murmurationis ſic iurans vitare occaſionem fornicationis, non tenetur aliam vitare, & contra; nec refert, quod iurans dixerit, nolo cū hac amplius conuerſari; nam intelligitur ex illa occaſione, vt etiam citati DD. neceſſe eſt concedant, alias non bene dicerent, quod mutatis moribus, & circumſtantijs non teneatur; nam iuramentum fuit abſolutum: ſicuti ergo limitatur, quando eſt occaſio peccandi, quia iurantis intentio talis fuit; ita etiam limitari debet ad talem occaſionem peccandi, quia præſumitur iurantis intentio fuiſſe iuxta occurrentem occaſionem, niſi de contraria cōſtet expreſſe. ſaluo &c.

Quid autem dicendum ſit quando quis iuraret nunquam peccare, habes *tract. ſeq.* de voto *lib. 2.*

QVÆRES II.

An iuramentum de non faciendo actu indifferenti v.g. non egrediendi domum non ſcribendi &c. obliget.

5 RESP. tunc tantum obligare, quando omiſſio talis actus pertinet ad aliquam honeſtatē: ratio eſt, quia niſi materia habeat aliquam honeſtatem, ſupra quam, ex dictis, cadit iuramentum, eſt vana, & ſic incapax obligationis iuramenti, non enim cenſendus eſt Deus ſuam auctoritatem præſtare rei vanæ, & veluti ſuperſtitioſæ v.g. in exemplo poſito non ſcribendi, vel non ſuendi, quando nec iuuant ad virtutem, nec illam impediunt, ſi fiat. ita Suar. *d. c. 17. à num. 3. ad 7.* & ſupponit eſt & DD. in caſibus, quos ponunt.

6 Ad hoc etiam reducitur iuramentum de non faciendo aliquo actu bono ſupererogationis, vt non ingrediendi Regionem, non dandi eleemoſynā, non audiendi ſacrum die non feſto; nam hæc omiſſio directe intenta nullam poteſt debere rationem honeſtatis, ſi enim indirecte iuretur, quia v.g. ne filius ſit pauper, iures eleemoſynā non facere, tunc obligat iuramentum ad non faciendum, niſi eleemoſynam moderatam, vt bene Suar. *c. 17. à nu. 7.* cui addo D. Thom. *22. q. 89. ar. 7. ad 2.* Nauar. *ſum. 12. num. 16.* Guttier. *de iur. 1. p. c. 12. à nu.* Barb. *l. Alia 15. nu. 28. & 29. ff. ſol. matrim. ſ. eleganter.* Sayr. *Clau. Reg. l. 5. c. 8. nu. 15.* Sanch. *l. 3. c. 9. nu.* 13. Bonac. *diſ. 4. t. 2. q. 1. pun. 4. n. 3.* & alios.

7 Addo iuxta mentem Suarij teneri iurantem non audire Miſſam etiam die feſto, quando præſtitiſſet homini, illud exigenti, ne è domo egrediatur ad graues diſcordias vitādas, vel quia v.g. eſt eius cōplex delicti, & timet ne ſi capiatur principalis detrudatur in carce-

carcerem &c. vel ſi iures ſorori, aut parentibus non ingreſſurum Religionem, caſu quo teneris eis ſubuenire in ſæculo, quia militat ratio dicta Suarij, ſaluo &c.

Quid autem dicendum ſit de iuramentis, quæ præſtantur in ſeminarijs &c. dicam infra.

Explicantur varij caſus, in quibus iuramentum de re indifferenti obliget, nec ne?

8 HInc infertur 1. obligare iuramẽtũ abſtinendi aliquo die ab opere ſeruili, vt Deo vacet, vel non egrediendi domo, vel non exercendi mercaturam, aut talem artem, quãdo ex ea magna diſtractio oriatur, vnde auerteretur à re ſpirituali, ita Suar. *num. 2. d. cap. 17.*

9 Sed hæc Suarij dicta accipienda ſunt, quando ex circumſtantijs appareret tali animo fuiſſe iuramentum præſtitum, ſi enim quis ex aliqua ira iuret nõ egredi domum, vel quia nauis eſt emiſſa, non exercere mercaturam &c. certe iuramentum erit de re prorſus indifferente, & non obligabit, & poterit accidere, vt obligetur ad contrarium, vt ſi manendo domi, habeat occaſionem peccandi, vel nõ exercendo illam artẽ furandi, & ideo caute Suarius addidit, *niſi ex circumſtantia perſonæ, & ſtatu eius contingat tale iuramentũ iudicari prudenter contra bonos mores eius.*

10 Infertur 2. iuramentum non comedendi donec maritus veniat deforis, vel à talibus cibis abſtinendi, nõ ſemper obligabit, ſi enim fiat ad concordiam ſeruandam, & amorẽ coniugalem oſtendendum obligat, ſi vero ex quadam rixa, quia ille nimium moratur, vel quia forte cibi plurimi valuerunt, vel euenit per accidens periculum vitæ, vt ſi ſpina piſcium gutturi adhæſerit, vt plurimum non tenẽt hæc iuramenta, quia non ordinãtur ad aliquam honeſtatem; bene tamen tenent, quando reducerentur ad aliquem finem bonum, v. g. vt maritus corrigatur. hæc infero ex *Suar. nu. 3.* & ex his, quæ infra dicemus, patebũt.

An & quomodo obliget iuramentum de non ludendo.

11 INfertur 3. quod iuramentum non ludendi obligat, nam abſtinentia à ludo eſt valde vtilis, ad vitanda varia pericula, ita Suar. *d. num. 3.*

Cui addo hoc non ſolum intelligi de ludo immoderato, ſed etiam de moderato, vt dixi *lib. 1. de matrim.* [illegible] & clare de hoc ſentit Suar. [illegible] illum eſſe indifferentem dicit, [illegible] ludus immoderatus participat aliquam malitiam. Immò non ſolum valet iuramentum de non ludendo aleis, vel ſimilibus licitis, ſed etiam iuramentum de non ludendo verbis, dicendo aliqua verba lepida &c. nam licet ſit actus virtutis Eutrapeliæ hæc dicere, tamen abſtinentia ab his actibus eſt melior, & ſic votum obligat, vt Paludanus docet *4. d. 38. q. 1. n. 22.* & idem eſt iurare de non conuerſando cum amicis politice, vt Caſtrop. docet *d. 2. pun. 2. num. 5.*

Quid ſi quis iurat abſolute non ludere?

12 REſp. tunc ex circumſtantijs, & fine videndum eſt, de quo ludo intelligitur; nam ſi finis fuit priuare ſe illa delectatione, obligat etiam à quouis ludo, etiam modicæ quantitatis, & licito; ſi vero fuit vitare rixas, & blaſphemias, quæ in ludo accidũt, vel diſpendium rei familiaris, tunc non obligat ad abſtinendum à ludo modicæ quantitatis, vel pro paruo tempore, aut à ludo latrunculorum, vel alio ſimili, quia non ſolent illa incommoda ex hoc ludo oriri. Si vero, quis expertus, quod incipiens animo parum ludendi, vel in modica quantitate, progreditur vlterius, vel ſpe recuperandæ pecuniæ amiſſæ, vel alio fine, & iuret non ludere, intelligitur de quocumque ludo. ita Sanch. *lib. 3. c. 18. n. 3.* Caſtrop. *d. pu. 7. n. 4.*

13 Vbi bene aduertit talem intentionem

nem

nem nõ ludendi ob mortificationem non præſumi regulariter, niſi clare conſtet de intentione, vel adde niſi perſona ſit talis, quę ad perfectionem tendat, vt ſi ſit religioſus, vel laicus valde virtuoſus; de hoc enim non eſt præſumendum, quod iurauerit ad mortale vitãdum; ſed potius ob mortificationem.

14 Notat etiam, & optime Sanch. *n. 71* tunc poſſe ludere per alium, dando illi pecuniam, vt ſuo nomine ludat, etiam ſi aſpiciat luderem, & tempus, & pecuniam conſumet; nam re vera materia promiſſa non fuit nõ ludere per ſe; niſi conſtet de voluntate non ludendi per alium, & ſeq. Caſtrop. *n. 5.* *l. c.* Fagund. *l. 2. c. 26.* *hic* contra Salzedum *ad pract. Bernardi Diaz*, Bonac. *diſ. 4. p. 16. qu. 1. num. 5.* putantem eſſe periurium.

15 Poterit etiam hic non obſtante iuramento non ludendi, ſponſionem augere, vulgo *atrauer/ar*, vt Sanch. & Fagundez docent.

6 Contra verò non poterit ludere nomine alieno ex alterius pecunia, ſi finis fuit non ludendi, ne tempus tereret, vel ne ſero ad domum rediret, cum occaſione rixarum vxoris &c. vel vitandi rixas in ludo, vel blaſphemias; eſto enim quod quãdo pecunia eſt alterius non ita mouetur animus, vt docet Sanch. & Caſtrop. *l. cit.* at vt plurimum eſt idem periculũ ob ludi ipſius naturam, quæ animum trahit, & ſic potius (ſalua Sanchez pace) diceremus communiter eſſe peccatum, niſi iurans expertus ſit oppoſitum, quando ludit pecunia alterius. poterit autem ludere ſi finis fuit non dilapidandi bona, ſicut poteſt, quãdo eſt in dubio an iurando non ludere, habuerit animum non ludere pecunia alterius; quia damna, quæ iurantes nõ ludere intendunt euitare, non oriuntur ex hoc ludo. ita Sanch. *l. 3. cap. 18. n. 6. fine* & ſeq. Caſtrop. *d. p. 7. n. 6.*

7 Sed licet hæc doctrina ſit probabilis; mihi tamen probabilius eſt poſſe ludere pecunia aliena, qui iurauit nõ ludere, etiam ſi pro fine habuerit vitãdi rixas ob id, quod ſero veniat domum, vel vitandi malum exemplum &c. quando hic non eſt ſolitus ludere pecunia aliena, & nomine alterius: ratio eſt quia, vt ipſemet Sanchez, & Caſtropalaus dicunt non obſtante, quod in eodem caſu ſit finis iuramẽtis, niſi res geſta, ſeu id, quod iuratur vitandum, contineatur, ſub materia promiſſa vere, & proprie iuramẽtum non obligat; ſed in caſu poſito ſaltem ex intẽtione iurantis (quæ in hac materia ſpectanda eſt) ludus ille non comprehenditur ſub iuramento non ludendi, niſi exprimatur, cum homo non attendat ad ea, quæ numquam accidunt; contra vero ſi hic eſſet ſolitus ludere pro alijs, in eo iuramento etiam talis ludus includeretur ſaluo &c.

18 Infertur 4. bene me dixiſſe his diebus præteritis cuidam equiti amiciſſimo, qui iurauit numquam ludere, niſi caſu, quo eſſet ſibi dedecus apud cæteros ſi non luderet; & poſtea cum incepiſſet ludere recreationis gratia, & vicit aliquam ſummam, non receſſit à ludo, ne videretur vilis &c. Reſpondi inquam hunc non feciſſe contra votum, non cum incepit ludere pro modico tẽpore, & pecunia; quia de hoc non fecit votum; nec dum proſequutus eſt, quia iam excepit caſum, quo eſſet ſibi aliquod dedecus. Et idem dicerem non teneri iuramẽto, ſi inuitaretur à magno Principe.

19 Vnum tamen aduerti, quod hic tenetur voto, quando poteſt aliqua occaſione vitare illam notam, quod facile accidet inter amicos ordinarios, præſertim ſi hic aliquam cauſam apparentem poſſit prætendere.

20 Infero 5. iuramentum non ludendi hoc genere ludi *v. g.* al Pichetto, ſi non ordinetur ad aliquem finem bonum; vel in hac domo, vel cum hac perſona, ſi proferatur abſolute, non obligat, & multo minꝰ ſi id fiat, quia hæc domus eſt infauſta, vel quia hic ludit bene, vel cum aliqua induſtria, & eſt fortunatus: ratio eſt, quia non ordinatur ad aliquem bonum finem,

ce-

cedentẽ in Dei honorem; immò potius in exemplis poſterioribus eſt vanitas, & ſuperſtitio, nec ſufficit poſſe hæc iuramenta ad bonum finem ordinari, niſi à iurãte fiant ex intentione bona. Contra verò eſſet validum, & obligaret ſi ideò iures hæc, quia ſunt aliqua occaſio rixarum vel dilapidandi bona; tunc autem licet non poſſis cum hac determinata perſona ludere, ſeorſum tamen cum alijs poteſt ita vt non correſpondeat ludus cum illa perſona, *vbe non ſi rixæ conceſſ.* ita ex Gaiet. 2.2. *qu.* 88. *ar.* 2. Man: *to.2.ſum.c.*94. *n.*6. Sanch. *l.* 3. *cu.* 8. *à n.* 9. *ad* 14. Caſtrop. *ubi proxi. nu.* 7. Bene tamen aduertunt cit. DD. quod iuramẽtum abſolute factum de non ludendo chartis obligat, quia ſemper eſt vitatio alicuius damni.

21 Infero iuramentum de nõ ludendo præſtitũ ingratiam hominis obligare, quoties poteſt ſeruari ſine peccato, quamuis in iurando fuerit cõmiſſum peccatum, quod intellige, quando fuit ab eo acceptatum; nam ante acceptationem iuxta Sanchez ſupra poteſt reuocari, ſicuti promiſſio non accepta.

Qualis autem culpa ſit hæc iuramenta frangere, dicemus generaliter *lib.* 3. vbi etiã an ſit culpa ea omittere.

Quæ ſit materia grauis in ludo.

22 TAntum nota quod grauitas in fractione iuramenti attendẽda eſt ex fine iurantis, vt ſi iuraſti, ne tempus tereres, etiam ſi centum ludas modico tempore, non eſt peccatum mortale; contra ſi iuraſti ne bona dilapidares, ſi ludas paruo tempore pecuniæ ſummam, quæ attenta perſonæ qualitate eſſet grauis, peccares mortaliter, vt bene Caſtrop. *diſp.* 2. *pun.* 7. *num.* 6. Fagundez *d. cap.* 26. Sanchez. *l.* 3. *cap.* 18. *num.* 3. at tantum Caſtrop. dum explicat quæ quantitas ſit grauis, ait. *Equiti diuiti, & nobiliſſimo modica quãtitas cenſeri debet, quod vno, vel altero die tria, vel quatuor ſcuta aurea ludendo inſumat, qua ſi operario inſumeret, grauem quantitatem conſumpſiſſe cenſendus eſt.*

23 Cæterum præciſã regulam aſſignare difficile eſt, potius enim arbitrio prudẽtis eſt diiudicandum; probabile tamen puto ſummam notabilem, quæ ſi ludo exponatur, faciet peccatum contra votum non ludendi ob finem non dilapidandi bona, eſſe illam, quæ ſuperet ſummam, quam quilibet vno die habet, vel ex ſuis redditibus, vel ex ſuo officio, aut opere. Vnde Princeps qui iurat non ludere, ne bona diſſipet, ſi exponat ludo triginta aureos, ſi correſpõdent illi diei ex ſuis redditibus, non erit mortale, intelligendo computationem faciendam eſſe de pecunia, quam effectiuè habet, & ita proportionaliter in Curialibus, & in fabris habentibus familiam, dicendum eſt, qui tantum victitant de ſuo labore. Bene verum eſt, quod debet dari aliqua quantitas, quæ reſpectu cuiuslibet perſonæ ſit magna, etiam ſi non perueniat ad ſũmam redditus quotidiani, vt ſi Princeps magnus exponat mille aureos: & aliqua, quæ reſpectu cuiuſcumq; ſit minima, vt ſi Pauper ludat duos tarenos, vt bene aduertit Sãch. *l.* 3. *c.* 18. *nu.* 6. *fine*. licet hæc exẽpla non ponat Trullench. *l.* 2. *c.* 1. *du.* 8. *n.* 2. *in decal.*

24 Quando autẽ ſumma non pertingit vnius diei emolumentum, quantitas magna erit ſi duabus, vel tribus vicibus medietatẽ emolumenti diurni plus minus exponat. hæc ſaltem iuuabunt ad alios excitandum, vt ſi quid melius ſenſerint, proferam.

Quod nam tempus dicatur longum, vt ſit contra votum non ludendi.

25 DE tempore autem quando æſtimandum ſit longum in ordine ad fractionem voti, nil reperio apud DD. tantum Caſtropalaus, ait quod ſi vltra duas horas inſumeres eſſet mortale, quod mihi rigidum videtur. ſcio id poſſe ſuaderi ex doctrina aliquorum volentium magnam interruptionem in officio eſſe duarum ho-

horarũ, & ſic ex hac doctrina poteſt cẽſeri magnum tempus duarum horarũ; at quia nec ea doctrina eſt certa, vt diximus in præc. tract. & ibi pecularis eſt ratio: ideo probabili' puto etiam quoad hoc habendam eſſe rationem perſonæ, ita vt tempus, quod reſpectu artificis, aut Curialis exiſtimaretur longũ, & ſufficeret ad mortale reſpectu cuius tres horæ ſufficerent, non ſufficiat reſpectu nobilis, vel ciuis, nullis impliciti negotijs. Et his poterit prudens Cõfeſſarius conijcecere quomodo fuerit mortale, vel veniale ludum ratione temporis.

26 Circa hæc aduerte, quod iurans nõ ludere in caſibus prædictis nõ ſolum peccat contra iuramentum, quando pecuniæ quantitatem ſufficientem perdit; ſed etiam ſi lucretur. nam Doctores citati dicunt, ſi exponat, qui autem vincit quantitatẽ notabilem, iam ex ſe illam etiam exponit, nec eſt in hoc difficultas. aliud autem dicendum eſt, ſi quis dicat iuro me non ludere ſupra decem tarenos v.g. tunc hic ſi perdat vndecim tarenos, facit contra votum, at nõ ſi vincat viginti, vel triginta &c. quia ſenſus illius locutionis *di non giuocarmi più di dieci tari* eſt ammittendo illos, & perdendo, & ſic niſi contrarium conſtet de intentione: eſt iudicandum.

Sed poteſt in hac re dubitari an ludens ſupra decẽ tarenos peccet mortaliter quando amiſſio exceſſus eſt modica; puta vnius tareni, & quidem poſſet alicui videri peccatum veniale ratione paruitatis materiæ: quia non debet computari tota ſumma vndecim tarenorum cũ perdendo decem, non faciat contra votum; ſed tantum perdendo exceſsũ, at exceſſus eſt modicus; nẽpe vnius, vel alterius tareni. Sed ſaluo meliori iudicio; niſi exceſſus ſit valde modicus, vt ſi ſit decem granorum ſiculorum (tunc enim non computatur) puto eſſe mortale ſi ſupra decem tarenos quis amittat vndecimũ; nam computatio debet fieri de tota ſumma; ſicuti qui faceret donationem ſupra 500. aureos indigeret inſinuatione, etiam ſi exceſſus eſſet aliquorum aureorum tantũ; & ſicuti hic pro foro externo poſſet puniri, ſi v.g. eſſet lex, vt qui ſupra decẽ aureos ludit, mittatur ad triremes, certum eſſet, quod ludens vndecim aureos mitteretur ad remigandum: & certe durum eſſet dicere, quod pro ludo vnius aurei puniatur adeo grauiter: ergo ſignum eſt, quod computatio non fit tantum in exceſſu; ſed etiam poſito exceſſu cum ſumma permiſſa: ſic ergo in caſu noſtro videtur dicendum.

Peter.

An iuramentum de non ludendo donec Pater velit, aut abſq; eius conſenſu, & beneplacito, aut donec veniat Romam &c. ſic per perpetuum.

27 IN hac re dixi cum Sanchez *lib. 8. diſp. 28. de matrim.* in primo caſu Patre mortuo ceſſare obligationem iuramenti, non autem eo facto amẽte, quia voluntas remanet, in 2. caſu iuramentum eſſe perpetuum ſi Pater moriatur antequam veniat Romam, vel hoc, aut illud faciat, quod etiã confirmat Gregorius Lopez *l. 43. ver. nole finca tit. 5. p. 5.* & Sanch. *l. 3. c. 18. nu. 14. &* 15. quem exſcribit Fagundez ſupra Trullench. *lib. 2. cap. 1. dub. 18. n. 7. in decal.*

28 Nũc addo probabile eſſe, & tutum non obligare, etiam eo amente facto, quia moraliter perinde eſt, ac ceſſarit volũtas eius, vt docet Bartolus. *l. centeſimis 46. §. ſi ita ſtipulatus nu. 12. ff. de verb. oblig.*

29 Immò probabilius puto ceſſare obligationem iuramenti, non ludẽdi donec Petrus v.g. redeat Panormum; nam quamuis gratia cõceſſa eo modo ſit perpetua; quia cum nõ habeat aliunde limitationẽ, nec reu vocetur, non eſt cur dicatur ceſſare: at in caſu iuramenti non ludendi, vel etiam alterius rei non faciendi, ea limitatio deſumitur, ex præſumpta voluntate iurantis, præſumendum eſt enim (niſi con-

contraria intentio fuerit expreſſa) illum voluiſſe à ludo ſe abſtinere tanto tempore; quod ſi impoſſibilis ille reditus repræſentatus fuiſſet, certe non iuraſſet; nec hunc caſum compræhendit dum iurauit.

30 Similiter ſi quis dum inſtat liti decidendæ intra paucos mẽſes vel dies, iuret non fore luſurum, donec lis decidatur: ſi aliquo caſu præter expectationem procaſtinetur deciſio litis, puta quia ratione tumultus negotia ceſſant: vel Iudex fuit aliò deſtinatus &c. non tenetur; quia non eſt extendendum iuramentum vltra iurantis intentionem, nec ea eſt explicanda iuxta metaphyſicas ſpeculationes, ſed iuxta id, quod communiter fieri ſolet, & veriſimile apparet ex Calderino *conſ.*327. Bald. *cõſ.*305. *verb. Principis. l.*1. Alex. *conſ.* 170. *num.* 13. *l.*5. Crauett. *conſ.*363. *n.*26. & alijs iam ad Suarium redeamus.

De iuramento non mutuandi, aut fide iubendi.

31 INfertur 7. iuramentum de nõ mutuando, aut nõ fide iubendo non obligare, niſi penſatis omnibus circumſtantijs, cenſeatur minus prudẽs, vel minus bonũ mutuare, vel fideiubere, nam tunc materia illa eſt capax obligationis iuramenti, & eſt cõpræhẽſa ſub generali negatione, niſi forte præſtetur in fauorem alterius; tunc enim obligat, quoties ſine peccato ſeruari poteſt, nam ſi in commodum ipſius iurantis fuit emiſſum ad vitandas difficultates, & pericula quæ ex fideiuſſione, & cõmodato oriri ſolẽt, non obligat, cum hic ſuo commodo poſſit cedere. ita Suar. *c.*17. *à num.*11. *ad* 14. moderans duas opiniones cõtrarias Couarr. *de pactis p.*1. *§.*6. *nu.*7. Abb. *c. ſi vero de iure iuran. nu.*5. *&* 6. Guttier. *de iur. p.*1. *c.*72. *n.*5. Azor. *lib.*11. *inſt. mor. c.*3. *q.*1. Sãch. *l.*4. *c.*8. *n.*18. Caſtrop. infra, & aliorũ apud ipſos abſolute dicentiũ nõ obligare, & Maioris *in* 4. *d.*38. *q.*1. Oldradi *caſ.*90. & aliorum abſolute dicentium obligare.

32 Vnde miror Caſtrop. *diſ.*2. *pũ.*7. *n.*1. citare Suar. pro ſententia Abbi nam Suarius apertè dicit *num.*12. *Neutra vero ſententia, eſt abſolute ſequenda*. Et ſic in ſentẽtia Suarij iurans nõ fideiubere, vel non cõmodare tenetur ex vi huius iuramenti non mutuare, quando prudenter æſtimatur mutuũ minus bonum, atq; adeo vult mutuantem tunc eſſe periurum.

33 Sed licet mihi placeat, quatenus aſſerat iuramentum de non fideiubẽdo, quando fideiuſſio, ſeu mutuũ æſtimetur minus bonum obligare, quod etiam ſequuntur Caſtropal. & Sanchez citandi, nec alij negabunt. At probabilius puto, ſi fiat abſolute ſub forma negatiua, v.g. iuro me non mutuare, nec fideiubere eſſe omnino irritum, nec ex vi huius iuramenti teneri iurantem ad non mutuandum in eo caſu, quando mutuum non æſtimatur prudens; quia licet ex vi negationis iuramentũ non mutuandi omnes caſus compræhendat, tamen quia eſt factum per modum vnius, corruit abſolute, & ad nil obligat, vt videntur ſentire auctores primæ ſententiæ. Id etiam apertè tenent Sanch. *nu.* 19. & Caſtrop. *nu.*4. dicentes, quod ſi Clericus generaliter iurat ſe non fideiuſſurum, non valet iuramentum. Contra vero ſi dicat non fideiuſſurum pro Laico, & ſic requirunt diſtinctam formam iuramenti, vt dicemus; alias deberent dicere, quod Clerici iuramentum non fideiubendi obliget, quãdo fideiuſſio futura eſt pro Laico; quia in hoc caſu materia eſt capax, & intelligitur ſub illa vniuerſali negatione non fideiubendi.

34 Quod autem addunt Sanch. *l. c.* & Caſtrop. *num.*3. valere iuramentum non mutuandi, aut non fideiubendi omnibus indiſcriminatim; ſed cum debito examine, an id expediat, & an periculo ſoluẽdi, aut non recuperandi, mutuans, aut fideiubẽs ſe exponat; id eſt intelligendum iuxta dicta ex Suario; quando ſc. omnibus penſatis, eſt min' bonũ mutuare, vel fideiubere hic & nunc; nam alias omne fere iura-

iuramentum non mutuandi, aut non fideiubendi eſſet validum, quia fere ſemper aliquod periculũ ſubeſt, quod optime Suarius innuit *nu.13.* dum ait. *Immò quamuis iuramentum de nõ mutuando fuerit generaliter factum de hac materia videtur interpretandũ*, & Caſtropalaus docet *nu.2.* vbi ait non valere iuramentum non mutuandi, ſi fiat, ne grauem rei familiaris iacturam patiaris.

Quomodo intelligatur iuramentum de fideiubendo, vel mutuando.

35 IMmò etiãſi quis iuraret mutuare, vel fideiubere omnibus ſemper intelligitur cum dicta limitatione, & non intelligeretur, quando eſſet periculum morale ſoluendi, vel cum dicto diſpẽdio, niſi iurans id exprimat, quia iuramentũ debet explicari cum minori præiudicio iurantis, quantum fieri poteſt, vt certum eſt ex ſupradictis ex Suario, & alijs: quod ſi iurans exprimeret mutuare omnibus, à quibus exigetur, etiam cum propriæ ſubſtantiæ iactura, diſtinguendum eſt, an hic id faciat ob Dei honorem, & pietatem, & ſic iuramentum valet, quia ſicuti poteſt quis omnia bona ſua pauperibus erogare, vel in alia pia opera conſumare (quando maiora onera non haberet v.g. familiæ, creditorum &c.) ita poteſt in hoc caſu, & hoc vltro dabit Caſtropalaus, qui putat, vt vidimus non obligare iuramẽtum de non mutuando, etiam ſi fiat, ne iactura propriæ ſubſtantiæ habeatur, & clare poteſt deduci ex d. Suarij.

36 Contra vero ſi id faceret ex quadã humana liberalitate non tenet iuramentum, quia eſt prodiga promiſſio, & ſubiacens multis incommodis, & hanc partem ſupponunt manifeſte Sotus *l.7. de iuſt. qu.1. ar.2. dub.2. col.4.* Arag. *2.2. q.88. ar.2. dub.2. circa 5. cõcl.* Manuar. *ſum. c.94. num.17.* dum aiunt valere iuramentum non mutuandi, niſi natura conſideratione ad vitanda incommoda, prodigalitates &c.

Quod nõ ſolum puto verũ, quãdo quis indefinite iuraret omnibus fideiubendi, ſed etiam ſi determinatæ perſonæ, & tale iuramẽtum ſpectatis omnibus circumſtantijs vergeret in prodigalitatis vitiũ, vel graue familiæ damnum &c. quia non eſt ſeruandum iuramentum, etiam 3. præſtitũ, quod ſine peccato etiam veniali ſeruari non poteſt *cap. quamuis pactum de pactis in 6.* & ex dictis conſtat.

De iuramento non mutuandi, vel fideiubendi ad honorem Dei præſtito.

37 IN hoc caſu Caſtrop. *d. diſ.2. p.2. §.2. num.2.* abſolute reſpondet certum eſſe, quod non obligat. Sed melius diſtingue ſi vere non mutuatio, aut nõ fideiuſſio cedit in honorem eius, & maius bonum, tunc tenet iuramentum. puta ſi expertus, quod fideiuſſione, vel mutuo magnam pecuniæ ſummam amiſeris, vnde compulſus fueris ſolitam eleemoſynam pauperibus ſubſtrahere; certe obligat iuramẽtum, quia mutuatio impedit maius bonum, niſi forte illi, cui fit mutuum, vel pro quo fideiubetur, eſſet in tali neceſſitate, vt poſſit merito æſtimari opus pium æquale.

38 Similiter ſi habeas nummos deſtinatos ad Orphanorũ educationem, vel matrimonium, vel ad templi ædificationem, & alia huiuſmodi opera religioſa, & pietatis in Deum, vel ſi hæc omnia promiſeris voto, vtiq; erit bonum iuramentum non mutuandi, nec fideiubẽdi, ne honor diuinus impediatur, & ſic cedit in maiorem Dei honorẽ, quod tamen intelligẽdũ eſt, niſi proximus in eã neceſſitate eſſet, vt tenearis illi ſubuenire.

39 Deniq; idẽ erit ſi mutuãs, vel fideiubẽs ſit moraliter certus, quod multa peccata occaſione illius mutui committet iniuſtitię fraudãdo alios, blaſphemiæ &c. vtiq; tenet iuramentũ in Dei honorẽ, & male faciet mutuãdo, hæc vltro dabit. Nauarrus *ſum. ca.12. num. 36.* nam abſolute docet valere quando emitteretur gratia vitandæ peccatorum occaſionis, inde conſurgentis

gentis.quem ſeq.Sanch. *d.l.4.c.8.n.18.*

40 Hinc infertur, quod ſi Clericus in ſacris,cui interdictũ eſt extra neceſſitatẽ,(quando ſc.nõ eſt alius,qui velit, & poſſit, & ille indiget) fideiubere pro laicis,iuret non fideiubere, in ſẽtentia Suarij tenetur ex iuramẽto nõ fideiubere pro laico;quia militat eius argumentũ;nempe in hoc caſu particulari materia eſt capax, & includitur in illo iuramento,nõ fideiubendi at in mea ſentẽtia *n.33.*tradita nõ tenet abſolute,niſi iuret non fideiubere pro laico. ita Greg.Lop.*l.45.tit.par.1.* Guttier.*de iur.1.p.c.72.* Sylu.*ver.fideiuſſ.q.3.*vbi etiã aduertitur,quod hoc iuramentum non obligat in caſu neceſſitatis,ad nõ fideiubẽdũ pro laico.

41 Vt autẽ hoc obiter notem,aduerto nullũ eſſe peccatũ, ſi Clericus ſemel, aut bis fideiubeat pro laico;nã vt aduertit Caſtrop.textus *in c.1.de fideiuſſ.* frequentiã actus donotat ibi *fideiuſſ. interueniẽs*, & notauit Gloſſa.ibi *ver. inſeruiens.* ergo cũ ex vna parte fideiuſſio ex ſe ſit bona, & op' miſericordiæ,vt docet cõm.DD.& ex alia non ſit prohibita,niſi quando fit frequenter,nullum eſt peccatum.

42 Et ſic minus placet Caſtropal. qui cõcedit ibi prohiberi frequentiã fideiubẽdi,& dicit nõ eſſe mortale ſemel, aut bis fideiubere inſinuãs eſſe veniale,quod verũ nõ eſt,vt ex dicta ratione patet. Id tamen fateor,quod omnes aduertunt, valere fideiuſſionem, & Clericum teneri de proprio patrimonio, vt expreſſe deciditur *cap.2. & 3.eod.tit.*& tradunt cit. Doctores.

Petes

An obliget,& ad quid,iuramentum mutuandi, aut fideiubendi, conſilio alterius v.g.Patris &c.

43 REſp. obligare, quia iuramẽtũ eſt de re honeſta,quando perſona, cui' cõſiliũ peti debet,eſt talis,vt eius cõſiliũ prudẽter æſtimetur vtile,aliàs cum ſit de re inutili, iuramentum nõ obligabit. Concluſio patet ex dictis *à nu.30.* quia valde expedit mutuare prudenter,& non temerè.

44 Tenetur autẽ ex vi iuramẽti cõſiliũ petere,& aliquod tẽpus expectare, at nõ tenetur ſequi; ratio eſt, quia iuramentũ interpretãdũ eſt iuxta naturã cõtractus,ſeu pactionis,cui adijcitur, vt iam dixim' toties;ſed iuſſus facere aliquid cũ cõſilio alteri', nõ tenetur, niſi petere conſiliũ,& expectare, non autem ſequi *l. cum Pater §.mãdat.ff.de legat.* 2. & laudat Menoch. *conſ.* 69. *num.*17.& 18.*vol.*1.ergo.

45 Quid ſi is,à quo ſit petendũ cõſiliũ, nolit illud dare,vel mortuus eſt,poterit iurãs mutuare prout libuerit,quia ea conditio facta eſt ſibi impoſſibilis, & opus mutuandi ex ſe eſt bonum.

Cõtrà vero ſi quis iuret mutuare de conſẽſu,& arbitrio alterius,(quod iuramentũ eſt bonũ,quãdo perſona eſt talis,quæ ſit pia,& prudẽs)tenetur nõ ſolũ petere,ſed et ſequi eius cõſenſũ, & arbitriũ;quia qui debet cõſenſũ petere,vel arbitriũ, tenetur illud ſequi *ex d.l.cũ Pater.*& docent Acoſta *l.cum tale §.ſi arbitratu.ff.de cond.& demõſtr.* Molin.*lib.2.de Primog.c.13.num.*35. & alij apud ipſos.

46 Deniq;ſi is,cuius cõſiliũ eſt requirẽdũ,eſt lõge abſens, tũc abſq;fractione iuramẽti,quãdo periculũ eſt in mora poteſt mutuari; aut fideiuberi; quia quando actus requirit conſiliũ,poteſt in tali caſu fieri.ex Abbat. Clem.1. *de foro compet.n.*17.Bartol. *l.ſi plures.ff.de exercit.*Tiraquell.*l.16. connub. Gloſ.8. nu.*16.& alijs:ergo etiam poſito iuramento:cum,vt diximus,ſequatur naturam promiſſionis,cui adijcitur.

47 At ſi ſit cõſenſus expectãdus,vel arbitriũ,tũc nõ poteſt mutuare ſine fractione iuramẽti, habet tamen cauſã petẽdi relaxationẽ, ratio eſt, quia ſecluſo iuramẽto non poſſet, qui debet cõſẽſũ expectare ĩ tali caſu, actũ facere ſine cõſenſu,vt docent cit.DD.Rebuf.*prax.beneſ.tit.de forma Vicar.n.*95. ergo etiã poſito iuramẽto, ſaluo &c. Alia multa de varijs formis iurãdi ſub modo,cõditione &c. dicemus *tr.ſeq. de voto,*ex Suario, & alijs, & applica, quæ dixi *lib.5.de matrimon.*nunc hæc ſatis ſint Suario addidiſſe.

De

Digitized by Google

De iuramento non accuſandi. vbi exponitur cap. quemadmodum. §. illud de iure iurando.

48 INfertur 8. cũ Suario *d.c.17.à n.14. lib.2.* iuramentũ de non accuſanda vxore de nullo crimine non obligare, & generaliter quoties accuſare eſſet de precepto, vel melius ad commune bonum pertinens, licet hoc iuramentum teneat in caſibus, in quibus ſeruari poteſt ſine culpa, & detrimento boni communis; quia quoad illam partem iuramentũ non eſt impeditiuum maioris boni; idq; etiam aperte ſequitur Sanch. *l.3.c.21.nu.12.* cum Soto *lib.8.de iuſt.qu.1. ar.7.ad 3.* Manuel. *1.to.ſum.c.192.n.2.in 2. edit.*

49 Ego ſic diſtinguerem, ſi iuret non accuſare de nullo crimine iuramentum eſt omnino irritũ, & poterit de quolibet accuſare, etiam ſi in aliquo caſu delictum non vergeret contra bonum publicum, & poteſt accuſatio omitti ſine peccato; quia vt in ſimili dixi *nu.33.* illud iuramentum eſt per modum vnius: ergo totum corruit, quod probat etiã Pontifex *d.c.quẽadmodum*, dum ait, temerarium eſſe, & non obligare, ſi enim in aliquo caſu obligaret, non poſſet dicere Pontifex abſolutè, quod non obliget; at ſi iuramentum præſtetur ſub hac forma *Iuro non te accuſare.* tunc obligat in caſibus, in quibus ſine culpa ſeruari poteſt, nam debet intelligi, quando ſunt conditiones honeſtæ iuxta Gloſſ. *d.§. illud.* & ſic caute Pontifex *in d.c. quemadmodum* poſuit caſum de iuramento, quod ſuper nullo crimine accuſabit. ſaluo &c.

50 Quod ſi iuramentum ſit de non accuſando de aliquo delicto particulari, ſi fiat ante commiſſum delictum v.g. in caſu *d. cap. quemadmodum* ante adulterium, puta ante contractum matrimonium, vt voluit Panorm. ibi. *num. 14.* vel poſt commiſſum, ſed non emẽdatum delictum, vt putauit probabiliter eſſe intelligendũ hunc textum Innocentius; & reuera idem eſt: tunc iuramentum valet: quia poteſt vxorem denunciare ad emendationem delicti (ſupponimus enim non iuraſſe non denunciare, hoc enim nullo modo tenet, cum ſit charitati contrarium) & etiam poteſt accuſare in ordine ad vindictam publicã, quãdo denunciatio nõ ſufficeret, aut accuſatio magis expediret, qui tamen caſus raro poteſt accidere, & ſic non accuſans non erit Patronus iniquitatis, nec tale iuramẽtum dabit anzam peccandi iuxta *leg. ſi vnus. §. pactũ ff. de pactis.* vbi dicitur quod minus pœnam timet, qui accuſationem non timet; nam iam non obſtante iuramẽto timet accuſationem, quando expedit, & denunciationem ad ſui correctionem. ita Suar. *cap.19.à n.4.lib.2.* quẽ ſequuntur ad vnguem Caſtrop. *d.2.pu.7.§.3.n.2.* eo nõ citato. Baſilius Pontius *lib.12.de matr.c.8. n.29.*

51 Qui optime addit *nu.28.* nõ valere iuramentum præſtitum de ſoluenda pœna pro delicto non committẽdo, v.g. iuro daturum centum ſi Petrum nõ occidam: vel ſi pactũ facias etiam cum iuramento, vt negotiorũ geſtor, vel procurator non teneatur de dolo, vel furtis, in adminiſtratione cõmiſſis, quia datur occaſio peccandi, ſic etiã Caſtrop. *l.c.n.4.* & ſumpſerunt ex Suar. *c.22.n.10.l.2.de iur. promiſ.*

52 Si vero poſt commiſſum delictum fiat iuramentum de non accuſando, obligat in caſibus, in quibus nõ obligatur accuſare ex præcepto Superiorum, aut ob bonũ publicum, de quibus videri poſſunt DD. in materia de Charitate. licet textus *d.c.quemadmodum* non poſſit in eo caſu intelligi, quia Pontifex ſupponit adulterum non eſſe emendatum, ſed vult vt fiat denunciatio adhoc vt pœnitentiam agat. ita Suar. *cap.19. num.16.* & ſeq. Caſtrop. & Pontius *loc.cit.*

53 Addo Suario iuramentum de accuſando rariſſimè obligare, nam ſi fiat ad vindictam erit mortale, niſi fiat à pueris, qui tantum venialiter peccabunt, non enim intendunt grauem vindictam; non obligat autem

ad accuſandum, quia omiſſio poteſt eſſe cauſa melioris boni v. g. rixæ vitandæ, vel quia fuit comminatorium iuramentum, vel quia fuit delinquens emendatus: ſic Sanch. *lib.3.c.9.nu.17.* Caſtropal. Leſſius *l. 2. de iuſt. cap.42. dub.4.* & alij.

54 Infero tandem non obligare iuramentum de nõ communicando aliquam artem, ſeu experientiam, quãdo ea vrgeret in bonum proximi, nec alius eſſet, qui vellet illam tradere, vt bene declarat Fagund. *l.2.c.14.nu.15.* Sanctum Thomam, quẽ refert Suar. *d.cap.17. num 11*, dicentem, abſolute nõ teneri, quia eſt contra charitatẽ. Quod ego intelligo, quando doctrina illa experimenti neceſſario deberet doceri ad conſulendum bono alterius: alias ſufficit docere materiam applicandam; quia iuramentum eſt de re, quæ poteſt ſeruari ſine peccato, & in gratiam tertij præſtitum, nam qui docuit, poteſt ex promulgatione illius doctrinæ pati detrimentum in bonis, quia ſcilicet ſua ars vileſcet; & ſic ſunt conſiderandæ circumſtantiæ num hic, & nũc ea ſit proximi neceſſitas, & occaſio; vt iuramentum illud cenſeatur contra charitatem.

55 Quam limitationem etiam adderem doctrinæ Sanch. *lib.3. cap.9.n.15.* vbi ait iuramentum de non vendendo minori pretio, aut non emendo auctori, non obligare, *quia* inquit ille, *neutrum ad Dei obſequium, aut hominis, cui fit, vtilitatem pertinet*, quæ doctrina delimitatione indiget; nam poteſt fieri ad alterius vtilitatem, vt ſi ſocius iuret alteri ſe non minus vẽditurum, vel ſi ſeruus Domino &c. & tunc obligabit, quæ certè Sanchez nõ negabit, ſed ipſe loquitur de iuramẽtis, quæ fiunt ſine his circumſtantijs, nam ait *de iuramentis fieri ſolitis*.

56 Similiter iuramentum, quod fieri ſolet nõ vendendi rem v. g. domum, niſi Titio, obligat quidẽ ad hoc, quod poſito quod velit vendere, nõ vendat alijs, quando non fit per modum loquendi, vt ſolent facere artifices vrbanitatis gratia; tunc enim nullam parit obligationem, vt in ſimili docet Sanchez *lib.3.cap.9.nu.18.* & dicemus *lib.3.* cum Suario, & alijs de eo, qui iurat vrbanitatis gratia nõ ingrediendi prius altero, ſi enim egrediatur nẽpe poſt repulſam &c. non eſt periurus.

QVÆRES III.

An poſſint ſine peccato ſeruari hæc iuramenta de non faciendis bonis, vel in melioribus operibus.

57 Reſpondeo ſi opus bonum, vel melius non ſeruetur ex vi iuramenti, erit peccatum, ſicut eſt peccatum iurare non facere tale opus, nam eſt in ordinatio grauis ponere obicem Spiritui Sancto volenti v. g. inſpirare Religionem, prætextu obligationis iuramenti. ſic Suar. *li.2.d.c.17.num.23.* & *24.* ex D. Tho. *quodl.5. ar.27.* vt dicemus *diſp.8.nu.7.*

58 Non explicat Suarius hic qualis culpa ſit illud iuramentum ſeruare, ſed reſpondet Sanchez *l.3, cap.9.n.14. fine.* talem eſſe culpam, qualis fuit in iuramento emittendo; vt ſi iuraſti hominem interficere, fuit graue ſacrilegium, ſi ex vi iuramenti interficias, erit etiam graue ſacrilegium, quia teſtimonium diuini nominis inſeruit tamquam vinculum iniquitatis. vide *lib.3. diſ.6. num.28.* quæ dicemus ex Suario *l.3.cap.19.nu.6.7.16.*

59 At difficultas eſt ſcire, quale ſit peccatum in emiſſione huiuſmodi iuramentorum. Nam certum eſt, ſi iures facere aliquid mortaliter peccaminoſum, eſt mortale, & ſi veniale, eſt veniale, vt ex communi ſententia docet Toletus *l.4.cap.12.num.3.* Azorius *lib.11. cap.5.* & dicemus. *lib. diſ.6. à num.25.* At in dictis caſibus nullum eſt peccatum v. g. non ingredi religionem, aut non dare eleemoſynam, quando nõ tenetur: ergo nec erit peccatum iuramentum: at D. Tho. cum Suario dicũt eſſe valdè inordinatum ponere obicem Spiritui Sãcto per illam obligationem iuramenti, & ſic videntur innuere eſſe quid graue.

Ni-

Digitized by Google

60 Nihilominus hæc iurare eſt tãtum veniale, quia non videtur grauis deordinatio, dum aſſumitur diuinum teſtimonium ad id ſeruãdum, ad quod non teneor, vel tantum ad veniale teneor ſeruare; ſicut etiam eſt veniale ſeruare iuramenta de his rebus, propter dictam rationem, ita in terminis docet Fagundez *l.2. cap.15. in 2. præc. decal. à num. 14.* vbi citat Nauarr. *ſum. c.12. nu.16.* Caet. 22. *q.89. ar.7.* Sotum *lib.8. de iuſ. q.2. ar.3.* vide infra *l.3. diſ.6. à num. 22.* dicenda ex Suario *l.3. c.18.*

De obligatione aliorum iuramentorum, vt Medici, Regis, Studẽtiũ &c. dicemus infra circa finem libri huius.

DISPVTATIO VIII.

An iuramentum de re prohibita lege diuina poſitiua obliget.

1 Reſp. negat. quia poſito præcepto diuino, actio illa eſt mala, ſiue ſecluſo præcepto, non vergeret in perniciem animæ, vt ſi iures te hodie cõmunicare, cum non poſſis confiteri peccatum mortale; ſiue vergeret, vt ſi iures numquam confiteri; ergo non obligat iuramentum de ea facienda, vel omittenda. ita Suarius *cap. 18. l.2. iuram. promiſſ.* & eſt communis, & certa ſententia.

Explicatur locus Ioſue 9. & obiectis ſatisfit.

2 Dices Ioſue iurauit Gabaonitis fœdus contra diuinum præceptũ Domini Deuteron. 7. *non inibis cum eis fœdus*, & tamen putauit ſe obligari iuramento: ergo iuramentum contra Dei prohibitionem obligat.

Reſp. negando conſeq. ad factum Ioſue, dico cum communi ſententia Ioſue interpretaſſe præceptum diuinum in illo caſu nõ obligare, ex quodam diuino inſtinctu, addito aliorum Principum conſilio; nam Gabaonitæ ſe geſſerunt humiliter circa Populum Dei eo modo, quo ipſe Deuteron. 20. volebat fieri à Ciuitatibus diſtãtibus; poſita autem tali interpretatione iuramentum obligauit, quia fuit de re, quæ licitè ſeruari poterat: nec ex eo, quod Gabaonitæ deceperunt Iſraelitas falsò allegantes locorum diſtantiam, non debuit iuramentum obligare, quia illa deceptio non fuit in re neceſſaria ad validitatem fœderis cõfirmandi, & ſatis fuit imponere pro pœna ſeruitutem grauiorem, quam alijs Populis remotioribus: ita D.Th. *in 3. d.39. q.1. ar.3. quæſtiuncula 1. ad 1.* Bonau. ibi. Ricchar. *ar.2. q.3. ad 1.*

3 Quamuis Abulenſis ibi *qu.17.* putet illud iuramentum fuiſſe de re illicita, at obligare ob conſcientiã erroneam Iſraelitarum putantium ſe illo teneri; non potuerunt autem poſtea conſtãte inualiditate iuramenti Gabaonitæ occidi, quia Deus declarauit ſuã voluntatem ne Gabaonitæ occiderẽtur, ſed quod diximus eſt verius.

4 Denique cum Innoc. *cap. venerab. §. idem etiam de iur. iuran.* ait, ex hoc exemplo non eſſe violandum temerè, iuramentum eo prætextu, quod ſit illicitum abſque ſuperioris declaratione; intelligendus eſt quando eſt dubium, num res ſit illicita, & ſic Iſraelitæ dubium practicè depoſuere, ſtatuẽtes definitè factum eorũ non eſſe cõtra legem diuinam, vt diximus *num. 2.* hæc omnia Suar. *d. c. 18. lib. 2.*

QVÆRES I.

An iuramentum factum cõtra prius votum, vel aliud iuramentum, aut promiſſionem obliget.

5 Reſp. neg. ratio eſt, quia in his caſibus poſterius iuramentum eſt de re mala: ergo non obligat, conſequentia ex dictis patet. Antec. probatur; nam ſi ſit iuramentum de non ieiunando poſt votum, aut iuramentũ ieiunandi, vel de alia re incompoſſibili cum ieiunio, hoc iuramentum eſt de non obſeruando voto, & iuramento, quod eſt intrinſecè malum, eſtque definitum *cap. Rurſus qui Cler. vel vouentes, & c. ſicut de ſponſalib.* eſtq; om-

nium

Digitized by Google

nium ibi,vt bene Suar.notat. *cap.* 19. *ad num.*5.& Sanch.*l.*3.*c.*9.*nu.*26. dicit eſſe per ſe notum.

6 Si vero ſit contra promiſſionem prius factam caſu,quo ea obligat, vel ratione iuſtitiæ,vel ratione fidelitatis. Prob. quia non obſeruare promiſſum eſt peccatum ſaltem venialiter: ergo iuramentum contra promiſſionem, vel de re,quæ repugnaret cum priori promiſſione,eſt de re mala,eſt præter Suar.Couarr.*de pactis* §.2.*p.*2.*ver. ceterum.*Azor.*tom.*1.*l.*11.*c.*6.*q.*1. Fagun. *lib.*2.*c.*20.*n.*12.*in* 2.*præc.decal.* & aliorum, vbi ſine dubio eſt error Typographi dum dicitur, *promiſit quis venditurum tibi equum, & fundum alteri ſub iuramẽto,vult enim dicere,& eumdem*; nam alias falſum eſſet, quod teneretur vendere equum, & non fundum, vt ipſe concludit.

7 Dixi *caſu quo ea promiſſio obliget &c.* nam ſi ea tunc quãdo factum fuit poſterius iuramentum, non obligabat, vel ratione materiæ, vel alterius circumſtantiæ, poſterius iuramentum tenet.

8 Contra verò ſi promiſſio erat valida; etiãſi poſtea fiat irrita mutatione materiæ ex licita in illicitam,vel quia ille,cui facta fuit promiſſio de dando equo v.g. remittat obligationem illã, aut ſit contentus,vt ſibi detur aliquid aliud, adhuc ſecundum iuramentum non obligat(niſi fuerit factum ſub cõditione, quando prior promiſſio aliquo modo ceſſaret, tunc enim nõ ſumus in caſu, nam iuramentum eſt licitum ſicuti ſi eſſet,implendi abſolutè quoties ſibi liceret:)ratio eſt, quia non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit *reg.* 18. *de reg.iur.in* 6.

9 Nec contra hanc doctrinam obſtat *c.veniens de iureiurando* quatenus Pontifex reſpondens, quod ſi prior promiſſio fuerit facta iuramento, mandatum poſterius declaretur irritum, videtur inſinuaſſe quod ſi fuit ſola promiſſio, mandatum teneret,vt putauit Innoc.ibi; nam iuxta lectionem antiquam apud Antoninum, Auguſtinũ, in 3. Collatione, factum proponitur quod ille promiſit cum iuramento. hæc Suar.*c.*19.*à n.*11.*ad* 17.& ſequuntur citati Recentiores.

10 Cum quo *num.*8.tandem noto,dictam concluſionem non procedere de iuramento facto in confirmationem actus geſti contra prius iuramentum vt ſi iuraſti non ducere Bertam,& poſtea eam ducas,ſi iures perſeuerare in illo matrimonio, vel non retractare donationem factam contra iuramentum de non donando,obligaris ex iuramento ad perſeuerandum in matrimonio, & ad non retractandam donationem,quia res licita iuratur,licet peccaueris,& fueris periurus, contrahendo, & donando cõtra iuramentũ.

Inferuntur varii caſus pro praxi circa præcedentem doctrinam.

11 EX his infertur 1.quod ſi quis iuret non ingredi aliquam domum, vel non ludere cum alio &c. ſine vlla cauſa,& ſic,vt diximus toties,iuramẽtum non tenet, ſi poſtea adueniat aliqua cauſſa honeſta, adhuc non tenetur ex vi iuramenti, ſicut, & ille, qui iurauit non laborare in Sabbato, non intuitu deuotionis; licet poſtea velit ex deuotione non laborare,non tenetur ex vi iuramenti,quia illud fuit irritum, nec incluſit conditionem, ſi materia mutetur, vt includit iuramẽtum factum de re licita: quod ſi mutetur materia,& fiat illicita,non obligat,ſic Suar.*d.c.*19.*num.*17.*lib.*2.& citan.DD.

12 Infertur 2. iurantem ſine vlla conditione ſeruare ſtatuta alicuius Vniuerſitatis, inter quæ vnum erat illicitũ,nõ teneri ex vi iuramenti illud ſeruare,etiamſi poſtea Papa diſpenſet in illo ſtatuto.ſic Suar.*nu.*18. vbi *nu.*19. addit,quod promittẽs ſponſalia Bertæ non tenetur ad poſteriora confirmata cum iuramento,ſi prima diſſoluerentur: ſed de hac materia vide me ipſum *lib.*1.*diſp.*49.& 50.vbi plura inuenies, quæ proſequitur Fagund. *l.*2. *cap.*20.*à nu.*13. ſed ea repetere inutile eſt.

Digitized by Google

eſt; Suarium etiam in omnibus ſequitur Caſtropal:*diſp.2.pun.* 7. hic Sanch. *l.7.cap.9.num.26.*& alij.

Petes.

An geſta contra prius votum, iuramentum, vel promiſſionem valeant.

13 RESP. eſſe valida; ratio eſt, quia iurans v. g. non donare Titio, vel non reuocare procuratorem, & reuocat, vel non vouere ſine Petri conſilio, & vouet, vel nõ contrahere cum Berta, & poſtea contrahit, non priuatur voluntate requiſita ad valorem taliũ, & ſimilium actuum v. g. ſi Rex iuret non reuocaturus legem, valet reuocatio, vel ſi Patronus iuret Titium præſentare, valet preſentatio in perſonam Caij, vt bene Fagund. *d.ca.* 20.*num.*20. ergo licet peccet contra iuramẽtum; tamen geſta ſunt valida; eſt cõmunis ſententia Canoniſtarũ *ca. intell.de iur. iuran.*Seluæ *de iur.p.*3.*q.*1.*n.* 44.Azor. *tom.*1.*l.*11.*cap.*6.*q.*3.Couar.*cap. quamuis pactum.* 2.*p.§.*2.*n.*4 *ver. Cæterum*, & poſt Suar.*cap.*19.*num.*6. tradunt citati Recentiores, quibus adde Trull. *l.2.in dec.c.*1.*dub.*9.*nu.*2.Bonac.*pun.*6. *num.*2.*diſ.*4.*cap.*2.

14 Duo tamen hic nota, primum eſt, nec poſſe ſola voluntate iurantis eſſe nullum actum geſtum contra prius iuramentum, quia per iuramentum ligatur quidem ad non faciendum licitè, quod iurauit non facere; at non priuatur dominio ſuæ voluntatis, vt illam mutare valeat; nec vlla eſt lex naturalis, aut diuina irritans talem actum, vt bene Suarez *d.cap.*19.*nu.*7. & ſeq. Trullench.*loc.cit.*

15 Secundum eſt, quod hæc ſententia non loquitur, quando quis iurat facere aliquid, quod de ſe eſt irritum, niſi iuramẽto firmetur v. g. alienatio fundi dotalis eſt irrita: ſed ſi iuretur valet, tum ſi quis iurauit non alienare fundum dotalem, & poſtea alienet cum iuramẽto, dubium eſt an valeat; nam de hoc caſu dicemus poſt ſequ. diſputationem.

DISPVTATIO IX.

De iuramento contra legem humanam.

AD intelligentiam eorũ, quæ tota hac diſputatione dicturi ſumus.

1 Suppono communẽ iuriſtarum diſtinctionem circa bonos mores; nam aliqui per ipſos dicuntur boni naturales, aliqui boni ciuiles, hi ſunt, qui pertinent ad conueniẽtem ſtatum Reip. quoad externum regimen, & non sũt neceſſarij ad honeſtatem moralem, v.g. quod teſtamentum poſſit vſque ad mortem reuocari: illi vero ſunt nõ tantum, qui à recta ratione naturali dictantur, vt per ſe pertinentes ad honeſtatem morum: ſed etiam illi, qui poſita lege ciuili habent talem conuenientiam cum recta ratione, cuiuſmodi sũt leges Canonicæ, quæ ad bonum animæ diriguntur, & ſi non ſunt mera conſilia, aut Regulæ Religionis nõ imponentes neceſſitatem, ſemper obligant in conſcientia, hac poſita diſtinctione. ex Suario *cap.*21.*nu.*1. & 2. quæ eſt iam communiſſima, vt eam appellat Sanchez *lib.*1.*de matr.diſ.*32. *num.*1. & omnes infra cit Recent. amplectuntur.

QVÆRES I.

An iuramentum faciendi actum prohibitum lege humana obliget.

2 RESPON. cum diſtinctione, ſi actus prohibitus ſit cõtra bonos mores naturales, ſeu honeſtos, nunquam obligat iuramentum de eo factum, ſi vero ſit tantum contra bonos mores ciuiles, ſeu politicos obligat.

Prior pars probatur, quia hoc iuramentũ non poteſt obſeruari ſine peccato: ergo non obligat, conſequentia eſt certa ex dictis.

3 Anteced. patet, & quidem quando actus eſt contra bonos mores naturales cum ſit contra rectam rationem; clarum eſt ex dictis *diſ præc.* iuramentũ de eo faciendo non obligare: quando

do autem eſt talis,vt poſita lege obliget in conſcientia.Probatur quia talis actus quatenus eſt prohibitus per legem poſitiuã,eſt malus,nec iuramentum eximit hominem ab obligatione ſeruandi legem iuſtam poſitiuam, ſiue ea ſit Canonica, quæ ſemper inducit obligationem in conſcientia, vt dixi *nu.*1.ſiue ciuilis,quæ iuxta communem Theologorum, & iuriſperitorum ſenſum obligat in conſcientia, quando id intendit, & ſufficienter explicat;nam leges ciuiles manant à lege æterna,vt ex Paulo ad Rom.13.ſatis conſtat:ergo iuramentũ de faciendo actu contra bonos mores naturales, ſeu honeſtos non poteſt ſine peccato obſeruari. hæc Suarij ſententia *lib.2.cap.20.& cap.21.num.3.* eſt communis Panormitani *cap. contingat,* & *cap.ſi vero.de iur.iuran.*vbi cæteri Molina *tom.1.de iuſt.tr.2.diſp.271.fol.147.* Cabedo *in 1.par. deciſ.* 137.Guttier.*de iuram.confirm.1.p.cap.40.§. 1.* Rebell. *de iuſt.p.2.l.1.q.9.num.* 1. Tuſc. *in ſuis practicis concl.t.4.ver.iuram.conſ.*511. Leſſ.*l.2.de iuſ.cap.77.n.*50.Corat.*repet. Auth. Sacramenta puberum à num.*41, Caſtropal.*diſp.2.pun.8.hic.* Baſil.Pont. *lib.12.de matrim.cap.8.num.*30.

Probatur ſecunda pars concluſionis,quod iuramentum contra tales bonos mores ciuiles obliget.

4 QVIA iuramẽtum,quod ſine peccato ſeruari poteſt,obligat: ſed iuramentum de actu cõtra ſolos mores ciuiles poteſt ſine peccato ſeruari:ergo.

Min. prob. ex ipſa terminorum explicatione *num.* 1. facta, quia non eſt contra legem poſitiuam obligantem in conſcientia:ergo.

5 Confir.concluſio, quia ſi iuramentum de actu contra bonos mores ciuiles nõ obligaret ex hoc capite,quod eſt contra bonos mores ciuiles ſequeretur,quod numquam iuramentum de actu contra leges ciuiles obligaret; nam poſita eadem cauſſa adæquata, ſemper ſequitur idem effectus:ſed cõſequens eſt falſum, vt patet ex *cap.2. de pactis,c.cum contingat.de iur. iuran. cap.debitores eod.tit. & alibi.* vbi valẽt iuramenta,non obſtante quod ſint de actibus iure ciuili prohibitis, vt de alienando fundo dotali, de ſoluendis vſuris &c.ergo hæc Suarius *c.22.nu.7. iuncto cap.21.& cap.20.num.5.*& præter Doctores *num.*3.citatos, ſequitur Sanch.*lib.3.cap.9. num.* 3. Fagund.*l.2. cap.25.num.23.* vbi merito dicit hanc Regulam ſtatui pro certiſſima à DD. *in c.quando.c.cum contingat de iur. iur.*

Petes.

Vnde poſſimus cognoſcere, quando iuramentum ſit tantum contra bonos mores ciuiles,nec ne.

6 IN hac re præter dicta *nu.* 1. vniuerſalis regula eſt, quod quando leges ciuiles habent pro materia proxima ea,quæ immediatè reſpiciunt bonum commune v. g. ne arma extra Regnum extrahantur, non ſunt tantum contra bonos mores ciuiles: ſed etiam naturales; nam obligant in cõſcientia,cum abſolutè prohibeant, ex D.Thoma 1.2.*q.96.art.4.* & Doctoribus communiter, & ſic iuramentum de actu per tales leges prohibito,non obligat,vt patet ex dictis, præſertim *nu.* 1. Immo dato quod non peccaret extrahens arma è Regno,vel frumentum &c.ſed tantum ad pœnam teneretur; adhuc iuramentum eſſet nullum, quia eſſet pernicioſum Reip. & ſic licet facere talem actum, non eſſet in ſe peccatum,at iurare illum facere, eſſet peccatum.

7 Cõſtat enim eſſe aliquos actus, qui ſine peccato fieri, vel omitti poſſunt, v.g.ſine peccato potes nõ ingredi Religionem,vel ambulare per vias Ciuitatis; ſed non poteſt de his fieri iuramentum ſine peccato,atq; adeo peccaret non ſolum iurãs nõ ingredi Religionem:ſed etiam ſi non ingrederetur ex vi iuramenti, vel ambulans per plateas ex eo, quod iurauit, vt diximus *diſ.7.à num.*58.vbi explicauimus

cul-

Digitized by Google

culpæ qualitatem,& ſic iuramentum de actu contra leges reſpicientes bonum commune, ſemper eſt contra bonos mores naturales, quia vel eſt de actibus,qui ſecundum ſe ſunt peccata,vel ſaltem de actibus,ad quos ſe obligare peccatum eſt, vel eos facere ex vi iuramenti,cum tale iuramẽtum ſit irrationabile, & contra rectam rationem ſit rem illam obſeruare ex vi iuramenti, & ſic ſtat regula data, quod iuramentum cõtra leges reſpicientes immediatè bonum publicum eſt ſemper contra bonos mores naturales.ita Suar. *l.2.cap.26.num.* 5. *& 7. & c.22.n.8.*cui adde Abbatem.Anton. Bald. Alciatum *in c. cum contingat de iure iuran.*Angel.*l.ſi quis pro eo nu.3.ff. de fideiuſſ.* vbi Paulus *nu.4.&* 5. Minchaca *de ſucceſſ.creat.l.3.§.28.num.21.* Tuſcus *to.4.concl.*500. *ver.iuramẽtum nu.*18.& 20.Rebell.*de iuſt.p.2.l.5.q.7. ſec.3.nu.15.& vlt.*

8 Addo ex Sanchez *l.3.c.9.nu.34.* vbi citat Paulum hoc verum eſſe, ſiue loquatur prohibendo actum,ſiue illi non aſsiſtendo, ſeu non dando robur, & actionem,vt dicemus infra,ſiue dirigendo prohibitionem in perſonam v.g. nequis arma,vel frumentum extrahat,ſiue in rem v.g.ne arma extrahantur,quod Suarius vltro dabit, vt ex dicendis fiet manifeſtum.

Examinatur alia Regula Ad cognoſcendum num iuramentum ſit contra bonos mores ciuiles.

9 ALiam tradũt regulam Doctores infra citandi,*num.*12.vt quoties leges reſpiciunt immediate bonum priuatum ſint tantum contra bonos mores ciuiles, & ſic iuramentũ obliget, quia cum tales leges non obligẽt in conſcientia,iuramentum ſine peccato ſeruari poteſt:ſed hæc regula nõ ſubſiſtit: nã poteſt lex prohibere aliquid in vtilitatem priuatam in conſcientia, vt ne ludant pecunia credita,ne minores contrahant circa bona immobilia,vt tradit Mattienſo *lib.* 5. *recopil.tit.2.l.2.gloſſ.3.n.12.* ſic Suarez *lib.2.cap.20.num.8.& c.26.num.vlt.*

10 At Bartolus *l.ſi quis pro eo 57.n.9.ff. de fideiuſſ.* hanc regulam limitat, & vult obligare iuramentum, quando verba prohibentia, vel precipientia diriguntur ad actum ipſum,non quidem quoad obligationem exercẽdi, vel non exercendi talem actum (vt æquiuocando cõtra Bartolum argumẽtatur Panorm. dicens;quod idem eſt prohibere actum, factum à perſona, vel prohibere ne perſona faciat actum)ſed ſignificando efficaciam legis tollentis valorem actui,& illum annullantis,quia tunc non eſt peccatum facere contra talem legem, cum lex nõ prohibeat,ne fiat ille actus,ſed poſito quod fiat, nõ vult dare illi robur in iure.Contra vero ſi verba diriguntur ad perſonas precipiendo illis, ne talem actum faciant, quia tunc obligat in conſcientia.

11 Sed quamuis hæc doctrina Bartoli placeat,cum ſaltem ſit neceſſaria ad hoc,vt poſſit fieri, & obſeruari iuramentum de actu contra legem ciuilem ſine vllo peccato, & poſſe fieri, infra videbimus: tamen non eſt per ſe ſufficiens, nec regula generalis infallibilis,ſed tãtum quod regulariter ſufficiet, & addita cõditione materiæ erit multo certior.ſic Suarius dictam Bartoli ſentẽtiam limitat,tamen ſine limitatione indifferenter admittunt, Angelus *in Conſil. Domina Catherina.* Alciatus *ca.cum contingat de iur.iur.à n.97.* Calderin. & Ancharan. quos citat Couarr.*§.2.de pactis.p.2. n.7.* dicẽs eſſe communem legiſtarum Humbertus de Bonẽco *rep.auth.ſacr.puber. n.24.120.&* 124. Vaſqu.*1.2.d.171.c.3.* Baſil.Pont.*l.12.c.8.n.36.*& alij.

12 Nihilominus regula, quam iuxta Suarium *n.* 9. diximus non ſubſiſtere amplectitur à Sanch.*lib.3.cap.9.n.35.* Rebell.*lib.5.de iuſ.p.1.q.7.ſec.3.nu.15.* Azor.*to.1.inſt.moral.lib.11.cap.7. qu.1. reg.4.* & innumeris iuriſperitis Paulo Cumano,Seraphino,Bellãtro, Aretino,Minchaca,Couarr.&c.apud Sãch. & eſt probabilis tũ Doct.auctoritate, tum ratione, quam vrget Sanchez.

Digitized by Google

nimirū ſi verbum, interdicere; nō ſumatur proprie pro vt importat obligationem faciendi, vel non faciendi talem actum, parum refert quod ad actum, vel ad perſonā dirigatur, iam enim ad nil obligat. ſi vero ſumatur proprie, & ſic actum interdicat fieri, iſta prohibitio ſemper cadit in perſonam, quæ actum debet facere, nec in re morali metaphyſicam regulam aſſignare debemus, ſed moralem.

Refertur, & improbatur Regula Caſtropalai.

13 NOn placent Caſtropalao *tom. 3. tract. 14. diſ. 2. pu. 8.* traditæ Regulæ Bartoli, aut Sanchez, & circa Regulam Bartoli ait ſe non ſatis percipere Suarij defenſionē à nobis *n.* 10. poſitam, nam quomodo lex annullare actum potuit, quin prohibeat efficiendum, tum quia non poteſt eſſe efficacior prohibitio, tum quia regulariter leges annullantes actū ad perſonas diriguntur, vt patet in alienatione rerū immobiliū facta à minore.

14 At mihi facilis perceptu eſt Suarij reſponſio, quā tradidi *nu.* 10. & etiām aſſequutus eſt ingenioſus Pontius *lib. 12. c. 8. n. 36.* ad Caſtropalai primū argumentū, dico eſſe aliquos actus, qui ſi fiant, vel non fiant, vt ſic veluti materialiter, nihil obeſt bono cōmuni, aut priuato, dummodo robur nō habeant in iure, ſeu reputentur, ac ſi nō ſint. vnde lex ſufficiēter prouidet bono ſubditorū eos annullando, vtrum autem fiant, nec ne, nil curat, & ſic nō valet meo iudicio dicere, quod eo ipſo, quod annullatur actus, fieri prohibetur: quod veluti à poſteriori poſſum' cognoſcere ſi à Papa ponatur excommunicatio, vel à Principe pæna exilij cōtra facientes actus à iure fieri prohibitos, tunc nō ligabuntur, qui facerent actus, quos lex annullat, non prohibendo directe ne fiant: ergo ſignum eſt, quod nō eſt idē annullare actū, & illū prohibere ne fiat alias excōmunicatio deberet ligare eos, qui faciūt actus, quos lex irritat.

15 Anteced. prob. quia in pœnalib' verba debēt intelligi iuxta rigoroſā ſignificationē verborū, vt ipſemet Caſtrop. ſæpiſſime docet *t. 1. d. 2. tr. 3. de interp. legis. & t. 2. d. vn. de reue. deb. locis ſacr. pu. 9. & 10.* eſtq; res certa, vt ex ſup. dictis patet: ſed vt ipſemet docet *t. 1. d. 2. tr. 3. pu. 8. n. 2.* ibi *prohibere, & irritare ſunt omnino diſtincta, quia prohibere actū, eſt obligare ne fiat, irritare, eſt inefficacē reddere voluntatē in illius effectione*. ergo excōmunicatio lata cōtra faciētes actus, qui ſunt iure prohibiti, non ligaret faciētes actus iure irritos, ſi directe prohibiti non ſunt, ne fiāt, quod erat antecedēs probandū.

16 Et cū Caſtrop. ſupponat eſſe terminos omnino diſtinctos, & ſignificare res omnino diſtinctas, non poteſt dicere, quod irritare īcludat prohibere.

17 Ad ſecundum aio, tantum probare, quod, quādo ad perſonas dirigitur, nō ſolum actus annullatur: ſed etiā prohibetur, & ſic ſtando in diſtinctione Bartoli dicendū eſt, tunc eſſe peccatū, facere cōtra legē; ſtādo vero in Suarij limitatione dicēdū eſt attēdendā eſſe etiam materiam, vt regula ſit certa.

18 Nec ex eo, quod *l. ſi quidē l. nō ſolū. & l. ad reſoluēdā Cod. de prædijs min. & c.* ipſe minor alienare prohibeatur, poteſt Caſtrop. inferre, quod in alijs iurib' nō ſit irritatio, niſi fiat prohibitio, & oratio, ad perſonas dirigatur, quod ſi probaret, valeret ſuū argumētū, at nō probat, nec poteſt, cū *eod. tit.* irritentur actus abſq; eo, quod oratio cōuertatur ad perſonas, & fiat prohibitio actuū, vt patet *l. nō eſt nobis l. cū emācipatis l. minor. poſſeſſio l. prædia ruſtica l. inter oēs l. ſi prædiū ruſticū*, & alijs eodē titulo.

Obiectis Caſtropalai cōtra regulā ſupra ex Sanch. & alijs traditā, occuritur.

19 NEc ex regula, quā ex cōm. DD. ſētētia, & Sanch. attulim' *n.* 12. quieſcit animus Caſtrop. (ſic ipſe ait *d. tr. 14. d. 2. pu. 8. ver.* ſed neq; ex hac.) ad dignoſcendum, quando lex diſponens de actibus ſuorum ciuium obliget ad culpam nec ne: idque probat deſtruendo illam diſtinctionem legis,

Digitized by Google

legis,reſpicientis aliquādo immediatè bonum commune, aliquādo vero bonum particulare;*quia non poteſt negari*,inquit, *Reipublicæ maxime intereſſe,ne mulieres indotatæ extent, & ne minores in contractibus defraudati depauperentur*, *& confirmat argumento deſumpto ex renunciatione Patrimonij ad cuius titulum Clericus fuit ordinatus,quod prohibetur renunciare; & licet hæc lex diſponat de bono particulari ipſius Clerici,quia tamen præcipue lata eſt in fauorem ſtatus Eccleſiaſtici,ne Clerici depauperati emendicare cogantur*, *& viles fiant, & ea de cauſa iuramentum contraueniendi tali legi nullū erit, ergo ita in legibus ciuilibus philoſophari poteſt. Adde ſi leges diſponentes de his bonis priuatorum*, *vim legis non haberent,ſed priuilegij,quæ cauſa eſt*, *quare ſecluſo iuramēto nō poſſint illis renūciare*,hęc sũt argumēta Caſtrop.quibus.

20 Reſpondendo ad 1. dico ſatis eſſe Caſtropalao illam diſtinctionem admittere,quamuis ipſum admittit, ad quod probandum non longè progrediendum eſt, ſed in ipſo limine inſtitutionum imperialium *de iuſt. & iure §.fin.*habemus textum expreſſum ibi. *Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones*, ideſt ſpecies ex Gloſſ.ibi.*publicum, & priuatum,publicum ius eſt,quod ad ſtatum Reip. Romanæ ſpectat. priuatū eſt, quod ad ſingulorum vtilitatē pertinet.*

Nō poteſt igitur hæc diſtinctio negari;quia non negamus,quod ex bonis ciuium reſultet Reip.ornamentū, vt bene notat Oinotomus *in d. §. fin.* ſed tunc dicimus legē non diſponere immediatè de bono cōmuni, ſed de priuatorum bonis: cōtra vero quando lex diſponit de bono publico immediatè v.g.ne arma extrahantur;ne muri Ciuitatis violentur &c. tunc reſpicit bonum publicum,at etiam redundat in priuatorū emolumentum.

21 Ad confirmationem aio, iam Caſtropalaum ſupponere legem illam de non alienando patrimonio eſſe latam præcipue in fauorem ſtatus Eccleſiaſtici:ergo non poteſt ex illo caſu agumētari in legibus ciuilibus abſolutè ad alios caſus,in quibus lex nō eſt lata, præcipuè in fauorē boni publici, ſed immediatè in bonum perſonæ priuatæ.

22 Ad vltimum, quod addit dico has leges nō eſſe mera priuilegia; ſed veluti priuilegia concedi in fauorē perſonæ principaliter: quia tamen multum etiam expedit Reip. eas ſeruari legislator, veluti cōmunis pater, voluit priuatorū bono efficaciter prouidere; & ne aut ratione ſexus, aut ætatis defectu, aut paſſionis impulſu deciperentur, vetuit ne poſſint ad libitum contra facere ſtatuens has diſpoſitiones per modum legis actus irritantis, vt ex Sanch. dicam *num.*43.

Quid vero dicendum ſit de ſententia Caſtropalai in hac re, quam *nu.* 7. ſubdit, dicam in fine huius diſputationis,nunc ſubdam aliqua exempla, quæ traditam doctrinam cōfirmant.

De iuramento contra Priuilegium communitati conceſſum.

23 EX dictis infero 1. iuramentum præſtitum à Clerico parendi iudici ſæculari, vel aliud, quod ſit contra Immunitatem Eccleſiaſticam,nō obligare; immò graue peccatum eſt ea cum iuramento promittere: nam non eſt tantum contra bonos mores ciuiles; ſed etiam cōtra bonos mores naturales, quia licitè ſeruari non poteſt; cum immunitas ſit conceſſa ſtatui Eccleſiaſtico,& tale priuilegium ſit ratione publici boni, cui non poteſt ſine peccato priuata perſona derogare,vt dicemus paulo poſt,& *diſp. ſequ.*ita Suar.*c.*23.*n.*1. & eſt cōmunis.

24 Cui addo non valere iuramentum de renunciando Patrimonio, vel beneficio in cuius titulum Sacerdos eſt ordinatus,quando non habet, vnde viuat, quia prohibitio facta *in Conc. Trid.ſeſſ.*21.*cap.*2.*de reform.*eſt ob bonum publicum. ita docent Barboſa *Coll. in Cōcil.ſeſſ.*21.*c.*2.*n.*33. Cāpanil. *c.*6.*mēbr.*8.*diuer.iur.can.* Nicol. Garz. 2.*p.c.*5.*num.*232. & alij.Similiter nec obligat iuramētū renunciādi priuilegium

gium cõceſſum in quibuſdam regnis, ne nobilis incarceretur pro debitis, & Panormi, ne Sexagenarius poſſit pro debito incarcerari; quia hæ leges latæ ſunt ob bonum publicum; nec etiam donatio facta meretrici inter viuos à milite, vel à coniugato cõcubinæ, & à Clerico, vel Aduocato, vt docet Couarr.*cap.quãuis Pactum p.2. §.1.nu.4.* ſequitur Fagundez *l.2. c.17, in 2.præc.Decal.num.72.*

De iuramento non reuocandi teſtamentum.

25 CONtra verò obligat iuramentum de non reuocando teſtamento, de inſtituẽdo hoc hærede, vel de pœna ſoluenda, ſi talis promiſſio nõ impleatur; quia non eſt contra bonum publicum, nec de re, quæ ſine peccato fieri non poteſt; licet ſit contra legem irritantem; vt de teſtamento, videri poteſt apud Couarr.*c.quamuis pactum 3.p.* Iulium Clarum 3.*lib.§. teſtamenta q.* 94. & alios aſſerentes eſſe communem, & poſt Suar.*lib.2.c.21.* tenet Baſilius Pontius *lib.12.de matrim.cap.8. num.42.* Caſtropal.*diſp.2.pun.9.nu.12.* licet aliam afferat rationem: loquentes etiam de iuramento promiſſionis inſtituendi hunc hæredem, & de iuramento pœnæ ſoluendæ, caſu quo fieret contra talem promiſſionem tenet Molin.*to.1. de iuſt.tr.2.diſp.151,*

De iuramẽto circa futuras ſucceſſiones.

26 INfero 2. iuramentum additum pactis de futura ſucceſſione, non eſſe obligatorium, quia ſunt contra moralem honeſtatem, nam leges prohibent hæc pacta, ne procuretur mors illi, cui ſuccedẽdum eſt, ſi non fiat de eius conſenſu, vt putant communiter iuriſtæ, & videri poteſt Tiraquellus *l.ſi vnquam in præf.à nu.*135. ita Suar, *d.cap.*21.

27 Dat hoc loco anſam Suarius *nu. 6.* dum ait, *an vero fundamentum illud ſolidum ſit, non ſpectat ad præſentem tractatum.* dicendi probabile eſſe hoc iuramentum obligare etiam ſine conſenſu illius, cui ſuccedendum eſt, quando fiat inter perſonas, à quibus moraliter hoc periculũ ceſſat: ducor, quia licet leges prohibentes talia pacta reſpiciant bonum eius, cui ſuccedendum eſt; tamen fundantur in præſumptione (non loquor in materia beneficiorũ cõtra Eccleſiaſticas prohibitiones, nã iam ſupra initio diſp. diximus facere contra eas eſſe cõtra bonos mores naturales) ergo ceſſante præſumptione non obligant pro foro conſcientiæ.

28 Antec. patet ex Cabedo 1.*par.deciſ.* 138.*nu.*3. vbi loquitur de pacto iurato dandi ad Emphyteuſim perſonæ determinatæ poſt mortem Emphyteutæ. *& ex l.vlt.c.de pactis* ibi. *Sed nobis huiuſmodi pactiones odioſæ videtur, & plenæ triſtiſſimi, & periculoſi euentus.* vbi Gloſſa *ver.euentus.* ait *propter inſidias, quæ parantur eius vitæ,* & infra. *ſunt enim ſublata acerbiſſima ſpe.* nempe ex Gloſſ. *vt præſumatur, quod iſti inſidientur eius vitæ.*

29 Conſequentia probatur. *ex leg.Prætor.ff.de iuris.omn.iudicum.* vbi Aduocatus non poteſt eſſe Iudex cauſæ, cuius fuit Patronus, & tamen quia ea deciſio eſt fundata in præſumptione affectionis Aduocati: vbi ea ceſſat pro foro conſcientiæ non obligat. vt docet Corduba *in ſum.qu.*259. quem ſeq. Diana *tr.v.Miſcell.reſol.*56.*p.*3.

Similiter nec poſſunt paciſci de quota lite, vt tenent multi apud Sanchez *lib.6.c.7.dub.9.* at non pænitendi Doctores oppoſitum docent pro foro conſcientiæ, ex eo quia lex illa fundatur in præſumptione delicti, & ſimilia exempla infra habebimus. Videri etiam poteſt Valerius *in differen. vtriuſq; fori ver.hæreditas.differ.*2.*n.*3. vbi aſſerit hæredẽ non conficientem inuentarium non teneri in foro conſcientiæ ſupra vires hæreditatis cõtra *cap. Rainaldus de teſt. & l.fin.cod.de liberis.* & fauet Suarius noſter; dum ait *d.nu.6.* initio eſſe eamdem rationem, quæ de iuramento nõ reuocandi teſtamentum, vel inſtituẽdi hæredem

dem

dem talem, in quibus caſibus cit. DD. *nu.* 26. tenent valere, & Suarius dicit eſſe communem.

30 Ratio autem quam aſſignāt aliqui, inter quos Fagund. *lib.* 2. *c.* 17. *num.* 13. *fine*, quia ſcilicet eſt illicitum, pœna, & dolore alterius velle facere hæredem ſuæ hæreditatis: valde infirma videtur, qui enim iuſtus, aut rationabilis poteſt eſſe dolor decrepito Auo v.g. quod nepotes ſecum paciſcantur, vt cum is deceſſerit è vita talem fundum vnus accipiat, alter domū, ſiue ſub conditione ſi hæredes fuerimus, ſiue abſolutè? ſaluo tamen &c.

De iuramēto ſoluendi pœnam à reſiliēte è ſponſalibus, & donandi omnia bona.

31 INfertur 3. iuramentum ſoluendæ pœnæ à reſiliente iniuſte à ſponſalibus, obligare; quia eſt tantùm contra bonos mores ciuiles; at ſoluendi à reſiliente quomodolibet, etiam ex iuſta cauſſa, non obligat, quia eſt cōtra libertatem matrimonij Suar. *d. l.* 2. *c.* 23. aſſentitur Pōtius *lib.* 12. *de matr. c.* 19. *num.* 7. & 8. Caſtrop. *diſp.* 2. *pun.* 8. *nu.* 10. Aegidius Coninch. *de matrim. diſp.* 22. *dub.* 5. *conſ.* 2. videre ſi placet me ipſum *lib.* 1. *de matr. diſp.* 32.

Placet hic aduertere non eſſe ſpōſalia tractatum de contrahendo matrimonio, cum aſſignatione tante, vel tātæ dotis, de quo caſu his diebus cōſultus ſum; nam parentes fœminæ cū viro tractarunt, de contrahendo matrimonio cum tanta dote, & poſt varias altercationes: tandem vir fuit cōtentus; ſed non eſt vltra progreſſum ad aliam promiſſionem, vel ſignum &c. loco promiſſionis: quare dixi non eſſe ſponſalia, nec parere impedimentum, niſi conſuetudo loci ita haberet idq; aperte videtur ſentire. Sanch *l.* 1. *diſ.* 22. *n.* 5. Vbi habet, quod ſi habito tractatu inter amicos de matrimonio contrahendo ſponſus miſit iocalia ſponſæ conſciæ talis tractatus, & ipſa acceptauit, ſunt ſpōſalia, & *nu.* 6. idem repetit ſi cum tractaretur de matrimonio contrahendo viro promittenti matrimonium, fœmina requiſita ſponte manum dedit ſunt ſponſalia: ergo per Sanchez, & alios quos ipſe ibi citat tractatus de matrimonio; niſi ſequatur mutua promiſſio modo explicato à me *lib.* 1. *de matrim.* non eſt ſponſalia, & idem eſt quando parentes ſecum tractarent de matrimonio pro ſuis filijs impuberib⁹: ſi enim aliud non addunt niſi v.g. ego conſtituo tantam dotem pro mea filia, & alius adijcit, ego filio aſſigno cētum non erunt ſponſalia niſi addant; iam ego promitto meū filium accepturam tuam filiam, vel alia verba æquiualentia; quia aliud eſt tractatus de matrimonio aliud eſt promiſſio ſpōſalia conſtituens.

32 Infertur 4 nec valere iuramentum confirmans omnium bonorum donationem, quādo donatio eſt irrationabilis, & actus prodigalitatis. Cōtra verò ſi non ſit talis: nam non videtur contra rectam rationem, quod quis priuetur ſpōte libertate teſtandi, quæ eſt ratio cōtrariorum, nec lege poſitiua obligante ſub culpa prohibentur: ergo. hæc Suar. *d cap.* 23. *n.* 7. & 8. Sed oppoſitum tenent; etiam pro foro cōſcientiæ Caſtrop. ſupra. Fagund. *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 26. & alij. & teſte Suario comm. iuriſtæ apud Couarr. *de teſtam.* 2. *p. nu.* 4. Guttierr. *de iur.* 1. *p. cap.* 11. Gamam *dec.* 206. *nu.* 3. & alios. eſtq; tuta ſententia.

33 Tantum limitatio Suarij, quod dictum iuramentū obliget ſaltē quoad moderatam quātitatem, poteſt tutò omitti; licet eam approbent Manuel *to.* 2. *ſum. c.* 40. *nu.* 4. Palacius *lib.* 5. *de contractibus c.* 11. *fol.* 479. Sotus *l.* 8. *de iur. q.* 2. *ar.* 7. dum docent iuramētum promiſſionis prodigæ valere quoad quātitatem moderatam. Ducor quia cum ſit iuramentum factum de prodiga promiſſione per modum vnius corruit in totum iuxta dicta *de matr. lib.* 9. *diſp.* 25. cum Sanchez, & alijs. vide *diſ.* 7. *num.* 33. ſupra.

34 Contra verò eſſet ſi iurans habuiſſet animū donandi, quæ poſſet; nam cū exceſſus poſſet ſeparari, iuramentum

tum

Digitized by Google

tum tenet quoad moderatam quantitatem iuxta ibi etiam dicta.

Vnde nimis rigoroſa videtur Molinæ ſentētia *to.2.de iuſt.diſ.271. col 3.* volētis promiſſionem prodigā iuramento firmatam obligare,quoad totam quantitatem,& non ſolū quoad moderatam, quā æque probabilem, ac priorem putat Sanchez *l. 3. cap. 9. num.27.* nam non ſolum eſt culpa in modo prodigo promittendi, vt vult Molina,ſed etiam in ipſa ſubſtantia, vt ſic dicam, promiſſionis,ſeu quantitatis promiſſæ,nec ſolum eſt prodigalitas in principio promiſſionis, vt dicit Sanchez. ſed etiam in executione, nam maxime in ordine ad ſolutionem cenſetur prodigalitas. immò & ratione ſolutionis promiſſio prodiga habet malitiam, & prohibetur in iure,vt in ſimili docent Guttier.Seraph. Baſilius Pont. & ipſe Sanchez apud Caſtropal.*diſp.2.pun.8. num.11.* nempe eo ipſo, quod ſtipulatio pœnæ ſoluendæ in ſponſalibus ſit prohita iuxta dicta *nu.32.* à fortiori prohiberi ſolutionem, quia ratione illius ſtipulatio irrita eſt.

Satis fit obiectionibus, & declaratur quando obliget iuramentum emiſſum illicitè, vel de promiſſione prohibita.

35 OBijcies contra dicta. Iuramentum de actu contra leges ciuiles illicitè emittitur, & ſemper eſt de actu illicito, quia eſt cōtra publicum Præceptum,& ſuperioris ius:ergo abſolute non obligat.

36 Ad ſolutionem huius, & ſimilium difficultatum ſciendum eſt iuramentum ex triplici capite poſſe eſſe illicitum.primo ex materia,quę fieri debet ex vi iuramenti, vt ſi iures hominem necare.

37 Secundo ex prohibitione, quia ſc. prohibetur fieri, vel ex alio capite extrinſeco.v.g. quia ex odio iuratum eſt: at materia eſt licita,vt ſi Superior præcipiat nil ſponte offerre cum iuramento, & ego iuro me dicturum ſacrum pro alio, tunc iuramentum eſt illicitum ob iuſtā ſuperioris prohibitionem,at materia eſt licita.

38 Tertio modo poteſt eſſe iuramentum illicitum,quia ipſa promiſſio iurata eſt illicita,vel quia eſt de re,quæ natura ſua non eſt capax obligationis, vt ſi ſit mala,vel quia ipſa per ſe prohibetur, quamuis materia ſit bona, vt ſi Pater filio præcipiat, vt nil promittat,& ſuperior Religioſo, ſiue promiſſionem prohibeat irritādo illam, ſiue non. hoc poſito ex Suario *cap.24.lib.2.de iuramen.*

39 Ad argumentū nego antec. quoad vtramque partem, & quidem primæ partis falſitas patet, nam filia cedens cum iuramento bonis paternis, contenta ſua dote,nō peccat,*ex cap. quāuis pactum.de pactis in 6.* nec alienans fundum dotalem cum iuramento,*ex cap. cum contingat. de iure iur.* & ſupponūt Doct.comm.reſte Suario, qui hæc habet *c.20.n.7.*& tamen hæc iure ciuili fieri prohibentur, vt ex dictis patet,& infra dicemus.

40 Et dato quod iuramentum ſit illicitè emiſſū,adhuc nō ſequitur, quod non obligat; niſi ſit illicitum, vel ratione materiæ malæ, quæ fieri deberet iuxta dicta *num.* 37. vel ratione promiſſionis circa materiam de ſe,& intrinſecè malam iuxta dicta *nu.* 39. quia iuramentum poteſt ſeruari non ſolum,vt promiſſio rei licitæ fiat, ſed etiam ſi promiſsio ſit irrita adhuc, vt aſſertio verificetur:nam poſito,quod actus faciendus habet honeſtatē moralem, & eſt contra bonos mores ciuiles tantum, eo ipſo quod iuraui me illum facturum, teneor non vi promiſsionis,quando ea eſt irrita; ſed aſſertionis, vt ſcilicet eam verā faciam. Suar.*d.cap.24.*per totum.

41 Falſitas autem ſecundæ partis antecedentis,nimirum iuramentum eo ipſo,quod eſt de actu per legem prohibitum, ſemper eſt de actu illicito, ex dictis ſupra *à num.8.* ex Suario patet,ſiue ſētias cum Bartolo, ſiue cum Sanchez,& alijs communiter.

42 Ad probationem autem anteced. quā addidi ex Caſtrop. *diſ.2.pu.8.n.7.* patet

Digitized by Google

patet reſponſio ex dictis; nam quando lex aliquid prohibet immediate reſpiciēs bonum priuatum, niſi aliud ex materia nō deducatur, vel ex modo illam ferendi, non intendit rigoroſè obligare: ſed potius quęrit fauorem priuatæ perſonæ, quæ dum facit contra illam legem, non dicitur propriè, contra publicum præceptum operari, aut iūri ſuperioris derogare, ſed cedere ſuo iuri, vt bene Sanchez explicat. *c.9.l.3.cu.35.* & ſupra diximus. *has diſput. num.21.*

Caſtropalai ſententia non probatur.

43 VNde ex dictis minus placet Caſtropalaus *d.diſ.2.pun. 8. num. 7.* dum propoſito argumēto ductus, cōtra Suarium, & alios communiter docet, nullum iuramētum obligare cuilibet legi aduerſum, & multo minus placere poteſt, dum ad tuēdam ſuam ſententiam ait, quod leges non prohibent perſeuerantiam negatiuam in actu ſemel facto, nec illius præcipiunt reſciſsionem: ſed prohibent faciēdum v.g. dum prohibet lex alienationem fundi dotalis, tātum prohibet ne alienes, & ſic iurans alienare fundum dotalem facit contra legem, & non obligatur, quia eſt obligatio ad contradicendum legi, & ad faciendum actū vanum, & otioſum, at ſi poſtquā alienaſti, iures alienationem non reuocare, iuramentum obligat, quia hoc leges ciuiles non prohibent, quæ ſane doctrina relata iam fuerat à Suario *c. 20.nu.6.* ex Iaſone Authentica Sacramenta puberum *num.52.* & Abbate in *c.cū conting.at.de iure iurand.nu.6.* & ei ſatisfecit *num.7. & cap.24.* vt ex dictis à me *num.40.* & ſeq. patet.

44 Dico igitur non ſolum obligare iuramentum de non reuocanda venditione fundi dotalis. ſed etiam iuramētum de alienando fundo dotali, quia ea promiſsio, non eſt contra bonos mores naturales; iuxta dicta *num. 38. & 39.* & dato quod ea promiſsio ſit irrita iuramentum ſeruandum eſt, ratione verificandæ aſſertionis; poſito quod alienatio non ſit mala moraliter, vt dixi *num.41.*

45 Cæterum in rei veritate leges ciuiles, non prohibent promiſsionem v.g. de venditione fundi dotalis facienda; & ſic de alijs: ſed ipſam venditionem, quæ enim vtilitas eſt priuato, aut publico, ſi promiſsio prohibeatur, & nō ipſa venditio? leges enim, vt bene ait. Suarius *cap.29.n.25.* in caſu ſimili potius procurant, ne obligatio, aut actio oriatur ex venditione, ſeu alio contractu, quam quod impediantur promiſſiones.

DISPVTATIO X.

Explicatur an, & quando iuramentum confirmet contractus, nec ne.

1 SOlet aliquando iuramentum addi alicui pacto, qui ſine iuramento eſſet nullus, eo tamen poſito, valet; aliquando vero additur promiſſioni nullæ, & illam talem relinquit, nullas vires addendo: ſed tantum obligat in vi iuramenti, ne Deus, vt falſus teſtis aſſumatur, vt eſt in promiſſione pecuniæ facta latroni ob metum, quæ per iuramentum nullas vires recipit: ſed remanet inualida in ratione promiſſionis. Si 1. modo dicitur iuramentū confirmatorium, quia ita obligat iurātem, vt duplicem pariat obligationem, vnam reſpectu Dei, alteram reſpectu hominis, cui facta eſt promiſſio. hoc poſito ex D. Thoma *2.2.q.89. ar.7. ad 3.* & Suar. *tom.2. de Relig. lib.2. de iur. & c.c.25.n.2.* & alijs communit.

QVÆRES I.

In quo differat iuramentum confirmans contractum à iuramento obligatorio.

2 REſp. quatuor ſolent aſſignari differentiæ. prima eſt, quod in iuramento obligatorio per relaxationem ceſſat omnino obligatio, vt omnes tradunt, at in iuramento confirmatorio remanet obligatio contractus ratione iuſtitiæ, ſecundum probabilio-

Digitized by Google

biliorem ſententiam, & ſolum ceſſat obligatio iuramenti, ita vt nō ſit periurus, ſi contrarium faciat, vt ſi iuraui dare tibi centum, quæ debeo; ſi iuramentum relaxetur, non per hoc, non teneor ad dandum: ſed tantum ſi negem, ero iniuſtus, & nō periurus; & ratio poteſt eſſe, quia iuramentum confirmatorium ſupponit aliquam obligationem naturalem; quæ cum prior ſit ipſo iuramento, poteſt remanere eo ſublato; Greg. Lopez *leg. t.* 19. *par.* 6. *Gloſſ.* 9. Gomez 2. *var. c.* 14. *n.* 21. & poſt Suar. *hic cap.* 25. Caſtrop. *diſp.* 2. *pun.* 9. §. 1.

3 Hæc autē relaxatio prodeſt adhoc, vt qui iurauit, poſſit ſine periurio petere à Iudice, iuſta cauſa interueniente, puta læſionis, vt reſcindatur contractus, qui fuit iuramento confirmatus: niſi talis relaxatio fiat à creditore; quia tunc, cum ipſe non poſſit relaxare iuramentū, niſi remittendo contractum, ceſſat omnis obligatio, tam religionis quā iuſtitiæ, ita Suarez *n.* 6. cui addo Rebell. *de iuſt. p.* 2. *lib.* 1. *qu.* 9. *nu.* 11. Seraphin. *de Priuil. iuram priuil.* 61. *nu.* 3. Surd. *conſ.* 194. *num.* 24. *vol.* 2. Mancin. *tr. de iuram. p.* 6. *q.* 1. *nu.* 1. & 2. Guttier. *auth. ſacr. puber. num.* 20. *Cod. ſi aduerſus venditionem.*

4 Vnde cum dicitur quod iuramenti confirmatorij non poteſt peti relaxatio, quia eſt ius parti acquiſitum debet intelligi, ſpectatis præciſe intrinſecis circumſtantijs illius, & ſic etiam intelligi debet, cum dicitur, quod in iuramento obligatorio, poteſt peti relaxatio, vt videbimus infra. ita Suar. *d. c.* 25. *num.* 12.

5 Breuius tamen dic ex Sanchez *l.* 3. *cap.* 12. *num.* 65. id eſſe intelligendum abſolute, vt numquam poſſit iuramētum confirmatorium relaxari: niſi à Papa, qui poteſt in caſu extraordinario priuate aliquem iure ſibi acquiſito. ita ſentiunt Bart. *leg. ſi quis pro eo, nu.* 10. *ff. de fideiuſſ.* Iaſon. *auth. ſacram. puber. num.* 5. *c. ſi aduerſ. vendit.* Couar. *de pactis.* 2. *par.* §. 3. *num.* 2. Hondedæus *conſ.* 31. *nu.* 26. *vol.* 1. & alij multi, quomodo autem ſit hoc intelligendum de Epiſcopis, *diſ. vlt. huius lib. à nu.* 27 dicetur.

6 Secunda differentia eſt, quod iuramentum confirmans contractum dat actionem pro foro externo, eamdem ſc. quam habet contractus, qui alias ſine iuramento fuiſſet irritus; quia firmat eius obligationem naturalem, vel ciuilem reſpectu hominis, cui fit contractus, quando fuit emiſſum pleno voluntario; abſq; metu ſcilicet vel dolo, vt ſi iurem tibi mutuum ex ſtipulatione cū ſim filius fam tu potes agere, contra me actione ex ſtipulatu, ſeu mutui: quia iuramentum non addit, aut auget actionem: ſed tantum facit, quod poſſit habere actionem, quam ſine iuramento à me præſtito habere non poſſes, eſt communis Iuriſtarum ſententia. vide Mendozam *lib.* 1. *diſ. de pactis c.* 4. *q.* 1. *à nu.* 16. Sarmentum *lib.* 1. *ſelect. ca.* 3. & poſt Suar. Sanchez *l.* 3. *c.* 12. *n.* 66. Fagundez *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 3. Bonac. *de contr. diſ.* 3. *q.* 1. *pu.* 1. *ſub num.* 10. & alij. At non confirmans non dat actionem, quia cum nullum ius tribuat creditori, nullam etiā dat ipſi actionem *ex* §. 1. *inſt. de actionibus.* vide etiam poſt Suar. Sanchez *d. lib.* 3. *c* 11. *n.* 8. & Doctores, quos citat.

7 Tertia differentia eſt, quod in iuramēto nō cōfirmāte contractū; poteſt ſolutū ſtatim repeti, quacūq; via legitima; nā momentanea ſolutione eſt extincta obligatio iuramenti, ſaltem in aliquibus caſibus, vt dicemus infra: at in iuramēto cōfirmatorio, nō poteſt fieri repetitio ſoluti, quia fieret cōtra ius recipientis, non tantum cōtra iuramentum, quod iam eſt extinctum, vt ſi iuraui ſoluere vſuras: poſſum ſoluere; & ſtatim eas repetere; quia obligatio illa ſoluendi orta ex iuramēto ceſſauit per ſolutionem illam, etiam ſi per momentum reliquerim pecuniam apud vſurarium, nec alia erat obligatio: cōtra vero ſi mutuum iuraui, teneor ex vi iuramenti ſoluere: nec poſſum datum repetere; quia licet non ſit contra iuramentum, eſt tamē cōtra iuſtitiā; quia per iuramētū fuit ius acquiſitū mutuanti ſic &c.

ſic

Digitized by Google

ſic Suarius *d.c.27.nu.10.& 11.ex cap. ad audientiam de his, quæ vi. & authentica Sacramenta Puber.* vbi Iaſon *n.41. cod. ſi aduerſus venditionem*, Dominicus Franc. & alij. Portius *§. extraneis n.12. inſt. de hæred. qual. & diff.* Eucrardus *lo. à vi & energia iuramen.* & Lara *l. ſi quis à liber. §. parens. nu. 120. ff. de liber. agnoſc.* & nouiſſime Sanchez *l.3. cap.12. nu.61.* Caſtrop. *diſp.2. pu.9. §.1.* Fagund. *l.2. in 2. præc. decal. cap.18. n.4.* alios citans. quamuis non deſit Oñate *de contr. tract.4. d.11. ſec.2. num.44.* qui hoc in dubium vocet, & ad intentionem iurantis recurrendum eſſe dicat; ſed non eſt à communi recedendum, & intentio iurantis eſt attendenda, quando is poſitiue, & expreſſe voluerit ſe obligare, & ſolutum non repetere, vt ſupra *diſ. 9. n.4.* dixi.

8 Quarta deniq; differentia eſt, quod iuramenti confirmatorij obligatio tranſit ad hæredes; at obligatio iuramenti non confirmatorij ad eos nõ tranſit, vt ex dicendis cõſtabit. hæc Suar. *n.9.* quod fuſius trademus *diſp. ſequ.*

QVÆRES II.

An iuramentum contra leges, reſpicientes immediatè bonum publicum, cõfirmet contractus ipſo iure irritos.

9 REcolendũ eſt, quod ſupra *diſp.9. n.6.* innuimus aliquas leges reſpicere immediatè bonum publicum, & ex transgreſſione earum ipſum lædi, vt non ferendi arma extra regnũ; aliquas immediatè bonum priuatũ, & ex earum transgreſſione priuatum bonum lædi, & eo mediante publicum, vt de non contrahendo ſine tutoris authoritate in minore, & quoniam difficile eſt diſcernere, quando læditur immediatè bonũ publicum, quando priuatum; in dubio ſemper in fauorem communis boni eſt iudicandũ, vt ait Suar. hîc *lib.2. c.26. n.2.* At mihi placet, quod docet Alciatus *c. cum conting. 1. nu. 90. de iur. iuram.* & & ſequitur Sanch. *l.3. c.9. nu.31.* in dubio, quando diſponitur de bono pecuniario, cenſendum eſſe fieri primariò in bonũ priuatorum. hoc poſito.

10 Reſp. neg. Ratio eſt, quia iuramentum hoc eſt contra bonos mores ciuiles, vt ex dictis patet: ergo eſt inualidum, & nullam habet vim. eſt communis ſententia, quam tuetur Bartol. *l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor.* vbi Paulus *n.4. & 5.* Abbas. *c. cum contingat. nu.5. de iur. iur.* vbi Alex. de Neuo *nu.28.* Beſſarin. *n.21.* Alciat. *l. patet* quæ contra *num.17. C. de pactis.* Couarr. *de pact. 2. p. §.1. num.5.* Seraph. *de priuil. iuram. priuil.61. num.17.* & alij multi, & poſt Suar. *c.26. nu.11.* Rebell. *de ius p.2. l.12. q.9. n.8.* Sanch. *l.3. c.12. nu.43.* vbi multos citat. Fagundez *lib.2. c.17. n.26. in 2. præc. decal.*

QVÆRES III.

An iuramentum contra leges reſpicientes immediatè bonum priuatum confirmet contractus.

11 REſp. cum diſtinctione, ſi pactum, ſeu contractus, cui iuramentum additur, reprobetur, ſeu irritetur in odium creditoris propter turpitudinem eius, ſiue ea ſit contraria iuri naturali, aut Canonico; ſiue iuri ciuili, dummodo creditor accipiẽdo id, quod ſub iuramẽto promiſſum ſibi eſt, vere peccet in conſcientia; non confirmatur iuramento, eſto tale iuramentum obliget debitorem ad præſtanda omnia, quæ promiſit, & præſtare poteſt ſine peccato, vt *à nu.15.* exemplis manifeſtum fiet. ratio eſt, quia ex vna parte ſufficit, vt iuramentum obliget propter reuerentiã Dei: ad quod nõ eſt neceſſe, vt confirmetur cõtractus, & ex alia ius ciuile reſiſtit tali cõtractui, illud irritando: ergo. ſi vero reprobetur in odium debitoris dicam *quæſt. ſequente.*

12 Nec leges Canonicæ dum declarantes ius naturale, & diuinum, dicunt iuramenta eſſe ſeruanda, intendunt fauere creditori inique agenti, confirmando contractum.

13 Quod ſi *cap. debitores. de iur. iuram.*

dicitur de iurantibus ſoluere vſuras, *cogendos eſſe Domino reddere iuramēta,* intelligi debet in conſcientia, vel quādo conſtat de iuramento, at non conſtat de vſurario cōtractu; nam de cetero vſurarius nullam habet actionē contra promittentē, *ex l. non dubium c. de legibus, & l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ.* vt præter Suar. *c.27. num.6.* docent Fortunius Garzia *de vltim. fin. illat.22. nu.465.* Molin. *t.1. de iuſt. diſp.150. col.2.* Leſſ. *lib.2. c.17. num.51. de iuſt.* Ant. *d. c. debitores num.7.* Sanch. *l.3. c.11. num.8.* ad hanc reducitur, quando promiſſio eſt in tertij præiudicium, quod iniuriam, & iniuſtitiam re vera inuoluat, quia tunc nō poteſt ſine peccato ſeruari iuramentum, vt bene Suar. notat, *c.27. nu.5.* quem ſequitur Sanch. *loc. cit.* & exemplis *à nu.15.* ponendis omnia clariſſima fient.

Hæc regula eſt vniuerſaliſſima, & ab omnibus admittitur. Bartol. *d. l. ſi quis pro eo,* vbi ſcribentes. Caſtrenſe, & alijs *auth. Sacram. puber. Co. ſi aduerſus vēdit.* Euerardos *loco à vi, & energia iuramenti, num.17.* Alex. *conſ.129. num.19. vol.6.* Couar. *de pactis 2. p. §.3. num.1.* Anton. Gomez *to.2. Var. c.14. num.24. ver. itèm infertur, quando donatio.* Mancinos *de iuramen. p.4. eff.1. qu.3. num.12.* Surd. *conſ.165. num.10.* Fachineos *in ſuis controu. l.3. cap.11.* & preter Suar. *l.2. d. cap.27.* ex Theologis Leſſius *l.2. cap.17. nu.56.* Rebell. *deciſ. p.2. l.1. qu.9. num.11.* Azor. *tom.1. inſt. moral. lib.11. cap.7. quæſt.1.* Sanch. *l.3. cap.12. à num.51.* Fagundez *l.2. c.p.18. in 2. præc. decal. n.2.* Bonac. *de contract. diſ.3. q.1. pu.1. à num.7.* Trullench. *l.2. in decal. dub.8. num.17.* Del Vgo *d.22. ſec.8. de iuſt. num.226.*

14 Aduertit, & bene Sanchez *loc. cit. n.54.* ex Corneo *in repet. auth. Sacram. puber. nu.55.* non eſſe neceſſarium, vt recipiens re vera peccet, ſed ſatis eſſe, ne confirmetur iuramento, ſi actus ipſe qui iuratur, ſit in ſe illicitus, eſto ille, in cuius gratiam fit, ob ignorantiam non peccet, v.g. iuraſti dare vſuram vſurario, hic ob conſcientiam erroneam non peccauit illam accipiendo: ſed non propter ea non potes agere, relaxato iuramēto, vt diximus, ad recuperandam vſuram datā; quia ille actus ſecundum ſe erat illicitus ſequitur Oñate *de con. tr.4. diſ.11. ſec.2. num.234.* idem bene addens ſi ab alio tertio fuerit commiſſa iniuria, & non ab eo, cui factum eſt iuramentum.

Explicantur varij caſus de iuramentis confirmatoriis iuxta traditā regulā. De iuramento ſeruandi pactum legis commiſſoriæ.

15 EX his infertur 1. quod iuramentū pacti legis commiſſoriæ nempe, vt pignus remaneat apud creditores, & pro empto habeatur niſi intra certum tempus fiat ſolutio mutui, ſiue alterius debiti; quamuis ſit obligatorium ex multorum ſententia; cum probabile ſit, leges irritātes hoc pactū fundari in præſumptione fraudis ex parte creditoris, & ſic ea ceſſante obligabit in conſcientia. ex Panor. *c. cum contingat, num.5.* Molina, *diſp.324. t.2. de iuſt. ver. in pignoribus vero.* & alijs cum Suario: tamen non firmatur iuramento; non quia, vt aliqui putant, ſit contra legem ciuilem prohibentem intuitu boni communis: nam per illud pactum non læditur immediatè commune bonum; ſed quia eſt turpitudo, ſeu præſumitur in creditore, vt videtur tenere Couarr. *cap.2. p.2. §.3. num.3.* & tradit Guttier. *de iuramen. 1. par. cap.33. nu.2.* Suar. *c.27. n.4. iuncto cap.26. nu.8. & 9.* Vnde neſcio cur Fagundez *lib.2. c.18. num.36. in 2. præc. decal.* citet Suarium *d. cap.26. num.8.* quaſi dicat pactum legis commiſſoriæ firmari iuramento, quod verum non eſt, vt dicam *ſequ. num.17.*

De iuramento ſoluendi amiſſā in ludo pecunia credita.

16 INfertur ſecundo, quod licet iurans ſoluere amiſſum in ludo pecunia credita, obligetur ex vi iuramenti, ex Nauarro *capit. 19. 20. nu.17.*

nu.17. (contra Medinam volentem etiam obligari ſimpliciter promittẽtem,) cum lex iuris cõmunis, vel aliquorum Regnorum id nõ prohibeat intuitu boni cõmunis, nec prohibeat ſoluere, aut nõ repetere ſolutum; ſed tantum aufert obligationem ſoluẽdi, & cõcedit repetitionem ſoluti, vt bene Suar. *c.*26. *nu.*10. tamen ſi dicamus hanc promiſſionem iuramento non firmari, & ſic poſſe momentanea ſolutione illi ſatisfieri, vel petita relaxatione iuramenti agere ad reſtitutionem iuxta regulas *à nu.*2. traditas, & docet Nauarr. *in manual. c.*19. *n.*17. Guttier. *de iur. confir. p.*1. *c.*53. *n.*7. *&* 8. cum alijs. tunc dicendum eſt, illã promiſſionem irritari in odium recipiẽtis pecuniam, & eſſe peccatũ saltem in retinãda illa, vt putauit Sotus 4. *de iuſt. q.*5. *a.*2. & Guttier. *ſup. n.*7.

17 Si vero cũ Molina *to.*2. *de iuſt. d.*515. *ver. vtrum aũt.* dicamus quod iurans ſoluere, ſi nõ habuit animum tantum ſoluendi, ſed etiam voluit pecuniam illã verè tradere, & facere recipientis, nõ poſſit repetere, nec petere relaxationem iuramẽti: dicẽdum eſt rationem eſſe, quia nulla eſt turpitudo, ſeu peccatum in recipiente, ſeu retinente, vt docet idẽ Molina. & ſic in vtrauis ſententia verificabitur ſemper regula à Suario tradita, qui tamen hãc quæſtionem non facit d. *c.*26. *nu.*10. vbi de hoc iuramento loquitur ex profeſſo, *nec c.*27. ſed tantũ occaſione ſoluẽdæ obiectionis, quod iuramentũ nõ erat obligatoriũ, *cap.*26. ponit hunc casũ, & illum præced. *nu.*15. relatum, & ait obligare; non tamen ait confirmari iuramẽtum: nec ſequitur, ex eo quod obliget, vt toties dictum eſt.

18 Et ſic miror Fagund. *lo. c. n.*34. dum vult afferre exempla iuramenti confirmantis contractum prohibitũ primario in fauorem perſonæ particularis, iuxta à ſe poſitam concluſionem *num.*32. afferre hunc caſum, & citare Molinam, & Suarium *d. c.*26. *nu.*10. quaſi vero idem diceret. Sed Molina quidem videtur aperte dicere, cõfirmari illum contractum iuramẽto: at Suarius id non dicit, nec etiam Couar. *in reg. peccatum. p.*2. *§.*4. *n.*8. quem citat Fagund. id docet. nam agit de promiſsione ſoluendi amiſſum abſq; iuramẽto facta, & tenet Adriani ſententiam *in* 4. *ſent.* quæ eſt, quod ludẽs pecunia credita, non tenetur ſoluere, etiam facta promiſsione; & ad ſummum videtur ſupponere veram doctrinam, quod iuramentum obligat ad ſolutionem; ſed valde incidenter his verbis tantum. *nam ex vi ſimplicis promiſſionis abſque iuſiurandi religione, nemo doctus negabit in eo caſu dari repetitionem.*

19 Deniq; hic aduerte regulam traditam à Fagundez *num.*32. vbi ait confirmari contractum iuramento, ſi ſit prohibitus lege ciuili, vel Canonica, lata primario ob priuatam vtilitatẽ, dummodo non ſit turpitudo in recipiente; non eſſe veram vniuerſaliter. nam cum dixerimus *diſp.* 9. *num.* 1. ex Suario *c.*21. *nu.* 1. *&* 2. & alijs cõmun. leges Canonicas, cũ ſint datæ ad bonum animæ ſemper obligare in conſcientia, niſi fortè ſint conſilia, aut regulæ religioſorum, non imponentes neceſſitatem: ſequitur, quod ſiue leges Canonicæ reſpiciant bonum priuatum, ſiue publicum, qui contra illas facit, peccat, & per conſequens iuramentum non obligat: ergo multo minus confirmat contractum, iuxta huc vſque dicta, & infra dicenda. nec Doct. citati à Fagundez, quos apud Sanchez reperies, id dicunt: ſed loquuntur de lege ciuili, in qua dicta diſtinctio bene applicatur; quia vt ſupra diximus, hæ leges non ſemper obligant ad peccatum, quando reſpiciunt bonum priuatum immediatè, & ſic poſito ex parte iurãtis, quod obligetur iuramento, cum poſſit illud ſine peccato ſeruare; & ex parte recipientis, nec eſt peccatum: dicimus, quod iuramentum confirmat contractum.

At ſi lex Canonica, quid prohibet, ſemper eſt peccatum contra facere; quia tunc non eſt conſilium, nec regula religionum non imponens ne-

ceſſitatem, & ſic non poteſt verificari regula tradita à Fagundez, quod quando lex Canonica prohibet aliquid intuitu priuati boni, & non eſt turpitudo in recipiente, ſemper obligat; nam poteſt eſſe turpitudo ex parte dantis, etiam ſi non ſit ex parte recipientis.

20 Idque expreſſe habes in Sanchez, quem ipſe Fagundez citat, nam *l. 3. cap. 12. num. 42.* loquitur de lege ciuili, vt ex diſcurſu ibi facto patet, & dum ſe remittit *ad cap. 9. num. 34. & ſequ.* clarè oſtendit, quia ibi circa leges ciuiles diſputat. nam de iure Canonico *num. 29.* dixit, quod iuramentum contra leges Canonicas nunquā obligat, *quia cum leges Canonicæ, & naturales, & diuinæ poſitiuæ dirigantur per ſe primò ad componendos animi mores, obligant ſemper ad culpam, & ideo iuramentum de materia per illas interdicta nunquam obligat*: debuit ergo Fagundez aduertere regulas ab eo numero traditas à Sãchez, & alijs, quos ipſe citat, & quas tradit *d. c. 12.* eſſe pro iure ciuili; nam de iure Canonico generalis regula eſt, quod quoties actus ab eo prohibetur, eſt peccatum illum facere, & ſic iuramentum non obligat, cum ſit de re mala, & per conſequens neq; confirmat contractum.

Tantum aduerto contractū non confirmari non ſolum, quando eſt turpitudo in retinente, quia nimirum accipit cum peccato, & tenetur reſtituere acceptum, vt videtur ſentire Molina *d. diſ.* [illegible] & Angelus *v. ſequi in prin. in principio num.* [illegible] *de fideiuſſ.* ſed etiam ſi tantum ſit turpitudo in recipiente [illegible] peccat retinendo acceptum, vt exprimit Sanchez *l. 3. cap. 12. num. 53.* & Suarius apertè

De contractu emptionis, & venditionis Tutoris cum Pupillo, & alijs.

21 INſertur 3. contractum venditionis inter pupillum, & tutorem non confirmari iuramēto, ſi ſupponamus probabilem ſententiam, quod ſit peccatum ex parte tutoris; nā ea lex obligat immediatè ratione boni priuati; licet minor virtute iuramenti obligetur ad ſeruanda ea, quæ ſine nouo peccato poteſt facere, ita Suar. *d. c. 27. n. 5.* Quamuis Guttierr. *de iuram. 1. p. c. 49. num. 3. & 4.* putet non eſſe peccatum, & confirmari iuramento, quem videtur ſequi Sanchez *l. 3. c. 12. num. 53.* & eſt tuta ſententia.

22 Infertur quartò iuramētū filij familiàs ſoluendi mutuum non confirmare contractum, licet obliget, quia eſt turpido ex parte recipientis, ita Ant. Gomez *2. tom. var. c. 14. nu. 24.* ſed ego puto iuxta Suarij doctrinam de lege cōmiſſoria hoc fundari in præſumptione fraudis, vnde ceſſante fraude ex parte mutuantis, aut alio peccato poteſt in conſcientia ſolutum retinere, vel ſecretam compēſationem facere, quando filiusfamilias nollet ſoluere, & ratione præſumptionis non poteſt in iudicium illum cogere, ſaluo &c.

23 Infertur iuramētum à filia præſtitum in renunciatione hæreditatis paternæ firmare contractum, quia non eſt turpitudo in patre, vt diximus ſupra cū Suario, ita Azor. *lib. 11. c. 7. §. quartò.*

Idem dicas de iuramento, quo minor donationem firmat, nam non poteſt donatum repeti in iudicio, vt docet Azorius *loco cit.* & Fagundez *l. 2. c. 17. num. 38. in 2. præc. decal.*

24 Similiter donatio inter virū, & vxorem firmatur iuramento per Couarr. *de teſtam. c.* [illegible] & late dixi *lib. 6. de matrim.* donatio etiam excedens ſummam 500. aureorum ſine inſinuatione iuramento firmatur, vt docet Io. Andr. contra Bart. quos citat Fagund. *loc. cit. num. 39.*

25 Sed hæc exempli gratia poſuimus

ex

ex quibus alia deduci poſſunt; nam omnia referre, vt ait Suarius impoſſibile eſt.

QVÆRES IV.

An iuramentum confirmet pactum irritum per leges ciuiles, in fauorem debitoris.

26 QVando contractus irritatur à lege in fauorem ipſius debitoris Suarij ſententia hic *cap. 29. num. 9.* eſt, quod ſi iuramentum non cadat immediate in contractum ipſum: ſed in aliam promiſſionem illi coniunctam v.g. non in venditionem, alienationē &c. ſed in promiſſionem non contraueniendi donationi factæ, alienationi &c. non confirmat ipſum cōtractum, ſupra quem non cadit v. g. venditionem: ſed producit omnes effectus, ac ſi confirmaret contractum.

27 Si vero iuramentum cadat immediate ſuper aliquā promiſſionem, quę ſupponatur re vera nulla, ita vt nullā obligationem naturalem inducat; tūc iuramentum non eſt ſimpliciter confirmatorium: ſed per ſe ſtans: quia nec per ipſum acquiritur ius creditori, aut aliqua actio; nec validat promiſſionem, quia iuramentū non poteſt impedire effectum legum irritantium actionem, dum hæ leges non reuocātur; nec ex ſe habet, vt inducat ſpecialem obligationē reſpectu promiſſarij, vt putauit Molina *to. 2. de iuſt. diſp. 151. §. ſaluo tamen*, alias darentur tres obligationes in promiſſione iurata, vna promiſſionis reſpectu promiſſarij, altera iuramenti reſpectu eiuſdem promiſſarij, nam hoc retinet ſuam vim, quando promiſſio eſt valida: Tertia ad Deum, quod eſt contra D. Thom. & omnes, ſic Suar. *d. c. 29. à num. 20.*

28 Licet poſſit dici ſecundū quid confirmatorium, quia non habet intrinſecam cauſam relaxationis, ſicut habet iuramentum promiſſorium, quādo eſt turpitudo in creditore; nec ex eo quod talis promiſſio ſit irrita per legem in fauorē ipſius debitoris, poteſt habere cauſam iuſtam relaxationis iuramenti, quod ſponte emiſit.

At raro inuenies promiſſiones, quarum impletio non eſt prohibita, nec intercedit turpitudo ex parte creditoris; ita eſſe irritas, vt nullam pariant obligationem naturalem, cum iura ciuilia ordinarie procurent tātum negari actionem ex talibus promiſſionibus: his poſitis ex Suario.

Probat. prima pars traditæ diſtinctionis.

29 VT probetur prima pars traditæ aſſertionis, aduertēdum eſt, iuramentum, quod dicimus, eſſe confirmatorium in ſenſu explicato, non cadere ſupra ipſum contractum v. g. vēditionem: ſed ſupra promiſſionem non contraueniendi contractui; tum quia ſupponimus hoc iuramentum eſſe promiſſorium, inducens obligationem de futuro: ergo non eſt de vēditione v.g. quæ fit tunc cum iuratur; nam eſſet aſſertorium, & ſenſus eſſet: iuro me vendere ex animo, quantum in me eſt; at non hoc communiter intendunt iurātes, tū quia iura id aperte ſupponunt, *authen. ſacr. puber.* ibi *ſuper contractibus non retractandis*, & *c. cum contingat, de iur. iuran. quæ vlterius contrauenient*, nempe alienationibus factis *proprio iuramento firmandis*, & *c. quamuis pactum de pactis in 6.* vbi confirmatur ipſum pactum, quo non poteſt eſſe aliud niſi de non cōtraueniendo renunciationi; nam caſus ibi poſitus eſt de renunciatione, cui non poteſt ex parte renunciantis aliud addi niſi iuramentum de non reuocando. hoc poſito ex Suario *d. c. 29. nu. 6.* adducto Seraphinum, Riminal. Ant. Gabr. Guttier. & alios, quos citat, & ſequitur Sanch. *l. 3. cap. 12. num. 16.* Leſſ. *lib. 2. cap. 17. nu. 56.* Fagundez *l. 2. ca. 17. in 2. prec. decal.* dicentem omnes conſpirare in hoc, quod iuramentum debeat eſſe de futuro: vide infra *à nu. 32.*

30 Sic argumentor: iuramentum id directe confirmat ſupra quod immediate cadit, vt de ſe patet: ſed immediate non cadit ſupra venditionem v.g.

v.g. ſed ſupra promiſſione non contraueniendi venditioni,& alijs cõtractibus iure irritis;vt probaui nu. præ. ergo hanc promiſſionem immediatè firmat,& non ipſam venditionem.

31 Confirmatur 1. quia illi contractus vt venditio,alienatio &c. ſunt diſtincti à promiſſione non contraueniendi: ergo confirmatio vnius nõ eſt formaliter confirmatio alterius conſequentia patet.

Antec.prob.quia illi ſunt iure ciuili irriti. hæc autem promiſſio non eſt irrita, neque prohibita, cum nullibi habeatur prohibitio talium promiſſionum; & ſicuti qui iurat renunciare,non iurat non repetere, *ex cap. ad noſtram de his,quæ vi.* ita qui prohibet alienare,non prohibet promiſſionem non recipiendi.

Falſum enim eſt,quod omnes promiſſiones minorum ſint ipſo iure irrita;ſed obligant naturaliter,licet talis obligatio ſine iuramento non ſit tam firma,& immutabilis.

32 Confirmatur 2. quia confirmatio directa ipſius contractus non poteſt haberi ex natura iuramenti, cum ea tantum ſit ex ſua inſtitutione ad cõfirmãdam veritatem, vt patet ex dictis: neq; ex iure Canonico,nam hoc, quando dicit,iuramenta hæc eſſe ſeruanda, addit rationem,vt vitetur periuria,& ſi voluiſſet confirmare iuramento hos contractus expreſſiſſet, quod nõ fecit, ſed potius oppoſitum ſignificauit *in d. c. cum contingat.* nec deniq; ex iure ciuili,quia ius ciuile expreſsè annullat hos contractus *ex l. nõ dubium. Cod. de legibus.* vbi dicitur talia iuramenta non admitti. *& l. iuris gentium §. ſi paciſcatur.ff. de pactis.* vbi Vlpianus ait: *quoties pactum à iure cõmuni remotum eſt, ſeruari hoc non oportet, nec legatum nec ius iurandum de hoc adiectum,ne quis agat,ſeruandum,* quamuis hæ leges, dum dicunt iuramentum non eſſe ſeruandum, ſecundum probabiliorem intellectum debent explicari,quando materia eſt illicita, vt optimè fortunius *de vlt. fin. illat.* 19. ſic Suar. *l. 2. c. 28. à nu. 3.*

33 Quod autem iuramentum indirecte confirmet dictos cõtractus prob. quia virtute talis promiſſionis directè cõfirmatæ per iuramentum non licet, nec intra iudicium, nec extra venire contra contractum,v.g.venditionem fundi dotalis; & habentur ceteri effectus iuramenti cõfirmatorij. de quibus *à n. 1. ad* 8. hac diſp.dictum eſt, qui iuris adminiculo haberi poſſunt ex confirmatorio iuramento: ergo quoad effectus iuramentum confirmat contractum, licet non confirmet in re directè, & quoad vinculũ. hæc Suar. *d. c. 29. n. 9.* cui adde Leſſium *lib. 2. de iuſt. cap. 17. n. 56.* Molin. *tr. 1. de iuſt. diſ.* 150. *ver. his iactis.* Rebellium *2. p. de oblig. ius. lib. 1. q. 9. n. 2. fine.* & ex antiquis Hyppolitũ de Marſilijs *conſ.* 125. *n. 36. conſ. 12. n. 4.* & fauent Auctores infra citandi pro alijs ſententĳs.

Occurritur obiectis contra prædicta.

34 Obijcies 1. ex Caſtropalao. *diſ. 2. pun. 9. num. 4.* hic *modus dicendi Suarij, Leſſij, & Rebellij, probandus nullo modo eſt, nam ſi contractus à iure annullatur conſequenter annullatur promiſſio non contraueniendi illis, vt manifeſtè probat textus in leg. non dubium. C. de legibus* vbi *annullato pacto, inquit lex, ſed & ſi quid fuerit ſubſequutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum eſt, illud quoq; caſſum, & inutile eſſe præcipimus. Id ipſum cõſtat ex l. 28. cod. de Pactis. Alias ſi leges annullantes contractus non extenderentur conſequẽter ad annullandas promiſſiones contraueniendi illis fruſtraneæ eſſent, & inofficaces, cum facillimo negotio hac via defraudari contractuum nullitas poſſit.* hæc Caſtropalaus contra Suarij doctrinam à me huc vſq; relatam, præſertim *nu.* 31. & à Suar. poſitam *c.* 29. præſertim *nu.* 5. ex Abb. *in c. cum contingat de iure iuran. in* 6. Iaſon *in authen. Sacramenta* Puberum *num.* 52. & alijs. quæ per extenſum poſui; quia re vera non percipio, quid ſibi velit Caſtropalaus, nam niſi aliqua valde ſubtilis ſpeculatio lateat (quam omnino

nino eſſe ſuppono) videtur ſibi contradicere.

35 Nam idem Caſtropal. eadem *diſp. 2. pun. 8. num. 7* & ego retuli *diſp. praeced. nu. cit.* & ſolui pro vt tunc argumentum petebat, tradit eamdē Suarij doctrinam, quam nūc impugnat, vt imperceptibilem; ait enim ibi: *In lege prohibente mulieribus alienationem fundi dotalis: minoribus contractus ſine auctoritate Pratoris; ludentibus pecunia credita quaslibet de ſolutione promiſſiones; morientibus teſtamentum condere, ſine ſolemnitatibus, & ſimilia; at enim leges non prohibent perſeuerantiam negatiuā in actu ſemel facto, neq; illius praecipiunt reſciſſionem: ſed prohibent faciendum ſcilicet prohibent ne fundum dotalem ſine debita ſolemnitate alienent: neue minores contra diſpoſitionem iuris contrahāt; neue ludentes de ſoluēda pecunia promiſſiones, & obligationes faciant*, & poſtquam ait, nequaquam obligari ex vi iuramenti mulieres iurantes alienare fundum dotalem &c. ſubdit: *Secus vero ſi mulieres iurent ſtare alienationi factae, & minores non reuocare contractus, & ludentes pecunia credita ſolutum non repetere, condentes teſtamentum inualidum non reuocare; quia haec à lege non videntur prohiberi: ſed permitti, ac proinde iuramentum tenet.* Concedit ergo hic, quod Suarius docet, nempe prohiberi per leges pacta, nempe venditiones fundi dotalis, alienationes minorum &c. non tamen promiſſiones non contraueniendi, aut non repetēdi: ergo argumentum, quod contra Suarium proponit *pu. 9. cit.* debuit ab ipſo ſolui *pun. 8. nu. 7. cit.*

36 Nihilominus reſpōdeo directe negando anteced. poſitum, nempe ſi annullatur contractus, annullatur promiſſio non contraueniendi illi; quia, vt bene Suarius docet *num. 3. d. c. 29. & nu. 5.* ſunt res omnino diſtinctæ, & ego retuli *num. 28. & ſeq.* nec textus allati à Caſtropalao id confirmant; nam vltro concedo, quod dicitur in primo, nempe in *leg. non dubium*: ſed nego id eſſe in caſu noſtro; ibi enim dicitur, quod annullato actu, annullatur omnia, quæ ex eo ſequuntur; intellige de his, quæ ſequuntur ex vi illius actus, v. g. annullata, ſeu prohibita venditione domus, ſi fiat traditio, nulla eſt, ſi pignus, vel fideiuſſor apponatur nullius eſt roboris, vt Gloſſ. ibi exponit, & ipſe textus ſubdit. *Secūdum prædictam itaq; regulam, qua vbicumq; non ſeruari pactum lege prohibente cenſuimus certū eſt, nec ſtipulatione huiuſmodi*, (nempe pacti à lege prohibiti,) *nec mandatum &c.* non igitur loquitur Imperator de alio pacto diſtincto, v. g. ſi annullat, vel prohibet venditionem, non prohibet donationē, ſic in caſu noſtro, pactum non contraueniendi, vel non reſcindendæ venditionis, non eſt quid conſequens ad venditionem; & multominus probat antec. poſitum à Caſtropalao *text. l. ſi certis annis 26. Cod. de pactis*; nam lex illa diſponit, quod promittens ſoluere intereſſe quotannis, non tenetur ex ſtipulatione ratione ſolutionis factæ per aliquos annos; quia pactum nudum non confirmatur, ſeu non veſtitur diurna præſtatione, vt ait Alex. ibi.

37 Ad rationem autem, quam adducit, nego leges annullantes tales contractus reddi fruſtraneas, niſi etiam annulletur promiſſio non contraueniendi illis actibus; nam cum ius ciuile illis promiſſionibus non aſſiſtat, illa obligatio non eſt ciuilis, & per conſequens non ponit actionem in foro externo, vt innuit Suar. *d. c. 29. nu. 7.*

38 Ad aliam autem rationem quam addit Caſtropalaus ibid. contra Suar. nimirum, quia promiſſio nō contraueniendi contractibus iure irritis, cadit ſupra materiā nullius virtutis, nēpe nec iuſtitiæ, nec fidelitatis; cum hæ obligent ſeruare promiſſum in rebus honeſtis, & vtilibus: iam ex dictis *diſp. praec. à num. 41. & hac diſputatione* patet reſponſio; dicimus enim obligare tale iuramentum, ſaltem ratione Religionis, ſeu faciendi verum, quod dictum eſt, non obſtante quod nullum alium effectum haberet, quod tamen eſt falſum; nam illa promiſſio poteſt obligare ratione fidelitatis humanæ,

vel

Digitized by Google

vel iuſtitiæ, ac ſufficit, ſi ſit acceptata ad obligandum in conſcientia promittentem, etiam ſecluſo iuramento, vt optime docet Suar. c. 29. num. 7.

Quale debeat eſſe iuramentum de futuro, vt confirmet contractum inſontentia Suarij, & rei veritate.

39 OBijcies 2. ex Fagundez lib. 2. ca. 7. *in decal.* contra dicta *nu.* 29. ſunt quædam promiſſiones de futuro, quæ firmantur iuramento, etiam ſi non ſit promiſſio de non retractando, ſeu nõ veniendo contra cõtractum: ergo falſo Suarius requirit *num.* 3. & 4. *cap.* 29. adhoc, vt confirmetur iuramẽto promiſſio, ſit de non reuocando contractu, aut de non repetẽda re promiſſa.

Reſp. hanc conſequentiam eſſe de ſubiecto non ſupponere; nam Suarius non ait requiri adhoc, vt contractus iuramẽto confirmetur, vt ſit promiſſio de non contraueniendo, vt illi imputat Fagundez *loc. cit. nu.* 9. & ante ipſum Sanch. *l.* 3. *cap.* 12. *nu.* 17. ſed abſolute docet *nu.* 2. duobus modis poſſe explicari indirectam confirmationem contractus; vnus eſt, vt iuramentum illud *non intelligatur immediate cadere in contractum; ſed in aliam promiſſionem illi coniunctã*, & volens hanc generalem regulam explicare *num.* 3. affert exempla contractuum iure irritorum, circa quos dixerat *c.* 28. *nu.* 14. magna opus eſſe prudẽtia ad praxim, nempe in contractu minorũ alienantium ſine auctoritate, filiarum renunciantium hæreditatem, & mulierum alienãtium fundum dotalem; de quibus certe conſtat eſſe iure irritos, licet aliqui putent eſſe validos, ſed irritabiles, quos ſequitur Pontius *lib.* 12. *ca.* 8. *de matr.* & dicit in his, duo poſſe conſiderari, in quæ cadat iuramentum, nempe ipſam vẽditionem &c. & promiſſionem de non reuocanda &c. & ait iuramentum cadere ſupra illam promiſſionem, quia *ibi non poteſt eſſe alia de futuro, niſi non contraueniẽdi contractui*, vbi nota ly *ibi*, nempe in illis exemplis, & ſic non dicit abſolute requiri promiſſionem de non contraueniendo: ſed *ibi* hanc eſſe, & *num.* 4. innuit ſufficere promiſſionem non contraueniendi implicitam, in qua cadat iuramentum, adhoc, vt confirmetur indirecte contractus.

40 *Num* autem 20. *d. c.* 29. dum agit de iuramento cadente in promiſſionem irritam iuxta diſtinctionem, quã tradiderat ſupra, mouet difficultatem; quod tunc iuramentum nõ poteſt cadere in aliam promiſſionem, quæ non ſit prohibita, ſeu irrita, vt ſi promittas cum iuramento non reuocare teſtamentum, vel hæredem inſtituere, vel ſoluere poenam reuocandi teſtamentum, quia non poteſt dici, quod in his poſſit conſiderari illa promiſſio non reuocãdi, ſicuti cõſideratur in exemplis ſupra allatis *à nu.* 26. de venditione fundi dotalis &c. nã intrinſece includunt obligationem non veniendi contra talem promiſſionem.

Et *num.* 23. concludit, quod ſi ſupponatur promiſſio eſſe nulla omnino non confirmatur iuramento, vbi non diſputat, an dictæ promiſſiones de inſtituendo hærede &c. iuramento confirmentur, nec ne: ſed tãtũ ait, quod ſi ſupponãtur hę promiſſiones, & quælibet alia immediate iurata, nullæ, nõ confirmantur iuramento, quod eſt veriſſimum.

Et vt clariſſime ſuam ſententiam aperiret, quod quęcumque promiſſio de futuro, ſiue ſit de nõ contraueniẽdo venditioni, aut contractui, ſiue non, dummodo non ſit nulla, firmetur iuramento *nu.* 24. tradit regulam generalem his verbis: *Hinc ſumo generalem regulam, quoties in contractu non ſupponitur aliqua promiſſio, quæ non obſtantibus legibus ciuilibus aliquam naturalem obligationem inducat, iuramẽtum illi adiunctum non eſſe ſimpliciter confirmatorium: quod ſecus eſt, quando non obſtante nullitate alicuius contractus, intercedit aliqua promiſſio valida, cui iuramentum proxime adhæreat.*

41 Non ergo dum dicit *aliquam* ſe reſtringit Suarius ad promiſſionem de non contraueniendo, aut non reſcindendo

dendo contractu tantum, vt putauit Fagundez, ſequutus in hoc Sanchez *l. ſupra cit.* ſed generaliter eſt loquutus, quod quoties ſupponitur in contractu aliqua promiſſio, quæ non ſit ipſo iure irrita, confirmatur iuramento, hanc autem promiſſionem in illis contractibus irritis, nempe venditionis fundi dotalis, alienationis minorum &c. dixit non poſſe eſſe aliam, niſi de non veniendo cõtra venditionem, vt ipſemet Sanchez, & Fagund. ſupponunt poſito, quod debeat eſſe promiſsio de futuro, vt omnes docẽt, debere eſſe.

42 Quod autem addit Sanchez *d. l. 3. cap. 12. num. 19. & ſeq.* & ipſum ſequutus Fagundez, non confirmari iuramento promiſsionem, quę non includit promiſsionem non retractandi, vt eſt promiſsio ſoluendi vſuras. Contra vero confirmari promiſsionem, quæ intrinſece includit promiſsionem nõ retractandi, vt eſt in iuramento non reuocandi teſtamentum, & inſtituendi aliquem heredem; quia ſatis eſt formale, aut æquiualens iuramentum non retractandi ad confirmandũ cõtractum: non eſt contra Suar. iã enim ſupponitur eſſe incluſa obligatio naturalis in illa virtuali promiſsione nõ retractandi: & ſolum erit quæſtio aut de nomine, aut an in hoc, vel illo caſu ſit aliqua alia promiſsio, quæ non ſit iure ciuili nulla, & aliquam obligationem inducat, quam Suar. *nu.* 25. dicit rarò poſſe contingere, vt talem obligationem non inducat; quando non eſt impletio prohibita, nec eſt turpitudo ex parte creditoris.

43 Suarij ergo ſententia, & probabiliſsima eſt contractum iure ciuili irritum, tunc confirmari indirecte iuramento, quoties ipſum cadit ſupra aliquam promiſsionem, quæ pariat aliquam obligationem naturalem; hanc explicat in cõtractu venditionis fundi dotalis eſſe promiſsionem de non contraueniendo, non quia hãc ſolum putet confirmari iuramento: ſed quia hæc ſola ibi poteſt interuenire.

44 Cæterum ipſemet Suar. duas alias affert ſẽtẽtias *d. l. 2. c. 28.* prima ait, generaliter iuramentum cõtra leges ciuiles irritantes contractum in fauorẽ debitoris ſine turpitudine creditoris confirmare contractum; nam iura dicunt hæc iuramẽta inuiolabiliter eſſe ſeruanda, & hãc ſententiã vocat communem vtriuſq; iuris interpretum, eã nouiſſ. ſeq. Fag. *l. c.* & Sanch. *d. l. 3. c. 12. n. 11.* pro qua innumeros affert docẽtes confirmari; etiam ſi nullam inducat naturalem obligationem; ſeq. del Vgo *de iuſ. diſ. 22. ſec. 8. n. 216. & n. 202.*

45 Secunda ait, nunquam iuramentum confirmare contractum inualidum: ſed validum, qui tamen poteſt beneficio reſtitutionis reſcindi, hanc ſequuntur Fortunius *de vlt. fine illat.* 19. *nu.* 287. Marian. Soncin. *l. 1. conſil. in* 48. *num.* 17. Anton. *de litter.* Faber, Portius, Iaſon Cumanus, & alij, quos refert Couarr. 2. *p. de pactis* §. 1. *num.* 7. & 1. *par.* §. 3. hanc nouiſsime ſequutus eſt Pontius *de matrim. lib. 12. cap. 8. nu.* 43. Caſtrop. *diſ. 2. pun. 9. §. 3. num. 4.* exceptis caſibus *cap. cum conting. t. de iure iur. cap. licet mulieres in 6. eodem. tit. & c. quamuis pactum de pactis eod. lib.* quia ait ipſe hi contractus Iur. Canon. confirmantur; etiam adducit pro hac limitatione Anton. Fabrum *errore* 41. *pragmat. c.* 5. rationes pro hac ſententia ſunt, quas adducimus in cõfirmationem primæ partis Suarij aſſertionis *num.* 31. poſitæ, quam ſententiam meritò Suarius vocat probabilem.

46 Sed limitationem Caſtropalai certe reijciet ex his, quæ habet *nu. 8. & 9. d. c. 28.* & ego retuli *num.* 31. præſertim *num.* 10. tradit, non colligi ex dictis iuribus confirmationem cõtractus; *quia Pontifices non ſolent, vel certe nõ poſſunt directe irritare ius ciuile, niſi in ordine ad ſpirituale bonum animarum, vt ſumitur ex cap. nouit. de iudiciis.*

Sed in his iuramentis nõ eſt neceſſarium ad ſalutem animarum confirmare pacta contra iuris ciuilis diſpoſitionem cum manente iure ciuili integro, poſſit iuramentum ſeruari, & ſicut vocat *num.* 11. ſine fundamento ſententiam dicentium hos contractus

Digitized by Google

iure ciuili inualidos confirmari Iure Canonico, idem diceret de ſententia Caſtropalai, vt etiam innuit Sanchez *num.* 10. dum ait, Azorium ſic diſtinguentem *t.* 1. *lib.* 11. *c.* 7. *q.* 1. nullam adducere huius diſtinctionis rationem.

Explicantur quomodo competant aliqui effectus proprii iuramenti confirmatorij, quando contractus, qui confirmatur erat nullus iure ciuili.

47 OBijcies 3. contra dictam doctrinam *num.* 28. non poteſt explicari quomodo promiſſio non contrauenendi venditioni transeat ad hæredes, quomodo per rei traditionem contractus iuramento firmatu, non poſſit reuocari; quomodo non poſſit iuramentũ relaxari, qui ſunt tres præcipui effectus iuramenti confirmatorij; ergo.

Reſp. negan. antec. ad primam dubitationem, dico obligationem iuratam v.g. non retractandi vẽditionem tranſire ad hæredes, qui renuncians per promiſſionem iuratam ius reuocandi, illud trãſtulit in promiſſarium; & ſic licet hæres veniens contra venditionem non ſit periurus; tamen eſt iniuſtus, & poteſt dici venire contra iuramẽtum, cum factum defuncti reputetur factum hæredis, vt docet Antonius Corſetto *tr. de iur. q.* 8. *num.* 45. eſto Bartolus *in l. qui ſuperſtitis ff. de æq. hæred.* dicat hæredem poſſe venire contra talem promiſſionem, quia ipſe loquitur iuxta ſententiam putantẽ non confirmari talem promiſſionem.

48 Ad ſecundam reſpondeo ex vi talis iuramenti per traditionẽ rei v.g. fundi dotalis acquiritur dominiũ ipſi emptori; nã ſufficit, ſi conſequutione quadam transferatur ex voluntate cõtrahentium, ex hoc enim ipſo quod mulier v.g. iurat ſe non venturam contra venditionem, & alter acceptat, nec hi actus ſunt iure irriti, poſita virtute iuramenti cum diſpoſitione iuris volentis, vt talia iuramenta inuiolabiliter ſeruentur; cenſetur dominiũ transferri; & hoc neceſſe eſt iudicent DD. qui tenent contractum cõfirmari iuramento, alias deberent dicere, quod recipiens teneretur in conſcientia reſtituere, ſi nõ transfertur dominium, quod non eſt iuribus conforme.

49 Ad tertiam dubitationem aio, non poſſe relaxationem talis iuramẽti licite concedi, vt docent communiter DD. niſi in caſu rariſſimo per Pontificem ob bonum cõmune, nec eſt iuſta cauſſa relaxandi illud iuramentũ, quod hac via leges ciuiles fruſtentur; nam potius præualet reuerẽtia debita iuramẽto, quam temporale commodum, quod leges illa irritatione intẽdunt; & dato per impoſſibile, quod fieret relaxatio iuramenti, adhuc v.g. venditio fundi, quam diximus indirecte confirmari iuramento de non veniendo contra eam; remanet illæſa, quia dominium iam eſt acquiſitum emptori, & ſolum per illam relaxationem poteſt agere vendens ſine sacrilegio contra id, quod iurauit, nempe veniendo contra venditionem, hæc circa tertiam obiectionẽ habet Suar. *d. c.* 29. *à num.* 10. *ad* 19.

DISPVTATIO XI.

Examinantur aliqua circa doctrinam diſputationis præcedentis de iuramẽto confirmante contractus irritos.

AD complementum doctrinæ aliqua addam Suario, quæ videntur ſecundum eius mentem ex dictis, & dicendis infra.

QVÆRES I.

An iuramentum etiam confirmatorium debeat eſſe perſonale.

1 REſp. negat. ſed habebit vim confirmandi contractus; etiam ſi per Procuratorem præſtetur cum ſpeciali mandato iurandi, ſic Odofridus *auth. ſacr. puber. Cod. ſi aduerſ.* vbi Salic. *num.* 19. & alij infra citandi.

2 At minor conſtituens Procuratorem ad iurandum, debet mandatum

tum iurare, & dare poteſtatem, vt cõtractus per Procuratorem iuretur. ita Albericus *d. auth. ſacram. puber.* Anto. Gabriel. *l. 2. tit. de minoribus concl. 5. ampliat.* 10. in *communib. opinionibus* Maurit. *de reſtitut. in integr.* c. 261. *nu.* 4. Sanch. *l. 3. ca. 12. à num.* 24. ſequitur in omnibus Fagundez *l. 2. c. 27. nu.* 12. *&* 13. vbi etiam ait, deſiderari pubertatem plenam in minore, vt iuramentum confirmet contractum: ſed de hac re vide me ipſum *lib. 6. de matrim. diſ.* 28. vbi plures caſus habes.

3 Non eſt tamen neceſſarium ad cõfirmationem contractus, vt minor iurans ſciat ſe habere beneficium reſtitutionis, quando contractus eſt ipſo iure validus, vt late probat Anto. Gomez *tom. 2. uar. cap.* 14. *num.* 18. Greg. Lopez *l. 6. uer. iuraſſe tit.* 19. *p.* 6. quos ſequitur Sanch. *l. 3. cap.* 12. *num.* 29. Caſtrop. *diſp. 2. pun. 9. §. 4. num. 7. hic.*

4 At ſi neſciat contractum eſſe ipſo iure nullum, & iuret valde dubium mihi eſt, an iuramentum confirmetur. Scio Caſtropalaũ affirmare *d. loc.* Molinam *tr. 2. diſp. 579. num.* 25. agentem de filia renunciante. Couarruuiã 3. *p. de pactis §. 1. num.* 4. cum alijs, quos adducit, loquẽtes etiam in dict. caſu, alios vero affirmare etiã quando cõtractus non eſt nullus, vt videre eſt in Matienzo *leg. 1. tit. 11. gloſſ. 8. num.* 52. vbi multos citat.

5 Ego ſic diſtinguerem: Si minor in ipſo actu v.g. alienationis iurat, tunc iuramentum confirmat contractum, quia in hoc caſu nõ deficit conſenſus, cum enim contrahit, & iurat, plane vult facere actum, quantum poteſt, & cum per iuramentum contractus ille cõfirmetur ex iuris diſpoſitione, operabitur ſuum effectum, non obſtante ignorantia nullitatis contractus, quæ ſane ratio cum militet in caſu *num.* 3. vt conſideranti patebit, ideo abſolute partem negãtem cum Doctoribus ibi allegatis tenui; & caute illi loquuti ſunt de cognitione beneficii reſtitutionis in integrũ, vt videre eſt in Sãc.

6 At ſi poſt contractum fiat iuramẽtum quod poſſe fieri, & confirmare contractum docent Villalobos *comm. opinion. litt. i. verb. iuramentum nu.* 124. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 61. *nu.* 8. Sfortias Oddo *de reſtit. in integr.* 1. *p. q. 24. art. 3. num.* 23. & alij, bene addentes ſatis etiam eſſe, ſi preſtetur ante contractum: tunc dico per tale iuramentum non confirmari contractum, quando ignorauit iurans, quod prior contractus fuit irritus. Probatur primo, quia iurans intendit contractum iam factum confirmare, & vinculo iuramenti ſe etiam ligare: ſed poſito quod contractus fuit nullus, non poteſt ratificari, nec confirmari iuramento. *c. ad diſſoluendum de ſponſ. impuber.* & de ſe patet: ergo.

7 Secundo probat. quia qui fecit profeſſionem inualidam, ſi putans eam eſſe validam, illam centies confirmet, voto aut iuramento nil agit, vt bene Sanchez *lib. 1. de matrimon. diſput.* 16. quia error, quo ille putat priorem actum valuiſſe, reddit inuoluntariam illius confirmationem: ergo etiam in caſu noſtro, ignorans ſuum actum fuiſſe nullum, ſi poſtea iuret ad illius confirmationem inuoluntarie iurat; cum nil ſit magis contrarium conſẽſui, quam error *leg. ſi per errorem ff. de iuriſdict. omn. iudicum*, & hanc partem ſane dabunt Matien. & alij DD. apud ipſum. ſaluo &c.

8 Idem ego dicerem de muliere iurãte fideiuſſionẽ inſcia beneficij Velleiani; licet ſatis probabiliter Couarr. *loc. c. §. 3. nu.* 5. cum Matienzo *l. 9. tit. 3. lib. 5.* Gloſſ. 1. *cum aliis*, quos citat, & ſequitur Caſtropal. *§. 5. num.* 4. putent abſolute non confirmari. contra Molinam, Guttierrez, Gregorium Lopez, & alios apud ipſum putantes confirmari: ſed data diſtinctio, poſita præſertim Suarij doctrina, videtur mihi magis ad rem.

Multa quæ poſſunt inquiri circa caſus particulares, an confirmentur iuramẽto nõ ſunt huius loci, vt bene Suarius aduertit ſepius, & ego omitto libenter; quia ex dictis *lib. 6. & 4. de matrim.* poſsũt haberi, videto Couarr. & citatos Doctores.

Digitized by Google

QVÆRES II.

An iuramentum ab infideli legitimè præſtitum confirmet contractus,

9 NEgatiuè reſpondet Sanchez *l.3. cap.12.n.14.* licet concedat eos obligari iuramẽto, quia cum obligatio hæc ſit de iure naturali infideles tenentur; at confirmatio contractus eſt de lege ciuili, aut canonica, cui nõ ſubduntur infideles, niſi dum habitãt in terris fidelium, & hæc ſententia eſt probabiliſſima.

10 Nihilominus ſtando in Suarij ſententia diſ. præced. poſita probabilius puto virtute huius iuramenti indirectè confirmari contractum: ratio eſt, quia in Suarij ſententia iurans cõtractum nullum v.g. venditionem fundi dotalis, illum non cõfirmat in ſe: ſed quia ſuum iuramentum cadit in aliquam promiſſionem de futuro; quæ obligationẽ naturalem inducat. v. g. non contraueniendi venditioni, qua firmata ſequitur quod vẽditio remanet cum omnibus effectibus; ac ſi iuramento fuerit firmata, vt in diſ. præc. videri poteſt *à nu.27.* Hoc poſito infidelis dum iurat contractum nullum, iuramentum non cadit immediatè in ipſum contractum, v.g. in vẽditionem, ſed in aliam promiſſionem de futuro. v.g. non contraueniendi venditioni, quæ cum non ſit iure prohibita, ſeu nulla, & iuretur, debet virtute iuramenti ſeruari, etiam ab infideli, quia vt ſupponit Sãchez, is obligatur iure naturali, virtute iuramẽti, ad nõ contraueniendũ contractui; & ſic ille remanet confirmatus: cum ex iuramento non poſſit venire contra contractum ſaltem pro foro conſcientię: & pro foro etiam externo, nõ habet actionem veniendi contra cõtractum, quia ipſe hoc iurauit, ſi in eorum iudicijs ius naturale ſeruatur, quod dictat iuramẽtum ſeruandum eſſe, transferre ius in alium &c. hanc ſententiam admittit vltro Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg.123. nu.3.* vbi ait ſibi non placere Bartolum, & Cornenum dicentes iuramentum infidelium non confirmare cõtractus inualidos, ſaluo ſemper &c.

DISPVTATIO XII.

An iuramentum confirmet contractum aliàs nullum v.g. venditionis fundi dotalis, ſi prius fuit iuramentum non faciendi tale pactum. v. g. non vendendi fundum.

1 REſp. affirm. ratio eſt, quia ſecundum iuramentum cadit ſupra materiam licitam, quæ ſine peccato ſeruari poteſt, nec eſt cõtra prius iuramẽtum, ergo obligat, & firmat cõtractum: conſequentia patet, & ex dictis. Antecedens prob. quia prius iuramentum fuit de nõ alienando v. g. fundo dotali. Secundum vt *diſp. 10. à nu. 28.* explicauimus, eſt de non contraueniendo alienationi, ergo hoc ſecundum non eſt contrarium primo iuramento, & cadit in materiam licitam; nempe in promiſſionem non contraueniendi venditioni, quæ poteſt licitè ſeruari. ita Suar. *de iuramen. promiſſ. lib.2. cap.30. nu.3.* cum Anton. Gomez *l.53. Tauri.* & putat probabilem Sanch. *l.3. c.12. nu.38.* Trullench. *l.2. in decal. du.9.* Del Vgo *diſ.22. ſec.8. num 21. de iuſt.*

2 At ſi iuramentum prius factum eſt in fauorem alicuius, cui eſt ius acquiſitum, tunc ſecundum non cõfirmat contractum, nam eſt cõtra iuſtitiam alteri debitam: immò etiam ſi ſola promiſſio præceſſiſſet vendendi v. g. in hoc caſu iuramentum poſtea factũ non obligat, nec cõfirmat contractũ, cum ſit factum in præiudicium tertij, vt bene Couarr. *c. quamuis pactum, 2. p. §.2. num. 4.* quam limitationem, vltra Suarez approbant omnes.

3 Similiter ſi iures Deo intuitu pietatis fundum v. g. non alienare, vt des eleemoſynam, poſterius iuramẽtum non confirmat contractum: ſed obligatur vendens contra venditionem ire ex vi voti Deo facti. Contra vero ſi in-

Digitized by Google

ſi intuitu vtilitatis tertij, vel propriæ abſq;eo quod ſit vera promiſſio alteri intimata iuraſti non alienare fundum: tunc ſecundum iuramentum confirmat contractum; licet peccaueris contra iuramentum prius factũ. ſic Suar. *n.*11.ſeq.Sanch.*l.*3.*c.*12.*n.*39.

4 At probabilius ait in duobus vltimis caſibus non eſſe periurium facere contra prius iuramentum,quia iuramentum illud de non alienando, factum in vtilitatẽ tertij nõ acceptãtis,vel in propriam vtilitatem poteſt reuocari,ſicut & promiſſio ab abſente non acceptata,& poteſt iurans in proprium cõmodum cedere iuri ſuo, & relaxare ſibi iuramentum , vt dixi in ſimili ſupra.ſic Sanch. *lo. cit.* cum alijs,quos tacito nomine referr Suar. & ſequitur Caſtrop.*diſ.*2.*pu.*9.§.7.*n.*4.

5 Limitat tandem Suar.*num.*13.cum Ant.Gomez,Baldo, Imola Alexãdro, Fabro,Iaſone, & alijs ſuam ſententiã; vt tunc iuramentum poſterius non confirmet contractum , quando fuit emiſſum ſciente altero, v.g. emente fundum, prius iuramẽtum, & nihilominus acceptauit poſterius iuramentum; tunc licet obliget hoc poſterius iuramentum, quia materia eſt licita, vt ſuppono, at non cõfirmat contractum,quia poteſt petita relaxatione contra venditionem &c. iri.hæc Suarius.*d.cap.*30.

6 Ceterũ cõtraria ſentẽtia,quę abſolutè ait iuramentum poſterius non confirmare contractũ,eſt valde probabilis , & tuta , quam cum Sanchez tenui *lib.*6.*de matr.diſp.*13.ſicut etiam eam probabilem,& communem appellat Suar. *nu.*15.*&* 16.dicens optimè defendi poſſe hac ratione (quam proſequitur Sanchez *lib.*3.*c.*12.*n.*38.) quia iurans v.g. non vendere fundum dotalem, iurat etiam nõ facere illam venditionem validam, & in re , & ſic iurat illam venditionem reuocare, poſito quod fiat externe , & præter Doctores cit. *d. diſp.* 13. illam tenent innumeri,quos citat Sanchez *d.n.*38. Bonac.*cap.*2.*d.*4.*p.*6.*in fin.* Caſtropal. *d.pu.*9.*ver. at ſi iuramentum,* Fagund. *l.*2.*cap.*20. *in* 2.*præc.decal, num.*21. & alij paſsim.

7 Idque docent ſiue alter , cum quo fuit contractum ſciuerit prius iuramentum, vt voluit Suarius; ſiue non quia non vitatur periurium iurantis, ex eo quod alter ſciuit prius iuramẽtum ; nam promittens ſi facit contra iuramentum ; iam eſt periurus, vt etiam aduertit Suar.*num.*17.& docet Mancinus *tract.de iurament.cap.*4.*p.eſſ.*1.*quæſt.*5.

DISPVTATIO XIII.

Explicatur,quouſque extendatur iuramenti obligatio ex parte Perſonarum.

QVÆRES I.

An iuramentum poſſit præſtari per Procuratorem.

1 Reſp.poſſe aliquem iurare nomine alterius , quando ſcilicet is dat talem poteſtatem: non enim ſufficit,ſi committat, vt aliquem cõtractum, vel pactum firmet,niſi etiam det ſpeciale mandatum ad iurandũ, & tunc iuramentum fit per procuratorem;nam licet iuramenti obligatio ſit ex religione , & debeat eſſe actus eius, qui per iuramentum obligatur; tamen hoc ipſum poteſt fieri per aliũ ſpectata natura iuramenti,ſicuti quilibet contractus poteſt fieri per procuratorem, ſicut poteſt fieri per Epiſtolam, vel nuntium vt cõſtat *ex cap. tibi Domino d.*63,*ex cap.optatũ d.* 100. & alibi.eſtq; iam communis ſentẽtia Gloſ. *d. cap.tibi.* Couarr. *cap.quamuis pactum* 1.*p.*§.5.*n.*7.Azor.*l.n.inſt.moral. c.*7.*q.vlt.*& poſt Suar. *cap.*31.*lib.*2.*hic.* Sanch.*lib.*3.*c.*13.*n.*17. Caſtrop. *diſp.*2, *pu.*12.*n.*1. dicẽs eam eſſe concordem Doctorum ſententiam.

2 Addit Sanchez *loco cit.* requiri ſpeciale mandatum non ſolum iurandi in quacumq; cauſa, ſed etiam ad iurandum in cauſa ſpeciali v.g. in hoc contractu venditionis &c. immò ad quod-

Digitized by Google

quodlibet iuramentum, quod in aliqua cauſa particulari eſſet præſtandũ ſic etiã Sotus *lib.8. de iuſt.q.2.ar.2.* Petr.Ledeſ.2.*to.ſum.tr.11.cap.5.dub.2.coroll.4.* Caſtrop. *loco cit.* & alij.

3 At Fagundez *l.2.in præc.2.Decalog. cap.22.n.20.* eam ſententiam limitat, quando eſt præſtandum iuramẽtum aſſertorium: non vero quando eſt iuramẽtum promiſſorium, quia in primo caſu non poteſt moraliter certus reddi procurator, an pars agnoſcat eſſe verum; ſed rectius Sanchez in quouis iuramento id exigit, quia etiã in iuramẽto promiſsionis requiritur veritas de præſenti, & debet eſſe procurator moraliter certus de voluntate Domini habentis animum implẽdi promiſſum.

4 Ego diſtinguendum puto; aut cõtractus eſt talis, qui communiter ſolet fieri præſtito iuramẽto, aut non. In primo caſu dico ſufficere mandatum ſpeciale ad iurandũ in quacũq; cauſa, vt poſsit in cõtractu illo ſiue aſſertoriè, ſiue promiſſoriè iurari; quia iam implicite eſt mandatum ſpeciale ad iurandum in hac cauſa. In 2. vero caſu requiritur ſpeciale mandatum ad iurandum in hac cauſa, ob rationes dictas à Sanchez.

5 Dices ſi hoc eſſet, ſufficeret, quod Dominus mandet Procuratori, vt faciat aliquem contractum, qui ſine iuramento fieri non poteſt, nam ex hoc ipſo poteſt Procurator iurare. Reſp. negando ſequel. quia in caſu à me poſito, iam ſupponitur mandatũ ad iurandum, at in hoc caſu non ſupponitur, niſi fortè, quando Dominus ſciret illum contractum non fieri ſine iuramento, & mandaret Procuratori, vt efficaciter illum faceret, tunc enim datur ſpeciale mandatum iurandi in ea cauſa ſaluo &c.

QVÆRES II.

An Procurator obligetur iuramento.

6 RESp. per iuramentum preſtitum à Procuratore obligari ipſum mãdantem, quia is procurator iurat in animam Domini ex Gloſ. *reg. poteſt quis per alium, quod poteſt, facere per ſe ipſum de reg. iur. in 6. & cap. vlt. de iur. calumn.* niſi ſit Œconomus vniuerſalis iurans de calumnia, quia is iurat in animam propriam, & proprio nomine *ex cap. in pertractand. de iur. cal.* aut niſi Dominus tunc temporis cõſensũ reuocauerit, ſiue reuocatio peruenerit ad notitiã procuratoris, ſiue nõ; nã quod peruenerit ad notitiam poteſt tantum vim addere in ordine ad forum externum. Ceterum coram Deo mandãs nõ cenſetur iurare, quia iam deficit conſenſus, ita cum Caet. 2.2.*q.98.ar.3.* & Couarr. *loc. cit.* Suar. *d. cap.13.* ſequitur Sanch. Caſtrop. *lo. c.* Fagund. *l. c. num.28*

7 Quod ſi Dominus poſtea ratũ habeat; iam ex tunc cenſetur iuraſſe. ſic Suar. *loc. cit. nu.6. fine.*

8 At voluiſſem, vt doctiſsimus vir explicaſſet num hæc ratihabitio retrotrahatur, quoad forum conſcientiæ, & corã Deo ex tunc quando dedit mãdatum, & procurator iurauit poſt reuocationẽ mandati; an ex tũc quando ratum habuit; nam multum hoc intereſt. certè ex textu, quem allegat *reg.10. de reg. iur. in 6.* id apertè ſentit ly *ex tunc* intelligi ex tunc quo mandauit, nam ibi dicitur quod ratihabitio retrotrahitur, & mãdato æquiparatur; ſed hoc intelligi tantum poteſt pro foro externo, & quoad vim contractus, quia ratihabitio ex fictione iuris æquiparatur mandato: iuris autem fictio non poteſt ſupplere conſenſum internum, quoad forum conſcientiæ requiſitum ad iurandum; ſed tantum ſecundum quoſdam effectus, & præſumptiones; cum oporteat, vt iuramentum, quoad obligationem coram Deo ſit actus eius, qui per iuramentum obligatur, vt diximus ex Suar. & comm. ſent. *nu.1.*

9 Vnde ſi Fagun. *d.c.22.l.2.n.29.* dum ait, quod ex tunc ratum habens cenſetur iurare, & obligatur in conſcientia, intelligit ex tunc quando mandatum dedit, vt cenſetur dicere, dũ allegat

gat eumdem textum à Suario citatũ, non placet ob dictam rationẽ. Si vero intelligit ex tunc, ex quo ratũ habet, tunc eſt certum, nam eſt ac ſi præſtet denuo ipſe iuramentum; at minus rectè meo iudicio allegat textũ dictũ *reg. 10. de reg. iur. in 6.* quia ibi vt dixi dicitur quod retrotrahitur; at iuxta hanc explicationem nulla fit retrotractio, nec fictio interuenit.

10 Dixi conſiderata natura iuramenti, poſſe per alium fieri, nam præſtari nõ poteſt de iure humano in quibuſdam caſibus, præſertim in iuramẽto aſſertorio, & iudiciali; & in promiſſorio, quando attenditur reuerentia illius, cui preſtandum eſt iuramẽtum, vt in iuramento fidelitatis; quod per procuratorẽ præſtari non poteſt modo iurans non ſit legitimè impeditus; tunc enim etiam Domino inuito poteſt; aut niſi Dominus ſit cõtentus, vt per procuratorẽ ſibi præſtetur. ſic ex Baldo *in tit. 3. lib. 1. feud. per quos fiat inueſtitura §. nulla.* Suar. *dict. cap. 31. n. 21.* alios citãs. & ſequitur Trullẽch. *l. 2. in præc. dec. dub. 13. c. 1. n. 8.*

11 Quando autem lex ait, vt propria manu præſtetur iuramentum, tunc prohibet fieri per procuratorem, niſi in rebus modici præiudicij: non autẽ cenſetur prohibere ſi lex dicat, vt ſit proprium iuramẽtum in actibus, qui per alium geri poſſunt, vt ſunt lis, & contractus; ſecus vero ſi ea verba dicantur in actibus, qui per alium præſtari non poſſunt, vt eſt iuramentum teſtificationis, ſic Couarr. *multos alleg. c. quamuis pactum 1. p. §. 5. n. 8.* nec cõtradicit Suarius cum ad eum ſe remittere videatur, quod hãc rem ſequitur etiam Sanch. *d. c. 13. nu. 22. & 23.* Fagund. *lib. 2. c. 22. nu. 26.*

12 Deniq, duo notãda ſunt circa dicta ex Suario, primum eſt Procuratorem nõ poſſe iurare de calumnia ſine ſpeciali mandato ad iurandum in cauſa ſpeciali hac vel illa, quia iurat in animam Domini; vt Docet Bartol. Abb. Raban. Alexander. quos citat, & ſequ. Couarr. *d. c. quamuis pactum. 1. p. §. 5. num. 8.* licet alij oppoſitum ſentiant. quorum opinionẽ veram putat Couarruuias, cum ſuam dicat veriorem.

13 At certè vtriq; auctores dabunt nõ requiri ſpeciale mandatum ad iurandum de calumnia in æconomo vniuerſali; quia vt diximus ex *Suar. n. 6.* is iurat in animam propriam, & tenetur ipſe de iuramento, non Dominus; & ſicuti hi auctores ideo putant requiri ſpeciale mandatum, quia procurator iurat in animam Domini; ita ob contrariam rationem oppoſitum docebunt.

14 Aliud notandum eſt, quod quãuis peccet iurans nomine alterius, ſi ſciat rem eſſe falſam, vel dubiam peccato periurij, quia cum illo cooperatur; pænas vero non incurrit, ſed Dominus, vt bene Caſtrop. *diſ. 2. pu. 12. nu. 1.* & Bonac. *diſ. 4. q. 1. pu. 10. n. 3. t. 2.* Trullench. *l. 2. in præc. dec. c. 1. du. 13. num 6.*

15 Tamen ſi iuret nomine partis abſq; legitimo mandato moraliter certus de veritate; puto non peccare mortaliter; ducor quia non facit grauẽ iniuriam, vt ſuppono, Domino per illud iuramentum, quia is de eo non tenetur, vt dictum eſt; nec contra Religionem peccat, quia ſatis eſt ad veritatẽ iurandam moralis eius certitudo, vt ex dictis, & dicendis infra conſtabit; nec ex eo, quod iurat ſine mandato ſpeciali, quia nõ eſt hec magna deordinatio, vt excedat venialem culpã, nec leges poſitiuæ adeo cõtradicunt, vt denotent culpam mortalem. ergo. Cõtrarium vero docet Caſtropalaus *d. pu. 9. n. 3.* dicens eſſe graue peccatũ, ſed nullam reddit rationem, tantum videtur pro eo dicto citare Sanchez *lib. 7. c. 13. n. 19. fine.* cũ Gaetano Soto, & Petro Ledeſma: ſed Sanchez cum his Doctoribus dicũt nõ obligari partem ex vi iuramenti; nõ autem quod procurator grauiter peccet iurando abſq; ſpeciali mandato.

16 Et *num. 20.* addit Sanchez non eſſe licitum conſtituenti procuratorem in propria cauſa; dare illi facultatem præſtandi, quod ca[...] iuramentum nomine partis; quod etiam docet Fagundez. *d. c. 22. nu. 23.* at non explicat

quale

quale ſit peccatum: videntur tamen ob rationem, quam aſſignant putare eſſe mortale, quia dicunt, *non poterit veritatem certò noſſe procurator, niſi inſtructus ſpecialiter à Domino.*

17 Verum ego puto diſtinguendum ſi Dominus det facultatem Procuratori iurãdi abſolutè in quauis cauſſa, erit mortale, quando eſt mortale periculum, vt procurator per hanc facultatem ſe exponat ad falſum iurandum; at ſi abſit tale periculum, puta quia in cauſſa, quam committit, bene nouit non poſſe moueri v. quæſtionẽ, niſi circa tria puncta, vel quatuor, de quibus procurator poteſt eſſe moraliter certus, tunc nullum erit peccatum in tali cõmiſſione, quia nullum eſt periculum iurandi falſum in procuratore. ſaluo &c.

QVÆRES III.

An iuramentum ab vniuerſitate factum ſingulos obliget:

18 RESp. ſi fiat iuramentũ ad actum vniuerſitatis Collegij, Capituli &c. vt talia ſunt. v. g. nõ reuocare tale ſtatutum de recipiendo aliquem in Canonicum &c. obſeruanda ab vniuerſitate, vt vniuerſitas eſt, tunc obligantur vi iuramenti illi, qui iurarunt: & alij, qui noluerunt iurare, ſunt cogendi ad iuramentum adhoc, vt ſe conforment cum toto, at niſi iurent, nõ obligabuntur ex vi iuramenti: ratio eſt, quia iuramẽtum eſt actus perſonalis; ergo non poteſt verè, & in conſcientia alicui attribui ſine proprio actu.

Bene verum eſt, quod ſi tot perſonæ iurarunt, quot ſufficiunt ad Capitulum conſtituendum, vel Collegiũ, &c. vt ſi fuerint duæ partes, tũc ratione iuramenti tota communitas obligatur, & ſingillatim hi, qui iurarunt.

19 At ſi iuramentum eſt de actu, qui à ſingulis eſt obſeruandus, vt de ieiunando in Vigilia Conceptionis, tunc niſi ſinguli iurent, aut dent alijs votum, vt iurent nomine ſuo non tenẽtur ex vi iuramenti, quia iurare eſt actio perſonalis. hæc Suar. *d. cap.* 31. *à n.* 8. *ad* 12. ſeq. Fagund. *c.* 23. *nu.* 1. *lib.* 2. *in* 2. *præc. decal.* ſupponit Sanch. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 3. & alij paſſim. Denique ſucceſſores non tenentur ex vi iuramenti prædeceſſorum ad ſtatutũ &c. vt bene Suar. *d. c.* 31. *n.* 12. cũ omnibus. Circa hanc doctrinam Suarij, & cõmunẽ poteſt dubitari an quoties vniuerſitas non obſeruet iuratum, v. g. committat periurium?

20 Reſp. ſi tota vniuerſitas veniat cõtra ſuum ſtatutum iuratum, quando illud poteſt reuocare, vt dicem' *n.* 23. tunc nõ eſt periurium, quia per actũ illum ab ipſis collegialiter, vel ſucceſſoribus eorum factum ſcienter cõtra prius ſtatutum, cẽſetur illud reuocari, & ſic ceſſat iuramenti obligatio, vt ex Sylu. *v. iuramentum q.* 2. *dic.* 4. Tabiena ibi *quæſt.* 36. docet Sanch. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 7.

21 Quando vero nõ poteſt vniuerſitas, ſeu Collegium reuocare ſtatutum iuratum, tunc ſi maior pars, quæ ſufficit adhoc, vt dicatur res fieri ab vniuerſitate iuxta cuiuſcumq; ritum cõtraueniat, tota vniuerſitas poteſt periurio puniri v. g. interdicto. ſinguli vero v. g. Patres iurati, vel Canonici erunt etiam coram Deo periuri, ſi ipſi iurarunt. Contra vero illi, qui non iurarunt; vt ex dictis ex Suar. *num.* 18. eſt manifeſtum.

22 Sed pone, quod qui iurarũt fuerunt decem, & nouem qui non iurarunt, & cum illi haberẽt vocem incluſiuam, totum Capitulum cenſetur obligari ex vi iuramenti: pone inquam, quod nouem qui non iurarunt, & vnus ex his, qui iurarunt, faciant contra ſtatutum, adhuc totum Capitulum cenſetur periurum: ſed coram Deo peccabit peccato periurij ille vnus, qui ſolus iurauit: ratio prioris partis eſt, quia verum eſt dicere, quod Capitulum fecerit contra iuramẽtum; ſicuti verum fuit dicere, quod Capitulũ iurauit ex eo, quod pars habens vocem incluſiuam iurauit: ratio poſterioris eſt dicta *num.* 18. & 19. ex Suario.

Poteſt

Digitized by Google

23 Poteſt autem ſtatutum reuocari quando eſt factum poſteriori modo ex dictis *nu.* 18. & 19. ſcilicet ab vniuerſitate quatenus perſonas particulares continet; etiamſi fuerit à ſuperiore confirmatum, etiamſi ſtatutum tale eſſet, vt non valeret, niſi poſita confirmatione ſuperioris; Immo etiā ſi Pontifex confirmaret, addens clauſulam irritantem, quidquid contra fiat; quia hoc eſt priuilegium, quod poteſt reuocari ab ijs, quibus eſt conceſſum. Sic Couarr. cum multis, quos citat 2. *p.* §. 2. *n.* 5. *de pactis*, Sāch. *d. c.* 15. *nu.* 6. Rodriq. *t.* 1. *qq. Regul. q.* 58. *ar.* 5. Lopez *lib.* 12. *ver. Sobre las...* 2. *limit. tit.* 1. *par.* 1. Guttierr. multis allegatis 1. *par. c.* 38. *nu.* 16. *de iur.* niſi fortè ſit iuramentum de non reuocando, & cauſa finalis adhuc exter, vt notat idem Guttier. Vnde benè infertur nō poſſe reuocari ab vniuerſitate, quando ſtatutum continet bonum publicum (intellige immediatè, nā quoduis ſtatutum adhoc, vt valeat, debet bonum publicum reſpicere illius vniuerſitatis) aut aliorum fauorem; quia tunc per confirmationem ſuperioris cenſetur eius propria diſpoſitio. Sic etiam Fagund. *lib.* 2. *c.* 24. *hic. n.* 8.

24 At ſi ſtatutum iuratum ſit priori modo tradito *nu.* 18. nempe ab vniuerſitate, vt talis eſt, tunc non poteſt vniuerſitas illud reuocare niſi ob bonum publicum. ſic Couarr. *loc. cit.* ex *cap. dilecto de præb.* quia ſtatuētes iam abdicant à ſe poteſtatem contrarium agendi.

QVÆRES IV.

An iuramentum tranſeat ad hæredes, & ſucceſſores.

25 Reſp. iuramentum nō tranſire ad hæredes & ſucceſſores iurantis, bene verò tranſire ad hæredes, & ſucceſſores eius, cui præſtitum eſt iuramentum. Ratio prioris partis conſtat ex dictis *à nu.* 18. quia iuramētum eſt vinculū perſonale: ita Suar. *c.* 31. *n.* 12. & alij commun. Vnde tantum hæres iurātis tenetur ex vi cōtractus, quādo talis contractus fuit validus, & per ſe ſpectatus abſq; iuramento cōtulit ius alteri. v. g. iuraui tibi dare centum ob præſtitū laborem; hæres meus tenetur dare centum; quia contractus donationis fuiſſet validus, etiam ſi non fuiſſet iuratus: at ſi nō donat nō facit cōtra iuramentū: quia non tenetur ex vi illius; ſic videtur ſentire Suar. *c.* 25. *n.* 9. *l.* 2. expreſſe tenet Sanch. *l.* 3. *c.* 13. *nu.* 15. dicens ſic omnino dicendū contra Abbat. *c. cum contingat de iure iur. nu.* 8. volentem teneri heredem, etiam ſi iuramēto non fuerit firmatus contractus ratione turpitudinis, in recipiente, vt ſi quis iurauit dare centum latroni, citatq; Molinā, Alciat. Imolā, Pariſium Couarr. & Guttier. ſequitur etiā Bonac. *t.* 2. *diſ.* 4. *p.* 15. *n.* 1. Fagund. *lib.* 2. *c.* 22. *nu.* 6. *hic.* Caſtrop. *diſp.* 2. *hic. pun.* 11. *num.* 2. Trullench. *l.* 2. *cap.* 1. *dub.* 16. *num.* 4. *in* 2. *præc. decal.*

26 Ratio poſterioris partis eſt, quia poteſt vna perſona obligari pluribus ſucceſſiuè *ex cap. veritatis de iure iur.* & tale intelligitur iuramentum præſtitū alteri, ſpectata dignitate, nimirum, vt omnibus ſuccedentibus in eadem dignitate debeat cenſeri præſtitū; contra vero ſi is, cui fit iuramentum fidelitatis, vel obedientiæ ab illa dignitate decidat, non debetur ipſi obedientia &c. licet aliquādo quoties Prælatꝰ mutatur, ſoleat exigi nouum iuramentum: eſt commune placitum Doct. D. Tho. 2. 2. *qu.* 98. *ar.* 2. *ad* 4. vbi Caet. Sotus, Panorm. & aliorum *in c. veritas de iur. iur.* Bartol. *l. qui Superſtitis. ff. de acquiren. hæred.* Bald. *l. liberti libertas. ff. de operis liber.* & poſt Suar. *d. cap.* 31. *à nu.* 12. docent Sanch. *l.* 3. *cap.* 13. *à num.* 1. Qui addit *num.* 10. iurantem ratione alicuius officij non teneri ad iuramētum ſi officium, vel dignitatem deſerat. Quando autem cenſeatur iuramētum præſtari perſonæ ratione dignitatis, nec ne pro caſu dubio in conſcientia (nam ſi cōſtat de intentione certū eſt, quod ſecundum eam obligat, vt recte Suar. hic notauit) vel pro foro externo. vide meipſum *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 27.

27 Placet hic obiter notare, quod Caſtropalus *dicto pun. 1. nu. 2.* aſſignans diſparitatem, cur teneatur hæres ſoluere eleemoſynam iuratam à defuncto, & non tenetur ſoluere pecuniam promiſſam ſub iuramento, quando nullum ius eſt acquiſitum promiſſario, vt eſt pecunia promiſſa vſurario, vel latroni, vt *num. 25.* dixi, ait id eſſe, quia hæres ex hoc, quod ſuſcipit hæreditatem obligatur ad ſeruanda vota, & iuramẽta defuncti ex lege diſponente, vt hæres hac conditione hæreditatem accipiat, vt ſoluat iuramenta, & vota defuncti, quę reſponſio mihi videtur pati eamdẽ difficultatem, quam ipſe tribuit Sancij reſponſioni *d. lib. 3. c. 13. nu. 5.* nam hæc obligatio à lege per ipſum impoſita, vel eſt de ſoluendis omnibus votis, & iuramentis, ad quæ defunctus obligabatur ratione religionis, vel ratione iuſtitiæ, & cõtractus; ſi ratione religionis, etiã defunctus tenebatur ratione religionis ad ſoluendum vſuras ſub iuramẽto promiſſas: ergo has etiam tenetur hæres ſoluere; ſi vero tenetur ſoluere iuramenta ratione iuſtitiæ, & contractus iurati; iã tenetur ob ius acquiſitum promiſſario, vt docuit Suarius *d. cap. 25. num. 9.* nec in caſu iuramenti eleemoſynæ poteſt excogitari aliud ius pauperi acquiſitum; niſi ex vi promiſſionis à Deo acceptatæ, & veluti cõtractus, cum eo initi, vt dixit Sãch.

28 Nec textus, quos allegat, probant intentum, ni fallor; nam loquuntur de voto, facto à defuncto, vt ipſe Caſtropalaus concedit; à voto autem ad iuramẽtum in hoc caſu non licet argumentum deducere: nam hæres tenetur primo loco ſoluere omnia debita defuncti; inter quæ meritò annumerantur, quæ debet ex voto, cũ per votũ ſit ius Deo acquiſitum, vt bene Palud. *4. d. 38. q. 3. a. 3. nu. 17.* D. Anton. *2. p. t. 11. c. 2. §. 5.* Sylu. *ver. votũ 2. q. 11. dicit. 7.* Manuel. *to. 2. ſum. c. 99. nu. 11.* & alij, & ratio eſt; quia in voto (loquor de reali) præter obligationẽ illã Religionis, quæ omninò perſonalis eſt, ſẽper eſt alia obligatio realis, obligans perſonã vouẽtis, quatenus eſt Dominus, & adminiſtrator rei promiſſæ ad dandã illã, cui ex voto promiſit: cum ergo hoc dominiũ trãſeat ad heredẽ: planũ eſt eum teneri nõ ex ſola iuris diſpoſitione, vt ait Caſtrop. ſed ex iure ipſo; immò leges humanæ circa hoc potius sũt explicatiuæ iuris naturalis, quã cõſtitutiuę, vt patet ex *l. 2. ff. de pollicitationibus*, quã Caſtropal. allegat ibi: *hæredi ipſius* (vouẽtis) *hæreditario nomine decimæ obſtrictus eſt; voti n. obligationẽ ad heredẽ trãſire conſtat.*

29 At in iuramento dãdi aliquid v.g. eleemoſynã caſu, quo nõ eſt ius alteri acquiſitũ nõ poteſt militare talis ratio; quia obligatio iuramẽti eſt mere perſonalis, & defunct' tãtũ tenebatur ex virtute Religionis; & non ratione dominij, aut adminiſtrationis rei iuratæ; quia ſupponim' ipſũ nõ deberi, niſi ratione Religionis ob reuerentiã iuramenti, ergo non eſt vnde hæres poſſit cogi ad ſoluẽdum id, quod defunctus iurauit dare, & non tenebatur niſi ratione Religionis.

30 Nec alia iura, quæ affert Caſtropal. multũ illi fauere videtur, nã in *c. licet de voto*, dicitur quidẽ ſucceſſorẽ Regis teneri ex voto; at nõ tantũ Patris, ſed proprij ibi. *Et tu aſſumpto Crucis ſignaculo te id impleturũ ſine aliqua dilatione promiſiſti.* ſimiliter *c. ex parte de Cẽſibus* ſupponitur ſucceſſores velle ſoluere vota prędeceſſorũ; & tñ ibi Põtifex decernit ſecũdũ propoſitã quæſtionẽ, iuxta quã menſurã ſint ſoluẽda ibi. *volẽtes ſoluere ad minorẽ, nõ ſũt cogẽdi: vt ad maiorẽ perſoluãt, quoniã cũ huiuſmodi vota gratuita fuerĩt ab initio, benigni' ſũt à uiris Eccleſ. exigẽda.*

31 Deniq; *in cap. ſi hæredes de teſtamẽtis* eſt diſpoſitio longe diuerſa ab ea, quã intendit Caſtropalaus probare; nã ibi dicitur. *Si hæredes iuſſa teſtatoris non adimpleuerint ab Epiſcopo loci illius, omnis res, quæ eis relicta eſt, canonicè interdicatur, vt iuſſa defuncti adimpleãtur.* Certum autẽ eſt apud omnes eſſe adimplẽda iuſſa defuncti ab hærede, ſiue ea fuerĩt vota facta, ſiue nõ; nã in hoc textu plane cõſtat ly *iuſſa*, poſita eſſe

Digitized by Google

eſſe pro *deſideria,ſeu voluntates* defun ſti, vt explicat Gloſſ. ibi *vt voluntas defuncti ſeruetur.* Cum ergo nec iura diſponāt,quod hæres teneatur ad ſoluēda ea,quæ defunctus iurauit, & hic nō tenebatur ratione alicuius cōtractus: nec ratio, quæ militat in voto, quod hæres tenetur ſeruare ex iuſtitia,poſito quod hæreditatē adit;militet in caſu, quo defunct⁹ iurauit dare aliquid, & nullū ius eſt alteri acquiſitum ratione illius promiſſionis, vt probauimus;remanet dicendū, quod per iuramentum dandæ eleemoſynę pauperi in honorem Dei aliquod ius eſt acquiſitū tertio, ob quod tenetur hæres ſoluere eleemoſynam illam, vt explicauit Sanchez,& videtur ſupponere Suarius,dū ait abſolute vt *nu.* 25. vidimus,hæredē tantum teneri, quādo per contractum iuratum eſt ius acquiſitum tertio ratione ipſius contractus,& ex infra dicendis iuxta eius doctrinam *in cap.* 39. fiet clarius.

32 Deniq;placet hic obiter notare caſum curioſū de quo interrogatus fui à viro docto, & amiciſſimo noſtræ Soci.nimirum an Caius, qui accepit quādam ſummā pecuniæ à Titio, vt ſatisfaceret eius obligationi iurate de facienda eleemoſyna cuidā eccleſiæ; teneatur vi iuramenti pecuniā illam dare,ſi inculpabiliter amiſit v.g.decidit è crumena.

Reſpondi negat.quia obligatio iuramenti eſt perſonalis, vt dictum eſt; nec Caius tenetur alia ratione ad ſatisfaciendum Eccleſiæ de propria pecunia cum non teneatur nec ratione rei acceptæ vt patet, nec iniuſtæ acceptionis(ſuppono enim hūc Caium non habere ex officio pretio accepto hanc pecuniā traſferendi.) nec etiam Titius tenetur iterum dare aliā ſummam pecuniæ Eccleſiæ, quia per primam ſolutionem: iam ſatisfecit ſuæ obligationi, non enim cenſendus eſt (niſi expreſſe conſtet de eius voluntate) quod voluerit omnino, vt illa Eccleſia talē pecuniā haberet, quod verum puto quamuis Titius iurans aliquam commiſerit negligentiam in tradendo pecuniam Caio,quē ſciebat non eſſe adeo cautum, quia hæc nō ſunt amare tractanda,cum alibera voluntate pendeant argu.*d. cap. licet deuoto* ſaluo &c.

QVÆRES V.

An ratione iuramenti à defuncto præſtiti poterit hæres Laicus ab Eccleſiaſtico iudice conueniri &c.

HAnc quæſtionē Suarij doctrinæ addo, tum quia multū intereſt ad praxim,tum quia confirmat dicta quæſt.præcedenti.

33 Dico igitur hæredem Laicum ob iuramentum à defuncto præſtitum, nō poſſe coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri; niſi quando ageretur, implorando officium Iudicis, vt compellat hæredem ad defuncti voluntatem implendam *c.à nobis fine. de ſent. excomm.* quod poteſt etiā fieri,quāuis cōtractus defuncti non fuerit iuratus: ratio eſt, quia hæres non poteſt conueniri ratione iuramenti à defuncto præſtiti,vt diximʼ. ſic Gutierr.*authen. Sacramen puber.cap. ſi aduerſus vēdit. num.*16.vbi alios affert.Io.Andr.Bald. Anton.Roman.Pariſius, quos laudat Couarr.*c.quamuis pactum* 1.*p.* §.5.*n.*6.

34 Contra vero hæredes eius, cui iuramētum eſt præſtitum poterunt coram Iudice Eccleſiaſtico iurantem cogere,quia iuramentū ex parte eius, cui præſtatur tranſit ad hæredes, vt diximus ex Suario.ſic etiam Guttier. & Couarr. quos citat, & ſeq.Fagund. *l.*2.*c.*22.*n.*11.vbi etiam citat Suarium *d.c.*31.*num.*11.ſed miror;cum Suarius hanc quæſtionem non attingat, ſaltem toto illo capite.& ſequ.

35 Vnde *cap.fin.de foro cōpet.in* 6. dum ait poſſe Laicum ratione iuramenti coram Iudice Eccleſiaſtico cōueniri, debet intelligi de ipſo iurante non de hærede,non quia non poſſit etiā corā Laico;ſed quia iuramentum addit forum foro. vt bene Guttier.probat.*p.*3. *de iur. cap.*12.*nu.*3. niſi ſit dubium an obliget iuramētum, aut niſi ſoli Deo

 fue-

fuerit factum, quia tūc tantum obligatur ex vinculo ſpirituali, vt ex Felino *cap.2.de ſponſal. à nu.22.* Guttierr. & alijs docet Sāch. *l.3 c.17.n.13.& 16.* Molin. *de ius.to.1.diſp.149.* Caſtropal. *diſ.2.p.11.nu.4.6. & 7.*

36 Deniq; etiam mota lite coram Iudice Laico de cōtractu iurato, poteſt eccleſiaſticus Iudex adiri, vt cogat iurantem ad obſeruantiam iuramenti; contra vero obtenta relaxatione iuramenti à Iudice Eccleſiaſtico non poteſt ſecundum probabiliorem ſententiam (quæ ſaltem in hoc Siciliæ Regno eſt in praxi) cauſſa contractus exagitari coram eodem Iudice eccleſiaſtico, vt multis relatis probat Couarr. *l.1.variar.c.4.n.8.* Guttier. *d.c.12. nu.6.* Sanch. *d.c.13.n.15.* Caſtrop. *nu.5.* Fagund. *lo.cit.n.16.* Quāuis contraria opinio defendatur à Baldo, & Iaſone, ſitque communis, vt eam vocat Couarr. vnde niſi conſuetudo ſit in contrarium, poteſt amplecti, & cauſſa contractus poteſt coram eodem Iudice Eccleſiaſtico finiri.

DISPVTATIO XIV.

Explicatur quomodo ſit interpretanda intentio iurantis, quando de ea non conſtat.

CVm ſupradictum ſit iuramenti obligationem pendere ex iurātis intentione, & ſæpe contingat, vt iurantes ſimpliciter intendāt ſe obligare ad hanc, vel illam rem, pro vt verba ſignificant, & exterius ſonant, vt etiā obſeruatur pro foro exteriori.

QVÆRES I.

An iuramentum debeat intelligi iuxta naturam actus, cui adiungitur.

1 DIco 1. iuramentum, quoad ſenſum intelligendum eſt iuxta naturam cōtractus, cui adijcitur; non ſolum ſecundum primordialem naturam actus, quæ ſcilicet conuenit actui ex primaria ſui ſpecie, vt cum Couarr. Baldo, Rolan. & alijs docent Sanch. *l.3.cap.17.num.13.* Caſtropal. *d.2.p.14.nu.4.* & alij. Sed etiam quam habet ſecundum accidentalem, nempe ſecundum ea quæ habet à iure, vel conſuetudine, aut aliunde addita. At quoad obligationem ſequitur naturam actus, quatenus ſupponit eſſe licitum, & poſſibilem, ita Suar. *d.t.32. nu.5.* cui addo ex Sanchez *l.cit.* accidentalia deſumi ex culpa, mora, vel conuentione, cuius doctrinam explico hoc exemplo.

2 Iuras vendere v.g. triticum Petro. circa hoc poteſt quæri 1. quid ſenſeris hoc iuramento vendendi, quod Suarius ſenſum iuramēti appellat, & recte dicit eſſe talem rem ſub tali, vel tali conditione, limitatione &c. v. g. tradere triticum iuxta currens pretiū, aſportādo illud in locum emptoris, ſi ita eſt conſuetudo, volendo vt incrementum v.g. dum pretium non eſt ſolutum, & non eſt habita fides, nec tritici conſignatio, eſt facta, pertineat ad venditorem &c. quæ ſolent eſſe communia in tali venditione. iuramentum ergo vendendi triticum, hæc omnia importat, & habet pro materia.

3 Secundo quæri poteſt, quam obligationem inducat tale iuramentum, & dicimus ſequi etiam naturā actus, quoad rationē liciti, vel illiciti, quia obligatio iuramenti non poteſt eſſe, niſi materia ſit poſſibilis, & licita, & ſic inducit obligationem vendendi, ſi venditio non eſt illicita, v.g. prohibita ob bonum publicum.

4 Vnde iuramentum recte dicitur de ſe non mutare, nec augere naturalem, ſeu humanam obligationē actus cui adiungitur, quia poſita capacitate actus, vt poſſit iurari, quod ſcilicet ſit licitus, & poſſibilis, inducit ſuam obligationem religionis indepēdenter ab eo, quod actus v. g. venditio ſit volita, vel obligatoria, nec ſpectat naturam actus inualidi, ſed id, quod in eo continetur. v. g. in promiſſione vſurarum, aſſertionem dādi lici-

Digitized by Google

licitam, & iuxta hanc eſt iuramẽtum interpretandum.

5 Hac via Suarius ſatis ingenioſe, putat poſſe generaliter intelligi illa duo principia, quod iuramentum eſt interpretandum iuxta naturam actus, cui adijcitur, quod ſane eſt cōmune, vt videre eſt apud DD. *num.* 1. cit. quibus adde Guttier. 1. *par. cap.* 37. *num.* 2. *&* 3. Leſſium *l.* 2. *cap.* 42. *nu.* 22. Bonacin. *t.* 2. *diſp.* 4. *pun.* 16. *initio.* Fagundez *l.* 2. *in* 2. *præc. Decal. num.* 7. *cap.* 17. & alios, & quod neque actus obligationem mutat, nec auget, vt docuit ex multis Tiraquellus *l. ſi vnquam in Præf. num.* 165. ſed tantum nouã obligationem religionis addit.

6 Licet non deſint, qui velint hæc principia intelligenda eſſe; vt regulariter, & vt plurimum verificentur; cum aliàs habeant varias exceptiones: alij velint eſſe intelligenda ſeclusis conditionibus cum iuramento repugnantibus. alij denique dicũt poſſe ſtatui regulam generalem, quod iuramentum non ſit interpretandum iuxta naturam actus, cui adijcitur. Vide Mar. Anton. Bauer. *tract. de iur. in* 72. *effectu à num.* 124. Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 71. *n.* 52. Corſetum *de iuram. nu.* 45.

7 Tertia regula eſt, vt iuramentum circa ea, quę concernunt ius, ſit intelligendum iuxta diſpoſitionem iuris, ex Syluestr. *iuramen.* 3. *quæſt.* 3. docet Suarius *nu.* 12. & ſequitur Trullench. *l.* 2. *cap.* 1. *dub.* 17. *num.* 1. vbi citat Villalobos 2. *par. tract.* 36. *diff.* 5. *num.* 14.

QVÆRES II.

An iuramentum ſit ſtrictè interpretandum quoad ſuam obligationem.

8 Reſpōdeo affirmatiue, quantum materia eius, & verba pati poſſunt, ne repugnantiam inducant, & ratio eſt: quia vbi de obligatione alicui impoſita agitur, eſt facienda ſtrictè interpretatio; neq; in hoc caſu vlla iniuria fit iuramento, nam eius fauor eſt tantum, vt veritas ſeruetur, ſic Panorm. *cap. intell. de iure iuran.* Archidiac. *cap. ne quis* 22. *qu.* 2. Selua *tract. de iuram.* 2. *p. quæſt.* 2. *num.* 7. & poſt Suarium *c.* 32. *l.* 2. docet Sanch. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 8. remittens ſe ad dicta *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 9. *num.* 11. Caſtropal. *diſp.* 2. *pun.* 14. *num.* 1. dicẽs eſſe omnium ſententiam.

QVÆRES III.

An in dubio obliget iuramentum.

9 Reſpondeo, ſi ſit dubium, an iuramentum fuerit emiſſum, an verba, quæ protulit, & poterunt habere ſenſum ambiguum iuramẽti, & non iuramenti, vt ſi dixit per Fidem meam, & dubitet an habuerit intentionem iurandi per Fidem Chriſtianam, tunc iuramentum non obligat, etiam ſi ſine magno incommodo ſeruari poſſet. Ratio eſt, quia in dubijs eſt facienda mitior interpretatio in re tam graui.

10 At ſi dubium ſit de intentione iurandi, conſtet vero de verbis ex ſe ſignificantibus iuramentum, vt ſi dixit Per Deum, vel ſi dubium ſit, an iuramentum fuerit impletum: an verò fuerit de actu licito, aut poſſibili, tunc ſtante dubio obligat iuramentum, quia non debet præſumi culpa, & irreuerentia Dei. Hæc Suar. *d. l.* 2. *cap.* 33. ex Gaet. 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 7. Couarr. 1. *par.* §. 2. *num.* 2. *de Pactis.* Mar. Anton. Bauar. *de iuramen. à nu.* 6. Anton. Corſetto *tract. de iuram. nu.* 98. ſequitur in omnibus Caſtrop. *pun.* 15. *diſp.* 2. alios citans.

11 Bene addens *num.* 6. non eſſe audiendum Panormitanum, dum ait, quod certus ſe protuliſſe verba iuramenti, & dubitans an habuerit intentionem iurandi, non teneatur quando iurauit ex metu: quia illa ſola coniectura non ſufficit adhoc, vt præſumatur incurriſſe peccatum faciendo iuramentũ cum deceptione alte-

Digitized by Google

alterius. niſi forte iurans ſit talis, vt ſciat modos licitos ſimulandi iuramentũ, vt ſupra diximus, tunc poteſt Panormitani ſententia locũ habere.

Vtrum autem requiratur diſpenſatio. infra dicemus ſatis enim ſit hãc materiam iuxta Suarij ſentẽtiam attigiſſe; nam de ea plenius diximus ex Sanchez *in tract. de matrimon.*

Tantum noto, quod ſi dubium ſit an habueris vſum rationis, ſeu an expleueris ſeptennium probabile eſſe non teneri iuramento; quia eſt dubiũ de illis, ſine quibus conſtitui non poteſt, & ſic non ſupponitur iuramentum, vt poſt Dianam *p. 2. tr. 6.* Miſcell. *reſ.* 50. docet Trullench. *l. 2. decal. c. 1. dub. 17. nu. 16 circa finem*, vt etiam dicemus cum de voto; vbi plures caſus explicabimus.

QVÆRES IV.

Quo pacto ſit interpretandum iuramentum promiſſorium ratione conditionũ.

13 Non eſt ſermo de iuramento cõditionato, quod ſcilicet additur promiſſioni conditionatæ, & per conſequens obligationem ſuſpendit vſq; ad conditionis euentum, iuxta naturam promiſſionis conditionatæ, cui adiungitur: vt iuro me daturum tibi centum, ſi Pater ex Aſia redibit: ſed loquimur de iuramẽto abſoluto, quod ſc. cadit ſupra promiſſionem non pendentem ex futuro euentu, vt iuro me hoc tibi daturum: nec eius obligatio pendet ex futuro euentu.

14 In quo tamen intelliguntur multæ conditiones aliquæ generales, quæ in omni iuramẽto promiſſorio ſunt incluſæ, etiam ſi non exprimantur: aliæ vero ſpeciales, iuxta conditiones variarum materiarũ, quæ iurantur; nam diuerſa conditio intelligitur in contractu mutui, ab ea, quæ eſt in contractu emptionis: & ſic de cæteris. Porrò conditiones quæ tacitè in ipſo iuramento intelliguntur, etiam ſi exprimantur, non faciunt conditionale iuramentum, nec promiſſionem, cui illud adijcitur. ſic Suar. *lib. 2. cap. 34 à nu. 10. ex cap. quemadmodum de iure iuran.* vbi Gloſſ. Io. Andr. Panorm. & alij. & videri poſſunt, quæ dixi *lib. 5. de matrimonio.*

His poſitis ad quæſitum. Reſpõdeo. iuramentũ debet ſẽper intelligi iuxta cõditiones tam generales, quam ſpeciales, quæ ſunt in promiſſione cui adijcitur. Eſt communis ſententia, vt videbimus, & tantum remanet, vt explicentur.

Conditiones generales, quæ in omni iuramento promiſſorio includuntur.

15 Prima eſt, *ſi potuero.* vel *ſi licitè potuero*, nam nec ad impoſſibile, aut illicitum obligari poſſumus. *ex cap. quemadmodum. & cap. quinta vallis de iure iuran.* & in hac includitur illa *ſi Deo placuerit. ex cap. Beatus 22. qu. 1.* nam eo ipſo quod res iurata ſit licita, & poſſibilis moraliter, Deo placet: etiam ſi iurans nõ ſenſerit impulſum peculiarem ad iurandum; vel impedimenta experiatur ad exequẽdum. Vtrum autem ſi id, quod iuratur eſt ex parte licitum, & ex parte illicitũ, obliget iuramentum dicemus cũ de voto. *tom. ſequ.* Hæc Suar. *d. c. 34.* & ſequuntur omnes Recent. citandi.

16 In hac etiam conditione *ſi licitè potuero* includitur illa *Saluo iure Superioris.* ſiue is ſit Papa, aut alius Prælatus Eccleſiaſticus, ſiue Princeps, aut alius ſuperior temporalis. nam iurare aliquid contra ius, & obedientiam Superioris eſt illicitũ, & ob eamdem rationem intelligitur hæc conditio. ſaluo iure boni communis, aut tertij, quando illud ius eſt iuſtitię, vel obligat ratione charitatis, vel miſericordiæ. *ex cap. ſicut tuis. de iure iuran.* & notant omnes *in cap. 2. de iure iuran. in 6.* & poſt Suarium hic *num. 5. & 6.* notat Sanch. *lib. 3. cap. 17. num. 25.* ex Azorio *1. par. lib. 11. c. 8. q. 6.* Goffredo Hoſtien. & alij.

17 Secunda conditio generalis eſt. Niſi Præ-

Digitized by Google

Prælatus iuſte vtendo facultate ſua, aliud diſpoſuerit diſpenſando, commutando &c. ex *cap. non eſt de voto*, vt latius dicemus infra *diſp. ſeq.*

18 Tertia eſt ſi ei, cui fit promiſſio iurata, placuerit, vel niſi remiſerit, quia omnis obligatio pendet ex voluntate creditoris, ita vt poſita virtuali, aut tacita alterius acceptatione, nempe eo ipſo, quod non repugnat, aut remittat iuramentum, obliget, ita Suar. *lib.2.d.c.34.num.3.*

19 Sed iam ſupradiximus contrarium eſſe probabilius, nempe requiri acceptationem ex parte Promiſſarij, ita vt promiſſio iurata ante alterius acceptationem, ſiue ea ſit tacita, quando eſt præſens, & res promiſſa eſt in ſui fauorem, ſiue expreſſa, quando eſt abſens, nec alius poteſt acceptare pro abſente; poſſit reuocari, vt fusè dixi *diſp.8. & lib.1. de matrim.* cum multis DD. quos ex Sanchez adduxi; & nūc addo Fagundez *lib.2.cap.19.num.16.* Caſtrop. *diſp.2.pun.13.num.2. & pu.14. num.13.* & alios apud ipſos. vnde non eſt hic immorādum, cum ibi varij caſus explicentur, ad hanc totam materiam pertinentes.

20 Quarta conditio generalis eſt, *ſi res non fuerint notabiliter mutatæ*, vel ex *cap. nequis 22.q.2. ſi in eodem ſtatu permanſerint*, nec requiritur, vt fiat res ſimpliciter impoſſibilis, ſed adeo indecens vel difficilis, vt veriſimile non ſit, iurantem habuiſſe intentionem ad illā ſe obligādi, ſic Panor. & Innoc. *cap. veniens de iur. iuran.* quos laudat Suar. *nu.4.* bene aduertens hanc regulā fundari in principio illo, quod iuramētū debet intelligi iuxta naturā actus, cui adijcitur: ſed promiſſio cui adijcitur, hāc conditionē includit: ergo.

21 Tantum nota, quod ſi quis haberet expreſſam intentionem excludēdi in ſuo iuramento omnes cōditiones generales, eſſet temerarius, nec iuramētum obligaret, quia non poteſt ſua voluntate facere, vt iuramētum obliget ad illicitum, aut contra ius tertij &c. Contra vero obligabitur ſi vellet excludere conditiones particulares; quia hæ vt diximus *num.13.* tantum reſpiciunt naturam actus qui iuratur, vt bene Suarius *d.c.34.n.9.* & poſſunt omitti ex partium conuentione; vt clarius fiet *diſp. ſeq.* vbi aliqua exempla harum cōditionum afferemus, tū ex Suario, tum ex alijs, ſic etiam dicit Vaſqu. *1.2.q.7.ar.3.diſ.30.cap.4.* quod obligabitur, ſi habeat expreſſam voluntatem iurandi rem præſtare, quacumq; rerum mutatione facta, dummodo materia ſit apta: ſed in dubio ea voluntas non eſt præſumenda.

DISPVTATIO XV.

Examinantur varij caſus deducti ex doctrina præcedentis diſputationis.

EX traditis principijs *diſp. præc.* docet Sæpius Suarez, poſſe innumeros caſus deduci, præſertim *c.32. num.11.* & *cap.34. num.4.* ſine ipſe vero aliquos attingit, remittens ſe ad Syluestrum, Marcum, Ant. Bauerium, & alios. ideo vtile duxi, hanc diſputationem inſtituere, in qua caſus ab ipſo illatis, & ab alijs proponerem; ita tamē vt lector facile aduertat, qui caſus ab ipſo, qui ex alijs, aut noſtro marte ponantur; nam citabimus Suarium, quādo ex ipſo quidquam proferimus, vt initio monui.

De iuramento ſeruandi ſtatuta Vniuerſitatis, Collegij &c.

EX his infero cum Suar. *d.c.32.n.11. & 12. lib.2.* iurantem ſeruare ſtatuta communitatis, non teneri niſi ad
1 edita tantum, & non ad edenda, etiam ſi non expreſſerit ad edita; quia ea reſtrictio eſt prudēs, & rationabilis, nec tenetur ad ea, quæ iam in deſuetudine abierunt, aut illicita ſunt; ſicuti in iuramento ſtādi arbitrio alterius, vel faciendi quidquid alius præceperit, intelligitur, niſi præcipiat iniuſta, vel tā difficilia, vt nō potuerit veriſimiliter cadere in cogitationem iurantis.

2 Hæc omnia ſequuntur etiam DD. citandi, & addunt aliqua exempla, v.g. ſi Clericus iubeatur deponere beneficium, vel candidatus non ingredi

Cu-

Digitized by Google

Curiam Principis, tunc enim iuramẽtum de ſeruandis ſtatutis, ad hoc non obligat, ſic Sanchez. ex S. Thom. 2.2. *q.*89. *ar.*3. D. Anton. 2. *p. tom.* 10. *c.*6. §.5. Azor. *tom.* 1. *inſt. mor. lib.* 11. *cap.* 8. *qu.* 7. Petr. Lodeſm. *tom.* 2. *ſumm. tr.* 11. *cap.* 5. *dub.* 2. Fagundez *lib.* 2. *in præcep. decal. cap.* 23. *à num.* 2. Leſſ. *lib.* 2. *ca.* 42. *nu.* 22. Burgos. de Paz *l.* 1. *Tauri. numer.* 365. Guttier. *de iur.* 1. *p. cap.* 38. *nu.* 14. & alij. his ex Suar. poſitis addo quæ ſequun.

3 Et 1. addo ex Sanchez *d. c.* 17. *nu.* 3. eſſe de ſe mortale iurare, tam abſolute faciendi quid quid alius præceperit, vel voluerit: ſed bene addit limitationem, niſi iurans ſit certus moraliter, quod tantum licita petenda ſint, & licet dicat vix excuſari à veniali ob imprudẽtem promiſſionem, puto tamen probabilius nullum eſſe peccatum; quando eſt moralis certitudo, quod ille non erit niſi bona petiturus; vt ſi Nouitius dicat ſuo Magiſtro; iube Pater quoduis, & ego iuro me omnia facturum quãtũ Deus dabit, tunc enim prudens eſt promiſſio, & certe meritoria: tantum ab eſt, quod culpa aliqua in ea ſit.

4 Addo 2. niſi nouum ſtatutum eſſet declaratorium antiqui iurati; quia tunc iuramentum de hoc etiam intelligitur, vt docet Baldus *cap. penult. de iur. iuran. num.* 1.

Contra vero non tenetur ad ſtatuta futura; etiam ſi ſint magni momẽti; quando iurans non habuit expreſſam intentionem ad ea ſe obligandi, ſic Sanchez & Fagundez *locis cit. nu.* 6. contra Abb. & D. Anton.

5 Sicut nec ſi iuraſſet aliquod ſtatutum particulare, & adhuc dum tenetur ad illud, niſi prout vſu, & conſuetudine receptum obligat, vt ex Suar. *p.* 3. *t.* 4. *diſp.* 3. *ſec.* 3. *nu.* 5. docet Sanch. *lib.* 3. *c.* 14. *nu.* 8. Caſtrop. *diſp.* 2. *pun.* 14. *num.* 2. & alij, & idem eſt, ſi fuit reuocatum legitime, vt bene Caet. 2.2. *q.* 89. *ar.* 9. Sotus *lib.* 8. *de iuſtit. q.* 1. *a.* 9.

6 Exemplum eſt de iuramento Medicorum; de quo loquitur Suarius *d. ſec.* 3. iurantium exequi decretum Pij V. ne Medici vltra tertium diẽ ægrotum viſitent, niſi in ſcriptis habuerit fidem à confeſſario de confeſſione; quod non obligat, niſi pro vt illud decretum vſu receptũ eſt, & vbi vſu non eſt receptum, vt in Sicilia videmus, & in Hiſpania, teſte Caſtro *p.* 7. §. 4. non obligat hoc iuramentum, ſic docent etiam Sanchez *l.* 3. *cap.* 16. & alij Recentiores paſſim: ſed de obligatione, quam habẽt Medici iure naturali, &c. dicemus ſuo loco Deo iuuante.

Quid ſi ſtatutum vſu non fuerit receptũ.

7 Immo ſi ſtatutum tempore, quo factum eſt iuramentum, non erat vſu receptum, & poſtea vſu recipitur, probabilius puto iurantem ſeruare ſtatuta Vniuerſitatis, vel aliquod in particulari nõ teneri ad illud ex vi iuramenti, ſi poſtea vſu recipiatur.

Ducor, quia perinde eſt ſtatutum non eſſe vſu receptum in aliqua Vniuerſitate, ac ſi in ea non fuiſſet editũ, cum neutrum ponat vllã obligationem: ſed qui iurat ſeruare ſtatuta intelligitur tantum obligari ad edita, & non ad edenda, vt diximus *n.* 9. ergo qui iurat ſeruare ſtatuta intelligitur ad ea, quæ ſunt vſu recepta, & non ad ea, quæ vſu recipientur.

8 At Sanchez *d. c.* 14. *num.* 12. quem ſequitur Fagundez *d. c.* 23. *n.* 17. putat obligari quando vſu reciperetur, ab eo tempore; quia lex non dum à ſubditis recepta, & ob id non obligans, non cenſetur reuocata, quaſi lex non eſſet, ſed eius obligatio ſuſpenſa eſt: ergo accedẽte receptione incipit obligare iuramentum, ſicut incipit obligare ſtatutum.

Sed hoc argumentum non videtur efficax, nam ad antecedens dico, hãc legem non receptam non cenſeri latam pro hac vniuerſitate, quia ſi lata eſſet pro hac vniuerſitate, qui contra facerent, eſſent puniendi, quaſi legis violatores, peccarẽt &c. quod eſt falſum. ſiue dicas cum cõmuni ſentẽtia iuriſtarum *in cap. de tregua, & Pace*; ad legis valorem requiri acceptationem populi; quam ſequitur Couarr. *lib.* 1.

Digitized by Google

lib. 1. *var.cap.* 16. *num.* 6. plures citans. ſiue dicas non neceſſariam acceptationem, nam adhuc ex eo, quo vſu nõ obſeruetur, intelligitur iam reuocata ex tacita voluntate legem ferentis, vt omnes Doctores conueniunt, teſte Suario *lib.* 3. *de legib.c.* 79. *nu.* 10.

9 Negatur igitur optimè anteced. ſiue in vna, ſiue in altera ſententia, nec ex eo, quod poſtquam eſt vſu recepta, incipit obligare. poteſt inferri, quod incipiat obligare ex vi iuramẽti: nam iuramẽtum fuit de ſtatutis huius Ciuitatis, & per conſequens de præſentibus, & obligãtibus hoc vel illo modo, vt et docet dictus Sãch. ſup. ergo ad ea tantum extenditur iuramentũ: & non ad futura, vel ex noua conſuetudine alio modo obligantia, quia videtur nouum ſtatutum.

10 Et ſicuti ipſe Sanchez bene docet, quod ſi hoc ſtatutum reuocetur, aut conſuetudine abrogetur non obligabit poſteà ſi denuò fiat, vel noua conſuetudine introducatur, quia iurans intendit ſe obligare (niſi aliud cõſtet) ad ſtatuta edita tempore iuramenti, ſic etiam eſt dicẽdum in caſu poſito; nam illud ſtatutum poſtquam vſu recipitur, eſt, ac ſi de nouo fieret reſpectu illius vniuerſitatis.

Quid ſi ſtatutum tempore, quo fuit iuratum erat iniuſtus, & poſtea ceſſauit iniuſtitia.

11 ET ob eadem rationem puto indigere diſtinctione dicti eiuſdem Sancij *l.* 3. *c.* 14. *n.* 12. & Fagundez *l.* 2. *in dec.c.* 23. *à nu.* 17. nimirum quod ſi ſtatutũ tempore, quo fuit iuratum, non erat iuſtum defectu alicuius circumſtantiæ; ſi deinde fiat licitum ceſſante tali circũſtantia, incipit ex tunc obligare vi iuramenti. diſtinguẽdum inquam videtur hoc pacto. ſi ſtatutũ erat iniuſtum ex aliqua circumſtanſtantia intrinſeca afficiente ipſum in fieri; tunc etiam ſi ceſſet ea circumſtantia, non obligat ex vi iuramenti: quia quando quis iurauit ſeruare ſtatuta Ciuitatis, illud illicitum defectu illius circumſtantiæ intrinſecæ, non erat inter illa, cũ nunquã obligauerit, vt ſuppono. puta v. g. quod nõ fuerit tunc vtile Reip. aut honeſtum; nam nõ poteſt eſſe lex, niſi circa materiam honeſtã; quia lex Ciuilis nõ poteſt immutare legẽ naturalẽ, quæ ad honeſta ſemper obligat, nec homo poteſt ſimul obligari legib⁹ cõtrarijs. & ſicuti leges cõmunitati ferũtur, ita ratio ipſa poſtulat, vt propter bonũ cõmune ferantur. vide Aguſt. *lib.* 1. *de lib. arbitr. c.* 5. & *lib,* 19. *de Ciuit. c.* 21. ibi. *Nec iura putanda ſunt iniqua, hominũ conſtituta.* D.Th. 1. 2. *q.* 90. & ibi Sotum, Caetanũ, Conradum. Caſtro *de leg. lib.* 1. *de leg. pæn. ca.* 5. & Iſidor. *cap. erit. aut lex d.* 4. vbi Canoniſtæ omnes. ergo ſtatutũ illud iniuſtũ ex aliqua circumſtãtia intrinſeca afficiẽte ipſum in fieri, nullũ erat; & cõſequẽter de eo nõ fuit factũ iuramẽtũ, quia ſupponimus ex dictis intelligi de ſtatutis editis: ſi verò eſſet iniuſtitia iam incipit de nouo, & eſt, ac ſi poſtea ederetur. vnde iuramentum de eo non debet intelligi, vt ipſemet Sanchez concedit.

12 At ſi erat quidẽ ſtatutũ, & defectu alicuius extrinſecæ circũſtantiæ, tunc cũ iuratũ fuit nõ obligabat, puta ſtatutũ vẽdendi frumẽtũ iuxta pragmaticã, quod tẽpore magnæ, & cõmunis ſterilitatis, quãdo ex vẽditione iuxta illã lucrũ haberi nõ poſſet, nõ obligat iuxta Sãch. *lib.* 1. *conſil. c.* 7. *dub.* 6. & innumeros, quos ibi citat, ceſsãte ea circũſtãtia, nempe careſtia, obligat, & qui iurauit ſtatuta, tenetur ex vi iuramenti ad illud, ratio eſt, quia hoc ſtatutum re vera erat, & ſic fuit materia iuramẽti ſeruãdi ſtatuta Ciuitatis illius, & ſolũ obligatio ob illã extrinſecã circũſtantiã erat ſuſpenſa, & in hoc ſenſu eſt vera Sãcij, & Fagund. doctrina, & militat eorum ratio, quod illud iuramentũ nõ erat reſtrictũ ad tẽpus, quo id ſtatutũ iniuſtũ erat. Sed exẽplum, quod afferunt, quãdo quis iuraret ſtatuta, inter quæ erat vnum non obligans defectu cõfirmationis ſuperioris: nõ placet, nã illud re vera nõ eſt ſtatutũ, poſito quod ad ſui obligatio-

Digitized by Google

nem requirit Superioris cōfirmatio-nē, quia ſignum eſt deficere poteſtatem in ſtatuentibus, & ſolū in Superiore reſidere, ergo accedente Superioris auctoritate erit, ac ſi tūc fieret ſtatutum, & ſic nō obligat ex vi iuramēti ſeruandi ſtatuta præſentia, quia illud, quod non erat tunc confirmatum (poſito quod requirebatur ſuperioris auctoritas) ſtatutū nō erat niſi materialiter ſaluo &c.

Quid ſi ſtatutum fuit iuratū in indiuiduo? Vbi de miniſtris publicis, & Senatoribus Vrbium iurantibus.

13 QVe diſtinctio ampliāda eſt, ēt ſi quis iuraſſet hoc ſtatutū in indiuiduo, vt ex dictis *nu.* 5. patet, niſi habuerit expreſsā intentionē iurādi rem illā cōtentā in ſtatuto independēter ab eo, quod eſſet in ſtatuto; tūc enim tenetur, at præſumi ſemper debet iuraſſe ratione ſtatui, niſi conſtet contraria intentio, ſicuti quando etiamſi nulla eſſet facta mētio ſtatuti, ſed ſi peterent iuramentū ſeruandi hoc auctoritate publica, virtute ſtatuti iuramētū intelligitur iuxta obligationē ſtatuti, vt docet Angel. *v. iur. t.* 5. *n.* 36. quē ſeq. Sāch. *lib.* 3. *c.* 14. *n.* 13. Trullench. *l.* 2. *cap.* 1. *dub.* 18. *nu.* 8.

14 Amplianda eſt 2. tradita diſtinctio ad id, quod *nu.* 14. docet Sanch. nēpe miniſtros publicos, vt Magiſtros Notarios, Cōmiſſarios &c. iurātes ſeruare ſtipendiū lege taxatum, non teneri quando illud ex ſenſu virorū doctorū ſucceſſu tēporis nō ſufficeret, & eſſet iniuſtū (quod ſanè cautè eſt conſiderandū; nam vt bene notat Caſtropal. § 5. *pu.* 7. *diſp.* 2. *n.* 4. non eſt æquū defectu negotiorum, à paucis litigantibus velle totā ſuſtentationē accipere) intellige inquam non teneri pro eo tēpore, quo eſt iniuſtum; at ceſſante ea circumſtantia, quia v.g. attentis temporibus ſufficeret, teneretur iurans, quia à principio illud ſtatutū voluit, & fuit iuratum, vt ſupponimus, & ſolum ex extrinſeca circumſtantia fit iniuſtum, & inſufficiens.

Nec Molina, quem pro Sācij ſententia citat Fagund. *num.* 23. quidquam ait de hoc caſu *t.* 1. *diſ.* 83. *ver. ad nem redeamus.* ſed tantum ibi docet, quod ſi conſtet pretium, ſeu taxam pro miniſtris &c. non eſſe iuſtam; non obligare, quod eſt veriſſ.mum.

15 Infero 2. iuramentum præſtitum à Prætore v.g. Vrbis Panormi, & aliorū ſenatorum, quos iuratos vocamus, nō obligare eos ad aliud, niſi ad procuranda ea, quæ pertinent ad politicam Gubernationem Ciuitatis, vt ad frumentum præparandum, iura & redditus Ciuitatis defendantur, ne irrogetur iniuria Ciuibus, ne viæ publicę latronibus infeſtentur, ne inuadat cōtagio, vel remedium adhibere, & alia huiuſmodi, quæ ex vſu tenentur præuidere; cæterum mēſas ludorum prohibere, concubinatus, & alia delicta coherçere non tenentur ex vi iuramenti, quia hæc ad Iudices, vel Prælatos ſpectant, ſic Sanch. *d. lib.* 3. *c.* 14. *num.* 16. ſequitur Fagundez *d. cap.* 23. *l.* 2. *in* 2. *p. decal. num.* 26. Caſtropal. *d. diſp.* 7. § 5.

16 Contra Rodriquez *t.* 2. *ſumm. c.* 28. *in* 4. *interrogata*, & Nauarr. *l.* 3. *de Reſtit. cap.* 3. *in noua edit. dub.* 3. *nu.* 20. volentes teneri ad vitāda etiam peccata publica: ſed re vera non eſt imponenda obligatio vbi non eſt, vt rectè Sanch. *loc. cit.* & iuramentum eſt interpretandū, vt minus lædat iurantem, vt patet ex dictis diſp. præc.

De iuramentis continentibus conditiones particulares ratione cōtractuum nominatorum, vel innominatorum, vt in fideiuſſione, emptione, locatione, donatione, ſecretum ſeruandi &c.

17 INfertur 3. quod iurans fideiuſsionem nō tenetur ſoluere ante principalis debitoris excuſsionem; ſeu antequam à principali exigatur debitum, & iurans ſe non expulſurum conductorem domus, vel agri, ſi is per biennium penſionem non ſoluit, poteſt expellere; quia natura horum contractum talis eſt, vt hæ condi-

di-

ditiones, intelligantur. ſic Iaſon. & Decius, quos refert, & ſequit. Couarr. *de Pactis* 1. *p.* §. 4. Guttier. *de iur.* 3. *p. c.* 6. *num.* 7. Angelus, & Sylu. *ver. iuramentum.* Sāch. *lib.* 3. *c.* 17. *n.* 14. Caſtrop. *d.* 2. *pun.* 14. *nu.* 10. & 11. & vltro dabit Suarius, qui *l.* 2. *c.* 34. *n.* 8. ponit exemplum de venditione, quæ intelligitur iurari dummodo alius pretiū ſoluat, & dummodo læſio enormis non ſit.

Addit Sanch. *d. c.* 17. non obſtante, quod vēditio fuerit iurata, ſi fiat traditio alteri præualebit ſecunda, quia venditionis natura eſt, vt præualeat, vbi eſt traditio.

18 Infertur 4. donantem poſſe reuocare donationem etiam iuratam abſq; vllo peccato, ſi donatarius cōmittat vnam eſt quatuor ingratitudinibus; vt ſi donantem accuſauit de crimine, vnde famæ, aut bonorum iactura haberetur. ſi manus violentas iniecerit, ſi magnum bonis donantis damnum intulit, ſi eius mortem procurauit. ſic etiam Caſtrop. *d. pu.* 14. *n.* 5.

19 Similiter etiā poterit donatio iurata, & acceptata reuocari ſi poſtea donās liberos habuerit, quia cum iuramentum debeat intelligi iuxta naturam contractus, & ea ſit talis ſecluſo iuramento; etiam eo addito ſic debet intelligi. ita Tiraquell. *l. ſi vnquā in princ. n.* 168. multos referēs. immò addit Oñate *de contrac. trac.* 4. *diſ.* 11. *ſec.* 2. *nu.* 125. nec tenere donationē talem quamuis Pater iurauerit, vt non reuocetur per filium naſcētem, cuius ratio poteſt eſſe, quia eſt donatio prodiga, & in præiudicium tertij.

20 Infertur 5. iurantem ſoluere pecuniam ſibi mutuò datam poſſe intra biēnium opponere exceptionem pecuniæ non numeratæ: quia ea eſt mutui contractus natura; nec ille iurauit pecuniam recepiſſe; quia tūc certum eſt nō poſſe exceptionem opponere, niſi etiam oſtēdat, ſe fuiſſe periurum. ſic Couarr. *de Pactis* 1. *p.* §. 3. *num.* 10. Guttier. 1. *p. de iuram. c.* 371. & Suar. innuit *d. c.* 34. *nu.* 8.

21 Infertur 6. non teneri ſeruare ſecretum iurantem alteri per modum cōtractus, ſeruabo ſi ſerues, quando ille fidem nō ſeruat, quia fragenti fidem fides ſeruanda non eſt. *l. cum proponas. Co. de pactis.* cōtra vero tenetur, ſi promiſit nō ex vi pacti; nam peccatum alterius nō dat ſibi ius ad ſeruandum iuramentum. Sic Suarius. *lib.* 2. *c.* 34. *nu.* 8. & ſane eſt probabilis doctrina, eam tenet Nauarr. *ſum. cap.* 15. *num.* 7. Tabiena *ver. iurare nu.* 28. Azor. *l.* 11. *cap.* 8. *q.* 4. & alij.

22 At mihi placet oppoſitum, nempe nō teneri hunc ad ſecretum iuratum ſeruandum vi iuramenti, etiam ſi nō ſit promiſſio reciproca, quando alter ſimiliter ſecretū nō ſeruauit; & idem dicas de quacumq; alia promiſſione iurata, quia ea promiſſio habet illam tacitā cōditionē, ſi alter poſtmodum ingratum non ſe præbeat; ſed qui non obſeruat promiſſum ingratū ſe præbet. ſic Mercado *lib.* 6. *de contract. ca.* 6. Molin. *to.* 2. *de iuſt. diſp.* 272. Bonacin. *to.* 2. *diſ.* 4. *q.* 1. *pu.* 15. *nu.* 2. Aragon. 2. 2. *q.* 88. *a.* 3. Garz. *de cōtract. p.* 1. *c.* 3. Sāch. *lib.* 3. *c.* 17. *n.* 16. Caſtrop. *pu.* 14. *n.* 5.

23 Qui optime addunt id eſſe verum, etiam ſi iurans habuerit animum ſeruandi fidem iuratam, etiam ſi ille nō ſeruaret, caſu quo talem intētionem alteri non manifeſtaſſet, & ille nō acceptaſſet, quia ante acceptationē poteſt reuocare, vt diximus. *nu.* 18.

Nec ſolum hanc doctrinam veram eſſe puto, quando ille cui facta eſt liberalis promiſſio cū iuramento, promiſſum à ſe non ſeruat: ſed etiā ſi alia via oſtendit ſe ingratū: puta ego iuraui dare illi centum: at ille cum poſſet, noluit mutuos dare decem, cum egerem, quia militat ratio à Sāchez, & alijs aſſignata, quod promiſſio habet tacitam conditionem: niſi alter poſtmodum ingratum ſe præbeat.

24 Ad argumētum autē Suarij ſcilicet quod peccatum alterius, non dat ſibi ius ad tranſgrediendum iuramētum. Reſp. peccatū alterius, quatenus continet ingratitudinē dare ius alteri ad nō ſtandum promiſſioni, & per cōſequēs ad non ſeruandū iuramentum. Intellige tamē, quādo ex alio capite,

Digitized by Google

quis non tenetur ſeruare ſecretum; nam loquimur nunc ex vi iuramenti, vt innui; ſi enim iurans teneretur ſeruare ſecretum iure naturali &c. tunc verũ eſt, quod peccatum alterius nõ dat ius ad peccandum alteri; ſic in caſu à me poſito, & ſimilibus, ſi promittens centum ad ea teneretur, vel ratione iuſtitiæ, vel charitatis &c. vtiq; non liberabitur ob alterius ingratitudinem.

Quid dicendum de iuramentis præſtitis ab alumnis in Seminarijs non ingrediendi Religionem &c.

25 INferunt 6. aliqui poſſe Alumnos Collegij Anglicani, & quoſcumq; aliorum Seminariorum Religionem ingredi, etiã ſi iurauerint ad Patriam redire abſoluto ſtudio, quia ea promiſſio continet tacitam conditionẽ, niſi velim eligere ſtatum meliorem: tenẽtur tamen Superiorem mònere, ſi iurarunt non ingredi, antequã Rectorem cõſcium faciant; quod debet certè ſecundum hoc Doct. intelligi, quando probabiliter ex tali monitione non timent impedimentum. ita Baſilius Pontius *lib.12. de matr. cap.8. nu.7.* Fagund. *l.2. cap.16. nu.5.* Caſtrop. *diſp.2. pun.14. num.15.*

26 Hæc ſententia pro vt caſus ab his Doctoribus proponitur mihi placet, & eſt iuxta dicta ex Suar. ſupra *lib.2. c.12.* Sed longe diuerſus eſt caſus ſtudentium in Collegio Anglicano. nam illi expreſsè iurant non ingredi Religionẽ his verbis. *Spondeo, & iuro quod dum in hoc Collegio permanebo, & poſtquam ab eo quocumq; modo ſiue completis, ſiue non completis ſtudijs exiero ante elapſum triennium, nullam Religionem, Societatem, aut Congregationem Regularem ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, vel eiuſdem Sedis Nuncij ingrediar, neq; in earum aliqua profeſſionem emittam.* Quare dicendum puto hos non poſſe nec ingredi Religionẽ ad Nouitiatum, nec profeſsionem facere, quia vtrumq; iurant, ſine periurio. Ducor quia hoc iuramentum eſt de re licita, vt expreſſe docet Sãchez *lib.4. ſum. c.19. n.38.* fit in vtilitatem tertij, nempe Eccleſiæ Anglicanæ, vt ea habeat pios, ac doctos cultores, & eſt acceptatũ à Papa, vel ab alio nomine illius: ergo obligat iurantem, vt ſupra ſatis probatum eſt. præſertim *diſp.6. de conditionibus requiſitis ad iuramentum ex parte materiæ concl.2.* ex Suarij doctrinã *l.2. cap.12.*

27 Et quamuis ibi ex Suario dixerim limitari in his, quæ ad ſtatum perfectionis pertinent, tamen locuti ſumus, quando non fuit expreſſe iuramentum de nõ ingredienda Religione, vt Suarium legenti patebit. At in caſu noſtro expreſſe ponitur iuramẽtum de non ingredienda Religione, & quidem ſatis prudens ad bonũ illius Eccleſiæ, nec impeditur ſtatus religioſus, niſi pro aliquo tempore tantum, quo idoneum magis ſe reddit iurans ſtudendo &c.

28 Confirmatur, quia iuramentũ homini præſtitum in vtilitatem publicam nõ poteſt in melius commutari, abſq; conſenſu habentis curam boni communis, vt docet Sanch. *l.3. ca.21. nu.5.* ex Sylu. *v. iuramentum quæſt.6.* Sed hoc iuramẽtum eſt homini præſtitum in vtilitatem boni communis, vt dictum eſt, ergo non poteſt in melius commutari auctoritate propria, ſed Papæ conſenſus requiritur. Adde quod vt bene docet Sanchez *lib. 4. cap.19. num.30.* ex Abbate, & Alex. de Neuo. *cap. peruenit 2. de iure iuran.* nõ poteſt cõmutari in melius iuramentum homini præſtitum eo inuito, & per hoc ſatisfactũ eſt argumento Fagundez. ita docet Layman *lib.4. tr.3. cap.6. num.6.* ſequens Nauarr. *lib. 3. concil. de regul. conſ.1.* eam apertè docet nouiſsime Pellizarius. *man. regu. tract. 2. cap.4. num.32. iuncto num.34. ver. difficultas modo eſt* hanc etiam ſententiam videtur tenere Sanchez. nam *lib. 3. cap. 9. num.21.* proponens hunc caſum, ſe remittit ad *lib.4. c.19.* vbi *num. 38.* ait. hec *an poſſit pacto expreſſo excludi religio, ita vt ad illam tranſire non liceat, non impleta, prius*

obli-

Digitized by Google

obligatione; *egimus lib. præceden. eod. cap.9.num.22. vbi diximus poſſe:* ergo ſi per Sãchez poteſt pacto expreſſo excludi religio, ita vt ad eam ingredi nõ liceat, niſi impleta prius obligatione: multo magis dabit in caſu, quo pactũ iuratur, & eſt cauſſa tam vrgens, & vtilis Eccleſiæ Anglicanæ.

29 Infertur 7. non ſolum poſſe ad Religionem tranſire, vt dictum eſt, eum, qui promiſit cum iuramento aliquid facturũ in vtilitatem alterius, vt docturum alios ad tempus, vel aliquod ſcripturum &c. ob rationem dictam; quia ea promiſſio habet tacitam conditionem; niſi tranſitus ad Religionẽ placeat: ſed etiã poſſe ad ordines promoueri: ſic Sanch. *l.4.c.19.nu.33.*

30 Quam ſententiam omnino intelligẽdam eſſe puto de ordinibus ſacris; nam ordines minores non ſunt tanti momenti, nec talem perfectionem afferunt, vt merito eorum ſuſceptio, niſi fiat cum ordine ad ſacros ordines, vt in promiſſione iurata aliquid faciendi in tertij vtilitatem, includatur hæc conditio, niſi voluero minores ordines ſuſcipere, & Sanchez id innuit, dũ citat pro hac ſententia Sotum *l.7.de iuſt.q.1.ar.3.* Cordub. *ſum.q.136.pun.4.* Enriquez *lib.11.de matrim.cap.14.n.4.* qui loquuntur de ordine ſacro, vt ipſemet Sanchez loquitur in *diſ.46.l.1. de matr.* ad quam ſe refert.

31 Immo licet materia promiſſa iurata ſit leuis; tamen adhuc puto potius eſſe iuramẽtum ſeruandum, alio nolente remittere; quia cum non includatur conditio hæc, vt diximus, nõ video vnde hic excuſabitur à periurio cum nõ liceat commutare in melius opus iuratum cum tertij præiudicio. ſaluo &c.

32 Vtrum autem teneatur hic Religionem ingrediens ad reſarcienda damna v.g. expenſas quas fecit Collegium in educatione &c. vide Sanchez *d.c.19.* & Pellezarium ſupra. Certum enim eſt teneri, ſequendo ſententiam, quod non poſſit ingredi Religionem; non autem quando poteſt.

33 Infertur 8. Socium iurantem ſemper permanere in Societate, poſſe ab ea recedere ob ſeuitiam alterius iuxta *l. ſi conuenienti. §. fin. ff. de Societ.* ſic Caſtrop. *diſ.2.p.14.nu.26. hic.* & ſi iurauit, vt liceat alteri, cum voluerit ſoluere Societatem, intelligitur; quod ſi ille diſſoluat, Socio abſente, damnũ ſpectet ad diſſoluentem ex *leg. ſed ſi Socius §. abſente ff. de Soc.* & vt omnes denuncientur, qui cum aliquo ex Socijs poſſunt habere negotiationem. *leg. ſed ſi plurib. §. de qua, vbi DD. ff. inſt. action.* alias iurans de damno, non tenetur; quia illud iuramentum, vt liceat alteri, quoties, & quomodo voluerit, intelligitur iuxta conditiones, & naturã Societatis.

34 Similiter iurans alteri conſtituere arrhas in ea quãtitate quã ſponſa velit, non tenetur, niſi intra decimam bonorum partem; quia in Caſtella ex *l.1.tt.2. de las arras. l.3. fori.* natura hatum arrharum hæc eſt.

35 Infertur 9. iurantem arrhas de omnibus ſuis bonis conſtituere, non teneri computare bona futura, quia ea promiſſio eſt talis naturæ, vt non intelligantur bona futura, niſi exprimantur ex *l. quidquid 99. initio ff. de verb. oblig.* & docet Padilla *auth. reſq; nu.26. Cod. communiter de legatis.*

36 Infertur 10. iurantem dare ſponſæ: ſiue is ſit ſponſus, ſiue conſanguinei, iocalia &c. non obligari matrimonio non ſequuto, quia eorum natura hæc eſt, vt dentur ſpe matrimonij. ex Matien. *lib.5. recep. tt.2. ſub num.1.*

De iuramentis continentibus conditiones generales.

37 INfertur 11. iurantem non recedere è tali loco, niſi prius debitum ſoluat, non teneri, ſi à ſuperiore vocetur inſcio de iuramento; quia illud iuramentum includebat conditionem ſecluſo iure ſuperioris. Contra vero tenetur non recedere è loco etiam ſi ſuperior vocet, quãdo is dedit tacitam, vel expreſſam licentiam iuramẽti. ſic Suar. *lib.2.cap.34.num.7.* quem ſequit. Caſtrop. *diſ.2.pun.14.nu.27.* Fagundez *lib.2.*

lib.2.c.20.in 2.praec.decal.nu.17. Sanch. *lib.3.cap.77.num.12.*

38 Vbi bene explicat tacitam ſuperioris licentiam eſſe,ſi Epiſcopus v.g.cócedat alicui facultatem,vt cauſſa ſtudiorum ab Eccleſia abſit, vel Pater filio,& is contrahat debita ad ſuam ſuſtentationem,& ex iuſta cauſſa,puta ad honeſtam recreationem &c. & idē dico de Religioſo abſente ex ſuperioris licentia,vt ſi iter faciat ex obedientia &c.tunc non poteſt recedere,ſi iurauit non recedere,donec ſoluat debitum, quia fuit ex tacita ſuperioris licentia, quia conceſſo vno, cenſentur concedi ea,ſine quibus non poteſt haberi effectus.ex *c. Praeterea de off.de leg.*

39 Infertur 12. non teneri Epiſcopum adfaciendum aliquid, quod ſuam dignitatem dedeceat, eſto id iurauerit, cum eſſet Canonicus; ad idem reducitur quod addit Oñate *de contr. tr.4. d.11.ſec.2.nu.125.* renunciantem cum iuramento Priuilegia Nobilitatis non obligari.

Nec iurantem ſecretum teneri,ſi id ſibi,vel alteri ſit nociuum,quia in illa promiſſione fuit ea conditio generalis.ſic Reginald.*lib.16.num.52.* Bonac. *diſp.4.pun.16.q.1. num. 2. circa finem* Sanch.*l.3.c.17.nu.25.* & quamuis Caſtrop.*p.14.hic num.27.* dicat poſſe reuelari ijs,qui prodeſſe,& non obeſſe poſſunt: id eſt intelligendum iuxta ordinem Charitatis,quádo ratio boni communis aliud non poſtulat; nam iuramentum hanc obligationem non inducit;& ideo bene ceteri DD. abſolute docent,hunc non teneri ſeruare ſecretum. Quod ſi iurauit ſeruare ſecretum exprimendo hanc circumſtātiam;etiam ſi ſibi fuerit incommodū; conſiderandum eſt prudētis arbitrio, an malum quod ſibi obueniret,ex obſeruatione ſecreti ſit tale,vt cenſeatur promiſſio prodiga, & tunc non obligat iuramentum,quia eſt pec. ſaltem ven.ſic promittere.

40 Idem puto ſi Religioſus, vel alius aduocatus promiſit cum iuramento, quod ſi erit v.g. Prouincialis, & ille Regens &c.faciet alium ſuperiorem, Iudicem &c.ſi deinde aduertat illum eſſe ineptū non teneri,quia ea conditio fuit intellecta in illa promiſſione.

41 Immo nec tenetur ad reſtitutionē accepti,quando munera, vel alia dona accepit eo intuitu,& ipſe proceſſit bonafide, quia illa datio donorum non fuit ex pacto vt ſuppono: ſed tantum mere gratuito;nā ſi quando promiſit, cognoſcebat ineptitudinem, tunc certe peccauit,illicitum promittendo, & ex hoc capite nō tenetur ad exequendum quod promiſit cum iuramento,& tenetur reſtituere,quæ ex illa promiſſione accepit, præuidens alium nō fore daturū ea munera,niſi intuitu iniquæ promiſſionis.ſaluo &c.

42 Infertur 13.quod iurans non offendere ſuum inimicum non erit periurus, ſi illum offendat ex noua cauſſa; ſic renuntians ius habitum, aut ſperandum,intelligitur renūciare ea,quę habet ex cauſſa de præſenti,& non ius ex aliqua cauſſa in opinata, vt ſi moriatur quidam extraneus,& illum hæredem ſuorum bonorū relinquat. ſic Bartol.quem laudant Anton.*cap. 2.de renunciat.num.11.* vbi Abbas *num.12.* Anchar.*n.1.* Anton.Gomez *l.22.Tauri num.10.* Leſſ.*lib.2.cap.42.dub.4.nu. 22.*

43 Idem dicit Sanchez *lib.3.c.17.nu.4.* de renunciante beneficium cum iuramento,ſe illud non eſſe āmplius repetiturum, nempe ex vi iuris competētis tempore renunciationis, vt idem Anto.Gomez tradit *loc.cit.* aut ſi promoti ad licentiatus gradum iurent ſe non eſſe accepturos gradum Doctoratus in alia Academia, poſſunt ex vi alterius licentiæ in alia Academia doctoratum accipere ob dictam rationem,vt notant citati Doctores.

44 Sicuti nec tenetur iurans Epiſcopo beneficium,ſibi collatum non renunciare, niſi de eius Epiſcopi conſenſu; quando vellet fieri Religioſus; nam illud iuramentum intelligitur,ne ſtatim recipiens in fauorem alterius renunciet apud Papam non autē quando vellet fieri Religioſus.ſic Sanchez *l.3.cap.17.num.11.* alia exempla infra addemus hic, & in tractatu de Voto, vide-

Digitized by Google

videri etiam poſſunt quę dixi ex Sanchez *in tract. de matr. præſertim lib.* 1. nam quoties licet recedere à fide ſpõſalium per cauſſam ſuperuenientem, toties etiam licet, ſi iuramento fuit firmata promiſſio. ita docet Molina *tom. 2. de iuſ. diſp. 272. col. 5. v. aduertit.*

45 Infertur 14. iurantem reſidere in Eccleſia, aut non alienare eius bona ſine Papæ licentia non teneri ex vi iuramenti, quando eſt vrgens Eccleſiæ neceſſitas, & non poteſt adiri Papa. ſic Caſtrop. *diſp. 2. pun. 14. nu. 20. & 21.*

Hæc ſatis ſint attuliſſe; nam alia ex dictis facile poſſunt deduci prolixum enim, & impoſſibile eſſet omnes caſus ponere præſertim cum aliquos addemus *tract. ſeq. de voto.*

DISPVTATIO XVI.

De efficacia obligationis iuramenti promiſſorij.

QVÆRES I.

A quo tempore, & pro quo tempore incipiat obligare iuramentum, & duret eius obligatio.

1 Reſp. tam iuramentum affirmatiuum, vt in promiſſione affirmatiua; vt iuro me daturum tibi cẽtum; tam negatiuum in promiſſione negatiua, vt iuro me nõ eſſe te offenſurum, incipit ſtatim obligare ac fit; ſi ſit abſolutum, vel ſtatim ac conditio impletur, ſi promiſſio eſt conditionata, & pro eo tempore, ad quod promiſſio fuit directa ab ipſo iurante verb. Gr. per duos annos dabo centum, vel hinc ad duos annos, vel quod poteſt ex circumſtantijs, aut ex verbis deduci, quando ille nil expreſſit, aut prudẽtis arbitrio conſiderata qualitate materiæ, occaſione, & circumſtantijs, vt bene Suar. *l. 2. cap. 35.*

2 Vnde ſi iurans non expreſſit cõtrariũ, aut natura promiſſionis talis eſt, vt requirat Promiſſarij petitionem, vt eſt in iuramento mutuandi, in quo ſubintelligitur quando petes; non requiritur petitio à promiſſario ad explendam obligationem iuramẽti: ſed ſufficit ſi adſit tempus opportunum, & commoditas.

3 Et quando requiritur petitio creditoris, non eſt neceſſe, vt petens exprimat ſe petere ex vi iuramenti; nã ordinarie ſubintelligitur, quãdo eſt præſtandus actus ſpecialis tempore profixo, vt ſi iuraſti Titio dare centum elapſo menſe, ſi ille petit iam intelligitur petere in virtute præſtiti iuramenti; at in iuramentis generalibus obediendi Prælato, vel Rectori, Academiæ, non cenſetur fieri petitio ex vi præſtiti iuramẽti; etiam ſi Rector iubeat ex vi præſtiti iuramenti; nam ea verba ex communi vſu ponuntur ad commemorãdam promiſſionem iuratam; ſed in his eſſet ſeruanda conſuetudo, ſic Suarius *l. 2. cap. 35. ad nu. 7.* & ſupponunt Recentiores citandi, vt in tract. de Voto latius videbimus.

4 Tantũ noto circa hanc Suarij doctrinam, vt ſcrupuloſis conſulam, iurãtem v. g. dare eleemoſynam pauperibus, vel alicui Religioni, quę ſolet mẽdicatò viuere, nõ teneri vltro eleemoſynam dare: niſi id expreſſerit; vel ex modo iurandi deduci poterit, vt ſi dicat, iuro me daturum ſingulis menſibus ſex modios tritici; ratio eſt, quia iuramentum dandi eleemoſ. nam intelligitur, quando illa fuerit petita.

5 Immo nec ſemper quoties erit requiſitus, tenebitur ex vi talis iuramẽti; ſed attenta eius qualitate, & facultate iuxta prudens arbitrium.

6 Similiter iurãs mutuare alteri, cum illi opus fuerit, non intelligitur obligatus ad ſemper mutuandũ: ſed quãdo erit neceſſitas; nam communi modo loquendi, ea verba ita ſonant, & iuramentum debet ſtricte interpretari quoad obligationem, vt ſupra diximus. ſaluo &c.

7 Dico 2. iuramẽtum affirmatiuum, & negatiuum de ſe ſemper obligant, niſi tempus præfigatur à iurante v. g. per annum, vel ex circumſtantijs, aut materiæ capacitate aliter deducatur, aut

Digitized by Google

ſit niſi talis ſit mutatio rerum, vt iuramentum non intelligatur factum ad tale tempus, vt ex dictis patet v. g. iuraſti non recedere à Monte Regali, non teneris numquam inde exire ad recreationem &c. ſed teneris non mutare domicilium; & niſi alia ad ſit circumſtantia fames v. g. vt etiam cum Suar. *d. c.* 35. Trull. *l. 2. c. 1. dub.* 17. *n.* 21.

Tantum eſt differentia, quod iuramentum affirmatiuum v. g. recitandi Roſarium, vel donandi &c. non obligat pro ſemper. Contra vero negatiuum, vt eſt ſeruandi v. g. pacem perpetuo, quod virtute eſt negatiuum, nõ ponendi actum contrarium amicitiæ.

8 Et quamuis in dubio an ſola mutatio ſuperueniens ſit tanta vt iuramentum non obliget, debeat peti relaxatio; ſi tamen conſtat, quod tanta ſit, vt intentio iurantis illum caſum non iurauerit, nulla opus eſt relaxatione; vt docent DD. communiter. hæc Suar. *d. ca.* 35. *à num.* 7. concordat Fagundez *l. 2. c.* 19. *nu.* 17. & alij, nec opus eſt immorari cum plura dixerim ex Sanch. *in opere de matr.* & multa infra dicturus ſim cum Suario.

QVÆRES II.

An iuramentum homini factum de danda aliqua certa re &c. poſſit per æquiualens impleri dando &c. aliud etiam melius.

9 RESP. negat. ſine conſenſu Promiſſarij, vel legitima Superioris auctoritate, vt dicemus infra. ratio eſt, quia nemo poteſt cogi ad commutãdam rem ſuam: ergo nec rem ſibi debitam; & eſto pro foro exteriori promiſſio humana per æquiualens poſſet impleri, quod tamen falſum eſt. ex *l. 2. §. 1. ff. ſi certum petatur*; at in foro conſcientiæ, & Canonico non eſt verum, cum ex vi iuramenti obligemur ad faciendum verum id, quod eſt promiſſum, eſt cõmunis ſententia DD. Corſetti *tr. de iuram. nu.* 39. M. Ant. Bauer. *hic nu.* 13. & 57. & Canoniſtarum *c. ad Audientiam de iure iuran.* & poſt Suar. *l. 2. hic cap.* 36. Fagund. *l. 2. c.* 20. *num.* 1. Sanchez *lib.* 3. *c.* 21. *nu.* 3. & alij paſſim.

QVÆRES III.

An facta commutatione in aliam rem promittens teneatur ad illam præſtãdam virtute iuramenti.

10 CAſus eſt, Titius iurauit Puellæ cõtrahere matrimonium v. g. & poſtea ex eius conſenſu commutatur hæc materia, vel quia illa eſt contenta tantum dote, vt alteri poſſit nubere, vel ſuperioris auctoritate, vel propria ipſius Titij, caſu quo poteſt, vt dicemus, quærimus an Titius teneatur ad dandam dotem ex vi iuramenti, ita vt ſi illam non det ſit periurus.

11 Reſp. affir. ratio eſt, quia alias non eſſet commutatio iuramenti: ſed extinctio eius, & introductio nouæ promiſſionis; & ſicuti votum commutatur in aliã materiã, ita, & iuramenta.

12 Et quamuis ex *cap. Clericus de iure iuran.* clarum ſit nõ extendi iuramentum, de vna materia ad aliam ex ſola voluntate iurantis, cum à priori materia habuerit limitationem; tamen in commutatione eſt diſparitas; nam habetur virtualis repetitio iuramenti per abſolutam reſciſſionem primi cõtractus, & impoſitionem nouæ obligationis ſub eadẽ firmitate iuramenti: & hoc communiter intendunt cõmutantes; licet fieri etiam poſſet, non auferẽdo primam obligationem v. g. ducendi Bertam in vxorem: ſed imponendo, vt ſi aliam rem velit dare, maneat ab obligatione illa iuramenti liber. hæc Suar. *d. c.* 36. *à num.* 8. *ad* 12. ſequitur Sanch. *l.* 4. *c.* 55. *num.* 4. & 13. Fagundez *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 11.

13 Contraria ſententia tribuitur à Suario Couarruuiæ 1. *par. de pactis initio num.* 5. *circa fin.* defenditur tamen expreſſe à Leſſio *l. 2. de iuſt. cap.* 42. *nu.* 57. mouetur, quia iurans non promiſit illam materiam cum iuramento: ſed tantum ad eam tenetur ex pacto, quo illam acceptauit, idẽ etiã tenet Trull. *l. 2. in decal. dub.* 23. *num.* 7. & Bonacina

tom. 2.

Digitized by Google

tom.2.diſ.4.p.17.num. 12. ſed vtrique fallũtur dum pro ſe citant Suarium, & Sanchez.

14 Ego medium eligo,& dico,ſi commutatio fiat per Superiorem, aut ab ipſo iurãte,tunc manet obligatio primi iuramẽti, priorẽ partẽ probo quia ſuperior nõ intendit condonare priorem obligationem,niſi circa aliã materiã eadem obligatio inducatur, vt cõſtat in voti commutatione. poſteriorem partem probo; quia cum hic teneatur vinculo Religionis ad obſeruãdam priorem promiſſionem circa vnam materiam, nulla eſt ratio, cur poſſit propria auctoritate liberari ab hac obligatione, & Deum, vt loquar cum Suario, defraudare, & ſic militant rationes Suarij &c.

15 At quando commutatio fit ab ipſo creditore,ſeu ipſo conſentiente, puto probabiliorem Leſſij ſententiam, quia dũ cõſentiente creditore fit mutatio, ea non poteſt fieri ex alio capite, niſi quia is remittit priorem obligationẽ, ſupra quam erat iuramentum, vt infra ex Suar.*c.*39.videbim᷒,ergo ea remiſſa,conſequenter remittitur obligatio iuramenti,vt ex eodem Suario patet; & ratio ipſa oſtendit, quando autem fit noua promiſſio dãdi aliud pro illa materia prius promiſſa ſub iuramento, non fit nouum iuramentum expreſſe vt ſuppono.

16 Nec etiam eſt virtualis,& tacita repetitio iuramenti; quod ſic oſtendo; quãdo fit commutatio promiſſionis iuratæ in aliam implicitè, eſt promiſſio ſeruandi illam materiam, quam creditor commutauit;non autem eſt atteſtatio diuini teſtimonij, nec explicita,vt ſupponimus,nec implicita, quia ſi eſſet implicita,vel eſſet in ipſo actu promiſſionis, aut acceptationis materię,vel per relationem ad primũ iuramentum.neutrum dici poteſt,ergo. Si primum non poteſt dici, quia alias in omni promiſſione implicitè contineretur atteſtatio diuini nominis,quod eſt falſiſſimũ:neq; ſecũdum, quia ſequitur; quod ex relatione ad iuramentũ iam præſtitũ ſupra vnam materiam, abſq; emiſſione noui iuramenti;obligaretur ad aliam materiã; & eſſet periurus nõ obſeruando;quod eſſe falsũ,docẽt *ex c.d.Clericus.*Abbas ibi *num.*3. D.Anton.*2.p.tit.*10.*c.*6.§.6. Sanch.*l.*3.*cap.*17.*n.*22.Couarr.1.*p.de pactis initio nu.*5.& alij.

17 Confirm. in cõmutatione voti, in qua ex eo,quod acceptatur materia commutata, cenſetur fieri promiſſio Deo ſeruandi illam, & per conſequẽs nouum votũ, ſuper illam materiam emittitur;vt explicat,& recte Leſſius. at in caſu iuramenti, cum ſit tantum promiſſio facta homini,non eſt nouũ iuramentum, & ſic patet ſolutio ad Suarij argumentum,quatenus eſt cõtra hanc partem.

Quid dicendum ſi prorogetur terminus ſolutionis debiti iurati,aut cõpromiſſi.

18 NOn eſt tamen ex hoc aſſerendũ, quod ſi quis debeat ſub iuramento centum v.g. intra menſem, & termin᷒ prorogetur, vt poſſit ſoluere intra duos menſes,nõ teneatur ex iuramento,vt putat Leſſ. *lo.cit.*Cotta *in memoralib.iuris. lit.*1. Gratus *conſ.* 15. *n.*18.*vol.*1.& alij quos cit. Sãch.*lib.*3. *c.*55.*n.*6. nã obligatio debiti remanet eadem numero, & tantũ mutatio fit quoad tẽpus:ergo ſi prius obligabat ſub iuramento,etiam poſtea; vt bene ex Felino,Decio,& alijs *in d. c. Cleric.* docet Suar.*d.c.*36 quẽ ſeq.Sanch.*lo.c. n.*6. quibus adde Baldum *c. venerab. n.*6.*de elect.*Calcaneum *conſ.*80 *nu.*17. Rebuf.*in Cõcord.rubr. de prerogat.ver. idem dicemus de iuram.* Bolognetum Couarr. Seraphinum Guttier. Tuſcũ, & alios apud Sanchez.

19 Nec ceſſat iuramentũ, quo iuraſti ſtare cõpromiſſo finiendo intra certũ tẽpus,ſi partiũ cõuentione prorogetur terminus cõpromiſſi,quia cũ fit prorogatio cõpromiſſi,nõ fit nouum pactum in ſubſtantia, ſed illud differtur ad maius tempus:ita ex communiori opinione Suar.*d.cap.*36.*nu.*14. quem ſequitur plures allegans Sanchez *l.*4. *cap.*55.*num.*10.

20 Bene tamen vtriq; oppoſitam ſententiam vocant ſatis probabilẽ, quia re vera tunc nouum fit compromiſſum: nam virtute prioris facti ad certum diem expirat iuriſditio compromiſſarij; illa autẽ prorogatio eſt noua conceſsio iuriſditionis, & ſic ſine iuramẽto, niſi à principio cõpromiſſi conueniſſent, vt terminus poſſit prorogari. Sic Couarr. *de pactis* 1. *p. initio n.*6. & ſeq. Bald. *conſ.*436. *vol.*1. Blãcus *de compromiſſis quaeſt.*7. *num.*59. *&* 57. Barthol. Loncinus *conſ.*99. *num.*2. *&* 3. *vol.* 3. Guttier. *de iur.* 1. *par. cap.*49. *fine.* Caſtropal. *diſp.*2. *pun.*14. *num.* 3. *&* 4. & alij.

QVÆRES IV.

An iuramentum impleri poſſit per iuſtã cõpenſationem, vt ſi quis iurauit dare Titio decem, & ille tantundem debeat iurãti, poſsit creditum compenſari cum debito abſq; eo, quod dentur Titio centum.

21 PRo ſolutione notandũ eſt ad cõpenſationem tres cõditiones requiri. Prima, vt res cõpenſandę ſaltem ſint tales, vt poſsint recipere functionem, quarum ſc. vna poſsit fungi vice alterius, vt ſunt, quæ conſtant pondere, numero, & mẽſura, vt ſi v.g. ego iuraui tibi dare decem aureos, & tu debes decem modios tritici, vel oleum &c. vnde res diuerſæ rationis cõpenſabiles non ſunt, vt ſi ego debeo tibi decem, & tu debes equum, vel ceruũ: quã nemo poteſt cogi carere re, quam habet in propria ſpecie, quod maxime militat pro foro conſcientiæ, præſertim poſito iuramento, quod ſeruãdum eſt in propria ſpecie.

22 Secunda eſt, vt ſit rationabilis cauſſa ad faciendam compenſationem inuito creditore: puta quia is non vult ſoluere, vel non eſt ſoluendo; quod debet, quia tunc poteſt ad litteram iuramentum ſeruari, nec eſt cauſſa, vt creditor cogatur habere v. g. nummos loco tritici. v.g.

23 Tertia conditio eſt, vt debitum, cum quo fit compenſatio, ſit liquidum, vt conſtat *ex l. vlt. cod. de compenſ.* his poſitis ex Suar. *lib.*2. *hic, c.*37. *à num.* 12. *ad* 15. quem ad vnguem ſequitur Fagundez *lib* 2. *cap.*20. *à n.*4. Caſtrop. *diſp.*2. *pun.*10. *num.*6. vbi citat Gregor. Lopez. *leg.*21. *tit.*14. *par.*5. & Molin. *tom.*2. *de ius. diſ.* 560. & Andr. Tachinum *lib.*11. *controu. cap.*7.

24 Reſpondeo ad quæſitum poſſe fieri compenſationem debiti non obſtante iuramento ſoluendi, niſi iurans expreſsè intẽderit ſe ſoluturum abſq; vlla compenſatione. Ratio eſt, quia iuramentum debet explicari iuxta ſenſum proprium, præſertim iuri cõſentaneum. Sed quando iuro dare tibi decem, ſenſus horum verborum proprius iuri conſentaneus eſt, conferam gratiosè decem, vel relinquam tibi, quæ debes, & ſicuti ſubintelligitur conditio *niſi tu remiſeris*, ita etiam debet intelligi omnis honeſta conditio, & hæc ratio probat etiam multo magis licere compẽſationem, quando iurans expreſsè habuit intẽtionem ſeruandi ſibi poteſtatem cõpenſationis; atque adeo hanc partem ſuſtinent Bartolus *l. amplius. ff. rem ratam.* Couarr. *cap. quamuis pactum* 1. *par. num.*9. *&* 10. vbi citat Baldum, Cumanum, Fabrum, & alios. Nauarr. *lib.*3. *de reſt. cap.*1. *p.*4. *du.*9. Azor. 1. *par. l.*11. *cap.*8. *quaeſt.*10. & poſt Suar. *l.* 2. *cap.*37. Fagundez *d. cap.*20. Caſtropal. *loc. citato.* Sanch. *l.*3. *cap.*17. *numer.*15. Bonacina *tom.* 2. *diſp.*4. *de iur. pun.*16. *ver.*3. Clauis Regia *l.*5. *cap.*5. Reginal. *lib.*18. *num.*34. Villalobos 2. *p. tra.*36. *diffi.*5. *num.*21. & alij paſsim.

25 Probatur ſecunda pars, quia cum licitum ſit ſoluere abſque vlla compenſatione, & hoc expreſsè intendit iurans, non eſt cur excuſetur, nec poteſt petere relaxationem iuramenti, quando pure ac merè liberaliter fit, cum nullam cõtineat turpitudinem, & hanc partem vtique dabunt Canoniſtæ, dum aiunt non poſſe fieri compenſationem, vt Innoc. Hoſtien. Io. Andr. Antonin. Felinus, *in cap. ad* au-

audiendum Clem. ante iurando. Ant. Cordub. *tract. de ieiun. num.* 39. Gutier. plures allegans *p. 3. de iuramen. confirmatorio cap.* 6. & alij.

26 Hanc tamen Suarij secundam partem intellige tunc nō posse fieri cōpensationē, quando iurans intimauit hūc intentionem, & alter acceptauit. aliàs potest, vel nisi alter ingratum se præbuerit, quia illa promissio includit illas conditiones, sicut clarè docet Sanch. *d. 2. n. 16. in illa ad* 3. *fine*. & de acceptatione, quod sit necessaria ad hoc, vt iurans non possit mutare animum. Castrop. *d. p.* 10. *n.* 14. & patet ex dictis supra.

27 Cōtra verò benè notat Suar. & eum sequutus Fagund. *d. c.* 20. *d.* 7. compensationem non posse fieri, quando debitum iuratum debetur intra certum tempus, at aliud nō habet terminum, vel potest postea solui, quia neq; iuramenti solutio potest vltrà terminum præfixum prorogari, nec alter debet cogi ante terminum soluere. v. g. si ego debeo tibi centum, & iuraui dare hoc mense, & tu tantundem habes hinc ad annum, non possum vti compensatione.

28 Quod si iurās timeret, ne adueniente die, alter nō soluat quod sibi debet, puto posse petere iurāmenti relaxationem, vt possit solutionem differre, vsq; ad tale tempus, quia hæc prudens dubitatio videtur legitima caussa relaxationis, ne hic ob suam religionem iniuriam ab alio patiatur, quod Panorm. docet absolutè *in c. ad nostrā de iure iur.* & licet Suar. vt n. 24. vidimus eam doctrinam absolutè prolatā non admittat, dabit fortassè in hoc casu.

Ampliatur præcedens doctrina, & obiectionibus occurritur.

29 PRædicta autē cōpensatio potest fieri non solum, quando iurans alio pacto non est soluendo, scilicet si non facit compensationem nō habet vnde soluat, quia tunc non est dubiū, vt benè notat Suarius, nam ob impotentiam excusatur, aut quando debitum promissarij, cui facta est promissio iurata, contractum fuit post iuramentum, sed etiam si ante illud fuerit cōtractum, quia hoc ad summum facit præsumptionē; quod voluerit compensationem, pro foro conscientiæ, vt ex Medina *Cod. de Restit. q.* 3. *caus.* 3. & Molin. *tom.* 2. *de ius. disp.* 566. docet Suar. *d. c.* 36. *nu.* 15. & post ipsum Castrop. *dis.* 2. *hic pun.* 10. *num.* 3.

30 Neq; solum habet locum pro foro Poli, sed etiam pro foro fori, quando non constat, quod iurans expressè excluserit compensationem, aut habuerit eam intētionem (intellige in mea sententia, & aliorum, vt *lib.* 1. *de mutu. disp.* 7. *probaui* & supra dixi *n.* 25. quādo est facta acceptatio ab altero) sic Suarez *d. c.* 37. *n.* 7. quem seq. Fagund. *nu.* 8. & eam tenent DD. suprà cit. loquuntur enim absolutè, & qui negāt in hoc sensu possunt intelligi.

31 Vnde *cap. ad nostram de consuet.* vbi qui pecuniam mutuo accepit, dato pignore cum iuramento non recipiēdi pignus, donec pecuniam soluerit, obligatur ex vi iuramenti soluere, priusquam pignus exigat, nulla facta cōpensatione; nec in toto, nec in parte fructuū ex pignore perceptorum à mutuatario, potest intelligi, quia erat dubium, an ille expressè iurauerit non facere vllam compensationē, & Ecclesia pro foro externo semper eligit partem tutiorem, posita graui præsumptione.

32 Vel dices non constasse liquido de quātitate fructuum percepta: si enim constasset v. g. quod sumpserit decem ex fructibus poterat iurans pro debito viginti, dare decem. Sic Suar. *l. cit.* & post eum Castrop. *d. pu.* 10. *n.* 5.

33 Nec sequitur ex dicta sentētia, quod possit fieri compensatio ab eo, qui iurauit, v. g. vsurario soluere vsuras, vel latroni dare centum, quia cum ante promissionem nullū supponatur debitum ex parte promissarij, nempe vsurarij, aut latronis est contra naturam compensationis, vt etiam post Suar. docent citandi DD. & si vsurarius, vel latro alia via fieret debitor

 ip-

ipſius iurantis,adhuc nõ videtur poſſe fieri compenſatio;cũ mutuatarius, qui iurauit ſoluere vſuras ex mutuo, re vera non remittat debitum, ſibi ab ipſo vſurario nempe id, quod ſupra ſortem ſoluit, & per conſequens non eſt vera cõpenſatio cum ipſe nõ donet, & loco donati aliquid accipiat, ſed tantum remittit vſuras, quas nihilominus vſurarius ſoluere tenetur. ita Suar.*d.c.*37.*nu.*20.*&* 21. Et eſt doctrina Soti *lib.*8.*de iuſt.q.*1.*art.*7.*circa ſolut.ad* 3.Laym.*l.*5.*c.*6.*nu.*15.

34 Sed Sanch.*lib.*3.*c.*11.*n.*11. ſine dubitatione,ex Molina *diſp.*560. *ver. ad confirmationem*,putat poſſe in hoc ſecũdo caſu fieri compenſationem, quia remittendo quantũ eſt ex parte ſua cenſetur in communi exiſtimatione ſoluere, & ſic iuramentum implere,& mihi placet hæc opinio, ſicut etiam Caſtrop. *d.pu.*10.*n.*5.

DISPVTATIO XVII.

De irritatione, condonatione, diſpenſatione, & relaxatione iuramenti Promiſſorij.

POſitis ijs,quæ do obligatione iuramenti promiſſorij huc vſq;diximus:ſolum remanet videndũ,quomodo obligatio iuramenti, quando per ſe non ceſſat, nec impletur formaliter per ſolutionem promiſſæ rei, nec virtute, nec per æquiualens, poſſit tolli.

QVÆRES I.

An iuramentum promiſſorium poſſit irritari.

1 REſp.affirm. ſiue iuramentum ſit reale de rebus ſc.diſpondendis. v.g. iuro me daturum centum. ſiue perſonale de actionibus perſonæ, vt iuro me iturum Romam &c. Ratio eſt quia relaxatio propriè dicta prouenit à poteſtate, ſiue dominij, ſiue alterius iuris in perſonam iurantis.attendendo cauſſam ex parte eius, cui ſit iuramentum;& ſic eſt in ordine ad iuramenta homini præſtita ad differentiam diſpenſationis, quæ tantum locum habet in iuramentis, ſoli Deo factis, & cauſam attendit ex parte ipſius iurantis: & eſt propria voti, vt dicemus ſuo loco. Sed materia iuramẽti poteſt pertinere ad dominium, vel ius alterius;ergo eo nolente iuramẽtum circa illam materiam, ratum non eſt,ſed irritum. Eſt cõmunis ſententia DD.cum Suario *l.*2.*c.*38.*n.*3.& ſequuntur paſſim Recent. quos prætereo; quia materiam hanc breuiter præſtringam,notatis ijs,quæ Suar.habet.nam fusè de ea egi *in tra.de matr. lib.*8.*per totum.& lib.*9.*à diſ.*39.*ad* 44. & multa ex Suario dicturus ſum *in tr. de voto tom. ſequ.*

2 Hinc patet hanc irritationem poſſe fieri à perſonis laicis ratione materiæ, quæ eorum iuri ſubditur; puta à Regibus reſpectu ſubditorum,à Patre reſpectu filij,à viro reſpectu vxoris, à tutoribus reſpectu minorum;quoties eorũ iuramenta nõ confirmant contractus; ſicut etiam poſſunt irritare tutores iuramenta impuberum; quia incertũ eſt an hæc iuramenta firment contractus ſine tutoris auctoritate irritos; & ſaltem poſſunt contractus hi reſcindi:ergo & iuramenta irritari.ſic etiam cum Suar.Ludo. Lopez *l.*2.*de cõtr.c.*39.Caſtrop.*pu.*2.*diſ.*3.*n.*1.*ver.*6. contra Sanch.*lib.*6.*de matr.diſ.*38.putantem nõ poſſe iuramenta, hæc impuberũ ſi firment contractũ irritari.

3 Nec requiritur ſpecialis cauſa ad irritationẽ iuramẽti,vi ipſius iuramenti;ſeu ratione irritationis;ſed tantum ratione prohibitionis.Nam ſi irritans habet plenũ dominiũ circa actiones, & res perſonæ iurantis abſq;vlla cauſſa poteſt eius iuramentũ irritare;quia poteſt abſque cauſa actiones iuratas prohibere, vt eſt Dominus, & Pater, Superior Religionis,& Pontifex, vel Epiſcopus circa aliquas materias,quę pleno iure ſibi ſubſunt,vt eſt diſpoſitio circa beneficia.

4 At ſi irritans non habet plenũ dominium circa res, & actiones ſubditi: ſed

ſed tantùm iuriſditionem, tunc debet habere cauſsã, vt prohibitio ſit iuſta. v.g. Rex poteſt irritare iuramentum Vaſſalli eundi Neapolim; ſed quia nõ habet plenum dominium circa eius perſonam, requiritur iuſta cauſſa ad hoc, vt prohibeat illud iter; ea autem cauſſa poſita, poteſt iuramentum irritare, ſic Suar. *d.c.38.à nu.4.ad 8.ſeq.* Sãch. *lib.3.c.20.* Caſtrop. *d.3.hic pu.2.à n.1.* Fagũd. *l.2.in 2.pra.decal.c.33.à n.1.*

5 Idẽ dic de Abbatiſſa reſpectu monialium, quod licet Suarius hic non explicet videtur tamẽ iuxta eius mẽtem, cũ per ipſum poſſit vota irritare *in tr. de voto.lib.6.c.7.* & tenẽt Leſſ. *l.2. de iur.c.40.dub.13.nu.107.* Manuel *99. regul.t.1.q.25.ar.7.* & alij. & ratio eſt, quia Abbatiſſa non habet minorem poteſtatem in actus monialium, quã mater tutrix in filiam impuberem, vt docet Sanch. *l.4.c.33.n.19.* nec etiam minorem in res ipſius, & monaſterij, quam habent alij Superiores in ſuos, vt idẽ Sãch. multis relatis tradit *lib.7.c.19.* Diana *p.1 tr.6.reſ.22.* & alij. ergo.

6 Idem de ſocero reſpectu Generi, qui patre, matre &c. caret; hic enim videtur moraliter ſuccedere loco Patris, doctiſſ. Neoterico noſtræ Societ. viſũ eſt valde probabile; quod ego to. ſeq. fuſius examinabo: nunc huius ſententiam ſatis eſt innuiſſe.

Petes,

An poſſit iuramentũ directè irritari per humanam poteſtatem, non ſolum ratione materiæ illam prohibendo, vel ſubtrahendo, ſed etiam reddendo ineffieax ipſum iuramentum ad obligandum, vel faciendo antecedenter, vt iuramentum à principio non obliget.

7 RESP. probabile eſſe id fieri nõ poſſe, quia poſita capacitate materię iuratę, obligatio iuramenti eſt naturalis, & independens ab hominis voluntate: ergo nõ poteſt directè impediri, niſi mutãdo materiam, vel per cõdonationẽ, vt infra dicemus q. ſeq. Vnde iuramentũ non eſt ſicuti votũ, quod poteſt directè irritari, quia cum conſiſtat in efficaci voluntate ſe obligandi, & voluntas poteſt tam antecedenter ad votum, quam cõſequenter irritari; at iuramentum eſt quid prius ad ipſam voluntatem, & ex eo ſequitur naturaliter obligatio, vt notauit Valent. *d.6.q.7.pu.4.§.3.v. quartum.*

8 Nec Cõcil. Trid. *ſeſſ.25.c.16. de regul.* directè irritat iuramentum, cum irritat illud nouitij renunciantis bonis ſuis, ante duos menſes profeſſioni proximos; ſed quia poſita prohibitione Concilij illud iuramentum eſt cõtra bonos mores, & ſic meritò declaratur irritum ex parte materiæ.

9 Leges autem Ciuiles Luſitaniæ, aut Caſtellæ irritantes iuramenta addita contractibus quibuſcumq; tantũ irritant contractus Ciuiles; nec poſſunt obligationem naturalem de non cõtraueniendo illis contractibus, etiam nullis impedire. hæc Suar. *l.2.d.c.38.à n.10.* cui addo Couar. *de pactis 2.p.§.1. n.8.* Barboſ. *lib.1.§.1.nu.70. & 71.ff.ſol. matr.* Parlador. *l.2. rerũ quotidianar.* Vſualdum ad Donnellum *lib.21.c.13. in notis lit. A & B.* huic ſentẽtiæ fauet etiã Fagund. *lib.2.in 2.prac.decal.c.18. nu.19.* ait ex Valaſco leges luſitanas, datas eſſe ex Papæ priuilegio, quod preſumi debet, decurſu temporis immemorabilis hanc etiam mordicus tenet Diana *1.p.tr.2.reſ.73. & p.5.tr.1. reſ.8.* vbi alios citat, & cõtendit probare eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam præſertim cum Suarius id innuerit.

10 Non obſtantibus tamen his dictis ex Suario, non deſunt graues Doct. qui putent poſſe leges ciuiles impedire directè obligationem iuramẽti, antequã preſtetur, vel reddendo contractum nullum, vt putat Sãchez, vel reddendo inhabilem promiſſariũ ad acceptandum, vel condonando obligationem, vt ex varijs aſſerit Caſtropalaus: ſed re vera hi modi nõ oſtendunt directam irritationem, & bene Sanchez ait tãtum indirectè irritari; ſed quicquid ſit de hac queſtione ſufficit, quod effectus ſit idem, & non

ſit

Digitized by Google

ſit contra immunitatem Eccleſiæ, quòd Princeps prouideant, ne prætextu iuramenti expenſæ multiplicentur in litibus, vt bono hi Doctores probant; ſic Poirieta *vp ma manegi*. *p*.2.*v*.35. Ofaſc. *decij*. 32. Cabedo *r*. *p*. *deciſ*. 32. Valboa *in præl*. *ſalman*. *n*. 9. Anguianes *de legibus lib*. 3. *contr*. 22. quos citat Diana *reſol*. *cit*. quibus adde Sanchez *l*. 3. *c*. 22. *n*. 10. Pinelli *l*. *rurſcin* *lib*. 2. *c*. 42. *n*. 55. & 56. Pontiũ *lib*. 12. *de ſponſal*. *c*. 8. *n*. 38. Caſtrop. *pu*. 13. *d*. 2. & alios apud ipſos, qui tamen ſupponunt legem Eccleſiaſticam id facere poſſe; ſed re vera ratio Suarij militat contra vtraſq; quam non ſoluit Caſtropal. *num*. 4. nec attingit, quamuis dicat ſe reſpondere ad Suarij fundamentum, tantum enim ad quandam ſententiam Suarij reſpondet.

11 Placet tamen mihi quod aiunt Pinellus, & Valaſcus apud Fagund. *lib*. *nu*. 12. nimirum irritari per has leges iuramenta appoſita quibuſcumq; contractibus, tam iure validis ſine iuramento, quam inualidis, tum quia verba ita ſonant, nam loquuntur abſolutè, tum quia ſi leges hæ irritant iuramenta appoſita in contractibus iure validis ad fraudes obuitandas, multo magis irritare intelliguntur iuramenta poſita in contractibus, quos ius ad vitãdas fraudes, & ad conſulendũ imbecillis irritos reddit, vel irritabiles.

12 Quamuis ſaltem DD. auctoritate probabile ſit has leges tantũ irritare iuramẽta appoſita contractibus aliàs validis iure cõmuni. ſic Couarr. *1. p. de pactis*. §. 2. *n*. 8. Guttier. & alij, quos ſeq. Sanch. *l*. *c*. *n*. 12. & Caſtrop. *loc*. *cit*. *n*. 4.

13 Deniq; placet Fagund. dum ait, prohibitionem hanc legum eſſe, tam pro contractibus publicis, quam priuatis, quia ibi dicitur *aſſi por eſcriptura* nempe manu notarij, *como por palaura* nempe conuẽtione priuata; ſed intelligo quatenus, quando ſine publica ſcriptura fiunt, producere poſſent actionẽ pro foro externo ratione iuramenti, nam hanc legem vitare intendunt, vt diximus; & ideo annullant iuramenta poſita, ſaluo &c.

QVÆRES II.

An obligatio iuramenti promiſſorij poſſit tolli condonatione facta à creditore.

14 RESP. aſſirmatiuè non ſolum quando iuramentum eſt appoſitum promiſſioni, quæ de ſe obligationem inducit, ſed etiam, ſi ſupponatur aſſertio de futuro abſq; promiſſione, vel promiſſioni non inducenti obligationem de ſe, vt eſt promiſſio facta abſq; animo. Ratio eſt, quia illa promiſſio, ſeu aſſertio de futuro iurata credendi &c. includit conditionem, ſi ille voluerit, in cuius gratiam iuramentum exhibetur, vel niſi ille condonauerit expreſsè, aut tacitè, cum tacitũ æquiparetur expreſſo, etiam in foro conſcientiæ. Concluſio eſt communis & certa, & poſt Suar. *lib*. 2. *c*. 39. docet Caſtrop. *d*. *p*. *n*. 2. Sanch. *l*. 3. *c*. 20. *nu*. 4. Bonac. *diſp*. 4. *q*. *p*. 17. *n*. 3. Villalobos 2. *p*. *tr*. 36. *diff*. 11. Trullench. *l*. *c*. *dub*. 2. *n*. & alij de ipſis *lib*. 1. *de iuram*. *diſp*.

15 Immò iuramentum ſoli Deo præſtitum principaliter intuitu ipſius, ſi reſultet ſecundario in vtilitatem tertij, poteſt ab hoc condonari, vt ſi iuraſti Deo dare eleemoſynã pauperi, manes liber ab obligatione, eo condonante; tunc autem eſt cenſenda talis condonatio, non quando dicunt pauperes, vel alius, cuius vtilitatem reſpicit iuramẽtum, nos remittimus obligationem: ſed quãdo nolunt recipere, quod eſt iuratũ: contra verò quando iuramẽtum fit principaliter homini, ſufficit tũc remiſſio obligationis abſq; eo, quod poſitiuè reſiſtat, (cuius rei rationem vide infra *num*. 17.) etiam ſi iurans petat ab his, vt obligationem condonent; quia non iurauit non petere talem condonationem.

16 Neque contra hæc ſentiũt D. Thom. cum Soto, Sylu. & alijs; ſed tantum aiunt non poſſe remitti obligationem iuramenti ſoli Deo præſtiti, quando nõ cedit in vtilitatem tertij, licet fiat ad complacentiã ipſius, vel quia ipſi eſt gratũ, vel quia id petit, hoc Suar. *d*. *c*. 39. *à n*. 3. *ad* 7. & ſupponunt cit. DD.

Quid

Quid ſi promiſſio ſit mutua.

17 ATq; hæc doctrina procedit quãdo duo ad inuicem ſibi promiſerunt ob mutuam vtilitatem, ſiue temporalem, ſiue ſpiritualem, vt dicã pro te pſalterium, vel quod vnus promittit intuitu pietatis v.g. pauperi eã ducere, & hæc promittat etiã illi nubere ex humano contractu; tunc mulier manet libera eo ipſo, quod vir obligationem remittit; at vir nõ manet vinculo iuramenti liber, niſi puella nolit matrimonium inire, quia licet per meram remiſſionem maneat liber ab obligatione iuſtitiæ; non manet liber ab obligatione iuramenti; quia per illud non confirmauit tantũ humanum contractum; ſicuti puella; ſed abſolute opus pietatis, quod puella remittere non poteſt; niſi nolendo acceptare; nam tunc deficit conditio imbibita in illa promiſſione iurata, vt ait Suar. *d.c.* 39.

18 Modo non iurent ſub conditione, vt dabo pauperi centum, ſi tu dederis etiam centum; tunc neuter tenetur, niſi alter incipiat implere promiſſũ; vel ſi duo inuicem ſibi promittãt, nõ ſe decipere, tunc etiam ſi ſtatim obliget iuramẽtum, & qui incipit ſit periurus, at alter manet liber ab obligatione virtute iuramenti, ſic optime Suarius *loc. cit.* vide de hac materia multa apud me in *tract. de matrim.*

19 Tantum addo Suario iurãtem aliquod opus miſericordiæ, aut pietatis in gratiam alterius manere liberum omnino ab obligatione, etiam iuramenti, ſi alter v. g. pauper remittat obligationem, etiam ſi poſitiue non reſiſtat nolendo acceptare; immo etiã ſi acceptaret, ſi daretur; ratio eſt, quia illa promiſſio non ſolum includit illã conditionem, quam dicit Suarius in ratione dubitandi poſita *num.* 6. nempe ſi alter ſit contentus; ſed etiam niſi alter remittat, vel ſit cõtentus, vt ego ab hac promiſſione deſiſtam; quia cũ ſit in gratiam alterius, hæc eſt rationabilis exceptio; & ita videtur clarè docere Caſtrop. *diſp.* 3 *pun.* 2. *num. vlt.* dum nullam aliam obligationem cognoſcit; præter iuramẽti, & in fine ait, *qua propter nulla alia via poteſt pauper obligationem remittere, niſi vel condonando promiſſum, vel nolendo illud acceptare,* & tenet expreſſe Sãchez *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 52. *n.* 8. *iuncto nu.* 7. *fine,* & pro ea multos citat.

Addit etiam Sanchez, quem ſequitur Fagundez, & Caſtrop. nec negabit Suarius d. doctrinam non poſſe intelligi, quando quis iuraret in communi dare in eleemoſynam v.g. decẽ, quia tunc reſpuente vno paupere, tenetur alios adire: ſed hoc ego intelligo non teneri omnes, nec illius Ciuitatis, vbi eſt; ſed plures moraliter; ſicuti nec tenetur vouens ingredi Religionem, ſi ab vna, vel altera reſpuatur, omnes adire; ſed tantum quatuor. ex Leſſio *l.* 2. *c.* 41. *n.* 43. ſic etiam in hoc caſu, niſi aliud expreſſerit. ſaluo &c.

An Iudex poſſit cogere nolentem, ad condonandam obligationem iuramenti ſibi præſtiti.

20 QVod ſi quis per iniuriam extorſit iuramẽtum, poteſt, ſi laicus ſit, & materia ſit temporalis, non ſolũ ab eccleſiaſt. Iudice cogi ex officio, vt tale iuramentum remittat: ſed etiã à Iudice laico, (& forte etiam ſi neceſſaria ſit diſcuſſio, an iuramentum fuerit per vim extortum, puta quia eſt dubium de hac vi,) quia tunc ſolum cogit ad deſiſtẽdũ ab iniuria. ſic Suar. *d.c.* 39. *à num.* 14. merito dicens eſſe communem ſententiam Felin. *cap.* 1. *de iur. iuran.* Rom. Feder. Senen. apud Abb. *cap.* 2. *de iur. iuran. num.* 3. Couarr. *cap. quamuis pactum* 2. *p.* §. 3. *nu.* 2. Molinæ *diſ.* 140. *de iuſt.* Sanch. *lib.* 3. *cap.* 22. Caſtrop. *diſp.* 3. *p. vlt.*

21 Et quãuis Suarius ſub dubitatione loquatur, an poſſit Iudex laicus cognoſcere, quando eſt dubium, an iuramentum ſit relaxabile: tamen mihi valde probabile eſt abſque vllo ſcrupulo poſſe, quando non eſt dubium de valore iuramẽti; vt eſt in hoc caſu, inquo,

Digitized by Google

inquo, vt bene aduertit Suarius, ſupponitur iuramenti valor; nam ſupponitur obligare, & tamen dubitatur de turpitudine exigentis illud, nempe an ille fuerit iniuſtus, violentus &c. quæ eſt materia mere laicalis, aut ad ſummum per aliquam relationem ad iuramentum; eſt mixti fori, vt ex Sanchez *l.3.cap.22 num.16.* conſtat.

Quamuis ſciam multos, quos retuli *lib.1.de matrim.diſ.32.* oppoſitum ſentire, quos etiam ſequutus eſt, ibi Sanchez *num.18.* qui tamen *lib. 3. cap. 22. num.1.* tantum ait, non poſſe, quando probabile dubium ſit de iuramēti valore, vnde non ſine aliquo fine omiſit aliam partem de dubio turpitudinis, ſeu iniuſtitiæ contractus, & hanc partem ſeq. etiam Diana. *1.p.tr.2.reſ.115.* qui mihi inſtar multorum eſt.

22 Addit Sanchez, Felin. *cap. 1. nu.22. de iur.iuran.* cui adde Paz *in pract. 2.p. præl.2. num.38.* Caſtrop. *pun.6.num.vlt.* poſſe Iudicem ſæcularem de nullitate relaxationis huius factæ à Iudice eccleſiaſtico, quando euidenter apparet talis nullitas cognoſcere.

23 Aduertit etiam Sanch. *nu.19.* quem ſequitur Caſtrop. & Suarius certe ſupponit, quod etiam ſi iurans ſit Clericus, & is cui iuratum eſt ſit infidelis, poteſt ſola poteſtas ſæcularis illū cogere ad iuramenti condonationem, quia non ſubditur infidelis poteſtati eccleſiaſticæ, & eſſe in hoc caſu ſufficientem Iudicem ordinarium.

24 Deniq; ſi iuramentum non ſit intuitu Dei; ſed tantum in proprium commodum, non poteſt iurans tale iuramentum ſibi condonare, quia in hoc iuramento non includitur cōditio ſi ego voluero, vt putat Suar. *d.ca. 39.num.vlt.*

Sed ego ſupra oppoſitum ſenſi, & iterum nunc puto, & docet aperte Sanchez *lib.6.diſp.13.nu.6. ver. & poteſt.probari*, & circa finem *ver. nec obſtat*, vbi alios citat.

(:✝:)(:✝:)(:✝:)

QVÆRES III.

An iuramentum promiſſorium ſoli Deo præſtitum poſſit diſpenſari.

25 Reſp. affir. poſita cauſa &c. vt dicemus ex Suario cum de voto, (interim videte dicta à me *lib. 8. de matrim.* quia non eſt relaxare Ius Diuinum, ſeu naturale vinculum iuramenti: ſed materiam mutare, & facere, vt quod ſub iuramentum cadit nō cadat, quod poteſt fieri tantum in iuramentis promiſſorijs de futuro, & non in aſſertorijs.

26 Hanc autem poteſtatem ordinariā habent omnes hi, qui de iure ſunt ordinarij, niſi in caſibus exceptis Papæ.

Et quamuis quidā putent iuramēta, quæ ſunt circa materiam votorum reſeruatorum, vt ſunt vota caſtitatis, religionis &c. non eſſe reſeruata, niſi ſpecialiter reſeruentur, quia votum, & iuramentum ſunt vincula diuerſa; tamen ea ſententia non videtur conſulenda, tum quia numquam viſum eſt Epiſcopum in his diſpenſaſſe, tū quia grauitas talium materiarum, circa quas vota reſeruantur, militat etiam in iuramento, & ſic dum in Bulla, & Iubilæo conceditur relaxatio, & diſpenſatio iuramenti ſine tertij præiudicio, non poſſunt venire iuramenta hæc reſeruata caſtitatis, & alia, quæ ſint reſeruata. hæc Suar. *lib. 2. cap. 40.* ſequitur Pontius *lib.8.de matrim. c. 11. num.3.* Fagundez *in decal.lib.2. ca. 42. num.4.* Trullench. in Bull. *lib. 1. §. 7. c. 3. dub.5.* præter eos, quos adduci *lib.8. de matrim. diſp.13.*

27 Sed vt ibi dixi ex Sāchez, & iterum placet; hæc Suarij ſententia procedit vt plurimum, & attento cōmuni modo iurandi Deo, quia ſemper includitur promiſſio, & ſic votum; at ſupponendo, quod ſit merum iuramentum de caſtitate perpetua, de ingreſſu Religionis &c. poteſt in eo diſpenſare quilibet habens poteſtatem diſpenſādi in votis nō reſeruatis, vt tenet Nauarr. *lib.2.conſ.tit. de iur. iuran. conſ.3.*

Pe-

Digitized by Google

Petrus Ledeſma *in ſumm.lib.2.tr.11. cap.4.de iur.dub.2.* & nouiſſime Bardi è Societ.Ieſu.*in Bull.Cruc.tract. 7. p.2. num.55.*vbi optime ſatisfacit Fagund. & Trullench.

28 Addo tamen,quod ſi hæc iuramenta reſeruata fiant principaliter intuitu Dei; licet res promiſſa v. g. religio redūdet in vtilitatem proximi, quia ſcilicet hæreditas mea illi cedet; tamen eo remittēte ſoluitur obligatio, quia Deus non cenſetur acceptare illud iuramentum in ordine ad vtilitatem alterius: ergo eo cedente,& Deus remittit obligationem ſibi acquiſitā. ſic Bardi *p.2.in Bull.Cruc.tr.7.nu.125.*

QVÆRES VI.

In quibus caſibus poſſit iuramentum licitum, & obligatorium homini factum relaxari à ſuperiore, nec ne.

29 DIco 1.iuramentum, quod vndiq; eſt licitum,tam ſcilicet ex parte iurantis,quàm ex parte eius,cui iuratur,non poteſt ralaxari inuito eo, in cuius gratiam eſt factum, quia nemo poteſt priuari iure acquiſito ſine cauſa:ſed ille,cui factum eſt iuramentum promiſſorium,ius acquiſiuit, vt ſupponimus; (nam quid ſit agendum, quando promiſſio non eſt rigoroſa, ſed fit Deo,licet in vtilitatem alterius dicemus tract.ſeq.de voto:) ergo &c.

30 Cauſa autem requiſita adhoc, vt poſſit tale iuramentum relaxari debet eſſe bonum commune, quādo ob illud,quis etiam inuitus poſſet priuari iure ſuo per ſuperiorem; quod tamen rariſſime accidit.

Et in hoc ſenſu D.Thom.2.2.*q.* 89. *ar.*9.*ad* 3.dixit talem diſpenſationem maxime à Pontifice fieri, quia diſponere de iure priuatorum ob commune bonum, maxime ad ſupremum Principem ſpectat; licet poſſint Epiſcopi ſeruata proportione hāc relaxationem facere, ſi bonum commune ſuarum Diœceſum,id exigat. ita Suar. *lib.2.cap.41.*ex Sylu.*de iuramen.q.3.* & Greg.Lopez *l.5.tit.5.p.1.num.14.*videri poſſunt dicta à me *tr.de matrim.*vbi plura habes.

31 Tantum addo Suarij dictis in hoc ſenſu eſſe intelligendum Sanch. dum *lib.3.cap.21.num.2.*ait,non poſſe,niſi à Papa tale iuramentum relaxari, idq; omnes ſentire, intellige inquam quādo relaxatio fit ad bonum commune fidelium,quia ſolus Pontifex huic debet conſulere, vt ipſe ſe explicat *c.22. num.* 18. & vt intelligit illum Fagundez *l.2.ca.46.num.16.* & tunc non poteſt Epiſcopus, niſi vt ego puto in caſu rariſſimo, quando non eſſet acceſſus ad Papam iuxta dicta ex Sāch. *de matrim.lib.2.diſ.*40.

32 Placet etiam Caſtrop.*diſp. 3.pun.3. num.*2.dum ait quod, quando cauſa relaxandi iuramenta homini præſtita reſpicit immediate bonum commune,vt iuramentum non denunciandi, non contra teſtimoniū dicere &c.poſſunt à quolibet Prælato habente auctoritatem, quaſi Epiſcopalē relaxari.

Proponitur Auctoris ratio cōtra dictum præcedens.

33 IMmo ſi licet, quid ſentiam dicere, ſalua horum DD.& Suarij pace: puto in hoc caſu,quando ea eſt cauſa reſpiciens bonum commune, vt poſſet ſuperior priuare ſubditum iure acquiſito,inquo caſu tantū putant fieri poſſe relaxationem iuramenti vndique liciti, per quod tertio eſt ius acquiſitum;nulla opus eſſe relaxatione. Ducor, quia in hoc caſu iuramentum non obligat;nam vt ex dictis *diſ.præc.* conſtat ex Suar.*c.34.*Sanchez, & alijs ibi citatis,iuramentum includit conditionem,ſaluo iure alterius, vel boni communis, quādo ius illud,vel eſt iuſtitiæ,vel miſericordiæ,vel charitatis; ſimiliter includitur alia conditio, ſi res in eodem ſtatu permanſerint; aut non fuerint notabiliter mutatæ: ergo ſi ad bonum commune ſpectat illud iuramentum alteri præſtitum nō obſeruari,non indiget relaxatione.

Probo conſequentiam,quia vel illa cauſa boni communis erat tunc,cum

iurauit alter v.g. Bertam ducere, vel accidit poſt factum iuramentũ, ſi primum, iā iuramentum nullum fuit ab initio, quia ex tunc defuit conditio, ſaluo iure communi, & alterius: ergo nulla indiget relaxatione, vt ex communi ſententia D.Tho. 2.2.*q*.89. *ar.7.& 9.* ſupponit, vt certum Suarius *d.c.41.num.1.*& Caſtrop.*num.2.loc.cit.*

34 Si vero dicas ſecundum, iam eſt facta notabilis mutatio, & ſic iuramenti obligatio ceſſat adueniente conditione illa mutationis ſuperuenientis; quia nimirum expedit bono cõmuni me non præſtare tibi quod cum iuramento promiſi, vt ſupra diximus ex Suario, & alijs, dum explicauimus cõditiones generales incluſas in contractibus promiſſorijs; & hoc aperte inſinuat Caſtrop.*d.diſ.3.pun.3.num.2.* vbi poſtquam ait vnam cauſſam relaxationis eſſe, quæ bonum commune directe reſpicit, & affert exemplum de iurante non denunciare, non accuſare &c. & ſic poſſe ab Epiſcopo etiam relaxari, vt diximus *nu.*30. ſubdit. *Immo credo regulariter nulla indigere relaxatione*, quod etiam inſinuat Suarius in exemplo filij fam. renunciãtis Macedoniano, de quo *num ſeq.* & relaxãtionis iuramẽti Regi præſtito, vt *n.*36. videbimus, & vt ſup. diximus ex Suario, & alijs.

35 At quoniam omnes dicunt Pontificem relaxare poſſe, quando poteſt promiſſarium iure illo priuare ob bonum publicum, nec ab eorum loquẽdi modo recedam, & forte hi Doctores id dicunt; quia vix poteſt priuatæ perſonæ conſtare, num ſit cauſa ſufficiens, reſpiciens bonum commune, necne.

Quid ſi in iuramento ſit turpitudo aliqua.

36 DIco 2. iuramẽtum licitũ, & obligatorium ex parte iurantis poteſt relaxari, ſi ſit turpitudo ex parte recipientis: vel in iuramento ſoluendi vſuras, vel extorto per vim, & metum, aut dolum, vel quando fuit grauis læſio ipſius iurantis in contractu, vt ſi ſit tertij præiudicium, aut periculum communis boni iuramentũ illud implere, vt ſi filius familias renunciauit Macedoniano; quo vltimo caſu probabile etiam eſt, tale iuramentum nõ eſſe obligatorium, & per conſequens non indigere relaxatione.

37 Aut denique in pœnam illius, cui fuit præſtitum iuramentum, vt propter Regis hæreſim, vel ſchiſma, quæ proprie relaxatio non eſt, quando non ſit per ſe ad tollendam obligationem iuramenti, nã ceſſat obligatio iuramenti, per ipſius hæreſim, & regni priuationem, at etiam ſi factũ ſit iuramentum obediendi tali perſonæ, ſine intuitu poteſtatis vel Regni, ſi ea erit excommunicata, poterit relaxari iuramentum ob rigorem Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ſic de alijs. hæc Suar. *d.c.* 41. *à num.6. ad* 9. cui addo Leſſium *l.2. cap.42.num.*64 Caſtrop.*d.pu.*3. Sanch. *lib.3.cap.21.num.6.*

38 Dico tertio non ſolum poteſt relaxari iuramentum, quando eſt turpitudo in re iurata: ſed etiã ſoli ex parte exigentis, quia fuit metus, ſiue cadens in virum conſtantem, ſiue non, dummodo fuerit iniuſtus: ratio eſt, quia extorquens iuramentũ hoc pacto, fecit iniuriam ipſi iuranti, & licet per metum non cadentem in virum conſtantem nõ detur actio, quod metus cauſa, tamẽ datur Officium iudicis, ex Gloſſ. *cap. pen. de iureiurando*, ſic Suarius *d.c.41.à num.7. ad* 11. quem ſequitur Caſtrop. *nu.3. d.diſp.3. num.4.* vide quæ diximus *lib.4. de matrimonio. diſp.20.* vbi Sanchez ait; in foro exteriori non poſſe relaxari pro metu leui: ſed quod dixi ex Suar. eſt probabile, & tutum.

Afferuntur alia exempla circa doctrinam præcedentium concluſionum.

NOn abs re erit varius caſus Red. addere circa duas præcedentes concluſiones à Suario traditas.

(+)(+)(+)

De iuramento ſoluendi amiſſa in ludo, & latroni.

39 DIco 11. ad turpitudinem ex parte creditoris reduci poſſe iuramẽtũ ſoluendi amiſſa in ludo vetito, vel pecunia credita; quia probabile eſt recipientem teneri ad reſtitutionem, vnde hoc iuramentũ relaxari poteſt, quod quamuis negauerit Sãch. *lib. 1. de matr. diſp. 32. n. 25.* tamen in ſumma *l. 3. c. 21. n. 10.* aſſerit ſe ſcrupuloſe ſatis loquutum fuiſſe, & tenent Caſtropal. *d. 3. hic pu. 3.* & Guttier. *1. p. de iur. confirm. c. 53. num. 8.* Leſſ. *lib. 2. de iuſt. c. 26. du. 4. n. 27.* Carbon. *de reſtit. q. 42. cõcl. 2.*

40 Quamuis Caſtrop. *lo. c. n. 3. fine.* citãs Vaſqu. *opuſ. de teſtam. c. 3. dub. 2. nu. 40.* putet non indigere relaxatione; quia cadit ſupra materiam indebitam, & lege annullatam, & ſic eſt de actu vano, & inutili, de cuius ſententia ſupra *diſ. 9. preſertim à n. 37.* videri poteſt, & idem etiam dicent nõ indigere relaxatione iuramẽtum præſtitũ latroni, de dando illi centum v. g. qui putant hoc iuramentum non obligare, & hi ſunt Bonellus *l. 21. tom. de iure ciuili. c. 13.* Hunnius *lib. 1. vari reſol. iuris ciuilis tr. 1. q. 5.* Setſerus *lib. 1. de iur. c. 20.* & alij, quos citat Sanch. *lib. 4. d. 20. n. 3. & lib. 3. ſum. c. 11. nu. 19.*

Quam ſententiã puto probabiliſſimã pro foro externo, vt eam limitat Fachineus *lib. 8. contr. c. 102.* & Couarr. *c. quamuis pactum 3. p. §. 4. nu. 2.* & alibi dicit eſſe iure receptum apud Iudices ſæculares: pro foro autem interno, videtur etiã probabilis, vt illam putat Sãchez duplici loco allegato, & ratio potiſſima eſt, quia in hoc contractu duplex vitium inuenitur: nempe defectus ſpontaneæ voluntatis ob metum, & defectus valoris contractus in ſe irriti, & ſic iuramentũ non poterit vtrumq; vitium ſupplere, vt etiam dixi ſupra *hoc libro diſ. 5. n. 14. fine.* & idẽ etiã docent à fortiori DD. qui dicunt nullam parere obligationẽ iuramentũ contra leges ciuiles, irritãtes actus, vt videri poteſt ſupra diſp. 9.

De iuramento non denunciandi latronem, etiam Iudici petenti, & non reuocandi donationem.

41 DIco 2. iurantem latroni, ſe non eſſe illum denunciaturum; et ſi iuridice interrogetur, nõ indigere relaxatione, quia ſiue ponamus, quod ſic iurãdo peccauerit, vt putãt Sotus *lib. 8. de iuſ. q. 1. ar. 7. ad 3.* & Manuel. *1. to. ſum. in 2. add. c. 192. nu. 2.* niſi fecerit cum aliqua æquiuocatione; ſiue non, vt putat Sanch. *l. 3. c. 21. nu. 13.* tamen nõ poteſt poſtea licitè illud implere; quia cum teneatur reſpondere Iudici interrogãti legitimè, & nõ ſit periculum vitæ cum ſit in tuto, illa materia iam ſit mala; vt docet De Lugo *de iuſt. to. 2. diſ. 22. ſect. 8. n. 235.* ſequitur, quod non obligetur; & ſic nulla opus eſt relaxatione, vt diximus ſupra ex Suario, & alijs.

42 Sed pone, quod hic poſſit licitè nõ denunciare, iudici interroganti: quia ſc. timet, ne latro ſuas ſegetes incẽdat &c. adhuc puto non indigere relaxatione iuramenti; ſi velit ſuo incõmodo cedere, & non obſtante illo timore, denunciare ducor, quia in hoc caſu, quod hic poſſit licitè non denunciare, non prouenit ex intrinſecis materiæ iuratæ: ſed ex extrinſeco ob ſuũ commodum: poteſt ergo cedere ſuo commodo, & ſic venire contra iuramentũ abſq; vlla relaxatione, vt docẽt illi, quos ſup. vidimus *nu. 24.* qui dicũt iurãtem aliquid facturum in ſui gratiam poſſe cedere ſuo iuri, & obligationem hãc ſibi remittere. ſaluo &c.

43 Dico 3. poſſunt etiam relaxari iuramenta de non reuocanda donatione ob ingratitudinẽ donatarij, quia hæc eſt iuſta pœna ingratis, quæ poteſt infligi ab Epiſcopo, & alijs. ſic Molina *1. to. 2. de iuſt. diſ. 281. col. 8. ver. dubium vlterius eſt.* Sanch. *lib. 3. c. 21. n. 26.*

De iuramẽtis dolo, & læſione præſtitis.

44 DIco 4. quando dolus dat cauſã contractui, nulla opus eſt rela-

 xa-

xatione, cum illud iuramentum non obliget, vt ſup. diximus; quando autē eſt concomitans, ſic diſtinguendum eſt ſi iuramentum eſt ab impubere præſtitū, poteſt relaxari ab Epiſcopo, quia non confirmat contractum; cōtra vero non poteſt relaxari, quando iuramētum fuit præſtitum à pubere, niſi fuerit Læſio vltra dimidium, ſiue iuratum fuerit non contrauenire cōtractui; ſiue etiam addiderit non cōtrauenire ratione minoris ætatis.

45 Deniq; ſi iuramentum fuit præſtitum à maioribus 25. annis non poteſt relaxari, niſi ob enormiſſimam læſionē, quæ iudicis arbitrio iudicanda eſt talis, vt aliqui volunt, aut cum duplo excedit iuſtum pretium; vt ſi domus vendita fuit centum, cum ter centum valeret, vt eſt probabilius, & idem eſt, quando minores iurarent non cōtrauenire cōtractui, etiā ratione læſionis, tunc enim cēſetur excludi leſio enormiſſima. ſic Couar. *c. quamuis pactum. 3. p. §. 4. & l. 2. var. c. 4. n. 5.* Caſsiod. *deciſ. 1. tit. de empt.* Padilla *l. 2. cod. de reſcin. vend.* Molina *lib. 2. de Primog. c. 3. num. 18. & 21.* Ant. Gomez. *2. to. var. cap. 14. de rev. minor. num. 20.*

46 Quæ doctrina procedit etiā ſi obligatio fuerit geminata cum interuallo biēnij, vt ſi quis in mutuo v. g. ſe obligauerit, & poſtea trāſacto biēnio iterum ſe obligat in eadem cauſſa, vt tenet Burgos de Paz *conſ. 28. n. 22.* quem citat, & ſeq. Caſtrop. *diſ. 3. pu. 4. n. 7.* cōtra Guttier. *in Authen. Sacram. nu. 99.* putantē non poſſe dari relaxationem in hoc caſu, quia præſumitur à iure conſenſus, quę doctrina ad ſummum pro foro externo locum habere poteſt; licet oppoſita ſit probabilior.

47 At ſi alter vellet iuſtam rei æſtimationē ſupplere, nō poteſt dari talis relaxatio. ita Couar. *3. p. §. 1. nu. 7.* Greg. Lopez *l. 56. tit. 5. partit. 5. fine.* ſicuti nec in Romana Curia datur abſolutio ad effectum agendi in iuramentis præſtitis in obligationibus conceptis in forma cameræ, vt aduertit poſt Couarr. & Sanch. Caſtrop. *loco cit.*

48 Nec etiam in cōtractibus gratuitis donationis liberalis &c. datur relaxatio iuramenti ratione enormiſsimæ læſionis, cum donans iam velit conferre beneficium. ſic Minchaca. *lib. 1. contr. vſu frequen. cap. 13. nu. 16.* Molin. *d. 2. de primog. cap. 3. num. 30.*

49 Bene verum eſt, quod licet data relaxatione iuramēti ad effectū agēdi, & probandi v. g. quod fueris læſus in venditione; ſi in plenario iudicio ſuccumbis: tenearis iam vinculo iuramenti ad rem venditam præſtādam; at ſi litem viciſti, non opus eſt petere aliam relaxationem iuramēti ad hoc, vt poſsis non obſtante iuramento, rē venditam non præſtare. ſic Couarr. Sanch. Caſtrop. *loco cit.* & alij.

50 Vbi tandem nota non poſſe læſum in venditione iurata ante iuramenti relaxationē agere alternatim, v. g. vel ad pretij augmentū, vel ad rei reſtitutionē; vt putauit Decius *c. Inter cætera de reſcript.* nec ad ſolius pretij augmētum, vt putauit Baldus. *l. quæ ſub conditione. §. ſi quis. ff. de cond. inſt.* Sōcinus *in l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub.* Felin. *in d. cap. inter cæteras. col. vlt.* Caſſad. *tit. de empt. deciſ. 4.* ratio noſtra eſt, quia cum venditor iurauerit ſtare contractui, & cōtractus fuit pretio determinato factus, ex hoc ipſo, quod alterutrum petit, recedit à contractu, & ſic facit contra iuramētum. Sic Couarr. *3. p. c. quāuis pactū §. 4. n. 8.* Arias Pinell. *in repetit. leg. l. 2. cod. de reſcind. vend. 1. p. c. 1.* Guttier. *auth. Sacra puber. n. 96.* Matienzo *l. 5. recopil. c. 11. l. 1. Gloſ. 8. n. 51.* Padilla *d. l. 2. n. 32.* Sāch. *l. 3. c. 21. nu. 20.* Nec placet Conciliatio Caſtrop. *n. 13. d. p. 4.* vt prior opinio loquatur pro foro cōſcientiæ, nā ambæ loquuntur pro foro externo; certum enim eſt, quod pro foro cōſcientię nō obligat iuramentū ſupra iurantis intentionem. iam ad Suarium redeo.

QVÆRES V.

An ad relaxandū iuramentum promiſſorium requiritur poteſtas, tam in ipſum iurantem quam in creditorem.

51 R Eſp. affirm. ordinarie loquendo, quia licet frequenter relaxatio iura-

Digitized by Google

iuramenti fiat in ſubſidium iurantis. Qui aut vim, aut iniuriam paſſus eſt; tamen indirectè fit in odiū alterius, nempe creditoris,& ſic requiritur poteſtas in ipſum, licet aliquando ſufficiat ſola poteſtas ſupra ipſū iurantē, vel ſupra ipſum creditorem tantum. prob. quia ſi ſit ſuperior iurantis poteſt illi remittere obligationem loco Dei;vel prohibendo ipſi,nē faciat actionem,qua iuramentū erat præſtandum:non obſtante,quod cedat in dānum promiſſarij,nam hunc poteſt efficaciter impedire, ne faciat iniuriam ſuo ſubdito, ſi autē ſit ſuperior illius, cui iuramentū factū eſt, poteſt cogere ſuum ſubditum ad remittendum tale iuramentum, vel ad reſtituēdum acceptum;& ſi ille nolit,vel ſit abſēs; remittit ipſe ſuperior,& cōdonat debitum, nō obſtante, quod iurans non ſit ſuus ſubditus. ſic ex Felin. *c. de iure iur. n.*31.& alijs apud ipſū docet Suar. *l.2.d.c.41.à n.9.ad* 12. ad cuius doctrinæ pleniorē intelligentiā pro praxi.

25 Addo ex alijs Doct. quod quando relaxatio iuramenti facienda eſt pro foro externo; tātū ad effectū agendi; tūc ſolus Prælatus iurantis poteſt cōcedere relaxationem: quia tunc non exigitur citatio partis ſecūdum probabiliorem ſententiam, cum nō agatur directè de præiudicio partis, vt docet Couarr. *l.1.var.c.4.n.5.* Burſatius *conſ.72.num.25.vol.1.* cum alijs apud ipſum: contra Felinum *d.cap. de iure iuran.à num.*23.

Si verò facienda eſt relaxatio ad tollendam omnino obligationem, tunc cum exigatur citatio partis; ſecundum DD. commu. apud Couarr. *loc. cit.* videri poteſt,& actor ſequatur forum rei, is poteſt relaxare, qui poteſt reum citare, & de illo contractu cognoſcere, & ſic ſuperior ipſius creditoris; vt eſt etiā Iudex loci,in quo cōtractus fuit celebratus *ex tit. ſin. de foro compet.* nam iudex contractus eſt etiā iudex diſtinctus. ita ex multis docet Felinus *in cap. fin. num.24. ver. vltimo in iſto ſubdito de iure iur.*

53 Quod ſi is, cui præſtitum eſt iuramentum citari non poſſit, nec poſſit ab eius ſuperiore haberi iuſtitia, puta, quia eſt infidelis,vel valde remot⁹ &c. tūc fit relaxatio à ſuperiore ipſius iurantis, modo dicto à Suario *nu.*51.

54 Deniq; iuramenti relaxatio poteſt peti à Procuratore Domino ignorāte,& abſente, immò etiam præſente, & ob iuramentum non accidente ſe defendere. ſic ex Baldo *c.1.n.7.de iure iur.*& Felin. *nu.*30. docet Sanch. *lib.3. cap.21.num.37.*

QVÆRES VI.

Qui poſſint ex Eccleſiaſticis, iure ordinario iuramenta promiſſoria relaxare, quando eſt turpitudo ex parte recipientis, ſeu illius, cui præſtitum eſt iuramentum.

55 RESP. Pontificem,aliaſq; perſonas Eccleſiaſticas, vt Epiſcopos, & habentes iuriſditionem, quaſi Epiſcopalem poſſe hanc relaxationem concedere, vt omnes docent: ſicuti etiam conſtat alios inferiores, vt Parochos &c. nō poſſe, niſi per Bullam, aut alio Priuilegio habeant id expreſsè conceſſum: nam non ſufficit, cōceſsio relaxandi iuramenta; aut vota iurata; quia hæc iuramēta promiſſoria fiunt homini intuitu humani contractus; niſi dicatur; vt poſſint relaxari iuramenta ſine præiudicio tertij: nam tūc poſſunt hæc iuramenta relaxari, cum nullum ſit tertij præiudicium; quando in ipſo eſt iniuſtitia, vel turpitudo in exigendo. ita Suar. *l.2.d.c.41.nu.12.* & 13.& poſt ipſum Sanch. *l.3.cap.21. n.16.* Caſtrop. *diſp.3.p.3. v. quarta difficultas.* Diana *p.8.tr.3.reſol.44.*

56 Addo Suario probabile eſſe, quod facultas cōceſſa ſimpliciter ad diſpēſandum in iuramentis ad hæc extendatur, quia cum in recipiente ſit turpitudo, cenſetur ſoli Deo facta; cui tātum, ius eſt acquiſitum. Sic Rodriqu. *1.t. ſum.2.edit.c.231.nu.4.* Emman. Sa. *ver. iuramen. nu.32.* Barth. à Ledeſma. *dub. 23. de matrim. p. 3. concl.* & putat probabilem etiam Caſtropal. ſupra

&

& tenet Diana *p. 4. tract. 4. reſol. 19.* Trullench. *l.2. cap. 1. dub. 23. nu. 5. fine.*

57 Deinde aduerto quod licet Capitulum Sede Vac. poſſit dicta iuramẽta relaxare, vt omnes fatentur; nõ poteſt tamen Vicarius Gener. Epiſcopi, aut aliorum Prælatorum habentium iuriſditionem, quaſi Epiſcopalem: niſi ſit iudex legitimus contractus iurati *ex cap. 2. de offi. Vicar. in 6.* Vnde non poterit pro foro conſcientiæ horum iuramentorum relaxationem concedere, niſi ſpecialiter ab Epiſcopo ipſi id demandetur. ſic Sanch. *d. l. 3. n. 32.* & Caſtrop. *nu. 1. diſp. 3. pu. 6.*

58 Idem Superiores Religionum poſſunt cum ſuis ſubditis diſpenſare in his iuramentis, quia licet non ſint ſuperiores eius, cui facta eſt iurata promiſſio, habent tamen iuriſditionem ſupra ſuum ſubditum, & ſic poſſent eius iuramentum relaxare, eo modo, quo diximus ex Suar. *n. 36.* nec ex eo, quod poſſunt ſubditorum iuramẽta irritare, ſequitur quod fruſtra eſt diſpẽſatio, ſeu relaxatio, vt bene probat Sanch. *lib. 4. de voto. cap. 39. num. 3.* & dicemus infra agentes de voto.

Licet quando contractus eſt vndiq; licitus, quia ſcilicet Religioſus iurauit donare ex licentia ſuperioris, & alter acceptauit, non poſſit ſuperior in eo iuramento diſpenſare, quia ius eſt tertio acquiſitum.

59 Deniq; hic aduerto aliqua eſſe iuramenta, quæ ſoli Pontifici reſeruantur, vt ſunt iuramenta, quibus ſtatuta Collegiorum confirmantur, quando ſtatuta à Pontifice emanant, vel eius authoritate ſunt confirmata; nam alias poſſunt ab Epiſcopo relaxari. Similiter iuramentã Regũ, ac aliorum Principum habentium ſupremã poteſtatem, vt ſunt etiã Epiſcopi, & alij Pontifici proximè ſubiecti, quibus ſe obſtringunt in aliquo ad ſuum munus ſpectante. ſic Bonacina *diſ. 4. q. 1. pun. 17. num. 9.* Reginal. *lib. 18. num. 68.* & alij.

(+)(+)(+)

QVÆRES VII.

An laici poſſint iuramenta dicta relaxare.

60 Reſp. laicos ſuperiores non poſſe proprie relaxare, ſeu diſpenſare iuramenta hæc, quia cum diſpenſatio directe tendat ad tollẽdum vinculũ propter rationes aliquas ex parte Dei potius, quam ex parte hominis creditoris; & cum eſt dubium an obliget, nec ne; eſt proprium ſpiritualis poteſtatis; & in hoc ſenſu intelligi debent Doctores, & iura dicentia pro abſolutione iuramenti recurrendum eſſe ad ſuperiorem ſpiritualem, vt videri poteſt apud Panormitanum *in cap. quanto de iure iuran.* ſic Suar. *l. 2. cap. 41.* & alij infra cit.

61 At poſſunt hæc iuramenta relaxare per modum condonationis; quia ſicuti poteſt creditor ipſe relaxare, & adhoc cogi per Principem ſecularem. ita poteſt ipſe Princeps, aut Gubernator ſæcularis illud remittere, cum ſit eiuſdem poteſtatis cogere alium, vt faciat, & ipſo nolente, immediatè facere. ita Suar. *d. c. 41. à num. 1 vſq. 17.* Couarr. 1 *par. §. 3. n. 11.* Molin. *to. 1. de de ius. 149.* Emm. Sà *v. iuramentum n. 21.* Sanch. *l. 3. c. 22. n. 115.* & alij.

62 Et quãuis Sanch. dicat *n. 18.* ſolum Principẽ ſupremum poſſe relaxare, quando relaxatio tantum fit intuitu boni communis, id eſt intelligendum iuxta dicta ſupra *nu. 30. & 31.* nempe quãdo agitur de bono cõmuni totius Status & Regni. at ſi agatur de bono cõmuni vnius Prouinciæ, poteſt Præſes, ſeu Vicerex illius Prouinciæ relaxare, quod & ſi Suar. expreſſe nõ tradat, at bene innuit *num. 15.* dum ait *Princeps, vel Gubernator,* & conſonat dictis ab eo ſupra *num. 30.*

Cuius autem debeat eſſe Superior iurãtis, an creditoris, & quid in dubio, & alia huiuſmodi. vide *à num. 17.*

63 Solum aduerto addoq; Suario, ex Couarr. 1. *p. de Pactis §. 3. nu. 8.* Sanch. *l. 3. c. 22. n. 8.* poſſe Regem, ſeu Princi-

pem

Digitized by Google

pem ſæcularem interpretari iuramentum in materia fori ſæcularis, an ſit licitum, vel quomodo ſit intelligendum; quia habet ius interpretandi diſpoſitiones eorum, in quos habet ius leges cōdendi, quod etiā tenet Fagūd. *l.2.in 2.praec.decal.c.46.nu.3.*

64 Quod autem aliqui dicunt poſſe Principem ſæcularem iuramentum præſtitum in materia ipſi ſubiecta, remittere v.g. quod non erit acceptaturus officium Capitanei, vel Senatoris Vrbis &c. proprie remiſſio nō eſt; ſed quia illud iuramentū non poteſt præiudicare Principis poteſtati, & habet illam conditionem, niſi Princeps, vel Superior aliud decreuerit, vt optime Couarr. *de pactis* 1.p.§.3.*num.*11. & eſt iuxta dicta ex Suar ſup. *diſ.*15. vbi egimus de conditionibus generalibus.

65 Vnde infero (ſaluo Suarij iudicio) quod tenetur iurās poſt illud officiū acceptum, aliud non acceptare; quia iuramentum non fuit à Principe relaxatū, cum id non potuerit; ſed tantum hic & nunc ille vult ſua libertate vti, & Senatorem illum inſtituere.

66 Nec tenetur hic ſuum iuramētum manifeſtare, ſed ſufficit, ſi recuſet officium; hæc & alia facile deduci poſſunt ex Caet. 2.2.*qu.*88.*ar.*8.*du.*2. Nauar. *ſum.c.*12.*num.*69. & alijs, & videri poſſunt, quę dixi *de matrim.lib.*9.*d.*43. in ſimili materia.

67 Denique hic duo ſunt notanda. Primum eſt non ſolum ante commiſſum periurium poſſe fieri relaxationem iuramenti; ſed etiam poſtquam fuit commiſſum, tam in foro interno, quam externo; nec ſolū quando periurium commiſſum non habet tractum ſucceſſiuum, puta ſi iuraſti non repetere, & ante relaxationem repetis; ſed etiam quando habet tractum ſucceſſiuum. v.g. iuraſti ſoluere intra menſem, & eo tranſacto non ſoluiſti, cōmiſiſti periurium, & adhuc eſt veluti in continuo tractu; quia nō dum ſoluiſti: adhuc poteſt dari relaxatio, quia talis relaxatio pro neutro foro eſt prohibita, nam *cap. quia fruſtra de vſuris*, loquitur de vſurario, qui vult recuperare ſibi debita; ſed nō vult ſoluere quæ debet, nec ratione periurij, eſt ius alteri acquiſitum, & ſicuti non obſtāte periurio, poteſt ipſe creditor remittere, ita poteſt Superior, vel ſimpliciter per ſe relaxando, vel cogēdo alium, vt relaxet, ſiue petens relaxationem, explicet periurium à ſe commiſſum, ſiue non, quia hoc nō eſt neceſſarium, ita Suar. *d.c.*41. *à nu.*23. *ad finem*, quem ſequitur in omnibus Caſtrop. *pu.*1. *a nu.*7. vide de hac re meq ipſum *lib.* 2. *diſp.* 32. *de matrimon.* vbi contrarias opiniones habes.

68 Secundum eſt, quod ad hoc, vt detur relaxatio iuramenti, ſiue ad effectum agendi, ſiue in plenario iudicio, ſufficit probabilis Doct. opinio, etiā ſi non conſtet, quod relaxatio ſit concedenda, quia integrū eſt, vtramq; probabilem opinionem amplecti; at ſi tantum ſit dubium de dolo, vel iniuſtitia creditoris non licet relaxationē concedere, quia nemo poteſt priuari iure acquiſito in dubio. ſic Felin. *in c.i. de iure iur. nu.*18. ex Speculatore, Abbate, & alijs. ſeq. Sanch. *lib.*3. *c.*21. *n.*27. & alij cum de hoc caſu Suarius non loquatur; vbi enim cum non citamus ex aliorum, aut noſtro placito addimus, vt ſæpe monui.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER

LIBER TERTIVS DE PERIVRIO, ET ADIVRATIONE.

Conſtat 1. non dari præceptum poſitiuum abſolutum de iurando, quoad exercitium actus, vt *iura*, vel *iurandum eſt*, niſi quando iurare expedit ad proximi conſeruandam vitam &c. tunc enim ea obligatio eſt naturalis; vel caſu, quo Republica ob bonum cõmune præciperet in aliqua actione iuramentum, vt ante litis conteſtationem; vel ſuperior in aliquo caſu ad fraudem vitandam &c. & tunc probabilius eſt, obligationem hanc non eſſe à virtute Religionis, ſed ex obedientia, iuſtitia &c. vt tradunt cõmuniter Summiſtæ; Conſtat 2. dari præceptum poſitiuum conditionatum, quod reſoluitur in negatiuum diuinum naturale de non iurando, niſi tali modo v.g. per Deum verum cum neceſſitate &c. & ſic potius de modo iurandi, vt debent intelligi loca ſcripturæ. Deut. 6. *Per nomen ipſius iurabis.* hoc eſt, poſito quod iurandum ſit: Cæterum etiam eſt dari peccata commiſſionis contra talia præcepta negatiua, & per conſequens contra legem naturalem, & non ideo mala, quia prohibita; quæ periuria appellari poſſunt ex Hieron. Ierem. 4. ibi *ſi iſta defuerint* (nempe comites iuramenti) *nequaquam erit iuramentum, ſed periurium.* de quibus in hoc libro agemus. cum Suar. apud quem *c. 1. & 2. lib. 3.* hæc habes, & ſequuntur Recent. citandi.

DISPVTATIO I.

Quid ſit Periurium, & quotuplex.

1 DICO 1. Periurium latè acceptum eſt illicitum, ſeu irreligioſũ iuramẽtum, in quo ſcilicet deficit formaliter, aut veritas, aut iuſtitia, aut neceſſitas, aut aliqua ex his circumſtantijs; ratio eſt, quia cum Deus, aut habitudo ad ipſum non ſit tantum prima veritas, ſed etiam prima dignitas, & auctoritas, non tantum offenditur per iuramentum, in quo eſt falſitas, vel dicit habitudinem ad ipſam: ſed etiam per iuramentum, in quo nõ eſt neceſſitas; quia eius Maieſtatem decet, nec in vanũ afferatur vt teſtis, & ad eius bonitatem ſpectat, ne in re turpi adhibeatur, vt ſi quis contra iuſtitiam reuelet vera crimina occulta, & iuret ita eſſe.

2 In quo caſu nulla eſt habitudo ad falſitatẽ, nam eſto ſit tunc error practicus, dum ille proximum infamat, & ſic quædam falſitas practica; tamẽ Deus non aſſumitur teſtis ad illum actum, vt error practicus eſt; ſed tantum, vt eſt narratio veritatis. ita Suar. *l. 3. c. 2. à nu. 3. ad. 8.*

Quamuis non deſint, qui putent poſſe quoduis periurium definiri per falſitatem, dicendo periurium eſt iuramẽtum falſum. Sic D. Th. *2. 2. q. 98. ar. 1. in corp.* cui aſſentitur Sãch. *l. 3. c. 4. n. 5.* alios citans. Sed quæſtio eſt parui momenti, dummodo de re conſtet.

3 Dixi *in quo deficit formaliter &c.* vt aduerterem non eſſe periurium, niſi velis, ſiue directè, ſiue indirectè falsũ iurare, aut ſine neceſſitate, aut iuſtitia, vt dicemus *diſp. ſeq. q. 2.*

4 Dico 2. Periurium ſtrictè ſumptum eſt falſum iuramentum, ſeu mendacium iuramento firmatum, vt omnes Theologi docent, & magiſter *in 3. d. 39.* & in hoc ſenſu ſumitur a Sacra Scriptura, cum dicitur periurium eſſe grauiſſimum peccatum Leuit. 19. Sic Suar. *d. c. 2.* ſeq. expreſſe Trullenh. *in decal. lib. 2. c. 1. dub. 20. n. 1.* Sanch. *l. cit.* & alij ſupponunt.

5 Dico 3. Triplex eſt periurium. iuramentum vanum ſtrictè ſumptum (nam

Digitized by Google

(nam quodcumq; iuramentum irreligioſum vanũ dici poteſt) in quo ſc. deficit neceſſitas; iniuſtum, quod habet materiam turpem aliquo modo; & periurium ſtrictè ſumptum in quo veritas deeſt; & quamuis probabile ſit hæc membra eſſe ſpecie differentia; cum eorũ malitia opponatur cultui diuino, ſecũdum varia Dei attributa, vt patet ex prima concluſione; tamen certum eſt moraliter eſſe neceſſariũ in confeſſione aperire, an peccaueris iurando, quia ſine neceſſitate iuraſti, an vero quia ſine veritate, aut in materia iniuſta; quia in grauitate multũ diſtinguuntur, vt videbimus.

6 Non eſt autẽ neceſſe ponere aliud membrũ de iuramẽto vero, per Deũ falſum; tum quia hoc non eſt verum iuramentum, de quo loquimur; ſed tantum putatum; tum quia pro vt eſt putatum continetur ſub tradita diuiſione; nam ſi ſine neceſſitate fit, eſt vanũ &c. habet ſupradicta Suar. *d.c.2.* & alij ſupponunt.

DISPVTATIO II.

De malitia periurij aſſertorij.

LOquor de periurio ſtrictè ſũpto, nempe falſo (nam alia iuramẽta quæ deficiunt ex alijs circumſtantijs, vana, & iniqua appellabimus) & quoniam falſitas poteſt eſſe tam in iuramento aſſertorio, quam in promiſſorio, vt ex dictis libris præc. patet. & ex Gloſſ. 22. *q.* 1. de vtroq; agendum eſt. & primo de periurio circa aſſertionẽ de præſenti; quod periurium aſſertorium dicemus, quod conſtat de fide, eſſe intrinſecè malum, ita vt nullo fine bono liceat, & de ſe eſſe p. m. cum ſit contra præceptum negatiuum ſecundum primæ tabulæ, (hoc eſt præceptorum, quæ ordinant nos immediatè ad Deum, vt ſunt prima tria ad differentiam præceptorum ſecundæ tabulæ, quæ ſunt reliqua ſeptẽ, quæ ad proximũ ordinẽ dicunt. ex D. Th. 1. 2. *qu.* 100. *ar.* 4.) quicquid in contrariũ dixerint Heretici Apoſtolici apud Prateolum. *ver. Apoſtolici.* qui illud verſabant: *iura, per iura ſecretum prodere noli*: his poſitis ex Suario, *c.3. l.3.*

QVÆRES I.

Quanta ſit grauitas malitiæ in periurio aſſertorio.

1 DIco 1. periurium aſſertorium non eſt grauius peccatis cõtra virtutes Theologicas, nempe odio Dei, deſperatione, & infidelitate; at eſt maius ex genere ſuo cæteris peccatis contra Religionẽ dempta Idolatria, & blaſphæmia. ita Suar. *d.c.3.*

2 Dico 2. ſi periurium comparetur cum homicidio ſe habet ſicut excedens ad exceſſum, licet enim ſit ex obiecto ſuo grauius peccatum, tum quia opponitur nobiliori virtuti, nẽpe religioni, tum quia lædit ipſum Deum, & ſic in ſua eſſentia eſt grauius homicidio: tamen homicidium eſt maximum intra latitudinem iniuſtitiæ, quale non eſt periurium intra latitudinem irreligioſitatis; & licet per periurium Deus offendatur, id tamen eſt tãtum quoad affectum; at per homicidium cauſſatur damnum irreparabile; & ordinariè ac moraliter loquendo in grauitate circumſtantiarum, malitia homicidij ſuperat malitiam periurij.

3 Et credibile eſt apud Deum grauius puniri homicidium, quam periurium, comparando vnum periurium cum vno homicidio. Immo etiam grauius punietur peccatum graue contra alias virtutes v. g. peccatum ſodomiæ, & forte etiam grauius punietur adulteriũ apud Deum, quam periurium, quia fieri ſolet maiori conatu, & habet ordinarie multas malitias coniunctas. hæc optime Suar. *cap.3. à n. 1. d. lib.3.*

4 Egregie explicans duas oppoſitas ſententias, quarum altera dicit homicidium eſſe grauius periurio. ſic Durand. 3. *d.* 39. *qu.* 5. *num.* 8. Riccard. *ar.* 4. *qu.* 1. Gabr. & alij. quorum ratio ſane

eſt parui momẽti; nam homicidium proximè, & formaliter nõ eſt contra charitatem, ſed mediatè, nempe mediante iuſtitia, & ſic etiam alia vitia, & ipſum periurium ſunt contra charitatem.

Altera ſentẽtia D.Th.*quodl.* 1.*a.*18. Gerſon. 1.*p.alphab.*& aliorũ quos ſeq. Fagund.*lib.2.in 2.decal.præc.c.*51.*n.*4. *fine*. Trullẽch. *l.2.c.*1.*decal.du.*20.*n.*2. & alij. aſſerit eſſe grauius periurium homicidio: ſed eorum rationes non conuincunt; non illa, quæ deducitur à poſteriori, quod iuramẽtum aſſumitur in cauſſa homicidij ad terminandam litem; nam id accidit, nõ quia fit grauius periurium homicidio, ſed vt veritas confirmetur, quãdo delictum non eſt commiſſum, vel ſi eſt commiſſum, ſperari poteſt, vt homo interrogatus de illo, nolit aliud peccatum addere alteri.

Nec etiam argumentum à priori, quod periurium ſit cõtra præceptum 1.tabulæ, & homicidium contra præceptum 2.tabulæ, nam poſsũt in vno genere minus malo inueniri ſpecies peccatorũ, quæ ſint grauiores aliqua ſpecie contracta ſub vno genere grauiori. v.g. irreuerẽter orare, & Deum inuocare petendo aliquid indecẽs, eſt cõtra præceptum diuinum 1.tabulæ, & tamen non eſt tam graue, ſicut homicidiũ, quod eſt in 2. tabula, ſecũdũ, hæc optimè Suar.*d.*3.*à nu.*7.*ad* 11.

6 Ex his infero pro praxi, quod parato ad periurium, vel ad homicidium, aut adulterium conſulendum eſt periurium potius, quando non poteſt vtrumq; impediri iuxta regulas, quas ex Sãcio tradidi *lib.7.de matr.diſp.*11. & ſi quis eſt pejeraturus, & alius in mortis periculo, nec poſſum vtrumq; impedire potius teneor hunc à periculo vitæ liberare, quia hoc eſt malũ irreparabile, vt ait Suarius; & ille poteſt, ſi velit illo periculo ſe eximere non peccando, cum habeat libertatẽ.

QVÆRES II.

An periurium aſſertorium poſſit eſſe veniale ratione materiæ, vel quia eſt incautum, factum ſine ſufficienti cautela, & aduertentia ad dicendam veritatem.

7 Dico 1. iuramentũ de mendacio, ſiue iocoſo, facto ſc. per iocum, ſiue officioſo ad alterius vtilitatem, vel obſequium prolato, & quomodocumq; leuiſſimo, ſemper eſt mortale. Ratio eſt, quia licet aliquãdo pecc. eſt ven. ex eo, quia materia eſt parua, vt ſi furtũ ſit vnius oboli: id euenit; quia illa paruitas materiæ diminuit formalem deordinationẽ inuentam in tali materia v.g. in exemplo allato malitia furti diminuitur, quia paruum nocumentũ, & parua acceptio fit, inuito Domino. at in caſu poſito, ſiue iures ob bonum publicum, ſiue ob priuatum; malitia periurij nõ minuitur: nam ſemper verum eſt dicere, quod Deus aſſumitur, vt teſtis falſi, quod reſpectu Dei maximæ eſt ĩperfectionis nec S.Aug.*lib.qu.in Genes.qu.*145. intelligendus eſt abſolutè, dum ait, quod mendacium iocoſum non eſt propriè mendacium; ſed quando ex ioco ſatis aduerti poteſt locutionis verus ſenſus. eſt cõm. ſentẽtia. D.Th.2.2. *q.*98.*a.*3. vbi Caet. & Soc. & Theolog. *in* 3.*d.*39. Scot.*q. vn.a.*2. Riccard.*ar.*3. & poſt Suar. *l.*3.*c.*4. docent vniuerſi. Trullẽch.*l.2.in præc.decal.a.*1.*du.*6.*n.*1. Sanctarell, *de blaſph.c.*4.*du.*2.*nu.*8.*&c.*

8 Hinc qui iurat, vt certũ, quod non certo ſcit, p. mortale periurij cõmittit; quia ẽt in hoc caſu aſſeritur id, quod eſt falſum, nam ſiue veritas deſit ex parte certitudinis, vel modi, ſiue in aliqua parte aſſertionis, ſemper eſt verũ eſt dicere, quod mendacium iuretur. Cõtra verò ſi quis iuret ſe ita ſentire, vel putare, cum id verè ſẽtiat, vel ſi ex circumſtantijs ita muret ſonum verborum, vt iuramentum cadat ſupra partẽ veram, & nõ ſupra aliã. v.g. iuro Petrũ veniſſe Panorm. porro multas quæſtiones excitauit. iuramẽti certe

hanc

hanc ſecundam partem de quæſtionibus non videtur confirmare, & idẽ eſt ſi quis iuret ſuam opinionem v. g. quod detur ens rationis, non eſt enim periur. ſi putet ſic eſſe. ita Suar. *d. c. 4. nu. 7.* & ſupponunt citati DD. ſeq. expreſſe Sanch. *l. 3. c. 4. num.* 12. etiam in hoc vltimo caſu.

Ad ſolutionem ſecundi quæſiti de iuramento incauto.

9 DIco 2. iuramẽtũ incautũ quoad veritatẽ dicẽdã ſẽper eſt periuriũ, at nõ ſẽper eſt mortale. quod autẽ ſit periuriũ prob. quia iuramẽtũ icautum hoc loco nõ dicitur, quod fit per inaduertentiam naturalẽ (tunc enim nullum eſt peccatum) ſed incautum dicitur, quod fit ex negligentia conſiderationis debitæ aduidendum, an res iurata ſit vera, & eo modo, quo iuratur, & tunc iurans iam exponitur periculo peccandi, ſeu periurium committendi: ergo committit periurium; quia malitia moralis periculi, cui perſona exponitur, eſt eiuſdẽ ſpeciei, ac eſt malitia rei. v. g. periculum fornicandi eſt eiuſdem ſpeciei, ac fornicatio; ergo periculum periurãdi eſt periurium, v. g. iurans certò tibi cõſtare quod Petrus ſit Romæ, cum tamen non certò cõſtet, ſed probabiliter, tũc periurium eſt circa modum, nam iuras pro certo, quod non eſt tibi certũ, & quãuis verè Petrus ſit Romæ, adhuc eſt periurium commiſſum, quia iurãs exponit ſe periculo iurandi falſum. ſic probat Suar. *cap. 5. l. 3.*

10 Quod autem non ſemper ſit mortale, prob. quia licet qui vult directè iurare verum, ac non ponit moralem diligentiam ad hoc ſciẽdum; indirectè vult periurium, & quando negligentia eſt grauis, eſt peccatum mortale; nam ad peccatum ſufficit voluntarium indirectè; quãdo ſc. homo tenetur aduertere, & poteſt; & non aduertit ex negligentia, tunc enim vult illud peccatum: tamen ſi negligentia in aduertendo periculo iurandi falſũ eſt tam parua, vt nõ ſufficiat ad libertatem requiſitam ad peccandũ mortaliter iuxta prudentis arbitrium, erit tantum culpa venialis, ſicuti ſi adeſt debita diligentia, vt prudẽter æſtimetur verum, quod iuratur, nullum eſt peccatum, etiam ſi corã Deo res illa iurata ſit falſa, quia tunc tantum falſitas eſt naturalis.

11 Contra verò ſi res ſit vera, at iurãs putat eſſe falſam, cõmittit periuriũ, quia eſt falsũ formaliter id, quod iuratur, loquitur enim iurans cõtra ſuã mentem. vt ſi putans Petrum eſſe Panormi, & iurat ibi nõ eſſe, eſt p. m. periuriũ, quamuis Petrus verè nõ ſit Panormi, quia, & ſi res iurata materialiter ſit vera, at prout appræhenditur à iurante eſt falſa. Eſt cõmunis doctri. D. Tho. *2. 2. q. 98. a. 1. ad* 3. Soti ibi, & aliorum, quos ſeq. Suar. *c. 5. l. 3.* & poſt ipſum Trullench. *l. 4. c. 3.* Bonac. *diſ. 4. qu. 2. à nu. 4. q. 1.* Caſtrop. *diſ. 1. pu. 5. n. 1. & 2.* Sanch. *l. 3. c. 4. à nu. 6.*

Inferuntur aliqua pro praxi.

12 INfero 1. ex hac Suarij, & cõmuni doctrina adhoc, vt quis prudẽter exiſtimet rem eſſe verã, quam iurat, non requiri in omnibus æqualem diligentiam; ſed attenta qualitate rerũ, vnde in rebus obuijs, & claris ſine vlla diſcuſsione poteſt iuramentum aſſerri. ſic poſſunt Scholaſtici iurare, quod ſocius ſcholas frequẽtauerit per tempus à ſtatuto præfinitum v. g. ſex menſes, duos annos &c. ſi illum viderint ſcholam, vt plurimũ frequẽtantẽ, vt alij faciunt, nec eſt opus, vt quotidie id aduerterint, vel vt viderint addiſcentẽ &c. ſic Sãch. & Caſtrop. *l. c.* ex Aragonio 2. 2. *q. 89. a. 3. f. 1065. col.* 1. Soto *l. 8. de iuſt. qu. 2. ar. 3. concluſ. 6.*

13 Infero 2. quod ſufficit iurare aliquid ita eſſe, ſi à perſona fide digna audiueris: extra iudicium tamen: nam in eo requiritur, vt teſtis deponat de viſu, ſeu quomodo id ſciuerit, niſi cauſſa, aut conſuetudo aliter exigat. vt ſi quis iurare debet de idoneitate alicuius, tunc ſufficit ſi probabiliter illũ ſic exiſtimet, eo quod viderit alios, ſic il-

lum putãtes.ita Scotus.3.*diſ.39.q.vn.ar.2.*Sayr.*lib.5.c.4. nu.*18. Trullench.*l.2.c.1.du.5.nu.*3. Portellus *in addit.ad dub.regul.ver.iuramentum n.6.* Diana alios citans *par.4.tr.4.reſol.77.*

14 Infero 3.quod ſi quis ex mero lapſu linguæ iurat abſq;eo quod ſufficiẽter veritatẽ diſcuſſerit, aut aduerterit ſe iurare,aut id quod eſt iuratũ, eſſe falſum; non cõmittit periurium ſaltem mortale: niſi forte inter dicendũ aduerterit, & proſequatur in iuramẽto, tũc enim eſſet mortale. vt ſi quis dicat. *iuro me dedis*, & aduertens eſſe falſum, proſequatur, *dediſſe centum Titio.*ſic Valen.2.2.*diſp.6.qu.7.pun.3.col.*12.Leſſ.*cap.*42.*du.*3.Sayr.*l.5.cap.4.num.*16.18.& 33. & omnes commun. & patebit ex infra dicendis cum Suario,qui hæc non tradit.

15 Tantum addo hanc aduertentiam de rei veritate,aut de iuramento fieri poſſe imperceptibiliter, & in actu exercito,vt ſi volenti iurare occurrat, *quid facis?* & adhuc iuret,iam omnia quæ ſunt aduertẽda,aduertit;& ſi adſunt requiſita,veritas &c,non eſt peccatum;contra vero eſt mortale ſi deſunt.ſic docet in ſimili Gaet.2.2.*q.*88.*ar.*1.Paludan.4.*d.*38.*qu.*1.*nu.*5.D.Ant.2.*p.tit.*11.*c.*2.*initio.* Nauar. *c.*12.*n.*26.*ſum.* loquuntur hi Doctores de deliberatione ſufficienti ad votum.

QVÆRES III.

An conſuetudo iurandi conſtituat hominem in ſtatu peccati mortalis.

16 NOn quæro an cõſuetudo ſit peccatũ;quia cum ea includat frequentiam actuum iurandi, aut habitum, nõ poteſt eſſe vnum peccatum, ſed collectio multorum, aut effectus peccati,qualis eſt habitus,qui non eſt peccatũ, cum homo ſua libertate nõ poſsit habitũ impedire poſitis actib⁹.

Sed quæro an conſuetudo iurandi incautè conſtituat hominem in ſtatu peccati, qui ſane ſtatus non cõſtituitur ſolum per actuale pec. v.g.quãdo quis peierat,nec etiam per habituale, vt ſi iurauit falſum, & adhuc de illo peccato nõ doluit: ſed etiam includit tãtam deordinationem in anima, vt quantum eſt ex ſe ſit obiectum noui peccati,ita vt quoties homo aduertit ſuum ſtatum, velit aut formaliter, & directè,aut indirectè nouum peccatũ cõmittere. v. g. vſurarius quoties aduertit ſe teneri ad reſtitutionẽ,& non reſtituit, toties actu peccat,quia vult permanere in ſuo ſtatu: in hoc ergo ſenſu accipiendo ſtatum cum Suario *lib.3.c.6.ad nu.4.*quem laudat Sanch. *l.3.c.5.n* 3.Trullench.*l.2.in decal.ca.1.du.20.n.3.*& alij paſſim.

17 Reſp.cum diſtinctione ſi iurans ex conſuetudine aduertit ſufficienter nõ iurare falſum;non conſtituitur in ſtatu p. m. quia nec dum iurat. peccat, nec directe, nec indirecte; cum ſẽper aduertat ne falſum dicat; nec ponatur in periculo periurij, etiã ſi ſoleat ſine iuramento mentiri: quia iam cõſuetudo mentiendi non tollit diligẽtiam & aduertentiã non iurãdi, quãdo eſt mendacium,vt ſupponimus,& ſi forte aliquando is falsũ iuraret, periurium, non erit grauius, aut leuius, ob conſuetudinem, quam habet aduertendi,ne falſum iuret; ſed ſi fuit in illo actu aduertentia ſufficiens,excuſatur,iuxta dicta qu. præc. ſi vero fuit negligentia notabilis veritatẽ cognoſcendi,peccabit,ſic Suar.*d.c.6.* & cum eo Sãch.Caſtrop,Trullench. Fagund. infra citandi,& alij.

18 Si vero quis ex conſuetudine iuret indiſcriminatim verum, ſiue falſum aduertenter,vel ſine directa voluntate iurandi falſum; ſed ſine ſufficienti diligentia ad iurandam ſolam veritatem, & frequenter iuret, conſtituitur in ſtatu p.m.ratio eſt.quia quoties iurat,toties p.m.periurij cõmittit,& ex vi talis conſuetudinis ille homo conſtituitur in proxima occaſione,& periculo peccandi: ergo conſtituitur in ſtatu p.m, vt patet ex dictis *nu.*2. nec poteſt dici, quod periculum hoc eſt remotum, & eſt ſicuti fomes qui cõſtituit hominem in periculo peccati, at non in ſtatu peccati; nam fomes non

Digitized by Google

non eſt ita voluntarius,ac illa conſuetudo, cõtra quem tamen tenetur homo ſe armare, & ſi eſſet negligens conſtitueretur in ſtatu peccati mortalis.ſic Suar.& citan. DD.

19 Verum tamen eſt, quod ſi hæc cõſuetudo incipit eſſe homini inuolũtaria per efficacẽ actum voluntatis, illam nolentis, & proponentis quantum in ſe eſt facere,ad talem conſuetudinẽ eradicandam; iam deſinit homo eſſe in ſtatu peccati. vnde nec ſi ex vi talis conſuetudinis aliquando iuret,ſine aduertentia falsũ,erit mortale: quia illa conſuetudo eſt illi veluti naturalis,& non voluntaria.ſicuti è contr. ſi non obſtante praua conſuetudine peierandi in aliquo caſu, iurãs aduertat remeſſe veram,& iuret,non eſt peccatum periurij; quia conſuetudo illa praua non inducit hunc bonum actum.Hæc Suarius *lib.3.cap.6, à num. 4.* ſequitur Sanchez *l. 3. cap.5. à num.9.ad* 14. Reginal. *l.18. num.87.* Bonac. *tom. 2. diſp. 4. quæſt.1.pun. 13.* Fagund.*l.2. in 2.præc.decal.c. 8.à nu. 5. ad.9.*Caſtrop.*diſp.1.pu.9*.Layman. *l.1. tr.2.cap.3.numer.6.* Sancius in Selectis *diſp.20.*& alijs.

QVÆRES IV.

An qui habet conſuetudinẽ iurandi,peccet mortaliter, quoties falſum iurat; etiam ſi tunc non aduertat ſe dicere falſum, vel iurare.

20 RESpon. non peccare, & ſi nulla ſit aduertentia vt eſt in motu, qui dicitur primo primus, nullũ eſt peccatum;ſi vero eſt aliqua aduertentia, vt eſt in motu,qui dicitur ſecundo ſecundus,eſt tantum v.p.ratio eſt, quia non obſtante conſuetudine iurandi actus ille, quo quis iurat poſita inaduertentia eſt inuoluntarius,tum directè,vt ſupponimus,eſt enim quæſtio, quando iurans non habet voluntatẽ actualem iurandi falſum, aut nec iurandi: tum indirectè, quia per cõſuetudinem non eſt magis potens ad aduertendum; ergo ſic iurans non peccat,ita vt coram Deo ſit dignus noua pœna. Conſequentia patet, quia vbi actus eſt omnino inuoluntarius, non eſt peccatum.

Confirmatur, quia non obſtante, quod hic ob conſuetudinem periuriũ committeret,etiam ſi aduerteret,adhuc dum non aduertit, verè coram Deo non peierat,vt de ignorantia cõcomitante docet S.Tho.*p.2.q.6.ar.8.* ſicuti nec aſſetus non ieiunare in vigilia, v. g. peccabit, ſi aliquo die comedat, non aduertens eſſe vigiliam: nec venator facta diligentia morali, ne aliquem lædat, ſi fortè inimicum occidat, quem ſi cognouiſſet eſſe inimicum, occidiſſet, peccat peccato homicidij, quando non habet actualem voluntatem illum occidẽdi,alias Deus imputaret nobis peccata,quæ faceremus, ſi aliqua conditio ad eſſet v.g.qui nunc eſt fidelis,ſi eſſet Turca blaſphemaret Deum: ergo eſt puniẽdus tamquã blaſphemus, quod eſt abſurdum.

21 Confirm.2.quia ſi ponamus illam inaduertentiam prouenire ex cõſuetudine voluntaria, non retractata: tantum hoc periurum factum cũ actuali inaduertentia, erit voluntarium in cauſa,ſicut ſunt actiones ebrij,quæ illi imputãtur ratione ebrietatis, in qua tãquã in cauſa illæ actiones fuerunt voluntariæ; ergo ſicuti illæ actiones non ſunt in ſe peccatum: ſed totum peccatum fuit conſumatum, quando fuit data cauſa,vt cum quis dat venenum,curam Deo,tũc peccat, ſiue poſtea ſequatur mors, ſiue non ſic tale periurum non eſt in ſe peccatum; ſed totum peccatum eſt cõmiſſum, quãdo fuit volita cauſa in praua conſuetudine iurandi incaute, vel nõ aduertendo,quod iuratur,vel non aduertẽdo quod falſum iuretur, tunc autem eſt volita conſuetudo illa,quando aduertitur conſummata, & habere periculum ſequentium iuramentorum,& non retractatur.

22 Quod ſi poſtea verum ſit quod iuras, non inde à culpa facta eximeris, aut ſi ſit falſum,non committis nouũ pec-

Digitized by Google

peccatum: ſed tantùm denominatur peccatum ex cauſa libera antecedente, aut vt melius alij loquuntur, eſt effectus peccati præcedentis, vt probat Vaſq. in 1.2. d. 94. cap. 3. ita Suarius citandus, & alij.

23 Cæterum aduertendum eſt, quod aliquando homo ex conſuetudine iurandi citius deliberat, & aduertit, ſi ſit vir ingenio præſtans; contra verò in ingenio durioribus illa cōſuetudo ſolet eſſe cauſa inaduertentiæ, & ſic in iudicando, vtrum fuerit aduertentia, necne, quando eſt dubiū, & adeſt praua conſuetudo, ſunt attendendæ perſonarum qualitates. hæc omnia Suar. *lib.3.c.7.* ex D. Th. *q.98. ar.3. ad 2.* Bonauen. 3. *d.39. ar.1. qu.3.* Maior. ibi *q.4.* Scot. *q. vn. a.1.* Sylu. *iuram. 2. q.6. con.2.* Suar. ſeq. in omnibus Sāch. *lib.3. c.5. à n.14. & n.24.* Caſtrop. *d.1. pu.9.* *nota ſecundò.* Reginal. *t.2. l.18. c.6. ſec.3. n.85.* Pitigianus *in 2. d.39. q. vn. a.7.* Io. Sancius *in ſelect. d.20. n.5.* Diana *par.3. tr.5. reſol.62.* Trullench. *lib.2. c.1. in decal. du.20 n.11.* Fagund. *l.2. c.8. à n.10.* De Lugo *de iuſt. d.16. ſect.4. n.24.*

24 Contra Gaet. 2.2. *q.98. ar.3.* Nauarr. *c.12. n.6.* Didacum Victoriam, Raph. de la Torre *in d. q.98. ar.2.* Tanner. ibid. *q.8. d.1. du.7. n.141.* Azor. *t.1. lib.11. c.3. q.3.* Sayr. Clau. Reg. *lib.5. c.5. n.10.* Ledeſm. *ſum. to.2. tr.11. cap.5.* & alios, volētes peccare mortaliter, eum, qui inaduertenter falſum iurat ex cōſuetudine eorum rationib' ſatisfecimus, poſitis argumētis pro noſtra ſentētia.

QVÆRES V.

Quomodo ſe debeant gerere pænitens, & Confeſſarius circa confeſſionem iuramentorum, quando adeſt conſuetudo.

25 Dico 1. adhoc, vt confeſſio fiat integra, non eſt neceſſe exprimere iuramenta facta cum aduertentia ad veritatem, licet incautè quoad frequentiam; ſed eſt optimum conſiliū, vt detur remedium, & extirpetur illa occaſio, at neceſſario debet pænitens explicare, quando aduertit eſſe falſū, quod dicebat, vel erat in dubio, aut fuit valdè negligens in veritate indagāda; quia cùm in hoc caſu committantur noua peccata grauia, vt diximus qu.3. neceſſe eſt numerum exprimere eo modo, quo poteſt dicendo ſaltē tempus: at ſi iuramenta fuerunt ſine aduertentia prolata ex praua cōſuetudine indiſcriminatim iurandi vera, aut falſum, non eſt neceſſe ea explicare, ſed ſufficit explicare prauā conſuetudinem, & tēpus eius, & quoties nouam aduertentiam habuit de illa praua conſuetudine, & eam non interrupit; quia tunc fit nouum peccatum mortale, in quo actus illi indeliberati imputantur in ſe verò peccata non ſunt, vnde nec intelligūtur reſeruari, ſi eſſet reſeruatum periurum, nec cēſura incurreretur, ſi alicubi imponeretur cenſura periurio, quia intelligitur de eo, quod tale eſt in ſe. ita Suar. *lib.3. cap.8. nu.5. & 6.* ſeq. Sanch. *lib.3. c.5. nu.33. & 34.* ita etiam Vaſqu. *1.2. q.71. ar.5. dub.64. cap.2. & 6.* Azor. *t.1. inſt. moral. l.1. c.7. q. vn.* & alij, non obſtante quod Sanchez *lib.9. de matr. diſp.45.* oppoſitum docuerit, & eum nos ibi ſequuti fuerimus. aduertit etiā nouiſſ. Tamburinus *l.2. c.3. §.3. nu. 24. method. exped. confeſſio.* commun. excuſari pænitentes à confeſſione talis cōſuetudinis; quia ait ille, *communiter nemo aduertit ad obligationem, quam habet illam conſuetudinem propter eam rationem extirpandi: ne ſcilicet ſua conſuetudo ſit cauſa proxima prædicti materialis mali,* id eſt periurij ſine aduertētia prolati, & mihi valdè placet pro praxi: vix enim Theologus has ſubtilitates in operando aduertit.

26 Dico 2. ſi pænitens habet propoſitum abſolutum, & efficax non amplius iurandi, & emendandi conſuetudinem, poteſt tutò abſolui, non obſtante quauis conſuetudine, & inconſtantia præcedenti (dummodo cauſas extrinſecas, & proximas occaſiones, ſi quas habet, amoueat) ſi verò tam ſæpius propoſuit emendationem, & nō fecit, debent aliqua remedia adhiberi, vt frequentius v.g. confitendi, dicendi

Aue

Aue cum ore in terra, quoties iurat temere, & interdum cõfeſſio poteſt differri per aliquot dies; vniuerſaliter tamen non debet confeſſarius ſcrupuloſius ſe gerere; quia hæc imbecillitas prouenit à cauſa intrinſeca; nec debet ſibi perſuadere, quod pęnitẽs amplius non peierabit: ſed quod pro tunc habeat propoſitum; & illi debet credere. ſic Suar. *d.c.8.nu.7.* ſequitur Sanch. *l.3.c.5.num.16.*

27 Qui licet quoad dilationem abſolutionis ſe remittat ad dicta *l.2.ca.32.nu.45.* vbi bene ait, poſſe differri, quãdo pænitens non multum ægre ferat, & poſtquam fuerit admonitus, & nõ poſuit diligentiam: tamen non eſt cõtra Suarium, hic enim nõ dicit abſolute, vt illi imputat Caſtropal. *pun. 9. diſp. 1. nu. 6.* non debere abſolui, ſi poſtquam ſemel, aut bis faſſus fuerit conſuetudinem iurandi, ſæpius proſequatur: ſed eſſe interdum vtile poſt varia remedia adhibita illum non abſoluere, & ita abſolute Fagund. *l.2.c.8.n.19.* noſtrum Suarium allegat pro ſententia ſuſtinente dandã eſſe abſolutionẽ.

Examinatur, an pænitens teneatur remedia ad conſuetudinem extirpandã adhibita recipere.

28 VTrum autem pænitens ad conſuetudinem prauam depellendam teneatur dicta remedia *num. 13.* acceptare. affirmat Suar. & ratio videtur eſſe, quia in rebus ad illum finẽ ſpectantibus, tenetur pænitens parerę confeſſario, medicinam adhibenti, cũ ipſe teneatur etiam ſuis malis mederi. alij negant: ſic Sanch. *lo. cit. num. 17.* & Sot. Fagund. *lo. cit.* Trullench. *l.2.c.1. dub.20. in decal. nu. 9.* ducuntur, quia non tenetur pænitens pro alijs peccatis, omnes tamen fatentur eſſe conſilium optimum.

29 Caſtrop. vero *loc. cit. num. 7.* & illum ſequutus Diana *p.6. tr.7. reſ. 49.* diſtinguunt hoc pacto, ſi ea remedia confeſſarius imponat, vt pænitẽtiam medicinalem, tunc tenetur pænitens acceptare, quando imponeretur abſolute (v. g. ſi dicat facias in menſe ſemel confeſſionem) non autem quãdo imponitur ſub conditione reincidentiæ (v.g. ſi iuraueris, dicas Aue &c.) *quia alias eſſet in tua voluntate nullam pænitentiam habere; qua propter ſi ſub cõditione reincidentiæ imponatur, eo ſolo caſu teneris illud remediũ exequi, quãdo alio nõ vteris ad extirpandam illam cõſuetudinem: ſi enim alijs remedijs vtaris, ceſſat obligatio vtendi medio à confeſſario deſignato* hæc illi.

30 Sed eorum pace, videntur mihi, vel aliam quæſtionem facere, vel idem dicere, quod Suarius; nam cum dicũt teneri pænitentem acceptare illa remedia impoſita abſolutè, vt pænitentiam medicinalem, videntur attingere illam quæſtionem; an pænitens teneatur pænitẽtiam acceptare, an poſſit illam reſpuere, reſeruando ſatisfactionem in Purgatorio. de qua Suar. *tom. 4. in 3. p. diſ. 38. ſelect. 10.* & ipſe reſoluit cum communi ſententia negatiue, & ſubdit *num. 10.* quod ſi pænitẽs velit accipere Indulgentiam, tũc poteſt non acceptare pænitentiam, quãdo ea non eſt medicinalis; licet Vaſq. *q.94. art.2.* Coninch. *diſp. 12. dub. 13.* & alij abſolute teneant, in hoc caſu Indulgentiæ poſſe non acceptare, & accipere Indulgentiam: ſed vt dicebam, hæc quæſtio non eſt ea, quam tractamus cum Suario, hic de remedijs extirpandæ prauæ conſuetudinis: ſed de pænitentia Sacramentali, quæ ſit ſatisfactiua preteritorum, & remedium etiam ad futura præcauenda.

31 Quatenus vero dicunt, quod tunc pænitens tenetur remedium cõfeſſarij acceptare ad extirpandã prauam conſuetudinem, datam ſub conditione reincidentiæ (& ſic non vt pænitẽtia, & pars cõfeſſionis Sacramẽtalis) quando ipſe nollet alijs remedijs vti, quia ſi vellet vti alijs, ceſſaret obligatio vtendi medio à confeſſario deſignato, iam ſupponunt obligari pænitentem ad acceptandum, vt docet Suar. & ſolum excipiunt, quando ipſe pænitens vellet vti alijs medijs ſufficientibus, quod Suarius vltro dabit

cum

cum doceat *in d.lo.3, part.num.* 12. poſſe pænitentem, qui bona fide, & morali certitudine putat per alia opera ſatisfeciſſe pro ſuis peccatis, impoſitā pænitentiā à Confeſſario omittere: ergo multo magis in hoc caſu poterit illa remedia à Confeſſario data omittere, ſi alia adhibeat.

DISPVTATIO III.

De iuramēt. cū amphibologia præſtitis.

1 AMphibologia tunc eſt, quando loquēs accipit verba in alio sēſu, ab eo, quem alius accipit: quod dupliciter poteſt accidere. Primo ſi re vera verba poſſunt vtrumque ſenſum habere, vel ex ſe, vt cū dico canis lucet; nam ly *canis* eſt nomen æquiuocum, & poteſt ſignificare canem celeſtem, terreſtrem, & marinum, vel ex circūſtantijs, vt ſi pænitens dicat confeſſario interroganti, nō commiſi furtum, ea locutio ex circumſtātijs ſignificat non commiſi furtum, quod non ſum confeſſus, vel ex legitima interpretatione vt ſi dicā Petrus hic non eſt, interpretando verbum *eſt* pro *comedit*, ex gloſſa *c. neque 22. q. 2.*

2 Secundo poſſunt vſurpari verba, quæ nec de ſe, nec ex circumſtantijs &c. habēt aliam ſignificationem præter illam, quam exterius ſonant: ſed ſolum verificari poſsūt ex aliquo addito mente loquentis retento, vt ſi dicam non iui Romam; certe hęc verba aliud non ſignificant præter id, quod exterius ſonant: ſed ego poſſum addere in mea mente nō iui heri, vel nō iui volando; quæ amphibologia poteſt vocari mentalis ad differentiam prioris, quę poteſt vocari sēſibilis; hæc doctrina poſita ex Suario *lib. 3. c. 9. & 10. num. 1. ab omnibus infra citandis.*

QVÆRES I.

An iurare cū amphibologia ſit periuriū.

3 REſp. neg. non ſolum quando amphibologia eſt sēſibilis, ſed etiā ſi eſt mentalis iuxta datam expoſitionem, dummodo reſtrictio cōcipiatur proportionata verbis externis, ita vt ſi vere exprimeretur, congruum ſenſum faceret, & verum, vel ſaltem ſi iurans intendat affirmare, aut negare in sēſu vero; licet ipſe ſit rudis, & neſciat illum accomodare hic, & nunc: ratio eſt, quia non eſt in tali aſſertione mēdacium: ergo nec eſt periurium; nam periurium eſt iuramentum de re falſa, ſeu mendacio.

4 Prob. anteced. primo quia mendacium eſt dictum contra mentem, ſeu id, quod loquens intendit: ex Aug. *lib. contra mendacium à cap.* 10. ſed qui loquitur cum amphibologia nō loquitur contra id, quod ſentit: ergo non dicit mendacium. Min. prob. quia aut verba de ſe ambigua accipit ſecundū ſignificationem, quam ipſe intendit, cum non teneatur accipere ſecūdum ſignificationem, quam audiens accipit, nec etiam tenetur ſemper vitare, ne alius decipiatur, & explicare illi sēſum ſecundum quem verba illa accipit, aut ſi non ſunt ambigua addita mentis reſtrictione verum ſenſum faciunt, quem iurās intendit; nam cum compoſitio, & prolatio orationum ſignificantium mentem libere fiat pro voluntate hominis, poteſt illas componere ex terminis diuerſis, ita vt partim conſtituatur ex oratione vocali, & partim ex illa mentali reſtrictione, ita vt tota ſit vera.

5 Confirm. concluſio quoad ſecundā partem; (nam prima fere ab omnibus admittitur,) quia ſi quis intēdat materialiter tantum dicere *iuro quod hoc non feci*, & cum incipit dicere *iuro* ſubmiſſa voce dicit *me aſſerere*, & alte pronunciat *quod non feci*, iam tota aſſertio eſt veriſſima: ergo idem erit, ſi interius tantum dicat *me aſſerere* vel quid ſimile.

6 Confirm. 2. quia aliqua loca Scripturæ non poſſunt verificari, niſi dicamus propoſitiones has partim exterius verbis, & partim ex mentis additione compoſitas, eſſe veras, vt eſt illa Chriſti Mar. 13. vbi de die Iudicij ait,

nec

Digitized by Google

nec *filius hominis ſcit*: quæ propoſitio vt ſit vera, debet ſuppleri per aliquod additum in mente Chriſti retentum, v.g. *vt dicerem vobis*: *ex vi humanæ naturæ &c.* & Ioan. 7. Chriſtus dicit, *non accedam ad diem feſtum* hunc, & poſtea acceſſit, certe ibi debet ſubintelligi nō accedam *publice, vel vobiſcum &c.*

Hæc Suar. *l. 3. cap. 9. &* 10. cui adde Nauar. *c. humanæ aures 22. q. 5. num.* 12. Valen. 22. *diſ. 5. q. 13. pun.* 2. Salon. *q.* 69. *ar. 2. contr.* 11. Tolet. *l. 4. c.* 21. Manuel. de ordine iudic. *c. 10. n.* 14. Leſſ. *l. 2. c.* 42. *dub. 9. n.* 42. *&* 48. Sanch. *in ſum. l. 3. c. 6. n.* 13. *&* 15. Vaſq. 1. 2. *q.* 103. *ar. 4. diſ.* 42. *c. 4. n.* 29. Bonac. *de l. diſ. 4. q. 1. p.* 12. *nu.* 3. Filiucc. *in q. mor. to. 2. tr. 25. c. 11. n.* 331. *&* 336. Regin. *in prax. t. 2. l. 24. c. 1. n.* 10. Peſantium *in 2. 2. q. 70. ar. 4. diſ.* 1. Emo-ćterium *diſ. de ver. c.* 9. & ſeq. Caſtrop. *diſ. 1. de var. pun.* 7. Trull. *l. 2. c. 1. dub.* 15. *nu.* 12. Fagun. *l. 2. c. 11. in pr. decal.* Dianu 1. *p. tr.* 15. *Miſcell. reſ.* 25. *&* 3. *p. reſol.* 30. alios adducentem.

7 Et tandem nouiſſime hanc ſententiam tenet Pater Sfortias Pallauicinus ingenio, & ſapientia vel ab adoleſcentia clarus, qui in ſua Theologia, quam in Collegio Romano non ſine plauſu docuerat, & nunc typis felicio-ri omine mandauit *in l. 3. c. 2. n.* 17. abſolute amplectitur primam partem noſtræ concluſionis, ſecundam vero partem, quatenus aſſerit poſſe vti amphibologia cum mentis reſtrictione, ingenioſe impugnat, at *nu.* 22. fatetur pro praxi, quā intendimus, licere verba proferre mere materialiter, & non ſignificatiue, atq; adeo licet ea proferre, ac licebat ante inſtitutionem linguæ, dummodo proferātur eo animo relinquendi interrogantem iniuſtum in ſua ambiguitate, quia ait ipſe, natura, & Reſpublica per pactum conſtitutiuum linguæ, voluit licere quidem hominibus aperire arcana ſua: nō autem voluit obligare ad non proferenda verba aliqua materialiter tantum, ſine enunciatione; ne eueniret caſus, vt ipſum ſilentium prodat arcanum cordis, vt ſi Tyrannus confeſſariū interrogaret an Petrus confeſſus ſit delictum: ſi ille non poſſet dicere *non eſt confeſſus*, iam ſuum ſilentium oſtēderet Petrum fuiſſe cōfeſſum, poteſt ergo ea verba proferre, non intendens ſignificare id, quod ſignificant poſt inſtitutionem linguæ: ſed tātum materialiter.

QVÆRES II.

An, & quale peccatum ſit iurare cū amphibologia dicta.

8 Reſpon. ſi fiat ex iuſta, & honeſta cauſa, nullum eſt peccatum iuratio eſt, quia nec eſt mendaciū, vt probauimus, nec aliqua irreuerētia, cum iuremus ex iuſta cauſa; nec aliud peccatum cōtra iuſtitiam, vt ego ſuppono, eſt communis omnium, quam cit. DD. expreſſe docent ex Suar. *c. 9. n. 5. & cap. 10. num.* 10.

9 Vbi addit hanc amphibologiā non licere etiam ſine iuramento quando aliquis reſpondet iuſtæ interrogationi, vel ipſe voluntarie ſe offert ad loquendum, & non cogitur ab alio importune: quia tunc ſimpliciter debet loqui iuxta mentē audientis ex Amb. *lib. 3. off. c. 12. vnuſquiſq; ſimplicem ſermonem proferat, vas ſuum in ſanctificatione poſſideat, nec fratrem ſuum circūſcriptione verborum ſeducat*, erit tamē culpa venialis, contra affirmatiuum præceptum dicendæ veritatis, vt Sanchez explicat *nu.* 16. & ex dicendis cū Suario patebit.

10 Iuſtam autem, & honeſtam cauſā tūc eſſe dicit Nauar. *d. c. humana*, quādo eſt neceſſarium, & vtile ad corporis ſalutem, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita vt veritatis occultatio cenſeatur tunc expediens, aut ſtudioſa; & ſic quando non eſt iuramentum nullum erit peccatum ſi ex ioco aliquo licito vtātur his amphibologijs, vt expreſſe docet Sanchez *numer.* 22. *l. 3. cap.* 6.

11 Et quamuis Sanch. *n.* 20. duriuſcule accipit Suar. dictum à me *n.* 9. relatū,

Hhhh quod

Digitized by Google

quod non liceat loqui amphibologi-ce, niſi importune cogatur, ita vt velit non ſufficere preces importunas rogãtis ad loquendum amphibologi-ce: ſed aliam cauſam requiri, mihi tamen videntur ſufficere; nam illæ importunæ preces ſunt quædam coactio, & Iudic. 16. dicitur de vxore Sãpſonis, *cumq; moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret, petẽs quomodo ſuam fortitudinem amitteret.* vbi Bablus *nu.* 34. vertit *cum coarctaret, & pene cogeret.* Abulenſ. *q.* 15. *moleſtabat, & per iſtum modũ neceſſe erat quod tædio affectus exponeret veritatem,* & in proprijs terminis docet Nauarr. *in ſumm. cap.* 12. *num.* 8. nec Suarius contradicet.

12 Immo addo, quod quamuis Suar. dicat non licere vti amphibologia, quando quis nemine petente ad iurandum ſe offert, tamen id eſt intelligendum, quando nulla eſt iuſta ratio, ſeu occaſio iuſta; nam ſi ea ad ſit v. g. ad liberandum proximum ab aliquo malo, vel ad iram alicuius placandã, vel ad famæ reſtitutionem, iam poterit tuto ſe offerre, & vti amphibologia, vt docet Philiarcus *de offic. Sacerdo. to.* 1. *par.* 2. *l.* 3. *ca.* 14. Caſtropal. *diſp.* 1. *par.* 7. *numer.* 4. Bonac. *diſp.* 4. *quæſt.* 1. *pun.* 12. *num.* 4. & certe Suarius hoc non negat.

13 Idem ego dicerem (ſaluo Suarij iudicio, & aliorum) licere ſcilicet cum amphibologia iurare, quãdo quis loquens cũ perſona ſibi familiari, à qua tamen habet aliquam dependẽtiam; etiam ſi illa ob modeſtiam, ſeu ciuilitatem de aliquo euentu non interrogat; quem tamen loquẽs aduertit ex circumſtantijs &c. illam velle ſcire, at putat non expedire illi dicere, poterit inquam in hoc caſu rem cum aliqua amphibologia dicere, & ſi opus eſt iurare; etiam ſi non rogetur, quia iuſta cauſa eſt, ne familiaritas minuatur, quando ille volens rem ſcire, & non interrogans ob modeſtiã, videret aliũ amicum non eſſe ſibi confidentem, & non omnia dicere, tunc enim eſt tacita petitio, & cum hic non teneatur reſpondere, poteſt æquiuocare, vt docet vniuerſaliter Nauarr. *c. humanæ aures q.* 3. *n.* 10. vbi ait *non obligatus reſpondere alteri, nec obligatur reſpondere ad ipſius mentem.*

QVÆRES III.

Quale peccatum ſit iurare cum amphibologia abſque iuſta cauſſa.

14 Reſp. non eſſe periurium, quia ſiue amphibologia ſit ſenſibilis, ſiue mentalis iuxta dicta *num.* 8. non eſt mendacium; nam nec iurans intendit mentiri, nec id, quod dicit in rigore eſt falſum; ſed tantum eſt indebita, & ſimulata loquutio repugnans veritati, non defectu veritatis: ſed per nimiam occultationem veritatis reuelandæ.

15 At poteſt eſſe peccatum v. g irreuerentiæ apponendo iuramentũ, quando non eſt opus, vel iniuſtitię, aut grauis deceptionis, quo caſu poteſt eſſe peccatum mortale, non ratione mẽdacij: ſed iniuſtitiæ, & tunc culpa irreligioſitatis augetur; vel etiam ratione ſcandali, quod ad malitiam periurij reducitur, cum eo iuramento poſſit incitari audiens ad falſum iurandum; quod ſi ſẽſus verborum externe prolatorum ſuppletur per additionem mere voluntariam; erit graue peccatum: non periurij: ſic Suar. *ca.* 11. *lib.* 3.

Vbi ait *num.* 3. contrariam ſententiam aſſerentem eſſe mendacium, & per conſequens periurium, eſſe valde probabilem, quia loquutio illa eſt cõtra virtutem veracitatis; nam cum neceſſitas non cogit, debetur noſtræ loquutioni ad veracitatem ſimplicitas in ſenſu vſitato, & concepto ab audiente, & in id videntur inclinare Diuus Auguſtinus *de Conflict. vir. & vitior. cap.* 19. eam Sanchez vocat communem; & Diana *reſolut.* 30. *fine tract.* 2. *Miſcell. par.* 3. dicit probabiliorem, cæterum cum Suario ſentit Sanchez. *l.* 3. *cap.* 6. *numer.* 22. Caſtrop. *dict. punc.* 7. *numer.* 3. Filiuccius *tom.* 2.

tr. 25.

*tr.*25.*c.*11.*nu.*331.Bonac.*diſp.* 4. *de legib.q.*1.*pun.*12.*nu.*3.Trullench.*l.*2. *c.*1. *dub.*15.*nu.*25.Diana *lo.cit.&* 1.*p.tr.*15. *reſ.*25.& alij.

16 Quare aduertere licet ex dictis *n.*14. Suarium non dicere vtentem amphibologia ſiue mentali,ſiue ſenſibili cõmittere graue peccatum,vt illi imputat Sanchez *l.c.d.nu.*22.ibi,*& Suarius l.*3.*c.*11.*n.*5.*&* 6.*loquẽs de vtraq; aequiuocatione dicit eſſe graue peccatum; ſed non explicat an ſit mortale*, nõ inquam loquitur promiſcue Suarius de vtraque amphibologia: ſed de amphibologia in verbis de ſe æquiuocis, vel propter occurrentes circumſtãtias facile accomodabiles, ad aliquem verũ ſenſum, tunc dicit eſſe graue peccatũ cum iniuſtitia commiſcetur,vel ſcandalum &c. iuxta dicta, quando vero videtur loqui de amphibologia, quæ fit ex ſola mentis reſtrictione,dicit eſſe graue peccatum ſi fiat ſine cauſa, nec explicat tunc eſſe graue, quando iniuſtitia admiſcetur,vt illum intelligit Sanchez:ſed poſtquam *d. num,* 6. à Sanchez cit.dixit,& *hæc* (nimirum eſſe graue peccatum quando eſt iniuſtitia)*procedunt maxime,quando verba ipſa in aliquo ſenſu habent, vel recipiũt ſignificationem*,& abſolute ſubdit,*quãdo autem ſolum ſuppletur ſenſus per internam additionem mere voluntariam, in rigore non eſt periurium;licet ſit graue peccatum*; vnde in hoc caſu excuſat à periurio, at non à graui culpa, nec ad eam contrahendam requirit iniuſtitiam,at nullam affert rationem,ea tamen poteſt eſſe hæc, quia cũ vnuſquiſque teneatur pactum ſeruare poſt inſtitutionem linguæ, peruerſe facit, vtendo verbis, quæ de ſe non habent ambiguam ſignificationem ſine cauſa,quia deſtruit commercium,quę ratio non militat,quãdo verba ſunt ambigua de ſe,vt diximus *nu.* 7.

17 Sed in vtroque caſu tutum eſt dicere cum alijs non eſſe graue peccatũ.

Afferuntur varia exempla in quibus licet amphibologia.

18 EX dictis infero 1. promittentem v.g ſponſalia, vel alium contractum innominatum ſine interiori cõſenſu,& caſu quo vere coram Deo nõ obligaretur poſſe interrogatum à Iudice negare ſe illum contractum iniſſe, vel etiam ea verba protuliſſe, ſi Iudex inſtaret, an hæc verba v.g. *promitto ducere te in vxorem, &c.* protulerit intelligendo intra ſe non protuli,ita vt tenear, vel alio ſimili modo: ſic Suar.*ca.*9.*nu.lib.*3.ex Nauar.*in cap. humanæ aures* 22.*q.*5.*qu.*1. *&* 2. quem alij infra citati ſequuntur, & Sanchez bene addens hoc eſſe verum; etiam ſi cauſa excuſans non ſit certa:ſed tantũ probabilis iudicio ſapientum.

19 Infero 2. poſſe mutuatarium negare ſe mutuum recepiſſe,quando alia via illi ſatisfecit, quam nõ poteſt probare,ſic ex Couar.1.*var. ca.*2.Suarius *nu.*6.ad illum ſe remittens.

20 Addit Suario, & optime Sanch.*l.*3. *c.*6.*num.* 52. poſſe negare caſu quo ex alio capite nõ teneretur ad mutuum ſoluendum v.g. quia ob paupertatem excuſatur,vel quia petens vult hodie, & mutuatarius non tenetur, niſi poſt menſem &c.tunc enim ſemper poteſt intelligi aliqua limitatio v.g. non accepi,vt ſoluam nunc &c.

21 Infertur 3. exemptũ à gabella poſſe iurare ſe nil portare, vel rogatum, an reus illac tranſierit, negare etiam (ſemper intelligo cum aliqua amphibologia,dum dico poſſe negare,nempe aliquid intelligendo, quod faciat verum ſenſum) neminem tranſiſſe,vel venientẽ è loco, qui falſo putatur eſſe peſte infectus, aut etiam ſi locus eſt peſte infectus,qui tamen venit,certus eſt, ſe nõ eſſe infectũ,poſſe iurare hinc nõ venire,& ſcholarẽ nõ locutũ fuiſſe cũ oppoſitoribus, nec ad eorũ domũ iuiſſe,ſi interrogetur intelligendo intra ſe, nõ ad eos ſubornandũ. ſic cum Suar.*d.c.*9.*nu.*7.Bonac.*d.*4.*q.*1.*pun.*12. Caſtrop.*d.*1.*p.*7.Trull.*l.*2. *in decal.c.*1. *dub.*15.& alij communiter.

22 Idem addentes Suario, quãdo quis obligatus ſeruare ſecretum in aliqua Congregatione, vel Collegiata, interrogetur an fuerit locutus de rebus illis, poterit enim negare, ſi non manifeſtauit aliquid, quod tenebatur ſub graui culpa manifeſtare.

23 Infertur 4. coactũ iurare ſe aliquid facturum, vel daturum, poſſe vti amphibologia; & dum iurat non eſſe mendacem. ſic Suar. *c.10.nu.2.* Exemplificat Sanch. vel dicendo per Deũ, nomen Dei accipiendo tantum materialiter ad nil ſignificandum, vel dicendo *vro me tibi daturum centum*, relinquendo litteram I. vel etiam dicendo, iuro ſi ſecluſo iuramento debeo; quod etiam tenet Nauarr. Valen. Sylu. & alij apud Sanchez *d.l.3.cap.6. num.10.& 37.*

24 Infero 5. licitum eſſe mulieri, quæ ſcit habere impedimẽtum occultum cũ ſuo viro, ſi per excõmunicationẽ cogatur accedere ad eum, iurare ſe acceſſuram ad illum, intelligendo, ſi poſsũ &c. ita ex Angel. Sylu. Tabien. Suarius *d.cap.9.l.3.* ſequitur Sanch. *l.c. num.40.* & alij ſupra.

25 Et generaliter quoties quis non tenetur reſpondere verum iudici interroganti, poteſt vti amphibologia, vel dicendo neſcio, vel dicendo, non vidi; addendo v. g. vt tibi tenear dicere: quidquid dicat in contrarium Sotus, qui concedit poſſe interrogatum dicere neſcio, non autem non vidi. Hæc Suar. *lib.3.c.10.n.2. & 3.* & docet Nauar. *d. c. humanæ aures num. 9.* Sayrus Claui Regia *lib.4.c.15.n.24.*

His Suarij exemplis alia poſſumus addere, quæ ad praxim conducunt.

26 ADdo 1. poſſe teſtem æquiuocatione vti, & negare id, quod iuridicè petitur, quando ad id nõ tenetur, quia ſc. ſibi damnum notabile ſequeretur, dicendo, vel neſcio, vel non vidi. Sicut etiam ſi quis interrogaretur de aliqua re, quam expedit tenere ſecretam; vel ſi in ordinaria locutione interrogaretur, quid comederit, an illuc iuerit, quos nummos habeat &c. poteſt reſpondere æquiuocando. ita Rodriq. *ſum.to.1.c.246.n.4.* Sanch. alios citans *l.3.c.6.n.2. & 25.*

27 Addo 2. quando reus vel teſtis non interrogatur iuridicè, quia ſc. ſi eſt reus, nõ eſt ſemiplena probatio; ſi eſt teſtis, aut alius non eſt fama nec accuſatio, vt docet Leſſ. *lib.2.c.31.du.3.* aut non eſt ſaltem in ea cauſa iudex legitimus interrogati. aut ſi reus non legitimè eſt extractus ab Eccleſia; aut ſi iuriſditio iudicis eſt ſuſpẽſa per legitimam appellationem, vel excommunicationem non toleratam, quia vel eſt denunciatus, aut publicus Clerici percuſſor, vt bene Sanchez *lib.3. cap.6. num.27.*

28 Vel ſi dubium ſit an iudex interroget iuridice, vt ex multis probat Fagund. *lib.2.c.11.nu.118. in decal.* in his inquam caſibus poteſt reſpondere cũ amphibologia negando delictum &c. vel aliam circumſtantiam, vnde poſsit delictum probari. v.g. eſt tuus hic enſis. poſſum iurare nõ eſt meus, quia iudex id interrogat, vt delictum deducat, & ego non teneor fateri delictum ex dictis capitibus; vel quia nõ peccaui, vt ſi Petrum occidi cũ moderamine inculpatæ tutelæ, & nõ poſſum probare fuiſſe ob defenſionem, poſſum iurare, & negare me illum interfeciſſe, cũ dicta tamẽ amphibologia. ſic Salas *2.2.q.69.a.v.* & alij cit.

29 Addo 3. poſſe reum, vel teſtem, qui iniuſtè in caſibus dictis Socij verum crimen detexit, iudicem adire, & dicere ſe mẽtitum fuiſſe, aut illum non feciſſe illud delictum; quia eſt ſufficiẽs cauſa amphibologiæ, reparare damnum tertio. Immò ſi mala fide reuelarunt tale delictum occultum, tenẽtur ex iuſtitia quãdo poſſunt illi prodeſſe, & graue damnum ipſis non obueniret. Cõtra verò ſi bona fide reuelauerant, tenentur ex charitate. ſic Caſtrop. *diſ.1.pu.7. de natur. iur. num.5.* Sanch. *d.c.6.num.28.*

30 Addo 4. etiam ſi ſit ſemiplena probatio, vel indicia æquipollẽtia, ſi cauſa ſit criminalis, agaturq; vel de vita, vel

vel de condẽnatione ad triremes bonorum confiſcatione, vel maioris eorum partis, vel alicuius grauis dedecoris, poſſe reum vti amphibologia, & delictum negare, quando eius confeſſio requiritur ad cõdemnationem, quia eſt naturale homini ſe defendere, quãtum poteſt, vt à graui damno ſe eripiat: eſt ergo iuſta cauſa æquiuocãdi. ſic Io. Valer. *in differ, vtriuſq; fori. ver. reſtitutio. differ.* 49. Villalob. *ſum. to. 2. tr. 16. diffic. 1. num.* 10. Filiucc. *to. 2. tr. 40. n.* 266. Portell. *in dub. reg. tit. corr. fratr. v. reuſ. n.* 43. & alij, quos ſeq. Diana *p. 1. tr. 15. reſ.* 27. hãc etiam ſententiam probabilem putat Leſſ. *lib. 2. c. 31. du. 13. nu.* 16. & pro ea multa aduertit, & citat Panorm. *cap. tum ſuper de confeſſis, col. penul.* Sylu. *v. confeſſio delicti. q.* 1. Angel. ibi *n.* 1. Fumum *n.* 8. & alios Recent. tacito nomine.

31 Idem ego dicerẽ ſi ſit cõdemnandus ad grauem carcerem, vel perpetuum, vel ad aliquot annos. v. g. duos annos. quia eſt grauis pæna, vt docet Leſſ. *du. 5. l. c. n.* 39. & vt dixi ſup. de fuga è carcere. *tr. 2. l. 3. de reu. deb. locis ſacris diſ.* 8. & ſeq. Idem nunc dico poſſe negare delictum, ne condemnetur ad carcerem, qui quãuis de ſe grauis non ſit, attenta tamen Rei cõplexione afferet, vel mortẽ, vel grauẽ morbum.

32 Et quamuis Panorm. dicat Reum non poſſe negare delictum, quando pæna pro eo infligenda eſt ſpiritualis, vt excõmunicatio: tamen puto probabilius poſſe, quando eſt excõmunicatio maior, quia eſt graue malũ, cũ priuet ſuffragijs Eccleſiæ, fideliũ cõmunione, actione in foro, & iuriſdictione, vt docet Gloſſ. finalis, *ca. olim. 3. de reſt. ſpol.* Io. Bapt. Ferretus *conſ.* 171. Barbatius *conſ.* 60. *nu. 3. vol.* 1. Decius *regul. in omnibus* 39. *n.* 6. *ff. de reg. iuris.* Bart. à Ledeſ. *de matr. du. 28. fundam.* 3. & fauet Diana cum alijs *l. c.* 1. *p. reſ.* 27. dũ dicunt poſſe negare, quando agitur de aliquo graui dedecore; quis autem neget excommunicationem maiorem magnum afferre dedecus apud Catholicos?

33 In caſibus verò, in quibus tenetur reus veritatem fateri; puta quando eſt iam delictum probatum, non poteſt iudici roganti iuridicè negare ſe delictum feciſſe, ex eo quia per tertiam perſonam illud commiſit; nam verè dicitur feciſſe, qui per alium fecit, vt benè Azor. *to. 1. lib. 11. inſt. mor. c. 8. q.* 2. nec poteſt iurare ſe eſſe ab eo delicto immunem, ex eo quia Deus culpam remiſit, nam interrogatio eſt pro foro externo. ſic Paludan. *t. d. 35. q. 2. ar. 3. n.* 26. an autem hoc modo loquendi poſſit vti, quando nõ tenetur delictũ fateri patebit ex dicẽdis *n.* 44.

34 Poterunt tamen teſtes rogati, an delictum, vel aliud ſciant, negare, ſi tantum audierint, nam teſtes tãtum cẽsẽtur ſcire, quę viderint. ita Aragon. 2. 2. *q. 79. ar.* 1 Sotus 4. *diſ. 18. q. 4. ar. 5. ad* 4. & alij.

35 Addo 5 poſſe debitorem v. g. Titiũ, qui debet Caio 50. aut habet partem alicuius fundi; negare abſq; periurio, & mendacio ſe debere centũ, vel fundum eſſe ſuum; quando de hoc interrogaretur; nam cum propoſitio affirmatiua ſit falſa, nempe debeo cẽtum, vel hic fundus eſt meus. negatiua, non debeo, non eſt meus, eſt vera. ſic Couar. *lib. 1. var. c. 4. n.* 5. contra Bartolũ. *l. 15. qui ducenta §. verum. ff. de rebus dubijs*, & alios, volentes eſſe periuriũ.

36 Pari etiã modo poteſt vti amphibologia creditor, qui cum habeat inſtrumentum, vbi continetur debitum Caij pro ſumma ducentorum aureorum, & Caius ex ea ſumma ſoluit cẽtum at accipit alios centum aureos mutuos v. g. vel alio pacto abſq; ſcriptura, & ſic creditor nõ poteſt pro his centum Caium cogere in iudicio: tũc poteſt proferre inſtrumẽtum producentis aureis, & iurare ſe nil recepiſse, & totam ſummam ſibi deberi, intelligendo intra ſe, ſiue hoc ſiue alio cõ-
44 tractu &c. ſic Sanch *l. 3. c. 6. n.* 36. Bonacina 2. *t. diſ. 4. q. 1. pun.* 12. Caſtrop. *pu. 7. diſ. 1. hic.*

37 Qui tamen bene addunt id fieri nõ poſse, quando vergeret in præiudiciũ alterius creditoris, qui eſset anterior in ſumma illa, quę verè in inſtrumẽto

non

non continetur, v.g. in centum aureis.

38 Immò etiam puto nec poſse creditorem inſtrumentū pro tota ſumma proferre, quādo hoc eſset guarrentigium habens executionem paratam, vel bonorum hypothecam, & cōtractus cuius virtute debentur centum, non eſset talis; nam facit iniuriā debitori, cauſando illi expenſas &c. cōtra legis præſcriptum, niſi fortè talis debitor iniquè negaret illos centum aureos, quos debet ſine ſcriptura; quia tunc creditor redimit, ſic ſuam vexationem. ſaluo &c.

39 Addo 6. habentem probabilē cauſſam occultandi aliqua bona v. g. ne cōfiſcentur, vel ne à creditoribus occupentur; non remanendo ſibi neceſſaria ſuſtētatione, poſse iurare ſe nulla bona abſcondiſse. & teſtes idē poſſe deponere, quando ſciunt cauſam. ſimiliter vendentem ſupra taxā iniuſtam poſse negare ſe vltra quid vendidiſse, & furantem alterius bona ad tacitam compenſationem, ſe nil accepiſse, & teſtes etiam ſi ſciunt illum ea bona furatum eſse in cōpenſationem. ſic cit. DD. cum Diana *tract. 6. Miſc. p. 7. reſ. l. 30.*

40 Vnde bene infert Fagund. *lib. 2. c. 11. in Decal. n. 26. & 27.* cum Corduba *addit. ad c. 27. nu. 134.* quod vxor poteſt detrahere de legato, vel hæreditate relicta à marito alteri v.g. Titio, quātum Titius ſibi debet, & iurare nō eſſe alia bona; quando difficilis ſibi eſſet recuperatio ſui debiti, & caſu quo contraxerit matrimonium ea conditione, vt mortuo marito, ſibi dotem retineat, poteſt bona abſcondere, & negare cum iuramento eſse alia bona, nec tenetur reuelare, nec etiā alij, qui ſciunt eſse cauſsam iuſtam, quādo publicatur excommunicatio, vt reuelet; quia intelligi debet reuelatione bonorū mariti, at debita nō ſūt inter bona mariti. ſic cit. DD. cū alijs.

41 Addo 7. poſse rogatum de mutuo, iurare ſe nūmos nō habere, vel talem rem, quando non vult mutuare, quia ſufficit ne ſit mendax, ſi dicat nō habeo, vt tibi dem &c. & ſi nulla eſt cauſa nō mutuādi, erit tantū p. v. vti amphibologia abſq; cauſa, non autem periurium: ſi vero eſt cauſa, quia v.g. opus habet ipſemet, vel quia timet ſolutionem fore difficilem, nullum erit peccatū. ſic Sāch. *dict. c. 6. n. 43. l. 3.*

42 Addo 8. poſse ementes, vel vendētes iurare rem alias tanti vendidiſse, vel emiſse, quando nō poſſunt ad iuſtum pretiū aliàs peruenire, intelligēdo v.g. quia tanti valet, vel tāti mihi eſt, deductis expenſis &c. Rebell. *lib. 9. q. 7. n. 8. de iuſ.* Leſſ. *lib. 2. c. 42. du. 9. n. 46.* Caſtrop. *p. 7.* Bonac. *d. 4. q. 1. pu. 12. n. 8.* Nec eſt admittenda limitatio Fagūd. qui putat *nu. 37.* peccare mortaliter ſi ſpontè iurēt, quia dummodo ſit iuſta cauſa ad ſuā rē iuſto pretio vendēdā, nō requiritur, quod ſint ab alijs rogati, & citati Doct. id non requirunt.

43 Addo 9. poſse adulteram à marito rogatam vt iuret, num adulteriū cōmiſerit, iurare ſe non cōmiſiſse, intelligendo, vt illi dicat, vel tali die &c. etiam ſi ille obſtinatus peteret, vt iuraret, & reſpōderet abſq; vlla æquiuocatione, vel amphibologia, quia adhuc poteſt æquiuocare, vt cit. DD. cōcedunt, & videre eſt apud Fagundez *num. 33. in fine.* Sanch. *num. 45. d. cap. 6.* Quæ ſane ampliatio habet multo ſolidius fundamentū in ſentētia P. Sfortiæ Pallauicini ſupra relati, nam etiāſi præcludantur omnes aditus æquiuocandi, quos poſse præcludi, vt certum tradit, nam tūc poteſt vti verbis materialiter tantum, & non pro vt ſunt inſtituta ad aliquid ſignificandū determinatè, atq; hoc debet etiā intelligi in omnibus caſibus huc vſq; dictis, & dicendis, nempe licere, etiā amphibologiam quando eſt cauſa &c. iuxta dicta, non obſtante, quod interrogans dicat, vt excludamus omnem æquiuocationem.

44 Tantum diſplicet Sanch. dum ait *lo. cit.* non poſse dictā vxorem dicere marito, hoc peccatum in me non eſt, quia ait ipſe, hoc eſt mēdacium, cum illa neſciat, an Deus illud remiſerit, etiā ſi confeſsa fuerit ſacramētaliter. nam cur etiam in hoc caſu non poteſt

vti

Digitized by Google

vti æquiuocatione.dicendo mentaliter hoc peccatum in me nō eſt, *vt puto moraliter*, vel hac culpa careo *pro foro externo*. & quid ſimile, & ita docet. Sayrus *in Claui Reg.l.5.c.4.n.24.*

45 Addo deniq; Religioſum qui intra quinquennium non reclamauit, & ſciebat profeſſionem eſse nullam, ac poſse reclamare; ſi poſtea velit elapſo quinquennio reclamare (quod poſse diximus cum Sāch. *lib.7.de matr.*) poteſt rogatus à Iudice iurare ſe ignoraſse, quod potuerit reclamare, æquiuocando. ſic Sānctarell. *p.1. var.reſol. q.28.n.15.& 16.* & ſeq. Diana *reſol.30. cit.p.7.tract.6.*

Ratio autem pro omnibus eſt iam ſupra dicta, quia ſatis eſt reſpondere ad mentem petentis, quam ille debet legitimè habere, non eſt autem mens interrogantis illum non verè profeſſum retineri in Monaſterio.

Ex dictis videtur facile poſse deduci reſolutionem quæſtionis, de qua præteritis annis conſultus ſū, nimirū.

An Doctorandus Meſſanæ v.g. poſſit iurare ſe ſtuduiſſe per quinquennium Catanæ, vel in alia vniuerſitate iuxta Regiam Pragmaticam, quādo verè nō ſtuduit eo tēpore, imò, nec vſquā fuit Catanæ, vel in alio ſimli loco.

46 Reſpōdet in hac quæſtione Sāch. *lib.2.conſ.c.1.du.57.* negatiuè, ſi debeat eſſe iuramētum, quia erit periurium: contra verò poterit, ſi nō interuenit iuramentum, & acceptare gradum iudicatus, & aliorum officiorum, quia habet ſubſtātiale requiſitū, nēpe ſufficientiā. ſic etiā aſſerit Dian. *p.4.tr.4. Miſcell.reſ.173.* ductus tātum auctoritate, & dicta Sanchez ratione.

47 At poſitis ijs, quæ huc vſq; diximus ex Suario, Sancio, & alijs contrarium videtur dicēdum, nimirū licere huic (quem ſuppono eſſe ſufficientem in ſciētia, vt ſolēt eſſe, qui dederint operam in publica vniuerſitate per tempus ſtatutum.) accipere v.g. Meſſanæ gradum Doctoratus, & quamuis non perfecerit curſus requiſitos Catanæ, iurare promotoribus, vel alijs rogantibus ſe illos perfeciſſe in loco debito.

48 Ad hoc probandū ſuppono Scholares idoneos nō teneri curſus requiſitos in aliqua Academia perficere, ſed poſſe tuta cōſcientia Doctoratus gradum accipere &c. tum ex ipſo Sācio, & Dian. *lo.cit.vt num.46.* vidimus, nam dicunt licitè poſſe doctorari, & alia munera accipere, quæ Doctoribus competerent.

49 Tum quia probabiliſſimū eſt, quod ceſſante fine legis in aliquo particulari, ea ceſſat, ſicq; nō tenetur ad eam legem, vt docet Nauar. Lud. Lopez. Henriqu. Emm. Sā. Gaet. Abbas apud Caſtrop. *tr.3.diſ.5.p.2.* & fusè probat Granadus *p.2. cōtrou.7. tr.2.pu.1.d.15. ſect.2*, at in noſtro caſu ceſſat finis legis, qui eſt, ne doctorētur minus idonei, ſi per tale tempus ad ſtudia non incubuerint: ergo.

50 Tum deniq; quia ſtatutum nouum debet intelligi iuxta ſenſum iuris cōmunis, & antiquioris, vt communiter docēt Doctores; & ſupra ſatis probauimus im præced.tract. ergo hæc lex noua præſcribens curſum quinq; annorum debet intelligi iuxta ius commune in prœmio.ff. præſcribēs quinquennium: ſed Scholaris idoneus nō tenetur ad illam legem, vt docet Bartolus *in l.1.c.de dignitatibus n.17.* ergo nec Scholaris idoneus, & ſufficiēs tenetur ad curſus quinquennij perficiēdos iuxta legē hanc nouam. hoc poſito ſic probo meam ſententiam.

51 Quoties quis liber eſt ab obligatione cuiuslibet debiti, poteſt rogatus à iudice tale debitum cum iuramento negare, vel affirmare ſe ſoluiſſe cum reſtrictione, mente retenta, quamuis interrogans imponat reſpondenti, vt abſq; æquiuocatione reſpondeat; ſed in noſtro caſu doctorandus, qui eſt idoneus, non tenetur curſus quinquēnij perficere in tali loco: ergo poteſt iurare ſe ſoluiſſe hanc obligationem, & dicere ſe ſtuduiſſe per quinquennium in tali vniuerſitate; & intelligēdo intra ſe quoad aptitudinem quam interrogans inquirit, vel inquirere debet,

bet, ergo. Maior huius argumenti patet ex exemplis ſupra allatis à nu. 28. & expreſſè traditur à Sanch *lib. 3. c. 6. n. 32.* & ab omnibus, quos ſup. citaui. Minor patet ex poſita ſuppoſitione.

52 Nec valet dicere, quod teſtes debēt iurare, quod hic ſtuduerit &c. nā poſito, quod teſtibus cōſtet de ſufficientiā, quod poteſt illis cōſtare ex dicto hominis fide digni, vel proprio experimento; poſſent etiam cum amphibologia iurare illū ſtuduiſſe per quinquennium &c. vt ex ſupr. dict. exemplis, & DD. patet, & ex ipſo Sanchez *d. cap. 6. num.* 32.

Ob has rationes hanc ſententiam tutam, & probabilem putarunt viri doctiſſimi è Societate Ieſu à me conſulti, & audiui poſtea amiciſſimum Th. Tamburinum è Soc. Ieſu Theol. ſatis quidem notum, eamdem tradidiſſe in quadā domeſtica collatione caſuum viſo meo ſcripto iiſdem ferè argumentis, quibus ego motus affirmatiuam ſententiam contra Sanciū, & Dianam de hoc caſu conſultus tradideram.

53 Quod ſi ſupponatur per poſſibile, vel impoſſibile quod interrogantes ſciant illum non perfeciſſe curſus debitos, & accepiſſe iam ſuam prouiſionem &c. ac ipſos modū dediſſe, quo fidem alterius Academiæ oſtenderēt, nemo ſanè dubitabit eſſe periurum illum, qui interrogatus, an ſtuduerit Catanæ v. g. affirmet, cum verè ibi nō fuerit; nam reſpondet iuxta eorum mentem, & ex tacito compacto, & ſic nullo modo eſt mendax: nam ex *cap. is autem: 22. quæſt. 2. is mentitur, qui contra id, quod animo ſentit, loquitur, voluntate fallendi*; ſed hic non loquitur voluntate fallendi; nec contra id quod animo ſentit: ergo non eſt mendax, & per conſequens, nec periurus, dum illam aſſertionem iurat ex dictis toties ſupra, hæc ſatis ſint Suario addidiſſe in præſenti materia.

(+)(+)(+)

DISPVTATIO IV.

An iuramentum aſſertorium verum, cui tamen deeſt iudicium, aut iuſtitia ſit peccatum mortale?

1 Reſp. ſi iures verum abſq; neceſſitate, aut vtilitate, in quo caſu deeſt iudicium, vt ſup. diximus, aut ſi iures verum circa materiam iniquā, non committis p. m. contra Religionem. Ratio eſt, quia in his caſibus nō adducitur Deus, vt teſtis falſitatis, & ſic non fit directè contra finem iuramēti, qui eſt veritatis cōfirmatio per diuinum teſtimonium, & quāuis ſit aliqua Dei irreuerentia illius auctoritatē interponere in re vana, aut peccaminoſa, vt ſi iures peccatū verum proximi occultum; & ſic peccas grauiter, illū infamando, tamen cōſiderādo præciſè rationē iuramēti, quæ eſt teſtificatio veritatis, per accidens eſt, quod materia ſit mala nec ne, & illa irreuerentia non excedit p. v. eſt cōm. ſent. quam poſt Suar. *lib. 13. c. 12.* tradunt Sanch. *lib. 3. ca. 4. nu. 33. & 35.* Caſtropal. *pun. 4. & 5. diſ. 1.* qui falsò citat Bonacin. *diſp. 4. quæſt. 2. pun. 3. nu. 9.* & Reginald. *lib. 18. n. 87.* nam hi putant eſſe mortale iurare aſſertionē de re mortali. v. g. infamiam proximi. verba Bonacinæ ſunt, *qui de alio grauiter detrahit, & iniuſtā ſuam detractationem confirmat iuramento præter graue peccatum detractionis committit culpam grauē defectu iuſtitiæ iuramenti in materia graui. ita Regin. nu. 87. & alij facit enim grauem iniuriam Deo adducendo ipſum in teſtem rei mortaliter peccaminoſæ: quamuis Suarius, & Sanchez velint regulariter committi ſolam culpam venialem.* quos ſeq. etiam Trullench. *l. 2. in decal. du. 7. num. 5.* ſed Suarij ſententia eſt præferenda.

2 Tantū noto in vno caſu iuramentū de aſſertione iniqua, quæ eſt p. m. eſſe quoq; p. m. contra Religionem, quando aſſumitur, vt eſt inſtrumentū p. m. vt ſi quis dum proximum infamat de aliquo delicto, vt probabilior

Digitized by Google

lior fiat infamia, iuret ſic omnes cit. DD. vel niſi adſit formalis contẽptus; quia ſcilicet iurans vere intendat Dei irreuerentiam; tunc enim conſtat eſſe grauiſſimum peccatum, vt bene Suarius *d. cap.* 12.

3 His autem caſibus exceptis, nõ eſt iuramentum vanum directè contra ſecũdum præceptum Decalogi. nam in eo principaliter prohibetur iuramentum falſum, ita vt ly *non aſſumes in vanum*, accipiatur *mendaciter*. licet etiam aliquo modo iuramentum ſuperfluum, vel iniquum prohibeatur. ſic Suar. *l. cit.*

DISPVTATIO V.

Explicatur quando ſit peccatum petere ab alio iuramentum.

QVÆRES I.

An liceat petere iuramentum ab eo, quem ſcis per falſos Deos eſſe iuraturum, v. g. ab infideli.

1 RESP. ſi adſit neceſſitas, vel vtilitas, poteſt quis exigere iuramẽtum, non petendo determinatè, vt iuret per falſos Deos: ſed tantum inducendo illum, etiamſi non ſit paratus; puta, quia profitetur ſe non habere conſuetudinem iurandi; vel per iudicem cogendo, vt iuret, v. g. an debeat centum, nec ne; abſq; eo quod adiungat iura per Mahomettum, vel per Idolum. poterit tamen expreſſe declarare ſe eſſe paratum, ad accipiendum iuramentum, præſtitum per falſos Deos.

2 Ratio eſt. quia poſita iuſta cauſa ex parte petentis, v. g. vt litem componat, & debitum exigat &c. hic vtitur iure ſuo, nec per ſe inducit ad rem intrinſecè malã; nam poteſt Infidelis ſi velit, iurare per verum Deum, & ſic nõ peccare, & licet quando quis petit determinatè, vt iuret per falſos Deos, poſſit rectam habere intentionem, & ſenſus erit. Iura ſi vis per quemcumq; ego ſum paratus accipere tuum iuramentum, vt docent graues Doct. tamen ipſa forma petẽdi videtur ſignificare inductionem ad iurandum per falſos Deos, & ſcandalũ præbet; quod eſt cõtra rectam rationem. hæc Suar. *c.* 13. *lib.* 3. ex D. Th. 2. 2. *q.* 98. *ar.* 4. *ad* 4. Couarr. Soto & alijs ibi. Cui adde Bonacin. *t.* 1. *d.* 4. *pu.* 11. Trullench. *l.* 2. *in decalog. c.* 1. *du.* 15. Fagun. *l.* 7. *c.* 7. *n.* 7. *in decal.* Valen. 2. 2. *diſ.* 6. *q.* 7. *p.* 3. *col.* 5. Salon. 2. 2. *qu.* 78. *art.* 4. *in corp.* Sanch. *l.* 3. *c.* 8. *nu.* 31. *fine.* vbi hanc ſecundam partem Suarij valde comendat.

3 Addens *nu.* 24. *vt* probabile, eſſe tãtum p. v. exigere iuramentum ab infideli parato, quia probabile eſt ſecundum multos non eſſe, niſi veniale petere ab vſurario parato mutuum ſine cauſa. ceterum optimè dicit eſſe oppoſitum probabilius, quod etiam tenet Caſtropal. *diſ.* 1. *p.* 10. *nu.* 6. & ſupponit Suarius noſter.

4 Addit Suar. *n.* 5. *&* 6. hanc conditionem; ad hoc, vt petitio iuramenti liceat; nempe vt infidelis ſaltem in cõfuſo ſciat verum Deum, ita vt per ipſum iurare poſſit adhoc, vt liceat ab eo petere iuramentum: quia, inquit ille, ſicuti adhoc, vt licitè poſſit peti deſtructio maleficij, neceſſe eſt vt maleficus ſciat modos, quibus poſſit licitè illud deſtruere; ita neceſſe eſt, vt infidelis ſciat modum, quo poſſit iurare per verũ Deũ, quem nõ poteſt ſcire, ſi nullo modo Deum verũ cognoſcat. moraliter tamen hæc cõditio impletur, quando fidelis petit iuramentũ; nam iam habet Gentilis aliquam famam de vero Deo. ſic etiam Sãch. *l. c. n.* 32. & Caſtropal. *diſ.* 1. *p.* 10. *n.* 1.

5 Verũ hæc cõditio abſolutè prolata mihi non placet, & fortè quia nõ neceſſaria illam Doct. prætermiſerũt, vt dicit ipſe Suarius. Diſtinguo igitur, vel petens iuramentũ ab infideli habet cauſam prouenientẽ ex ipſius infidelis iniquitate; puta quia iniuſtè negat debitum, vel cõtractum; vel nõ habet cauſsã ab eius iniquitate; ſed ex natura actus; vt ſi petã ab infideli, vt ferat teſtimonium circa hanc, vel illam rem, quam ipſe ſcit, & ad illud

Digitized by Google

cõfirmandũ iuret. In primo caſu puto licere petere iuramentum, ſiue infidelis ſciat iurare per verum Deum, ſiue nõ: ratio eſt, quia ſibi imputetur, quod iuret, nam tenetur recedere ab illa iniuſtitia, ſoluendo debitum &c. & ſicuti quando poteſt iurare per verum Deũ, & per falſum ſibi imputare debet, quod iuret per falſum, ſic quãdo poteſt petenti ſatisfacere abſq; eo, quod iuret ſibi debet imputare iuramẽtum illud: nec petens iuramentũ, ſimpliciter illud petit; ſed ſuũ creditum, ille autẽ ex malitia ſua iurat, & poteſt non iurare, & ſic non procedit paritas de petenre à Mago maleficij ſolutionẽ, quãdo ille nullã artẽ ſciret ad diſſoluendum, niſi per maleficiũ; quia nõ poteſt Magus ſatisfacere petitioni, niſi operãdo illam artem malam; at infidelis poteſt ſatisfacere, deſiſtendo ab iniuſtitia, quod ſi magus poſſet maleficiũ tollere per merã ceſſationẽ ab opere, & per artem magicam, poſſem petere, vt ſoluat maleficium; nam tunc ſibi imputatur, quod ſoluat actione poſitiua, quam nõ poteſt facere ſine nouo maleficio; & nõ potius deſiſtendo ab illo opere, quod clarius patebit ex dicendis *à nu. 7.*

6 At in 2. caſu, quando non exigitur iuramentum ob iniquitatem infidelis, admittenda eſt conditio hæc à Suario tradita.

QVÆRES II.

An, ſi ſcias aliquem eſſe peieraturum, poſſis ab eo petere, vt iuret.

RESpond. circa hanc rem tres eſſe regulas.

7 Prima eſt, nunquam eſſe licitum petere iuramẽtum modo indebito pręſtãdum, eritq; tale peccatũ inductionis, mortale, aut veniale, prout eſt peccaminoſus modus iurandi, ad quẽ inducitur proximus. v. g. ſi petas, vt quis iuret abſq; neceſſitate, peccas quidem venialiter; quia in hoc iuramento tãtum eſt v. p. ex parte iurantis, & quãuis iurans ob petitionẽ factã excuſetur à peccato, quando ſc. expedit ipſi, vt ſibi credatur in illa re, quã aſſerit; tamen petẽs peccat venialiter, quia pro vt eſt à petente, vt cauſa remota, eſt ſine cauſa; licet pro vt eſt à iurante ſit cũ cauſa poſita petitione, benè verũ eſt, quod ſola petitio iuramẽti nõ excuſat iurantẽ; nec ſi alter nolit iurare, poſita petitione, excuſatur à peccato petens iuramentum ſine cauſa, nam iam peccauit petendo, ſic Suar. *lib. 3. c. 14. & alii citan.*

8 Similiter ſi petas iuramentũ iniquũ, in quo ſc. eſt defect' iuſtitię, peccas p. m. aut v. ſicuti peccat iurãs iuxta regulas traditas diſp. prec. niſi fortè habeas iuſtã cauſã petẽdi iuramentũ, & iurãs poſſit iurare benè, & iniquè. tũc enim excuſaris à culpa, aliàs peccatũ erit, quãuis grauius peccet inducens, nã agit cõtra Religionẽ, & cõtra charitatem proximi, & magis voluntariè peccet regulariter; nam dum petit, & inſtat facit actum magis voluntariũ.

9 Deniq; ſi petas iuramẽtũ ab aliquo, quod ſine mẽdacio pręſtare non poteſt, erit ſẽper mortale, quia inducere ad p. m. eſt mortale; ſed in iuramento ſine veritate ſẽper eſt p. m. vt dixim. diſp. 2. ergo. hęc Suar. *cap. 14. ad nu. 8.* quẽ in omnibus expreſsè laudat Sanchez *l. 3. c. 8. n. 1*, & cęteri ſupponunt.

10 Putat Suar. *nu. 8.* nõ licere petere ab alio, vt iuret determinatè, v. g. quod Petrus ſit doctor, quod putat verũ, ſi petẽs ſciat re vera eſſe falſũ. cõtra verò poſſe petere indeterminatè iurare, quod ſcis de hac re, perſona &c. & Sãchez *n. 10.* addit eſſe p. m. & idẽ videtur tenere Põtius *lib. 5. c. 18. §. 8. nu. 59.* & Caſtrop. *d. p. 10. nu. 2.* eã certã vocat.

11 Sed contrariũ eſt probabile, & tutũ, quia nec eſt incitatio ad peccãdũ, cũ re vera iurãs non peccet. immò facit actũ religionis, iurãdo, nec eſt contra Religionẽ, cũ Deo per illũ actũ nulla fiat iniuria; ſed potius honor tribuatur, cũ re vera ſit actus Religionis, nec quod ego ſciã eſſe falſũ, reddit malũ iuramẽtũ cũ ego nõ iurẽ, nec petã iurari falſũ. ſic Hurtad. de Mẽdoza *in 2. 2. d. 173. ſect. 16. §. 199.* quẽ citat, & ſeq. Diana *p. 5. tr. 7. reſol. 14.*

Im-

Digitized by Google

Immo poſita iuſta cauſa nullum erit peccatum, ea vero deficiente erit tantũ venialis culpa iuxta ſupradicta.

Explicatur ſecunda Regula.

12 SEcunda regula ſit, quod ſi certus ſis, vel habeas probabilem opinionem, aut magnam præſumptionẽ (nam in dubio nõ eſt præſumendum, quod alius eſt peieraturus, & ſic ſine ſcrupulo poteſt ſine cauſa peti iuramentum) quod alter falſum iurabit, at poteſt, ſi velit, iurare verum: potes petere iuramentum ſi ſis perſona publica, vt Iudex, &c. quia tunc vteris iure tuo, & ad bonum publicum, cuius multum intereſt, vt procedatur ſecundum regulas iuris, nec eſt neceſſe, vt ad inſtantiam partis petas; ſed ſufficit ſi ipſa cauſa id exigat, vt proceditur in cauſis criminalibus ex Iudicis officio, ex Iulio Claro *l. 5. recep. prac. crim. q.* 6. licet ſi poſſis aliqua via, non deficiendo tuo muneri, vitare petitionem iuramenti, debes illam cauere præſertim ſi ſis Iudex Eccleſiaſticus, *c. Clericis de cohabit. Cler. & mulier.* & licet Suarius non explicet an ſit mortale, ſi contrarium facias; tamen id tradit Sanchez infra citandus dicens eſſe mortale, & bene iuxta Suarij mẽtem.

13 Si vero ſis perſona priuata, non potes, niſi habeas iuſtam cauſam; ea autem poſita potes, tam in iudicio, quã extra, petere iuramentum; etiam ſi ſcias illum eſſe peieraturum; etiam ſi non ſit ad iurandum paratus; aut ſi ſit paratus habitualiter, vel virtualiter; tamen hic, & nunc non iuraret (quo caſu eſt mortale ſine cauſa petere iuramentum) quia ſicuti poteſt peti iuramentum per falſos Deos in tali caſu, vt ſupra diximus; ſic etiam poteſt peti iuramentum per verum Deum, eſto ille ſit peieraturus.

14 Et ſic dum S. Th. 2. 2. q. 89. ar. 4. cum D. Bonau. 3. *d.* 39. *dub.* 1. dicit quod iuramentum per falſos Deos poteſt peti, quando verum iuratur, non autem iuramentum falſum per verum Deũ, intelligitur materialiter, ac regulariter, quia in iuramento vero per falſos Deos per ſe eſt illa bonitas, ſeu humana vtilitas veritatis, quæ per ſe nõ eſt in iuramento falſo per verum Deum: at poſſunt aliæ eſſe vtilitates, vt diximus, quæ petitionem huius iuramenti honeſtent. S. autem Auguſtinus *cap. qui exigit 22. qu. 1. dum* ait, *qui autem nouit feciſſe, & cogit iurare homicida eſt*: intelligitur quando petitur determinate ab aliquo, vt iuret falſum, v. g. iura te non accepiſſe centum: ſed non quando petitur, iura an centum receperis, nec ne; vt peti debet iuramentum; etiam in iudicio. hæc Suar. *d. cap. 14. à nu. 9. ad 18.* cuius prima pars de Iudice; eſt cõmunis, vt videre eſt apud Sanchez *l. 3. c. 8. n. 2.* vbi citat innumeros; licet aliqui velint, quod tantum poſſit petere iuramentum, quãdo eſt ad inſtantiam partis: ſed quod diximus eſt probabilius.

15 Secunda etiam pars de perſona priuata amplectitur à Sanchez *lo. cit.* Caſtrop. *diſ. 1. pun. 10. nu.* 9. Trullench. *l. 2. c. 1. dub.* 14. Reginal. *lib.* 18. *num.* 76. Bonac. *t. 2. d. 4. q. 1. p. 11. n.* 1. Hurtad. de Mendoza 2. 2. *diſp.* 173. *ſec.* 15. §. 197. Diana *p. 5. tr. 7. reſ.* 9. Fagund. *l. 2. c. 7. à nu. 2.* & alijs.

16 Quamuis plures, & grauiſſimi Doctores, quos citat Suarius, putent etiã cum cauſa non licere priuato petere iuramentum, quando certo ſcit aliũ eſſe peieraturum, quia eum directe inducit ad peccatum, & præter illos ſic etiam tenet Vaſq. *opuſc. de ſcandalo. q. 43. ar.* 8. Baſilius Pontius *l. 5. c. 18. §. 8. de matr.* Sylu. *in 2. 2. D. Th. q. 98. conc. 2.*

An ſi iam alter interne peccauerit, quia ſtatuit falſum iurare, ſit peccatum petere iuramentum ſine cauſa.

17 TAntum noto, quod, & ſi Suarius *nu. 14. fine.* relatus à me *num.* 13. dixerit, eſſe mortale petere iuramentum à peieraturo ſine cauſa, etiam ſi ſit paratus habitualiter, vel virtualiter; hoc eſt ita eſt affectus, vt ſi præbeatur occaſio, periuriũ committet, vel actionem aliquam fecit, v. g. fal-

ſam calumniã perpetrauit; & ſic virtualiter eſt paratus ad peierandũ de calumnia; tamen id etiam eſt verum, ſi actu eſſet paratus, & interno peccatum coram Deo commiſiſſet, vt ſi acceſſiſſet ad Iudicem, & eſſet in aula, vt peieraret, vel manum extendiſſet, adhuc eſt mortale ſine vlla cauſa petere tale iuramentum, quia petens eſt occaſio illius externi periurij, quod non fieret ſine illa petitione, quod eſt verũ quamuis teneas opinionem *nu.* 3. relatam, quod ſit tantum veniale petere iuramentum ab infideli &c. quia in illo caſu aliqua petẽtis vtilitas regulariter inuenitur; at in hoc peieraturo nulla, vt notat Sanchi *lo. citan.* ſic Maior. 3. *diſp.* 39. *q.* 3. *conc.* 1. Petrus Ledeſ. *to.* 2. *ſum. tr.* 1. *c.* 3. *dub.* 6. *fine.* Sanchez *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 6. *fin.* vbi citat Suarium *c.* 14. *nu.* 14. *fine.* ſed Suarius non loquitur, quando iam ſponte ſe offert ad iurãdum, ſeu quando iam peccatum interne commiſit, vt videtur loqui Sanchez: ſed tantum de parato habitualiter, vt patet ex ratione, quam affert, *quia nihilominus hic, & nunc non eſt cõmiſſurus tale peccatum*, qui autem iam ſe offert ad iurandũ hoc ſecundo modo non poteſt dici, quod non cõmiſit peccatum hic, & nunc: ſed tantum externe nõ iurauit: quo caſu dico etiam eſſe mortale, quia illa actio externa eſt valde indecens, & eſt iam peccatũ conſumatum, pænaſq; incurret periurij, magna autem eſt inordinatio hæc contra proximi charitatem velle ſine cauſa; idque etiam ſupponit Suarius, dum. *nu.* 15. ait *qua propter veriſimile non eſt, quod Gabriel ait, non licere ſuſcipere tale iuramentum ab eo, qui ſponte ſe offert ad iurandum, niſi id intelligatur, quando nulla ſubeſt legitima cauſa, vt paulo ante dixi*, nempe *d. n.* 14. *fine.* non quia ibi eumdem caſum propoſuiſſet, quaſi vero idem eſſet, eſſe habitualiter, vel virtualiter paratum ad iurandum, de quo caſu loquutus fuerat *nu.* 14. ac ſponte actu ſe offerre ad iurandũ falſum, de quo loquitur *n.* 15. ſed quia in vtroque caſu putat non licere petere iuramentum, quando nõ non eſt cauſa; ideo dixit, *niſi id intelligatur, quando nulla ſubeſt legitima cauſa, vt paulo ante dixi.*

QVÆRES III.

An in iuramento promiſſorio poſſit peti iuramentum, quando eſt morale periculum, quod ille non ſeruabit promiſſum iuratum.

18 HÆc ſit tertia regula, qua Reſpondeo poſſe, ſi adſit iuſta cauſa ex dictis; vt ad commune bonum, vel particularem vtilitatem: at ſeclusis his cauſis, debet caute procedi, & non peti iuramentum, niſi raro. vnde Confeſſarij imprudenter agunt, dum facilè petunt à pænitẽte iuramentum de tollenda occaſione, & mittenda concubina &c. ſic Suar. *d. c.* 14. ſequit. Sanch. *l. cit. num.* 8. Caſtrop. *num.* 12.

19 Qui bene Suario addit cũ Nauarro *c.* 26. *n.* 25. laudabile eſſe facere, vt pænitens iuret aliquam pænam, v. g. dicere Roſariũ, quoties labitur in illud crimen, quia non eſt tantum periculũ tranſgrediẽdi iuramentũ pænæ, quãtum eſt tranſgrediendi illud de non peccando, cum ſit magna procliuitas ad committendum vitium illud, quæ non eſt ad non ſeruandam pænam: quamuis Sanch. eo *num.* 8. oppoſitum doceat, quod mihi videtur etiã probabile, quãdo pænitens nõ eſſet pius, & bene affectus rebus ſpiritualibus, & de peccato nõ haberet graue dolorẽ.

20 Deniq; hic aduerte non licere per metum, pænam &c. priuatæ perſonæ, cogere alterum ad iurandum, etiamſi ſcias illum rectè iuraturum. nam peccabit contra iuſtitiã licet non peccet contra religionẽ. Cõtra vero licitum eſt perſonæ publicæ, vt iudici; & præceptum imponere poteſt, vt iuret &c. ſic poſt Suar. *l.* 3. *cap.* 1. *num.* 19. & 20. Sanch. *d. cap.* 8. *num.* 1.

(:+:) (:+:) (:+:)

DIS-

Digitized by Google

DISPVTATIO VI.

Explicantur peccata, quæ circa iuramẽtum promiſſorium interuenire ſolent.

SVppono hic, quod ſicuti ſẽper eſt mortale ex ſuo genere promittere cum falſitate, nẽpe ſine intentione exequendi promiſſum; aut non implere voluntariè iuramẽtum promiſſorium licitum, & obligans, pro eo tẽpore, pro quo non impletur; vt cõſtat de fide, cum ſit præceptum naturale diuinum, ſeruãdi promiſſionem iuratam; ita non ſemper eſt nouum peccatum nõ implere iuramentum promiſſorium, quamuis peccaueris promittẽdo, vt ſi iuraſti aliquod illicitũ, tunc peccaſti, at cum nulla orta fuerit obligatio, nulla poteſt eſſe noua culpa in eo non implendo; non enim pertinet ad reuerẽtiam diuini nominis, vt iuramenta talia impleantur, cũ in omni iuramento promiſſorio includatur conditio, ſi Deo placuerit, rem promiſſã implere. ſic Suar. *ca.* 15. *l.* 3. & ſequuntur omnes.

QVÆRES I.

An violare promiſſionẽ iuratam ſit ſemper peccatum mortale.

1 REſp. negat. ſed poterit eſſe veniale, quãdo materia promiſſa eſt leuis, ſiue ea ſit totalis, vt ſi iuraſti dare obolũ hodie, vel dicere Aue, & non præſtas; ſiue particularis, vt ſi iuraſti dicere Roſarium B. M. Vir. & omittis vnum Aue, aut ſi promiſiſti dare hodie centũ hora tertia, & das hora tertia cum dimidia. Fundamentum eſt; quia, qui non implet promiſſionem iuratam, nõ committit mendacium, cum non eat contra ſuam mentẽ: ſed tãtum infidelitatem, mutãs animum contra obligationem, quã fecit: ergo nõ adducit Deum in teſtem, ſicut in iuramento aſſertorio, & ſic poteſt eſſe p. v. ratione paruitatis materię, quã in iuramento aſſertorio diximus non dari, cum ſit ſemper graue, Deum adducere in teſtem falſitatis, & ſit formaliſſimum periurium, quale non eſt transgreſſio iuramẽti promiſſorij. ex D. Th. 2. 2. *q.* 98. *ar.* 1. *ad* 3.

2 Conſequẽtia prob. quia teſtimoniũ nõ fertur propriè, niſi de veritate determinata, quæ tamen eſt de præſẽti, aut de præterito. De futuro autẽ non adhibetur teſtis, ſed tantum, vt det quamdam auctoritatẽ contractui, & vt contrahentes intelligant, ſe iniuriã illi facturos, ſi promiſſa non impleãt, vt ſi coram Rege contrahant ſponſalia, cum nec, vt teſtem, nec vt fideiuſſorem vocando. ita Suar. *lib.* 3. *cap.* 16. & alij infra.

3 Nec ex eo, quod Deus cognoſcat futura contingentia, & per conſequẽs videat rem illam promiſſam eſſe futuram, vel nõ futuram, ſequitur quod adducatur, vt teſtis; nam etiam præſcindendo à tali ſcientia, poteſt Deus adhiberi modo dicto in confirmationem promiſſionis rei futurę, & de facto ſine peccato ſaltem mortali poteſt Deus inuocari in aliqua promiſſione iurata, in qua res, quæ promittitur, futura non eſt, vt ſi iures per Deum non mutuare, & poſtea mutues: ergo ſignum eſt, quod non inuocatur Deus, vt teſtis falſæ aſſertionis; ſed tãtũ, vt prebeat auctoritatem contractui, vt benè Suar. *d. c.* 16.

4 Hæc autem irreuerentia, cum non deſtruat, nec quantum eſt ex affectu iurantis aliquod diuinum attributũ; poteſt minui, vt ſit tantũ p. v. (ſecluſo formali contemptu) cum periurium promiſſionis ſit proximè contra præceptum poſitiuum dandi Deo reuerentiam debitam, faciendo id, quod promiſſum eſt ſub eius auctoritate, ex D. Th. 2. 2. *q.* 989. *a.* 7. *ad* 1.

5 Quod autem hæc ſententia procedat non ſolum quando non præſtatur pars materiæ promiſſæ, ſed etiam tota. prob. quia ſi Deus non efficitur teſtis mendacij, vt probatum eſt, ſiue tota materia non præſtetur, ſiue pars non poteſt æquiparari periurio aſſertorio, cõparabant Gaet. 2. 2. *q.* 89. *ar.* 7. *ad* 1.

Digitized by Google

ad 1. Couarr. 1. *var. c.* 1. *n.* 2. Corduba *in ſum. q.* 188. & alij hæc Suar. *cap.* 16. *ad n.* 18. *l.* 3. ex D. Antonin. 2. *p. tit.* 10. *c.* 4. §. 1. Sylu. *ver. iuramentũ* 5. *n.* 41. Graff. *l.* 2. *c.* 8. *nu.* 3. Soto *lib.* 2. *de ius. q.* 4. *art.* 3. Nauar. *manual. c.* 12. *n.* 10. *&* *c.* 18. *nu.* 7. quibus adde Aragon. 2. 2. *qu.* 89. *art.* 3. Azor. *to.* 1. *l.* 5. *c.* 27. *q.* 1. Enriq. *lib.* 5. *de pænit. c.* 20. *nu.* 4. *in com. litt. n.* Emm. Sà *ver. iuramentum num.* 7. Petr. Ledeſm. 2. 6. *ſum. tra.* 11. *c.* 3. *dub.* 1. & poſt Suar. Caſtrop. *diſp. hic p.* 6. *nu.* 8. Sanch. *lib.* 7. *c.* 4. *n.* 23. Trullench. *lib.* 2. *in Decal. c.* 1. *dub.* 6. *n.* 6. Diana alios referẽs 4. *p. tr.* 4. *reſ.* 70. Villalob. *to.* 2. *trac.* 36. *diffic.* 5. *n.* Sylu. 2. 2. *qu.* 98. *art.* 3. *concl.* 4. Fagund. *l.* 2. *in decal. c.* 6. *n.* 29. & alij multi apud cit. DD.

6 Quamuis non deſint graues Doct. qui probabiliter putent, nõ dari paruitatẽ materiæ in hoc caſu, & ſic eſſe ſemper mortale non adimplere promiſſum iuramento firmatum, etiam de re leui. ſic Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 46. *dub.* 5. Valen. *diſp.* 6. *q.* 7. *pun.* 3. *conſ.* 7. Armilla *ver. iurare nu.* 12. Reginal. Bonac. *to.* 2. *diſp.* 4. *q.* 1. *p.* 14. *n.* 2. & alij apud ipſos, ducuntur, quia efficitur Deus teſtis falſitatis.

Quænam cenſenda ſit leuis materia in iuramento promiſſorio.

7 DIcitur autem materia leuis, non quæ metu eſt promiſſa, nam licet *cap. verum* §. *nunc* 25. *diſt.* dicatur, non eſſe puniendum tamquam propter mortale peccatum, eum qui non ſeruat iuramentum metu extortum; tamẽ id, eſt intelligendũ quoad Eccleſiæ punitionem, quia ſc. habet honeſtam excuſationem, vt D. Tho. *d. q.* 98. *ar.* 3. *ad* 1. expoſuit. ex Gloſ. ibi. *ver. iuramus.* & multo minus dicitur leuis, quæ vſurario eſt promiſſa; ſed dicitur leuis ea materia, conſiderata re promiſſa, & eius quantitate, vel qualitate arbitrio viri prudentis. ſic Suar. *d. c.* 16. *à nu.* 18.

8 Pro praxi autem Confeſſariorum placet addere Suar. quod tradit Sãch. *lib.* 1. *ſum. ca.* 4. *n.* 16. in hac re iudicandum eſſe eodem modo, quo doctores loquuntur de furto, nimirum, vt ſit quædam quantitas, quæ in ſe ſit notabilis, & ſemper mortalis. alia quæ non ſit adeo notabilis; & ſic reſpectu viri diuitis v. g. non erit mortalis, ſed reſpectu pauperis erit talis; alia verò ita leuis, vt sẽper ſit venialis, niſi alia ſit circumſtãtia extrinſeca puta grauis neceſſitas eius, cui debetur; vbi autem dicta non concurrent, cõſideranda eſt quantitas rei promiſſæ, an ſit grauis, vel leuis habito reſpectu ad totum, v. g. ſi totum, quod promiſiſti eſt viginti aureorum, minor tertia parte erit quantitas grauis v. g. ſex aurei, quia totum eſt magnum.

9 Tantum in hac re eſt aduertẽdum, quod adhoc, vt dignoſcatur materiæ grauitas in promiſsione non eſt ſemper menſuranda cum illa, quæ grauis eſt in furto; ſed ſi promiſsio iurata eſt rei debitæ ex iuſtitia, tunc certè ſeruanda eſt talis regula; ſi vero eſt promiſsio liberalis, vt ſi ex liberalitate iurem dare tibi cẽtum, tunc grauitas quantitatis promiſsæ eſt quadruplio maior ea, quæ ſufficit ad mortale in furto, v. g. decem aurei ſunt quantitas notabilis in furto, in promiſſione non erunt niſi 50. & ſic decem aurei, erũt parua materia promiſſionis iuratæ. ita probaui cum Sanch. *de matr. lib.* 1. *diſp.* 5. cum Lud. Lopez. *l.* 2. *de contract. c. vlt.* §. *at vero.*

10 Et quamuis ibi loquutus ſit de ſimplici promiſsione, idẽ certè ſequitur etiam de promiſsione iurata, quia iuramentum non mutat naturam contractus, cui adijcitur, ſed tantum addit nouam obligationem, vt intuitu Dei, & in eius reuerentiã promiſſum impleamus, vt ſupra dictum eſt. ex Suario. ergo cum in ſimplici promiſ. ſione materia leuis ſint decem aurei v. g. ita vt non peccet mortaliter promittens gratis decem aureos, ſi illos non det; ita erunt materia leuis decẽ aurei, etiam poſito iuramento; nam iuramentum non auget materiam, aut mutat illam ex leui in grauem, ſed tantum facit, vt poſito iuramẽto,

quod

Digitized by Google

quod debebatur ratione fidelitatis, debeatur ratione reuerentiæ debitæ diuinæ auctoritati:ſed id,quod debebatur ante iuramētum erat leuis materia,vt ſupponimus: ergo etiam poſt iuramētū eſt leuis materia, ſaluo &c.

Quid autem dicendum quando iuramentum eſt de re parua præſtanda ſingulis diebus v.g.dandi eleemoſynā vnius argentei,vel recitandi ter Aue, dicemus *tract.ſeq.*cum de voto; nam hic Suarius de hoc caſu non loquitur. interim dico ex Sanch.*l.1.c.4.num.14.* Vaſq.*1.2.q.88.ar.4.diſ.*146. eſſe tantū veniale, quando illa obligatio affigitur diei.

11 Ex dictis infero addoq; Suario non ſeruare iuramentum ſeruandi ſtatuta vniuerſitatis &c.non eſſe mortale,niſi materia ſit grauis, quæ ſcilicet ſecluſo iuramento ſit grauis prudentum iudicio ex Sanchez *l.3.c.14.nu.63.* vnde bene Sanchez *nu. 6.* ibi reprobat Medinam, & Manuelem aſſerentes eſſe mortale ſi ſcholares ſericis induantur contra Collegij ſtatutum, aut Rectorem non comitentur diebus ſolemnibus,vt ſolet præcipere: quæ tamē ego puto eſſe mortalia tantum quando bonum Collegij grauiter læderetur, vel ſcandala orirētur vt tradit Fagūdez *l.2.in 2.præc.decal.c.23.nu.* 12. nec Sanchez negabit vide *Vaſq. 1.2.q.96. ar.4.diſ.*158.*cap.5.*Driedum *l. 2.de lib. Chriſ.c.1.*Padillam *l. cum proponas n.2. Cod. de tranſact.* qui citat, & ſequitur Ioan.And.Hoſtien.Gomez aſſerentes iurantem ſtatutum, vel aliquid ſub certa pæna, nō eſſe periurum ſi tranſgrediatur;ſed tantum teneri ad pænā, quos etiam videtur ſequi Sanch.*nu.2. d.c.14.*dum eorum refert opinionem, & eſt probabile;quia tunc iurans cenſetur ſe obligare,vel ad pænam,vel ad rem promiſſam: periurus tamen eſſet ſi nec rem impleret, nec pænam ſolueret:at Molin.*tr.2.de iuſt.diſ.*556.putat ex vi iuramenti ad vtrumq;teneri.

(+):(+):(+)

QVÆRES II.

Quale peccatum ſit iurare ſine debita intentione.

HÆc quæſtio poteſt locum habere in tribus caſibus,nēpe quando deeſt intentio iurandi, intentio nō ſeruandi promiſſum, vel intentio nō ſe obligandi, aut præſtandi, quod iuratur.

Quando deeſt intentio iurandi.

12 DIco 1.iurare veritatem ſine intētione iurandi nō eſt peccatum mortale contra Religionem;ratio eſt, quia non fit magna irreuerentia Deo, nec finis iuramēti grauiter in hoc offenditur.ſic Suar.*lib.3.c.17.n.6.* ex Soto *lib.8.de iuſt.qu.1.art.7. ad 4.* quibus adde Arag.*2.2.q.85.ar.7.circa ſolut.ad 4.concluſ.6.*Leſſ.*lib.2.de iuſ.q.42. dub.8. n.42.& 43.*Sanch.*lib.3.c.6.n.6.*& alios

13 Dixi non eſſe mortale contra Religionem; quia poteſt eſſe graue peccatum cōtra iuſtitiā, vt ſi tenearis iurare cū vero animo, vel ſi in cōtractu iuſto,& graui quis ficte iuraret,vnde alius grauiter deciperetur. ſic præter Suar. cit. DD. contra Gaetanum 2.2. *q.89.ar.7.*Couar.*1.p.§.5.num.2.* putantes probabiliter eſſe mortale, quia eſt quædam illuſio Diuini Nominis.

14 Dico 2. iurare ſine intentione iurandi rem falſam eſt peccatum mortale cōtra Religionem; etiam in iuramento aſſertorio; quia licet vere non iuret (cum careat intentione)tamen in externa inuocatione nomē Dei aſſumitur ad confirmandum falſum; homines enim audientes iuramentum circa rem falſam, & neſcientes illum carere intentione iurandi, cēſent Deum aſſumi in teſtem falſitatis.

15 Et ſicuti,qui blaſphemiam hæreticalem proferret in Deum abſq;intentione blaſphemandi, peccaret grauiter, ſic in caſu noſtro, non enim hic caſus eſt ſimilis illi, quando quis malū graue alteri imprecaretur ſine animo;

Digitized by Google

mo;quia maledicens non inuocat nomen Dei ad teſtificandũ: ſed ad operãdum; & ſic minus malum eſt illum inuocare fictè, nec grauis Deo iniuria fit, eſt communis ſentẽtia, quam poſt Suar. & citatos DD. tradunt Villalob. 2. p. tr. 36. diff. 6. num. 3. & 4. Trullench. lib. 2. c. 1. dub. 10. num. 6.

Quando deeſt intentio ſeruandi promiſſum, & iuratur.

16 DIco 3. qui iurat habens intentionem iurandi, & non ſeruandi pomiſſum, peccat mortaliter, ſiue materia ſit magna, ſiue non: ratio eſt, quia tale iuramentum eſt periurium aſſertorium, cum deficiat veritas de præſenti: ſed periurium aſſertorium eſt ſemper mortale; etiam in materia parua, vt dictũ eſt ſupra: ergo, & quãuis in alijs rebus non ſit peccat. mort. proponere facere, quod ſine peccato mortali fieri poteſt, vt ſi proponam dicere mendacium iuratum, eſt peccatum veniale; nõ ſequitur, quod habere intentionem non ſeruandi promiſſum iuratum in materia leui, ſit veniale; quia non ſeruare illud eſt veniale; nam quando iuratur cum illa intentione, deſtruitur primaria veritas iuramenti, & ſic eſt iuramentum de mendacio, quod ſemper eſt mortale. hæc Suar. d. c. 17. nu. 7. & 8. cui adde Sylu. *ver. periur. q. 1.* vbi Armill. Gaet. 2. 2. q. 89. ar. 7. Valent. 2. 2. diſ. 6. q. 7. p. 3. Leſſ. *lib. 3. de iuſ. c. 42. nu. 18.* & eſt certa ſententia apud omnes, vt tradit Caſtrop. *diſ. 1. p. 6. nu. 1.*

17 Verum tamen eſt, quod vt plurimum excuſantur à mortali parentes, vel Domini minantes ſeruis, vel filijs ſupplicum, vel dona, vel eorum, qui vrbanitatis cauſa iurant ſe nõ ingreſſuros primos, non ſedere in tali loco honoratiori, non quia deficit animus tunc implendi: ſed vel quia licet fiant cum intentione iurandi; tamen non obligant, quia ſunt de re impertinente, vel quia licet obligent aliquando, poteſt animus mutari abſq; mortali, vt dicemus *q. ſeq.* vt accidit in iuramẽtis comminatorijs; vel quia iuramentum illud includit tacitam conditionem, niſi alter compellat, vel niſi id ingratum fuerit, vt accidit in iuramẽtis, quę fiũt vrbanitatis cauſa. ſic Suar. *num. 9.* ſequitur Sanch. *l. 3. c. 4. nu. 20.*

18 Vbi *nu. 19.* rectè aduertit (nec Suar. cõtradicit) aliquando eſſe iuramenta hyperbolica, quæ quidem verificari poſſunt, etiam ſi iurans non habeat eam intentionem, quam verba ſonãt, vt ſi dicas filio, iuro quod te interficiam, vel omnia oſſa comminuã, tunc adhoc, vt tale iuramẽtum habeat veritatem, ſufficit ſi intendas graue pœnam illi dare, vel ſi iures alicui dare theſaurum, aut aurum tanti põderis, quanti ipſe ponderabit; verum dices, ſi habes animum dandi magnam remunerationem. ſic etiam Caſtropal. *loc. cit. n. 2.* Clauis Regia *l. 5. c. 5.* Bonac. *diſ. 4. qu. 1. p. 3.* Fagundez *lib. 2. cap. 6. in decal. num. 25.*

Quando non eſt animus promittendi; ſeu ſe obligandi.

19 DIco 4. promittẽs ſine animo promittendi, quando iuramentum cadit ſupra promiſſionẽ, peccat mortaliter, vt ſi dicas, promitto, & iuro me hoc facturum; quia tunc deficit veritas aſſertionis iuratæ; quando vero cadit ſupra factum, tunc ſecluſa iniuſtitia, nullũ erit peccatum, vt ſi iures te hoc eſſe facturum, & nolis iurare promiſſionem: ſed tantum ipſum factum, quod re vera intendis facere.

20 Idem eſt ſi iures ſine animo te obligandi ex vi iuſtitię, aut fidelitatis, quę directè eſt ad hominem. Contra vero ſi iures, & non habeas intentionem te obligãdi ex vi iuramẽti, grauiter peccas: ſed in effectu teneris; quia non poteſt ſeparari obligatio iuramenti cum voluntate iurandi: niſi ex conſcientia erronea. ſic Suar. *d. c. 17. num. 10. & 11.* cui adde Salzedum *add. ad regul. 384.* *Bernard. Diaz.* Leſſ. *lib. 2. de iuſ. cap. 42. dub. 8. nu. 42.* Mioyer. *ſum. c. 15. fol. 31. pag. 1. iurar. de hazer.*

21 Sed quoniam *diſput. 4. num. 9. lib. 2.* cum

Digitized by Google

cum Sanch. *l.3.c.10.n.8.* tenuimus, vt probabilius iuramentum ſine animo ſe obligandi nullum eſſe, etiam nunc dico, ſalua Suarij pace, nō eſſe peccatum iurare cum intētione nō ſe obligandi, niſi in caſibus, in quibus dixi *in 1.Concl.n.12.* eſſe peccatum: ſic etiā Sanchez *lib.3.c.4.num.7.*

21 Dico 5. iuramētum promiſſorium factum cum amphibologia, iuxta ſupradicta *diſ.3.* non eſt peccatum periurij, licet poſſit eſſe graue peccatū ratione grauis iniuſtitiæ, quia ſc. iurās tenetur habere veram intentionē cōformem verbis in aliquo caſu grauis momenti, puta in matrimonio, ſponſalibus &c. quando verò fit abſq; iniuſtitia, & ex honeſta cauſa, vt ſi per metum, vel iniuſtè promiſſio extorqueatur, tunc non erit ſaltem graue peccatum iurare ſine intentione ſoluēdi, aut promittēdi vtendo amphibologia: ſic ex Angelo. *ver. iuramentum 5.n.9.* Nauar. *c.12.n.14.* Lud. Lop. *1.p.c.42.* Riccar. Soto & alij *in 3.d.39.* docet Suar. *d.c.17.nu.12.* & hæc in re docet Valen. *2.2.d.6.q.7.pu.4.col.vlt.* quem ſeq. Sanch. *lib.3.c.6.nu.10.* Frulſech. *lib.2.c.5.dub.10.n.6.* Villalob. *2.p.tr.36.diff.6.nu.3.* & patet ex dictis hoc libro diſp.4.

QVÆRES III.

An iurare aliquid, quod de ſe nō eſt materia iuramenti, licet non ſit res mala, vt ſi iures rem indifferentem, vel impoſſibilem, vel contra conſilia, ſcilicet non ingredi Religionem, non ieiunare die nō præcepto &c. ſit mortale.

22 RESp. licet ex genere ſuo ſit mortale iurare aliquid, ad quod iuramentum obligare non poteſt: quia opponitur virtuti religionis; tamen non ſemper eſt mortale, ſed vt plurimum erit veniale ratione paruitatis materiæ: fundamentum eſt, quia iurans v.g. rem indifferentem, vel non ingredi religionem, ſi habet intentionem ea ſeruandi, nō dicit mendaciū, & ſic ex hac parte non eſt periuriū, nec etiam materia eſt mala, cum non ſit peccatū v.g. non ingredi Religionem, aut non ieiunare, quando nō eſt præceptū, & ſic tantum eſt quædā leuitas: nam qui iurat hoc, vel illud facere, nō iurat ſe ad hoc, vel illud obligare cum effectu, & ſic nullū profert mendaciū; ſed tantū in caſu particulari ceſſat aliquis iuramenti effectus, nō verò vniuerſaliter euacuatur finis iuramenti. ſic Suar. *l.3.c.18.* & præter DD. infra cit. vide *lib.2.d.7.n.61.* ſupra.

23 Cōtra verò ſi iures facere rem, quā cognoſcis, vel probabiliter putas eſſe impoſſibilē, vt tali die ſoluere debitū, dare opus perfectum &c. tunc peccas mortaliter, quia iam deeſt propoſitū implendi. Eodem eſt, ſi iures temerè non aduertendo an ſit poſſibile; quia virtute vis falſum iurare. ſic ex Sylu. *v. iuramentū 4.q.18.* Nauar. *c.12.n.22.* docet Suar. *n.7.d.c.18.* ſeq. Fagund. *l.2.c.6.nu.24.* Caſtrop. *diſ.1.pu.6.ver.ad 3.* Sāch. *lib.3.c.4.* alios citans *nu.18.* bene addens eſſe mortale, quādo iurās dubitat an poſſit facere rem illam, quod eſt iuxta Suarij doctrinam.

24 Cōtra Aragon. *2.2.q.89.a.3.fol.1062. in 4.dicto.* & Sayr. *lib.3.c.4.fin.* Tabien. *ver. iurare n.10.* putantes eſſe veniale iuramentum rei impoſſibilis, quia ibi tātum deficit iudicium; defectus autem iudicij non eſt mortale.

QVÆRES IV.

Quale peccatum ſit iuramentum de committendo peccato.

25 RESp. ſi iuramentū eſt de faciendo p.m. eſt ſēper mortale, vt ſi iures fornicari, hominē interficere &c. contra verò eſt tātum veniale, ſi iures facere rem, in qua tantū eſt culpa venialis, quādo iurans habet intentionē illud exequēdi, dum iurat (aliàs iuraret de mēdacio, & ſic eſſet periuriū.)

26 Prob. cōcluſio quoad vtramq; partem; quia hic defectus iuſtitiæ indirectè includit defectum veritatis, cū iurans teneatur non facere rem, quā iurauit: ergo quātò maior eſt neceſſitas

KKKK hu-

Digitized by Google

huius falſitatis,tanto maior eſt malitia iuramenti huius: ſed neceſſitas nō faciendi peccat.m. eſt ſub p.m.& illa nō faciendi veniale eſt ſub veniali;ergo malitia iuramenti de faciēdo p.m. eſt mortalis,& de p.v.eſt venialis.

27 Confir.quia tam iurans facere p.m. quā veniale nō profitetur materiam iuramenti placere Deo,nec etiam ad illius reuerentiā opus malum pertinere; cum tantum attendat ad rationē veritatis,& ad ſuum propoſitū cōfirmādum iuramento;nec etiam minatur malum Deo,vt vult Sotus,cum illa promiſſio,vel fiat homini,vt promitto tibi occidere Caium, vel nulli, vt cum iuro occidere Caium.& ſi fiat Deo , eſt aliud genus peccati , potius voto contrariū;cum ergo omnes doceant iuramentum de p.m.eſſe mort. & comm.etiā dicant iuramentum de veniali eſſe veniale;optimè ex his capitibus aſſignatur diſparitas,quæ in materia morali,poſita Doct.authoritate ſufficit.ita Suar.*l*.3.*c*.19.eſtq; cōmune placitum Gaet.2.2.*qu*.89.*art*.7. *&* 23.Sot.*lib*.8.*de iuſt.q*.2.*a*.7.Couarr. *c.quamuis pactum* 1.*p*.§.6.*nu*.6.*& fine*. quibus adde Leſſ.*lib*.2. *cap*.42. *dub*.4. *nu*.18.Bonac.*to*.2. *diſp*.4.*q*.1.*p*.3. *nu*.9. Valen.2.2.*diſ*.6.*q*.7.*p*.3.Caſtrop. *diſ*.1. *pun*.6.*à n*.9.Sanch.*lib*.3.*c*.4.*n*.26.*&* 28. Trullen.*lib*.2. *dub*.8. *nu*.3. Tannerum 2.2.*diſ*.5.*q*.5.*du*.1.*n*,14. Dian.*p*.4. *tr*.4. *reſol*.160.& alios.

DVBITABIS I.

An ſit minus peccatum facere rem peccaminoſam intuitu iuramenti, quam illam relinquere.

28 RESp. quod ſeruans rem iuratam venialem,aut mortalem ob reuerentiā iuramenti potius auget culpā,quā minuit; cū per ſe ſit quedam ſuperſtitio cultus indebiti, & quidem quando pecc.eſt ven.auget intra latitudinem culpæ venialis,quando verò eſt mortale,facere illud ex vi iuramēti,erit mortale ratio eſt,quia eſt veluti repetitio prioris peccati cōmiſſi in iurando;ergo ſi iurans v.p. venialiter peccat , & iurans mortale mortaliter peccat,dum facit opus iuratum ex vi iuramenti,repetit p. v. vel m. niſi fiat ex aliquo errore in fide,quia tunc ēt facere p.v.eſt m. vt ſi ex errore cōtra fidem quis putaret iuramētum peccati eſſe implendum , ac teneri tunc iurantēm ad peccandū.iuramentum enim de peccato committēdo neceſſariò ſeruandum nō eſt, & eſt ſimpliciter bonū illud non ſeruare; & iura, quæ dicunt minus malum eſſe iuramētum frangere, quam illud ſeruare, quādo eſt de peccato faciēdo 22. *q*.4. non intelligunt quod non ſeruare ſit malum: ſed quia attendunt ad illam materialē trāſgreſſionem iuramenti, eam vocant quoddam malum ob reuerentiā iuramēti. ſic Suar.*lib*.3.*c* 19. *n*.6.7.*&* 16.& ſupponunt cit.DD. expreſſe ſeq.Sanch. *lib*.3.*c*.4.*n*.29.

29 Quāuis Sylu.*iuramentū*.4.& Nauar. *c*.12.*n*.17.putent minui culpā, quādo quis facit v.p.ob reuerentiā iuramēti. Contra vero Sotus *lib*. 8. *de iuſ*. *qu*.1. *ar*.7.Angel.*ver.iuramentum* 5. *num*.2.

30 putat eſſe mortale , & blaſphemiam, facere peccatum ob iuramenti obſeruationē;quod intellige,vt bene Sāch. ait *num*.29.& ſupra ex Suar.diximus, quando iurans faceret illud opus malum , quaſi Deo placeret , & grauis ignorantia non excuſat.

DVBITABIS II.

Quod nam ſit grauius peccatum iurare facere mortale cū propoſito implendi, an iurare ſine propoſito implendi.

31 RESpondeo,ſi loquamur de malitia contra Religionem , puto grauius eſſe, peccatum mortale iurare cum intentione non adimplendi; quam cum intentione implendi,quia illud eſt periurium formaliſſimum,& magis directè opponitur diuinæ veritati, & bonitati; hoc vero eſt contra reuerentiam Deo debitam . ſic Gaet. 2.2.*qu*.98.*art*.3.Gloſſ.*cap. florent in num*. *d*.85.& Suar.*d.cap*.19.*num*.14.

Si

Digitized by Google

32 Si verò conſideremus totam maliciam vtriuſq; peccati, nempe iurãdi mortale,cum propoſito illud faciẽdi, vel ſine propoſito,tunc extẽſiuè maius eſt iurare cum propoſito,quia in illo ſunt duo peccata, nempe iniqui iuramẽti,& homicidij; v.g. in hoc vero tantũ peccatum periurij,intenſiuè verò malitia periurij regulariter eſt grauior illis duabus ſingillatim ſumptis,niſi quando iuramentũ eſſet de negãda fide, vel de alio grauiori peccato cõmittendo,quia tunc peccatũ, quod iuratur eſſet grauius periurio.

33 Deniq; non eſt certũ,quod malitia periurij ſit ſemper minus malũ duabus alijs collectiuè ſumptis, nẽpe iuramento de re mortali, & propoſito illam rem ſeruandi, licet ſæpe ita ſit; hoc enim ſolus Deus poteſt cognoſcere.ita Suar. *d.c.10.nu.15.*

Sed Sãch. *lib.3.c.4.n.27.* licet videatur in ceteris Suario aſſentiri; tamen putat ſemper minus malũ eſſe iurare mortale ſine intẽtione implendi,quã cum intentione implendi; cuius rei rationem hic nõ aſſignat. ſed videtur *ex nu.26.& ſeq.* deduci, quia ſunt duo peccata, quando fit iuramentũ de re mortali cũ intentione implẽdi(quod etiam docet Suar.*nu.13.*)nempe peccatũ cõtra ſecundum Decalogi præceptum,cum perinde ſit, ac ſi falſum iuraſſet, qui iurat id,cuius cõtrarium facere tenetur,& præterea eſt propoſitum faciendi illud peccatũ v.g. fornicationem:ſed quod ex Suario dictũ eſt,valde placet, cum ſit nobis incertum,quia quãdo quis iurat p.m. v.g. fornicationem facere;ſi non habet intentionem eſt formaliſſimum periurium, & directius opponitur Dei veritati,ac fini iuramẽti; eſt etiam irreuerentiæ peccatum &c. quod nõ accidit, quando iurans habet animum implendi,tunc enim indirectè, & per quãdam conſequentiam cenſetur falſum iurare,id tamen verum eſt,quod quoties cõſtat minorẽ eſſe maliciã in periurio,quã ĩ peccato quod iuratur tũc obligetur ad iurãdũ ſine intẽtione. vt bene Suar.*l.2.c.14.nu.5.* docuit.

34 Hinc pro cõfeſſione infero eſſe neceſſarium explicare an iuraueris p.m. cũ intentione illud implendi,vel ſine illa,quia ſunt duæ malitiæ ſpecie differentes, quando eſt animus implẽdi p.m.contra vero ſi tantũ iuras facere mortale ſine intentione, vna eſt malitia periurij, ſed quia etiam poteſt eſſe ſcandali audientiũ, & eſt irreuerẽtia magna aſſumere nomen Dei ad iurandam rem iniquam mortaliter, ideo puto eſſe etiam neceſſariũ aperire hoc, nec ſat eſſe dicere, commiſi periurium ſaluo &c.

DISPVTATIO VII.

De pœnis periurio impoſitis.

1 CVm hoc delictum grauiſſimum ſit,tam apud Deum pœnas meretur ex Malach. 5. quã apud homines.vnde apud Aegyptios, capite puniebantur periuri ex Alex. ab Alex. Alciat. *lib.6.Senial.ca.10.*& alijs, nunc autem de iure ciuili incertum eſt, an pœna aliqua periurium puniatur, non ſolum quãdo eſt tantũ contra Deum iuxta *leg.2.cod.de reb.cred.* iũcta Gloſſ. ibi. ſed etiam quãdo pacta, & fœdera humana violãtur: nam aliqui volunt in hoc caſu periurium à ſola parte factum ſolum Deum habere vltorem, iuxta *d.l.2.* factum vero à teſtibus puniri,etiã in foro externo. de iure autẽ canonico nulla eſt pena ipſo iure impoſita, vt legenti ius ipſum patebit. hoc poſito ex Suar. *lib.3.de iur.ca.20. n.1.& 2.*& alijs infra citandis.

QVÆRES I.

Quæ ſint pœnæ imponendæ periuris?

2 RESP. vniuerſaliter eſſe tres.prima eſt infamia iuris Canonici,quę ſc.ponit impedimentũ Canonicũ,ſed per pænitẽtiã delinquentis deleri poteſt;aut ciuilis, quæ non poteſt deleri niſi per diſpẽſationẽ,aut habilitationem à Superiore factam. ſecunda eſt priuatio, ſeu repulsio à teſtificando.

KKKK 2 ter-

Digitized by Google

tertia eſt arbitraria complectens pœnas, quas iudices iuxta Canones poſſunt imponere, videte Suar. tom. 20. & DD. citandos.

Circa infamiam iuris.

3 Dico 1. infamia iuris Canonici incurritur per quodlibet periurium mortaliter peccaminoſum, cui deeſt veritas per iuramenti tranſgreſſionem, (nam ſi deeſt iudicium, aut iuſtitia, non eſt proprium periurium quoad pœnas incurrendas, vt omnes docent) ſiue de cætero ſit aſſertorium, ſiue promiſſorium, ſiue in iudicio, ſiue extra; dummodo, vel ſit ſententia condenatoria delicti, vel iuris adminiculo ita ſit notoriũ, vt nulla tergiuerſatione poſſit celari: ratio eſt, quia Canones attendunt grauitatem criminũ apud Deũ, & in ordine ad mores corrigẽdos: ergo dum Canones inducunt infamiam periurij *cap. teſtimonium de teſtibus, & cap. quando de iure iur. & cap. vlt. de tẽpor. ordin.* hæc infamia debet induci iuxta iuris diſpoſitionem; ſed ex vna parte nullibi ius diſponit, vt infamia hæc per delictum occultum incurratur: ex alia parte cum hæc incurratur ob grauitatẽ delicti, ſufficit, vt illud ſit notoriũ *ex d. c. vlt. de tẽp. ordin. ex c. infames 3. q. 7. fine* ergo ita ex Sylu. *ver. periurium q. 6.* Angelo ibi *nu. 6.* Panor. *in d. c. teſtimoniũ*, & alij Suar. *d. ca. 20. à nu. 10. ad 14.* adde Iul. Clar. *lib. 5. ſen. §. periuriũ n. 11.* Io. de Amicis *conſ. 109.* Iaſonẽ *l. ſi duo Patroni, §. ſi quis iurauerit 2. poſt n. 1. ff. de iure iur.* quos refert, & ſeq. Fagund. *l. 2. c. 51. in decal. nu. 8. & 10.* Trullench. *l. 2. c. 1. du. 20. n. 7.*

4 Dico 2. infamia Ciuilis tantũ incurritur poſt ſententiã; & in iuramentis, quæ pertinẽt ad pacta humana; vnde nõ incurritur pro periurio aſſertorio de præſenti, vel præterito, nec pro violatione iuramentorũ de futuro, quæ ſoli Deo, vel ſibi quis emittit: ratio eſt, quia hæc infamia incurritur ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis, quã Canones approbarũt *c. infames 6. q. 1.* ſed leges ciuiles tantum hãc infamiã ponunt pro violatione pacti firmati iuramento *l. ſi quis maior. C. de tranſ.* ergo quamuis forte ob alia periuria poterit à iudice hæc infamia in pœnã imponi *ex c. ſi quis conuictus 22. qu. 5.* eſt cõm. ſent. quã ex Couarr. *in quamuis pactum 1. p. §. 2. n. 4.* docet Suar. *d. c. 20. nu. 5. & 16.* & præter DD. cit. n. præc. ſeq. Caſtrop. *d. p. 2. nu. 1.* vbi cit. Leſſ. *lib. 2. c. 42. du. 14. n. 74.* Farinac. *q. crim. q. 56. nu. 18. & 19.* alios citans.

5 Cum quo addo Suario, quod pendente appellatione de ſententia periurij, non adhuc dicitur quis infamis; immò, & multi putant non eſſe talẽ pendente termino ad appellandum. vide Lancell. *in pr. de infamia n. 12. & 14. n. 25. & 41.*

6 At bene Suarius *num. 17.* ait, quod ſic periurus fit incapax obtinendi beneficia de nouo collata ob irrationem periurij, ſed infamiæ, ob quam nõ eſt irregularis, ſed non priuatur beneficijs obtentis, niſi poſt ſententiam iudicis, iuxta dicenda *à num. 12.* ſic etiam, Abbas, Felin. Decius, & alij *in c. ap. 2. de reſcrip.* Couarr. *1. p. de pactis §. 7. n. 3.* & poſt Suar. Garz. *de beneſ. p. 11. c. 10.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. n. 44. & 45.* Caſtrop. *diſp. 2. p. 11. nu. 2.* dicens eſſe probabile, quod pro foro cõſcientiæ non ſit nulla ipſo facto collatio, quod etiam tenet Suar. *to. 5. in 3. par. diſp. 40. ſect. 2. num. 35.*

Circa repulſam à teſtificando.

7 Dico 1. periurus in iudicio, aut in ſolemni pacto, & promiſſione; vel etiam alio modo per publicam famam periurus reputatus, non admittitur ad teſtificandum in iudicio, tam in ſua cauſſa, quam in aliorum; niſi in iuramento oneroſo, vt eſt iuramento calumniæ, aut fidelitatis *ex cap. quicumque 6. queſt. 1. & cap. paruuli 22. qu. 5.* iuxta Gloſſ. *C. litteras, de preſ.* niſi periuria fuerint per iniuriã extorta, vt de ſoluenda vſura, vel per metum, vel quæ reus ſolet cõmittere à iudice interrogatus, vt ex Couar. & Iul. Clar. *l. 5. §. vlt. q. 45. n. 10.* docet Suar. *n. 20.* cui addo ex Tindaro

in tr.

Digitized by Google

in tr. de teſtibus lib. 1. cap. 10. *nu.* 10. niſi per iracundiam peierauerit, quod ego intelligo; etiam ſi iracundia non cauſauerit omnino inuoluntarium, quia tunc non eſt mortale, nec infamia incurritur, vt *nu.* 3. dixi ex Suario.

8 Pro foro autem conſcientiæ nõ tenetur abſtinere à iurando, etiam in iudicio, donec repellatur à Iudice per exceptionem, aut accuſationem, quando ſcilicet de periurio fuerit alias cõdemnatus, vel inhabilis ad teſtificandum declaretur; quia cum hæc ſit pœna per Canones impoſita, præſertim fundata in præſumptione, quod alias periurus iterum peierabit; nec ipſo facto incurratur: requiritur ſentẽtia declaratoria criminis; vnde ſi poſt periurium in foro externo admittatur ad teſtificandum, valet teſtimoniũ. hæc Suar. *d. c.* 20. *à nu.* 18. *ad* 2. quem ſequitur Sanchez *l.* 3. *c.* 3. *n.* 5. Caſtrop. *diſ.* 1. *pun.* 11. *nu.* 5. Fagundez *lib.* 2. *in decal. cap.* 51. *num.* 11. *&* 12. & alij.

9 Qui tamen contrarium putant nõ ſufficere publicam famam, quod talis ſoleat peierare, vt poſſit à teſtificando repelli: ſed neceſſe eſſe, vt ſit in iudicio cõuictus, aut proprio ore ſuum periurium fuerit confeſſus. ſic Fagund. *loc. cit. nu.* 12. at Sanchez *loc. cit.* & Sot. *l.* 8. *ar.* 10. *col.* 2. Aragon. 2. 2. *q.* 89. *art.* 10. ſtatim poſt principium, putant requiri condemnationem, quare minus recte Fagundez eos citat pro ſua ſentẽtia; nam aliud eſt eſſe delictum in iudicio probatum, aliud vero eſſe latam ſententiam. vnde Caſtrop. *loc. cit. ver. ego vero* dicit requiri, vt periuriũ fuerit proximo nociuum, & in iudicio probatũ; etiãſi ſentẽtia nõ fuerit lata.

10 Mihi placet Suarius, cui fauent Abbas. *c. teſtimonium de teſtibus ſub nu.* 9. vbi Felin. Ioa. Andr. Hoſt. Stephanus. Aufrer *in tr. de teſtibus ſub nu.* 81. *ver. periurus* Barbatius *de teſtib. p.* 3. *num.* 6. quos ſequitur Farinacc. *qu. crim. q.* 56. *n.* 197. aſſerẽtes pro quolibet iuramẽto violato poſſe repelli à teſtificãdo.

11 Quatenus autem Suarius ait ſufficere publicam famam, vt poſſit quis repelli à teſtificãdo, valde fauent Ancharan. *c. teſtimonium de teſt. n.* 4. Felin. *ſub nu.* 2. Henr. Boij *num.* 19. Maſcard. *de probat. lib.* 3. *c.* 1356. *à n.* 11. dum docent, poſſe teſtes crimino ſos repelli ex officio Iudicis; etiam parte nõ opponente; quia ad Iudicem ſpectat, ne aliquis iniuſte grauetur. *l. illicitas. ff. de offic. Præſid.* ergo multo magis poterit repelli, quãdo eſt de periurio per publicam famam notatus.

12 Atq; hoc etiam à fortiori habet locum, quando fama eſſet de periurio, inducente infamiam ipſo facto; quia tunc licet requiratur ſententia declaratoria ex communi per Tiraquell. *de reuocat. donat. ver. reuertatur. n.* 400. Decia. *conſ.* 11. *lib.* 1. *nu.* 19. & alijs. tamen cum poſita ſententia declaratoria retrotrahatur ad actus, etiam antea geſtos poterit Iudex, quando ſibi conſtat per famam de tali periurio, repellere à teſtificando, etiam ſi non fuerit alia ſententia, vel probatio in iudicio, vt tenet Farinac. *d. q.* 56. *n.* 36. loquens de infamia iuris in teſtibus.

Notantur aliqua circa dictam pœnam.

13 PRæter ea, quæ cum Suario diximus *nu.* 7. *&* 8. noto 1. excludi à teſtificando periurum, quamuis fuerit ẽmẽdatus, tã in cauſa ciuili, quam in criminali. ſic Farinacius *dict. qu.* 56. *n.* 187. plures allegãs Maſc. *de prob. con.* 1163. *n.* 16 *lib.* 2 Oſaſc. *conſ.* 65. *n.* 31. 1.

Quod tamen intelligo, quando de periurio fuit cõuictus in iudicio; nam textus *in c. teſtimonium de teſtibus* in quo hæc ſententia fundatur, de eo caſu loqui videtur, & tenet Caſtrop. *dict. diſp.* 1. *pun. vlt. ver. ego vero.*

14 Immo quamuis non probetur periurium in dicto principali; ſed circa acceſſorium, adhuc eius teſtimonium in totum reprobatur, nec facit inditiũ ad torturam, aut ad capturam, nec etiam admittitur contra alium periurum, nec etiam eius delictum in cauſa criminali purgatur per torturam. ſic Cæphal. *conſ.* 234. *vol.* 2. *nu.* 1. 4. 18. *&* *con.* 233. *nu.* 5. Oſaſc. *conſ.* 65. *nu.* 31. *&* *ſequ.* Mar. Ant. Eug. *conſ.* 27. *num.* 52. *&* 54.

Digitized by Google

& 54.& alij,quos refert, & ſequit. Farinacius *dict. q.* 56.apud quem varias habes ampliationes, & limitationes. *tit. de teſte periuro.*

15 Noto 2.quod in dubio ſemper fieri debet interpretatio, vt quis à periurio excuſetur,in tantum,vt verba ſint impropriè intelligenda,quoad vſque non ſequatur abſonus intellectus, vt notat Hoſtienſ.Caual.*in prac.de teſt.p.* 3.*nu.*67.*&* 68.

16 Noto 3.repellendum eſſe à teſtificando,quamuis fuerit periurus in iudicio nullo, defectu alicuius ſolemnitatis ſubſtantialis per ea,quæ habet Afflict. *deciſ.*21.*nu.*11.*&* 12.Gonzalez *ad reg.* 8.*Cancell.Gloſſ.*57.*nu.*51. Barboſa *alleg.* 51.*p.*3.*de poteſt.Epiſc.nu.*25.

17 Noto.4.quod quamuis *cap.paruuli.* 22.*q.*5.generaliter dicatur,vt periurus nec teſtis, nec ad iuramentum accedat,& ſic videatur, quod etiam extra iudicium poſſit à teſtimonio repelli: & Suarius *num.*19.dicat.*ſed ego exiſtimo in foro conſcientiæ neminem teneri ad ſe abſtinendum à iurando iterum; etiam in iudicio, donec per exceptionem, vel accuſationem repellatur,*vbi per ly, *etiam* videtur ſentire, quod poſſit repelli à iurando extra iudicium ratione periurij,iuxta d.textum *c. paruuli,* vbi ipſe dixerat *nu.*18.generalius dici, vt nec teſtis ſit, nec ad iurandum accedat; tamen veritas eſt, quod repellendus eſt periurus à teſtimonio, & iurando in iudicio tantum, vnde cęteri DD.ſemper cum hac limitatione loquuntur.ſic Caſtrop.*diſ.*1.*q.vlt. n.*5. Sanchez *lib.*3.*c.*3.*nu.*5.Fagun.*l.*2.*c.*51. *in decal.nu.*11.& expreſſe notat Sotus *lib.*8.*de iuſt.q.*1.*col.*2.*initio, & circa finem in reſp.ad.*2.

18 Vnde qui poſt commiſſum periurium, iterum iurat veritatem nullum peccatum committit, nec ſi falſum iuret priuatim, duplicem malitiam facit, vnam, quia peierauit, alteram; quia poſt periurum, vt bene Sotus ibi aduertit;& non ſolum ante quam per Iudicem repellatur à iurando, vt etiã docet Suarius relatus à me *num.*8. ſed etiam poſtquam fuit per Iudicem repulſus à teſtificando;quia vt diximus repulſio, intelligitur de teſtificatione facta in iudicio,& non extra.

Circa pœnas arbitrarias periurio impoſitas.

19 ADuerte, quod poteſt Iudex Eccleſiaſticus Clerico imponere depoſitionem ab officio,& beneficio, vel ab alterutro in perpetuum, vel ad tempus; debet tamen grauiſſimum eſſe periurium ad imponendam depoſitionem omnimodam;nec poſſe imponi depoſitionem ab officio, ob fidei fractionẽ,vel promiſſiones, quãdo non eſt periurium;niſi fractio fidei ſit tam acerba, vt inter crimina capitalia,numerari poſſit(quod tamen rariſſime accidit)ſic Suar.*d.cap.* 20.*l.*3.*à num.*21.

20 Denique Canones ſtatuunt, vt pro periurio grauiſſima pæna imponatur, nec minor, quàm pro adulterio, vel homicidio, aut alijs capitalibus criminibus, dummodo communio non denegetur.ſed eam percipiat poſt pænitentiam.hæc Suar. *loc. cit. ex c.Preſbyter d.*81.*c.ſi.Epiſcop.d.*50.*ca.peruenit. de fideiuſſ.&* 22.*q.*1.*per totam.*vide etiã Bernard.Diaz *in prac.c.*92.Couar.1.*p. de pactis* §.2.*à nu.*2.Abbatem *c.querelam.de iur.iuran.* Seluam *tr. de iur.iur.* 4.*p.q.*7.Barboſam *d.alleg.c.*11.*p.*3.*de poteſt.Epiſc.nu. vlt.* multos citantem.

21 Duo addo Suario, primum eſt periurium poſſe puniri, tam à Iudice laico in laicos,quam ab Eccleſiaſtico, vt notat Couarr.*loc.cit.*§.7.*nu.*2. & initio diſp.ex Suario ſuppoſuimus.

22 Secundum eſt,periurium non eſſe caſum reſeruatum ab Epiſcopis, pro vt videtur illud recenſere Barb. *alleg.* 51.*à nu.*17.nam reſeruatur,*qui falſum in iudicio teſtimonium,ſiue in gratiam, ſiue in alicuius damnum depoſuerit,* & quamuis in iudicio teſtimonium cũ iuramento feratur; tamen ea forma loquendi non attenditur periurium, immo nec falſitas vt ſic: ſed ſi ſit in gratiam alterius,vel in damnũ prolata,vt ex Gram.*deciſ.*2.*n.*28.Calder.Pereira

Digitized by Google

reira *de emp. c.1, num.19.* Sylu.*conſ.7, n.11.* Farinac.*de falſit.& ſimul.qu.150.* Flores de Mena *var.lib.2.q.20.nu.81.* videri poteſt, qui reſoluunt non eſſe pænam imponendam, quãdo falſitas nemini eſt nociua, aut quando teſtimonium non valuit, etiamſi doloſè fuit dictum, & reddunt rationẽ, quia falſitas, nec fuit in gratiam alterius, nec alteri nociua.

23 Reſeruatur ergo falſitas in iudicio dicta, quando eſt alteri nociua, vel in gratiam alterius profertur, & non periurium, ita vt ſi quis in iudicio falſum diceret ſine iuramento in gratiam alicuius, vel damnum afferret, adhuc caſus eſſet reſeruatus, nam de eo verificatur, quod falſum in iudicio dixerit, vt docet ipſe Barb.*n.25.* ex Felino *c.1.nu.5.de teſtibus.* Iaſon *in repet. l.admonendi nu.223.* Soncin. *reg.1531.* Iul.Clar.*§.falſum nu.11.* Hortens.Caualc.*in prac.de teſtibus.p.3.nu.56.* quæ valde ſunt notanda pro praxi, & ad diſtinguendum inter periurum, & falſarium, & inter vtriuſque pænas.

DISPVTATIO VIII.

De adiuratione.

NOmine adiurationis, (de qua, nõ incongruè agimus poſt iuramentũ, cũ tum in voce, tum etiã in inuocatione diuini nominis habeat cum eo affinitatem quamdam) intelligimus obteſtationem, ſeu imprecationem per aliquã rem ſacram, iuxta Sacram Scripturam. Matt.26. *Adiuro te per Deum viuum,* & Patres, vt videre eſt apud Lactãtium *lib.4.c.27.* Cyprian. *lib.de Idol.van.* & alios: vnde excludimus hic aliam ſignificationem, quam poteſt habere, nempe quod ſit idem, ac iurare cum aliqua firmitate, vel ad iurandum inducere iuxta illud Cantic. *c.2.& 5. Adiuro vos filiæ Ieruſalem* ex Nyſſen.*orat.4. & 13.* vel deníque quod ſignificet aliquod iuramentum negatiuum, quo quis iurat ſe non feciſſe v.g. dæmonis adorationem, aut non fore facturum, quod dicitur abiuratio, vt Suar. habet *tra.4. lib.4.de adiurat.c.1.nu.1.* & ſupponunt omnes citandi, his igitur alijs ſignificationibus omiſſis de adiuratione in prima ſignificatione, nempe obteſtatione per aliquam rem ſacram.

QVÆRES I.

Quomodo adiuratio ſit actus Religionis.

1 DIco 1. adiuratio, quamuis de ſe ſit actus honeſtus ſi debito modo fiat, & modo proportionato, tam perſonæ adiuratæ, quam perſonæ, per quam adiuratur, vt infra dicemus; nõ tamen eſt actus Religionis præcisè, prout reſpicit perſonam adiuratam: ratio eſt quia prout reſpicit rem adiuratam, reſpicit creaturam: ergo nõ eſt actus Religionis; conſequentia patet ex dictis, cum Religio verſetur circa Deum ipſum: antecedens fiet manifeſtum, qu.ſeq. vbi dicemus tantum creaturas propriè adiurari; nam licet Deus poſſit à nobis aliquo modo adiurari v. g. da hoc per Chriſtũ Dominum noſtrum, vel per te ipſum, tamen illa potius eſt oratio, & obſecratio, vt ſupra diximus cum de oratione in communi, & ſolum differt ab obſecratione ratione, & denominatione, nam quatenꝰ dat vires orationi, dicitur obſecratio, quatenus verò eſt peculiaris actꝰ reuerẽtiæ illius perſonæ, per quam Deus adiuratur, dicitur adiuratio: ergo prout reſpicit rem adiuratam, nempe illam perſonam, quæ impellitur ad aliquid agendum, vel nõ agendum; non eſt actus Religionis: & ſic licet ille actus adiurationis ſit honeſtus, poteſt eſſe vel humanæ amicitiæ, vel obſeruantiæ; vel duliæ ſi fiat ad Sanctos, vel fidei, ſi fiat contra dæmones. ita Suarius *l.4.d.c.1. à n.2. ad 5. & c.20.n.3.*

2 Dico 2. quando adiuratio fit per Deum eſt actus Religionis, (& idem eſt ſi fiat per creaturas includendo ſpecialem ordinem ad Deum, vt diximus de iuramento) ratio eſt, quia in formali ratione cultꝰ verſatur circa Deum,

Digitized by Google

Deum, cui cultum præſtamus, dum profitemur eius auctoritatem, ſufficere ad id, quod intendimus, debetq; talis actus fieri cum debita reuerentia iuxta præceptum nõ aſſumes nomen Dei in vanum, quod ad nullam aliam virtutẽ pertinet, præter religionem: ergò ita Suar. *c.1.n.5. & 6.*

3 Hinc patet 1. hunc actum eſſe ab alijs actib⁹ religionis diſtinctũ, etiam ab oratione, & iuramento, (de quibus poteſt eſſe aliqua difficultas,) & quidem ab oratione, quia per eam petimus aliquid à Deo: per adiurationẽ, petimus, vel imperamus aliquid per ipſum Deum. à iuramento verò, licet habeat aliquam cõuenientiam, quatenus fit ad dandam efficaciam poſtulationi; ſicuti illud adhibetur ad dandam auctoritatem aſſertioni: tamen differt, quia per hoc, aut Deus aſſumitur vt teſtis ad veritatem confirmãdam, aut eius auctoritas interponitur ad promiſſionẽ confirmãdam, & in adiuratione adducimus Deum, vt obiectũ amoris, fac hoc per amorem Dei, vel timoris, vt fac hoc in virtute Dei, quæ ſunt rationes diuerſæ, vt optime Suarius *d.c.1.n.7. & ſeq.*

4 Patet 2. quod ſi adiuratio fiat per Creaturas in illis ſiſtendo (vt infra dicemus fieri poſſe) tunc non eſt actus Religionis, ſed vel duliæ ſi fiat per ſãctos, vel Hyperduliæ ſi fiat per SS. Virginem: vel ſi fiat per alium hominem, vt ſolet fieri per vitã patris &c. fac hoc, tunc erit quædam moralis, & humana adiuratio. hæc Suarius *d.c.1. à nu.5. vſq. 9. & c.3. num.5. & 6.* ſequitur Caſtrop. *hic pun.1. nu.9.* Sanch. *l.2. ſum. c.42. n.1. & 3.* Trullench *lib.1. in decal. dub.14. num.* Souſa *in Aphor. inquiſ. l.1. c.55.* & alij paſſim.

5 Patet 3. quod non quoties petitur ab aliquo, vt promittat cum iuramẽto, toties fit adiuratio, niſi etiam petens interponat alio modo ex parte ſuã diuinum nomen v. g. te obteſtor per Deum vt iures te hoc eſſe facturum, & tunc prius ſolet præcedere adiuratio, & poſtea exactio iuramenti, vt in illo Gen. 47. vbi Iacob prius adiurauit *pone manum tuam ſub femore meo &c.* & poſtea iuramentum petijt *iura ergo mihi &c.* & ſic probabile eſt factam fuiſſe adiurationem circa mulierem ſuſpectam de adulterio; nam poſt adiurationem Sacerdotis mulier reſpondere cogebatur *Amen amen*, nẽpe virtuale iuramentum execratoriũ, vt ſibi talia euenirent, ſi veritatem nõ dixiſſet. In his tamen caſibus rationes formales adiurationis, & iuramenti diſtinctæ manent. ſic optime Suar. *d.c. 1. à n.9. ad finem.* quem contra Valen. *22. d.6. q.8. p.2. quæſtiuncula 1. in fine* laudat Sanch. *lib.2. c.42. nu.1.* & ſequitur Caſtrop. *pun.1. nu.11. hic.*

QVÆRES LI.

Quanã Creaturæ poſſint licite adiurari.

6 Reſp. omnes, & quæcumq; creaturæ, ſiue ſint Beatæ; ſiue viatores, ſiue dæmones, ſiue etiam irrationales (modo infra explicando) adiurari poſſunt. De Beatis vt sũt Angeli &c. eſt manifeſtum, nam ſæpe eos obſecramus per B. Virg. per Filiũ, per ſuam Natiuitatem &c. ſed hæc adiuratio eſt quædam oratio, nec diſtinguitur ab obſecratione Sanctorũ, niſi quadam denominatione, vt num. 1. diximus proportionaliter de adiuratione Dei.

7 De viatoribus quod poſſint adiurari, clarum etiam eſt, ſiue deprecando iuxta illud Paul. 2. *Corinth. 5. obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo;* ſiue imperando, vt videtur feciſſe Paul. 2. *ad Timoth. 4. Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu per aduentum ipſius, & regnum eius, Prædica verbum &c.*

8 Creaturæ etiam irrationales, vt locuſtæ offendentes, mures &c. ſecundũ ſe adiurari non poſſunt, cum intellectu careant, nec noſtras obſecrationes, vel imperium percipere poſsint, ſed tãtum per quamdam efficaciam ſupernaturalẽ, & miraculoſam ita vt dicatur huic mõti, vt hinc trãsferatur in

in nomine Chriſti, & faciet; non quia intelligit; ſed quadam phyſica obedientia; quia vt ait Hierony. Matt. 8. *quæ apud nos inſenſibilia, illi ſenſibilia ſunt.* At poſſunt adiurari in alio: quia poteſt Deus deprecari, vt de facto facit Eccleſia, vt malum illud auertat. v.g. locuſtas, aëris intemperiem &c. per Chriſtum Dominum noſtrũ, vel imperando dæmoni, ſi fortè Deo permittente, hæc mala induxerit, vt deſiſtat, & de facto fiunt aliquæ adiurationes per modũ excõmunicationis, quibus illum arcemus, cum quadam auctoritate. Hæc Suar. *d. l. 4. c. 2. à nu. 4. ad 6. & à n. 12. ad finem* ſeq. Sanch. *l. 2. c. 42. n. 12. & 13.* Regin. *lib. 18. nu. 212.* Caſtrop. *d. p. 3. hic.* & eſt doctrina S. Tho. *2. 2. q. 90. ar. 3.* & aliorum.

De adiuratione Dæmonum.

9 De dęmonib' quod poſſint adiurari, cõſtat ex vſu Eccleſiæ, quæ inſtituit ordinem Exorciſtarũ ad dæmones adiurandos, ſeu vt græcè dicitur Exorcizandos, & fundatur in illo Marc. vltimo *In nomine meo dæmonia eijcient &c.* ſic Suar. *tra. 4. l. 4. c. 2. nu. 6.* & cit. Doctores.

10 Debet autem, ne ſit peccatum, fieri modo debito, ſc. fine bono, & imperatiuè, vt mox dicem', & præterea debet fieri ordinariè ab Exorciſtis, quãdo fit ſolemniter, nempe ſecundum quamdam præſcriptam formam ab Eccleſia, & publicè, licet etiam poſſit fieri priuatè, vel dæmones expellendo ab obſeſſis ſẽſibiliter, & modo extraordinario (quod tamen fieri non debet ſine peculiari Dei inſtinctu) vel inſenſibiliter, vt cum quis tentatur, & dæmoni imperat, vt per ſignum Crucis recedat; non quia ſit omnino certus, quod dæmon diſcedat; ſed quod probabiliter, id ſperet in virtute Chriſti. Videte Tertull. *lib. de Corona milit. ca. 11.* & in Apolog. c. 23. Athanaſium in Vita S. Antonij, & alios. ita Suarius *c. 2. d. l. 4.* & cit. DD. ſequuntur.

Verũ quia vt aduertit Sanch. *n. 28. lo. cit.* potiſſimæ difficultates adiurationis verſantur circa eam, quæ fit ad dęmonem, ideo vniuerſam hanc materiam in vnũ colligere decreui tam ex Suario, quam ex alijs. ita tamen vt vbi Suarium non cito ſciat lector. ex aliorum DD. placito, vel noſtro dici.

QVÆRES III.

Quænam ſint obſeruanda, vt licitè fiat adiuratio dæmonum in corporibus obſeſſis.

11 SVppono 1. quod ſicuti nõ eſt neceſſariũ, vt dæmoniacus ſemper habeat dæmonem, & ab eo vexetur; nam poteſt illum ad tẽpus deſerere, vel non vexare, & poſtea redire. ſic nõ poteſt dici dæmoniacus, qui non habet dæmonem intra corpus, vel quadam poteſtate illum vexantẽ quoad corpus tantum: nam circa animam, poteſtatem non habet, licet ob dolores, & ob motus prauos, quos in corpore excitat, illam aliquando retardet à feruido Dei ſeruitio, & ad vitia impellere valeat; ſed non cogere. ſic Sanch. *lib. 2. c. 42. nu. 6. & 7.* ex Tyræo Soc. Ieſu. *lib. de Dæmoniacis c. 2. 4. & 5.* Caſtrop. *hic pu. 7. à n. 20.* Bonac. *de aduer. pu. vlt. nu. 17.* & ſequ. Victoria de Magia *num. 31.*

12 Suppono 2. quod quamuis vt plurimum, vbi ſunt multi dæmones, vno egrediente omnes egrediantur; cũ ea, à quibus vnus abhorret, cæteri etiam deteſtentur, & ſic fugiunt: tamen id non eſt neceſſe, poteſt enim fieri, vt vno, vel pluribus egrediẽtibus cæteri maneãt, qui maiori poteſtate potiuntur: ſicut aũt poſſunt ingredi per quãlibet corporis partem, & eſſe in toto corpore, & in qualibet eius parte, cũ ſint ſpiritus; ſic poſſunt egredi à qualibet parte, licet vt plurimum per os ingrediantur, & exeant, vel per fluxũ ventris. ita docent cit. DD. ex Tyræo *lib. de Dæmoniacis c. 8. & 15.*

13 Suppono 3. nõ ſẽper eſſe habẽdam fidẽ Exorciſtis, vel ipſis infirmis dicẽtibus ſe dæmoniũ habere. niſi ſint ſigna valde efficacia. v.g. ſi diuerſa lingua,

Digitized by Google

gua, & ignota v.g. Italus grecè loquatur, vel ſciat canere, ſcribere, aut alias naturales ſcientias nullo modo comparatas, ſi ita immobilis maneat, vt à multis robuſtiſsimis viris dimoueri nequeat; ſic Delrius *lib. 6. c. 2. q. 3. ſect. 2.* Ceruelo *de ſuperſt. 3. p. c. 8.* & cit. DD. his poſitis videndum eſt primo.

Quo fine dæmonē adiurare, & quos ſermones cum illo habere liceat.

14 Dico 1. adiuratio dæmonis tunc tantum eſt licita, quando fit ad illū fugandum, & imperādo, obiurgando, aut corripiendo; quia nobis nō eſt licita aliqua communicatio, vel ſocietas cum dæmone, nec is mouetur ad operandum aliquid propter Dei obteſtationē, ſed propter imperium, & coactionē, nec poſſumus eum expellere, niſi ob virtutem datā à Chriſto Domino Eccleſiæ, quæ tantū data eſt ad eos fugādos; ita D. Th. *2. 2. q. 90. a. 2.* Suar. *l. 4. c. 3. nu. 4. q. 8.* & ſeq. omnes.

15 Vnde peccatū eſt, & quidē grauiſſimū, vt ex dictis *lib. 2. de ſuperſt.* cum Suario, ad quæ ipſe hic ſe remittit, & ex ratione tradita ab ipſo patet, adiurare dęmonē, illi imperando aliquod obſequiū, vel miniſterium (v.g. parare cibos, lectū ſterne, Aſinū, equum duc &c.) & ſi Sancti aliquādo id fecerunt, fuit ex peculiari Spiritus S. inſtinctu, vel ad publicā vtilitatē, maioremque dæmonis cōfuſionē ad eū fugandum, quod licitū eſt ex D. Ant. *2. p. t. 12. c. 1. §. 5.* D. Th. *2. 2. q. 95. a. 4. ad 1.* ita Suar. *d. c. 3. n. 3. & c. 4. n. 10.* cui adde Valen. *2. 2. d. 6. q. 8. pu. 2. q. 2.* Caet. *in d. qu. 90. ar. 1.* Nauar. *c. 11. n. 28. ſum.* Leſſ. *lib. 2. de iuſ. c. 42. du. 13. n. 79.* & Son. *lib. 8. de iuſ. q. 3. a. 2.* & ex Recen. Sāch. *lib. 2. c. 42. n. 19.* Caſtrop. *de adiur. d. 4. p. 4. nu. 2.* Bonac. *d. 4. q. 1. p. vlt. hic nu. 8.* Reginal. *lib. 17. nu. 167.* Trullench. *lib. 1. in decal. c. 10. dub. 14.* & alios.

16 Dico 2. eſt ſuperſtitioſū, dū dæmon adiuratur petere aliqua ab eo, quæ nil cōferūt ad expulſionē, vel ad ædificationē, licet aliquid tunc curioſè petere ſit tantū veniale ex leuitate materiæ (puta ſi quid per modū tranſitus petas curioſè, vel pro tuhō reſpōdeas, vt Caet. explicat *d. a. 1.* circa mediū.) ſic ex Caet. & Nauar. Suar. *d. n. 9.* circa finem, & omnes cit. DD. ſequuntur.

17 Infero 1. licitum eſſe Exorciſtæ interrogare nomen dæmonis, vt nominatim ad ipſum dirigātur Exorciſmi, cauſā ingreſſus, vt adſtantes cautiores, quot ſint, imperare illi vt dicat aliquam veritatem, quæ expedire cenſetur ad Dei gloriam, & ad noſtrā vtilitatem; nam licet dæmon ſit mendax, tamen Exorciſmis cogitur ad veritatem dicendam, & tunc poſſumus illi fidē habere: ſic Leſſ. *lib. 2. c. 42. d. 13.* Sylu. *verb. Adiuratio q. 5.* Delrius *lib. 6. diſ. mag. c. 2. 7. lit. B.* Thyræus *de dæmoniacis cap. 46. ſup. cit.*

18 Infero 2. nefas eſſe longos ſermones cum dæmone miſcere, eum interrogando v.g. an dolorem habuerit de caſu ſuo, quid tunc cogitauit, & ſimilia, vel petere aliquid ad diſcendum, v.g. quot ſint ſtellæ, & cæli, aut certo eius dictis credendo, aut cum adeſt periculum reuelandi aliquod occultum peccatum alterius; quia in his vel non excuſat paruitas materiæ, vel eſt periculum deceptionis, & poteſt inter loquendum dæmon falſam doctrinam contra fidem & mores ſuggerere adſtantibus noſtrisque; vel quia magnus honos illi tribuitur; vnde debent omnino Exorciſtæ hos ſermones cauere, & non iocari cum dæmone. ſic alij relatis Sanch. *d. lib. 2. c. 42. num. 25. & 26.* Delrius *l. 6. q. Anacephalæoſi, monitione 10.*

An neceſſe ſit ſēper imperatiuè dæmonē alloqui, vt à mortali excuſemur.

19 Limitat autem Sanch. *num. 25. cit.* quod dixeram, (& ego ex Suario *nu. 15.* tradidi) eſſe veniale interrogare dæmones in Energumeno exiſtentes vno, vel altero verbo, propter imperfectionē act⁹, quādo talis interrogatio fieret imperatiuè, nō autē ſi fieret deprecatiuè; quæ ſanè limitatio placet, quatenus excludit fieri deprecatiuè, accipiēdo illud verbū in proprio ſēſu

v. g.

v.g. *rogo te, obteſtor hoc mihi dicas, facias hunc fauorem &c.* quia certè militant rationes nu. præc. factæ, & DD. omnes docent. at placere non poteſt (niſi ex eius auctoritate, quæ mihi inſtar validiſſimę rationis eſt) quatenus requirit, vt fiat imperatiuè: ſufficit enim ſimpliciter interrogare, vel reſpondere breuiter ex leuitate, vel curioſitate. moueor tum quia DD. ita tradunt, vt Valen. 2.2. *diſ.6. qu.8.p.1. ver. ad* 3. vbi ad argumentum, quod *multa ſine magno ſcrupulo percontẽtur ab his, qui circumſtant exorcizantem*, reſpondit; *neque illam conſuetudinem vacare culpa, quando ex leuitate quadam res curioſe &c. interrogantur ab energumenis.* & ſubdit eſſe veniale. Idem tradit abſolutè Leſſ. *l.2. cap.42. nu.71. ver. vnde ſeq.* Gaet. *d.2.2. qu.90. ar.1.* Nauarr. *ſum. c.11. num.28.* vbi ait. *quin etiam colloqui cum ipſis dæmonibus corpora hominum obſidentibus ob curioſitatem, vel vanitatem tantùm, non eſt plus quam veniale.* quem ſequutus eſt Suarius *ſup. num.* 16. dum eum citat cum Gaetano, vt vidimus.

20 Tum quia ratio, quæ excuſat has interrogationes à mortali per Sanch. eſt *ob imperfectionem actus.* nempe, vt explicat Valen. *lo. cit. quia ex vanitate quadam, & veluti obiter fit.* & vt Leſſius explicat, *quia quando ipſe non aduocatur, ſed ſe ſpontè offert in corpore aſſumpto, vel obſeſſo, non cenſetur talis collocutio ſignum ſocietatis, & beneuolentiæ*, quod dixerat Gaetanus, *quia eſt imperfectè actus ſocialis*, non enim poteſt dici ob imperfectionem actus deliberati; quia ſi non eſt ſufficiens aduertentia, nõ erit mortale, etiam ſi rogando petas, & Gaetanus, quem citat Sanchez apertè loquitur, *quia licet ſit perfectè ratio humani actus, non tamen eſt perfectè ratio actus ſocialis.*

21 Hæc autem imperfectio ſocialis actus non eſt, quando illi imperatiuè aliquod dicitur adiurãdo; tunc enim nullo modo eſt act⁹ ſocialis, ſed actus imperij, & inimicitiæ, alias Eccleſia inſtituoret Exorciſtas ad habendam ſocietatem cum dæmone, dum eos inſtituit ad adiurãdum illos; ſed tunc eſt actus ſocialis imperfectus, cum obiter, vt diximus, aliquid ab eo interrogatur, non illum inuocãdo. (hoc enim ex dictis patet eſſe grauiſſimũ ſcelus) ſed ſi ſe offerat v.g. in via ſub figura hominis, vel quid ſimile, vt Leſſius innuit, & Gaetanus, & alij ſupponunt, vel in Energumenis, & ſic excuſatur à mortali, cum de cætero nullus actus, qui ſocietatem cum dæmone ſapiat, à mortali excuſetur, vt ex dictis *lib.2. de ſuperſt. conſtat.* & certè quis dicat eſſe mortale, ſi dũ aliquis dæmonem in Sylua reperit, illi dicat, quid hic agis impie? & ſi ille petat, quo tu is? reſpondeat viator, eo ad orandum, vel quid ſimile, certè hic imperatiuè non loquitur.

22 Quod ſi dicas ly *imperatiuè*, poni ad excludendam deprecationem, benè quidem dicis; ſed præter preces, & imperium datur medium, nẽpe ſimplex inquiſitio, interrogatio, reſponſio, aſſertio &c. & ſic non eſt hæc noſtra animaduerſio inutilis, dum dicimus eſſe tantum veniale, ſi quis curioſè aliquid quærat, vel reſpondeat dæmoni obiter, etiamſi non petat imperando.

23 Addo hanc limitationem vix habere locum in caſu poſito, nam imperare dæmoni nemo poteſt, niſi virtute diuina, vt dicam qu. ſeq. cũ Suar. *d.l.4.c.9. num. vlt.* quæ non data eſt à Chriſto, nec datur niſi ad fugandos dæmones, & nõ ad petendum curioſè, & miniſtris ad id inſtitutis, vt conſtat ex dictis nu. 13. & 14. in caſu autẽ, in quo dicunt citati DD. quos Sãchez allegat eſſe veniale, nõ agitur de adiuratione facta à miniſtris Eccleſiæ, ſed de allocutione ab alijs quibuſcumq; cum dæmone in dæmoniaco exiſtente, vel alio pacto in corpore aſſũpto occurrente: impertinens ergo erit tale imperium.

24 Immò ni fallor maius videtur peccatum à dæmone aliquid curioſè petere imperatiuè, quã ſimpliciter petendo, nam in hoc caſu tantum eſt graue pec. v. curioſæ interrogationis

cum dæmone exercitæ;at quãdo hæc interrogatio ſit imperatiuè,eſt etiam aliud peccatũ, ſaltẽ veniale, actionis ſruſtraneæ, nempe imperij circa eam ſubſtantiã,cui vanè,& ridiculè ab homuncione aliquid imperatur; quod ſi imperium fiat cum inuocatione nominis Domini, creſceret culpa, tũ quia aſſumitur officium adiurãdi ab eo, qui non eſt miniſter,& ſine neceſſitate;tum quia aſſumitur Dei auctoritas ad curioſitatem explendam, vt ex dictis nu.8.& 9.patere poteſt.

Perpenditur ſententia dicentium quamlibet locutionem cũ dæmone eſſe mortale,niſi fiat ad expulſionem eius.

25 EX quibus videtur rigida ſententia Caſtropalai *d.diſp.4.pu.4.n.8.* vbi ait. *verius eſſe quamlibet interrogationem, quæ ad expulſionem non conducit eſſe pecc.m.* mouetur; tum quia non potes interrogare imperio, ſed deprecatione, quæ ſemper eſt peccatum;tum quia dæmon ſpontè reſpõdet;at cum nil ſpontè faciat,quod ex eius obſtinatione nõ ſit ex odio Dei, & ad noſtrã perditionem captãdam, graue peccatum eſſe videtur abſque neceſſitate occaſionẽ dare hæc peccata grauia committendi.Rigida inquam eſt hæc ſententia, & ſcrupulis plena; quis enim audeat dæmonem exorcizare? Ad 1. argumentum iam patet ex dictis nu.22.non enim ſequitur ex hoc,quod quis loquatur cum dæmone,& non imperatiuè,ergo loquitur deprecatiuè;nam inter deprecationem,& imperiũ datur medium, vt dixi nu. 22.

26 Secundum autem argumentũ non multũ vrget; nam mea interrogatio nõ eſt niſi occaſio paſſiua noui illius peccati; dæmon enim,& ſi sẽper habeat aliquẽ actum malum impatientiæ,& odij Dei.vnde Fulgẽtius de fide ad Petrũ *cap.3.* ait, *omnes illi preuaricatores ſpiritus,nec mala poſſunt voluntate carere,nec parua*, tamẽ habet potentiam phyſicam exercẽdi aliquod opus morale vndequaq;bonum.& ſic reſpondendi ſine mala intẽtione,& ſi moralẽ non habet id eſt ex ſua praua voluntate, vt videre eſt apud Suarez *l.8.ca.11.de Angelis.* Valen.*d.4.qu.15.* Ioſeph Aug.*q.64.a.2.* mea ergo interrogatio non eſt moralis cauſa ſeu occaſio peccatorum dæmoni, ſed eius peruerſitas.

27 Confir. quia ſi non eſt mortale petere mutuum ab vſurario ſine cauſa honeſta, quando is eſt paratus, ex eo quia peccatum proueniens ex pura malitia alterius non eſt curandum,vt docet Hurtadus de Mend. 2.2. *d.173. ſect.14 §.176.& 177.* Diana *par.5.tr.7. reſol.8.* multo minus erit graue peccatum interrogantis curioſè aliquid à dæmone, cum is non ſolum ſit paratiſſimus ad quamcumq; malitiã, ſed ſemper in ſuis actibus peccet, vt diximus num.præced.

28 Nec ex eo, quod interrogans peccet, cum teneatur ſub veniali hic, & nunc non petere; ſequitur quod peccatum dæmonis habet occaſionem actiuam ex ipſa interrogatione; ſicuti nec peccatum iuuenis laſciui eſſet puellæ imputandum, etiam ſi illa ſe ornaret,& comeret cum p.v.oſtentationis inanis, vt docet Salas *p.2. to.2. tr.13.diſ.5.n.132.* Zumel *in p.2.qu.73. art.8.dub.2.concl.7.* quos refert,& ſeq. Diana *d.l.reſ.22.§. ſed non deſinam.*

Examinatur quale peccatum ſit petere à dæmone aliquod opus vanum faciendum.

29 IN hoc mihi valdè placet Caſtrop. *d.diſ.4.p.4.* quatenus ait verius eſſe quamlibet petitionem operis vani præſtandi à dæmone, v.g. vt moueat lapidẽ &c. huiuſmodi,eſſe p.m. nam cum adiurans ad ea vana peteda nõ habeat vim imperandi ex virtute diuina,vt ex dictis patet, & petitio alicuius rei ab alio, dicit humiliter, & precibus petere,vt obſeruat Vallar. ſequitur quod ſi fiat petẽdo à dæmone erit mortale lẽt iuxta Sãch. & omnes,

30 Deinde ſi eſt peccatũ mortale adiurare dæmonem etiam imperatiuè

vt faciat aliquod obſequium, vel miniſterium, vt *nu.* 15. diximus ex Suar. & ex ipſo Sanch. & alijs communiter erit etiam mortale in hoc caſu petere ſcilicet aliquod opus vanum. conſequentiam probo, quia ratio aſſignata à Sanchez, & alijs eſt, *quia Chriſtus nō reliquit poteſtatē Eccleſiæ aduerſus Dæmones, niſi ad eos arcendos, vel repellendos, tamquam hoſtes, ne nobis noceant, quod eſt ab eorum Societate recedere, at velle vti eorum miniſterio, vel obſequio pertinet ad quoddam pactum, vel ſocietatem cum ipſis*: ſed hæc eadem ratio militat, ſi petatur aliquod vanum fieri, v.g. moue lapidem hūc, incide hāc arborē &c. ergo ſi ibi eſt grauiſſimū peccatum; etiam erit hic, ſola minor eſt mihi probanda, quam ſic probo.

31 Ideo velle obſequium, & miniſterium à Dæmone pertinet ad quoddā pactum, & ſocietatem, quia cum non ſit poteſtas in homine, data ei diuinitus coërcendi dæmonem, ad hæc obſequia: ſequitur, quod poſito, quod ab eo petantur, & ipſe præſtet, ſponte; oriatur aliquod pactum tacitum, vel Societas (non enim video vim argumenti poſſe eſſe in alio ſitam) ſed etiā non eſt poteſtas in homine data ei ad imperandum Dæmoni, vt faciat opus aliquod vanum, quod non ſit in vtilitatē alterius, vt ſupra probaui *nu.* 14. ergo ſi quādo petitur obſequium oritur aliquod pactum, & ſocietas cum Dæmone; etiam orietur in hoc caſu petendo rem vanam ab eo fieri.

32 Dices quando petitur imperatiue aliquod vanum fieri, actus ſocialis eſt valde imperfectus, non quia ſit parua Societas (hæc enim quantūcūq; minima eſt peccatum mortale, vt ex ſupra dictis conſtat) ſed quia vere nō eſt ſocietas niſi imperfecte, vt *num.* 20. dictum eſt.

33 Sed contra, quia præcipua ratio ſocietatis cum dæmone non eſt menſuranda ratione rei, quam ipſe præſtat, ſiue ſit nobis vtilis, vel vana: ſed in modo petendi: ſed modus petendi eſt idem tam cū petitur obſequium aliquod, quam cum petitur fieri rem vanam; vtraque enim petitio fit imperatiue vt ſupponimus: ſed ſine virtute diuinitus data ad imperādum, & per conſequens fit ex mera petitione humana, & ex mero dæmonis beneplacito, vt iam ſatis probatum eſt: ergo vel vtrobique actus ſocialis eſt imperfectus, & ſic non eſt peccatum mortale, quando petitur obſequium contra Sanchez, & alios communiter, vel eſt etiam mortale petere aliquod vanū fieri à dæmone.

34 Maior eſt ipſius Sanch. nam *nu.* 18. ait, *nulla ratione eſt licitum, nec etiam imperatiue adiurare dæmonem, vt aliquod obſequium qualiſcumq; generis ſit, illud præſtet*, & patet aperte ex eius doctrina; nam idem opus vanum ſi petatur imperatiue per ipſum non eſt p. m. Contra vero ſi petatur deprecatiue: & reddit rationem *nu.* 25. quia *deprecatiue petere pertinet ad amicitiam cum ipſo, & ita ſemper eſt mortale*: ergo ratio ſocietatis cum dæmone non eſt menſuranda ratione rei, quam ipſe præſtat, ſed à modo petendi.

35 Ob has, & alias rationes valde placet, vt probabilior Caſtropalai ſententia, præſertim cum Suarius illam videatur innuere; nam cum *nu.* 9. obieciſſet, quod interdum licet aliquid interrogare à dæmone, & Sancti aliquādo leguntur petiſſe aliquas actiones quaſi officia, vel ſeruitia; reſpōdit Sāctos id feciſſe cum fructu fidelium, & ad expulſionem dæmonum, quo pacto etiam fieri poteſt, & poſtea dum ait eſſe veniale interrogare aliqua curioſe ex materiæ paruitate, & citat Gaetanum; non addit aliam partem de petitione rei vanæ, quod mihi non videtur factum ex inaduertentia.

36 Excuſabuntur tamen vt plurimum à mortali præſertim Exorciſtæ, aliquod vanum petentes imperatiue; tū quia cum non ſit res, quæ redundet in aliquam vtilitatem, non petitur cum tanta aduertentia, cum quanta ſolet peti obſequium, vel miniſterium aliquod, tum ob quamdam ſimplicitatem, quia putant obſequium ſe præſtare Deo; & tandem abſque ſcrupulo

pec-

Digitized by Google

peccati mortalis fieri poteſt ob Sancij auctoritatem, & Gaetani: ſed dubium etiam eſt.

An liceat adiuranti præcipere Dæmoni ſuperiori, vt Dæmonem inferiorem à corpore pellat.

40 IN hac re ſunt tres ſententiæ. Prima abſolute affirmat licere. ſic Syluſ. *ver. adiuratio qu. 5. ver. & hac etiam ratione*.

41 Secunda negat. ſic Sanch. *l.2. c. 42. num.21.* eum ſequitur Caſtrop. *diſp.4. p.4. nu.9.* Trullench. *lib.1. in decal. c.10. dub.14. nu.7.* citant pro ea Sanchez, & Caſtrop. Sotum *lib.8. de iuſt. art.2. q.3. ver. ex his ergo colligitur.* Suar. *tom.1. de Relig. lib.2. de ſuperſt. c. 18. nu.8.* Leſſ. *lib.2. de iuſt. c.44. dub.6. num.46.*

42 Tertia eſt illa, quã tribuit Caſtrop. Bonac. hic *diſp.4. q.1. pun. vlt.* & Syluſ. *ver. adiuratio q.5.* nimirum ſi dæmon ſuperior in corpore hominis aſſiſtat cum alijs, tunc licet illi præcipere, vt exeat, & ſecum omnes alios inferiores trahat, & hæc ſententia nullam poteſt habere difficultatem, quia nullum apparet veſtigium petitionis, beneficij; ſed eſt expulſio dæmonis cũ omnibus alijs, ſeu dicat exi perfecte cum omnibus tuis ſatellitibus. In quo caſu ait Caſtropalaus eſſe clarum, ſi vero dicat exi, & exeundo ſecum cæteros inferiores pelle, quod putat non eſſe licitum Caſtropalaus, at immerito, quia idem ſenſus eſt in vtriſq; verbis; neque eſt attendenda metaphyſica ſubtilitas, ſi enim in primo modo loquendi adiurator non oſtendit indigere auxilio dæmonis ad inferiorum expulſionem, nec etiam in ſecundo; ſed tãtum oſtendit maius imperium, & non dignatur ad cæteros adiurationem immediate dirigere.

43 Nihilominus prima ſententia mihi placet, atque licitum eſſe adiuratori dæmonẽ ſuperiorem adiurare, etiã ſi is non ſit in corpore obſeſſo, vt pellat è corpore inferiores. Ducor quia in hoc caſu miniſter vtitur facultate ſibi data à Chriſto ad fugandos, & coercendos dæmones: ergo licite facit. cõſequentia eſt clara.

44 Anteced. prob. quia nõ vtitur exorciſmis, vt à dæmone fiat ſibi aliquod obſequium, vel miniſterium; quo caſu diximus ſupra dæmonem ſponte operari, cum nõ poſſit ab exorciſmis cogi ad id; ſed vtitur exorciſmis ad dæmones calcandos, & pellendos, & licet immediate non dirigat exorciſmum ad omnes, dirigit tamen ad eorum caput, quod non redundat in aliquem honorem ipſius, ſed potius in ſummum dedecus, & ſignum maioris contemptus: ſic etiam inter homines, ſi quis poſſet ſuo imperio militibus imperare, vt hinc diſcedant, at nollet, ſed potius Duci imperaret, illumq; cogeret, vt ſuos milites ſecum ducat, certe hic non dicitur indigere Ducis beneficio, cum ſi poteſt quod eſt plus, poterit quod eſt minus: ſed dicitur magis imperioſe ſe gerere ipſum Ducem immediate cõpellendo.

45 Atq; hanc ſententiam præter Syluſ. loc. cit. docet etiam Bonacina, quamuis Caſtropalaus illos citet pro tertia ſententia ibi; *verum ſi dæmon ſuperior in corpore hominis aſſiſtat ſimul cum inferiore, affirmat Bonacina tom.2. diſp.4. q.1. p. vlt. nu.15. Sylu. ver. adiuratio.* verum Syluſ. & conſequenter Bonacina, cum eo ſentiens, vt bene dicit Caſtropalaus, nõ ponit hanc diſtinctionem: ſed loquitur abſolute ibi, *ex hac etiam ratione* (nẽpe quia ordinat eo hoc imperium non ad beneficium obtinendum, ſed ad nocumentum repellendum) *non ſolum licet adiurare dæmones nõ obſidentes ne adiuuent obſidentes: ſed etiam ſuperiores, vt expellant inferiores*, & Sanchez illum intelligit abſolute loquentem ibi, *hinc deducitur non eſſe approbandum, quod ait Syluiſter ver. adiuratio qu. 5. nempe licere adiuratori præcipere dæmoni ſuperiori, vt inferiorẽ è corpore pellat, id enim nõ licere ait Sotus lib.8. q.3. de iuſt. ar.2. immediate ante verſ. huius autem.*

46 Tum ſic argumentor, illam ſentẽtiam tenet Syluest. iuxta Sancij mentem, quam ipſe reprobat, & cuius cõtra-

tradictorium dicit tenere Sotum, vt de ſe patet: ſed Sanchez reprobat Syluestrum abſolutè loquentem, vt patet ex verbis allatis; & Sotum dum contradictorium tenet loquitur etiam abſolutè ibi, *ex quibus fit conſequens, vt neque ad expellendos alios dæmones, neque ad illorum maleficia diſſoluenda, & curanda liceat alium dæmonem inuocare*: ergo non eſt cur Caſtropalaus dicat Syluestrum loqui, quando dæmon eſt in corpore cum alijs; nam ſi vt ipſe ait, clarum eſt, licitum eſſe præceptũ, ſi ſuperiori dæmoni præcipias, vt perfectè exeat cũ omnibus ſatellitib' ſuis; certè ſibi defuiſſet Sanchez, ſi dixiſſet abſolutè reprobãdum eſſe Syluestrũ in ea ſententia, quæ ſecundum vnum modum loquendi eſt clara, & veriſſima: ſed hæc dixi obiter, vt oſtenderem me rectè citaſſe Syluestrum pro prima ſententia.

Perpenditur quæ fuerit Suarij præſertim opinio circa dicta.

44 Alius mihi negotium faceſſit, quod doctiſſimi viri Sancius, & Caſtropalaus citent pro ſecunda ſententia dicente non eſſe licitum adiurando imperare dæmoni ſuperiori, vt inferiores pellat, Sotum, Leſſium, Suarium locis *nu.41.* adductis; nam ſi hoc eſſet, mihi defuiſſem, quippe qui *tr.2.lib.2.diſp.10.* vbi Suarij doctrinam retuli, huius opinionis non meminerint; vnde horum Doctorum venia dicam quod ſentio, nimirum nullum ex his tribus, quos citant in ea eſſe ſententia, & vt à Suario incipiam, (quod me maximè mouet) is loquitur in caſu longè diuerſo, nempe *an liceat petere à Mago parato, vt ſoluat maleficiũ*, & poſtquam negatiuè concluſiſſet *d. l.2.c.18.* citato à Sanchez *num.7.* addit quorundam diſtinctionem volentiũ licere cogere ſummis magum, non autem rogare, & hic ſanè doctrinam poſſe eſſe veram tantùm in vno caſu quando Magus, qui maleficium fecit, poteſt illud deſtruere abſq; nouo maleficio, nouoque auxilio dæmonis.

45 Tandem *n.8.* citato à Sanchez, volens Suarius aſſignare differentiam, cur poſſimus aliquando Magum cogere, & rogare ad hoc, vt ſoluat maleficium, non autem poſſimus in nullo caſu dæmonem, ait: *Nam in primis quoad coactionem, quia mortalis homo (ſecluſa virtute diuina, quæ in præſenti non operatur, vt ſupponimus) non poteſt cogere dæmonem niſi virtute alterius, vel ſubinde per pactum cum alio dæmone ſuperiori, qui poteſt inferiorem cogere, propter quod rectè dixit D. Thomas q.6. de pot. ar. 10. ſecluſa virtute diuina non poſſe dæmonem cogi ab homine, niſi per artem Magicam, id eſt in virtute alicuius pacti cum ſuperiori dæmone; ſicut ergo nunquam licet vti arte Magica, ita nunquam licet hominibus cogere dæmonem: at verò vnus homo poteſt ab alio cogi, & ſæpè propter magiſtratus, vel etiam inuito eo, & ſine inductione ad malum, & ſine iniuſtitia fieri poteſt.*

46 Ex quibus verbis apertè patet ni fallor, Suarium non loqui in quæſtione propoſita, nempe an liceat adiurare virtute diuina dæmonem ſuperiorem vt expellat inferiores è corpore; nam in toto hoc capite loquitur, *an liceat deſtruere maleficium maleficio*, nec agit de remedijs ſupernaturalibus; nam de his locutus fuerat *c.17. nu.6.* ibi, *ſupernaturalia ergo remedia ab contra effectus &c.* & ipſemet dum dicit, mortalem hominem non poſſe cogere dæmonem ſubdit, *ſecluſa virtute diuina, quæ in præſenti non operatur, vt ſupponimus.*

47 In hoc etiam ſenſu loquitur Sotus, & nõ de adiuratione, vt patet ex eius verbis, *ex his colligitur concluſio prima, quæ ad propoſitam quæſtionem reſpondetur*: propoſita autem quæſtio fuerat ſupra ver. *eſt autem: vtrum aliquod nobis cum dæmonibus commercium habere liceat*: videlicet, *quod nullũ cum illis commercium inire poſſimus, aut ſocietatem, aut pactum, quod illius ſit beneuolẽtiæ indicium*, & proſequitur addẽs, *ex quibus fit conſequenter, ita neque ad expellendos alios dæmones, neque ad illorum*

male-

maleficia diſſoluendo, & curanda liceat alium dæmonem inuocare non dicit, *liceat alium dæmonem adiurare*, virtute ſcilicet diuina, *ſed inuocare*. Immo Sotus cõtrarium ab eo, pro quo citatur, concludit, & fauet noſtræ concluſionis; nam in fine dicti §. *ex his ergo*, ait, *ſecunda ergo concluſio in præſentiarum ſit, quod poſſumus cum dæmonibus præciſe colloqui, & conuerſari, tamquam cum hoſtibus, idq; dupliciter, vel eos virtute Dei expellendo, vt per exorciſmos facimus, vel compellendo ad aliquod ſeruitium, vt Simon, & Iudas dæmones compulerunt ſuam ſtatuam confringere, & Iacob alium vt Hermogenem ad ſe adduceret*: ergo licet per Sotum cogere dæmonem virtute diuina per exorciſmos ad aliquod ſeruitium v. g. vt Hermogenem ad ſe adduceret, intellige iuxta ſupradicta, quando ad eorum euerſionem, & fidelium ædificationem conduceret; vel vt ipſe Sotus dicit ex peculiari inſtinctu Dei; ergo non negabit licere vti ſeruitio dæmonis ad alios expellendos, ſi fiat virtute diuina; nam vt ait Suarius *d. cap.* 18. *nu.* 7. cogere dæmonem eſt illum inhonorare, & nullum dicit pactum, & addo nullum cenſetur fieri beneficium ab eo, quem cogendo præcipimus, aut aliquid faciat eorum, ad quæ Chriſtus dedit poteſtatem, nempe ad dæmones expellendos, & propulſandos, & non ad obtinendum miniſterium ab ipſis.

48 Nec magis Sanch. & Caſtrop. fauet Leſſius, eſt enim in eadem ſententia, quam tenet Suarius, & Sotus; nam cũ de adiuratione egiſſet, *c.* 42. *dub.* 13. *in cap.* 44. loquitur de Magia vbi *dub.* 6. quærens *an liceat tollere ligaturas nodos volumina capillorum, & alia ſigna malefica poſita à maleficis eo fine, vt diabolus deſinat nocere*, ponit tres concluſiones, primam quod non liceat maleficium maleficio, ſecũdam quod liceat tollere ligaturas &c. tertiam non ſolum fas eſſe tollere ſigna Magica: ſed etiam per ſe loquẽdo ponere alia, quibus poſitis expirat, vel deſtruitur pactum prius, & diabolus deſinit nocere, vel certe priora ſigna vim ſuam amittunt, vt ſi venefica te tangat inficieris, ſi illam repercutias, impeditur noxa.

Et idem puto (vt hic obiter notem) licere ponere tria grana tritici in ſclopo contra maleficium, quod habent milites, dum pugnant, & comederunt quoſdam characteres, quos bullectinos ipſi vocant; nam militat eadem Leſſij doctrina.

49 Poſtquam in quam ponit Leſſius dictas concluſiones, & earum probationes, ac reſpoſiones ad contraria, in quibus nil loquitur de adiuratione, vt patet, concludit *nu. vlt.* à Sanchez, & Caſtropalao citato. *Hæc tamen omnia intelligenda ſunt de pura ceſſatione: non autem de aliqua actione poſitiua, aut fauore elicienda à diabolo, vnde ſi pateretur nocumentum per actionem poſitiuam eiuſdem, vel alterius dæmonis deſinendum non liceret, ſi res ſit dubia, non enim licitum eſt vti remedio ſuſpecto, aut de quo dubium eſt, an contineat tacitam dæmonis inuocationem, hoc enim eſt ſe exponere manifeſto periculo ſuperſtitionis, niſi forte id fiat cum expreſſa voluntatis cõtraria proteſtatione.* Quib' quæſo verbis Leſſius dicit non licere adiurare dæmonem ſuperiorem, & illi præcipere vt inferiores è corpore pellat? ego non video.

50 Quare infero, quod licet non liceat dæmonẽ adiurare, eius auxilium petere contra grandines, & tempeſtates, vt omnes docẽt, & cõſtat ex ſupradictis; tamen ſi forte cognoſcatur, quod dæmon ſit cauſſa illarum tempeſtatum, poſſet dirigi exorciſmus ad dæmonem ſuperiorem, imperando illi vt recedat cum alijs ob rationes dictas ſupra, nec hoc eſt inutile, vt innuit Caſtrop. *d. num.* 10. licet enim virtus exorciſmi ſit efficax ad expellendos dæmones inferiores, poſito quod ſit efficax ad expellendum ſuperiorem; tamen quia ipſemet Caſtropalaus, Sãchez, & alij volunt, valde conferre dirigere exorciſmos ad dæmones, & eos nominatim adiurare, facilius erit vnũ ſuperiorem compellere, quã omnes,

Digitized by Google

nec huius contrarium docuit Sotus, vt illum legenti *lib.8. de iuſt.d.artic.3.* patebit.

51 Deniq; aduerte, quod quamuis dæmon nō ſit adſtrictus ad non redeundum etiamſi dederit ſignum exeundi è corpore, & forte vt nunquā redeat, tamen licitè illud poteſt peti; quia in Sacerdotali Romano illa petitio ponitur, nec eſt vnde ſit indecens. eſto Sotus *lib.8.de iuſ.q.3.a.2.* neget cum *de ſuperſt. 3.par. cap.8.* ſed docet Sanchez *l. 2. cap.42.numer.28.* ex Tyræo *de dæmoniacis cap. 46. num. 23.* Delrio *lib. 2. diſqu. magic. cap. 3. lit.B. fine.* Trullench *l.1. in decal.cap.10. dub.14. num.10.*& alij.

52 Bene aduertit Sanchez cum Suar. *in 3.p.diſ.5.ſect.1. nu.2.* quod & ſi Romanum Rituale dicat dæmones eſſe excommunicandos, id debet intelligi de execratione, & maledictione, nam aliàs eſſet ſuperſtitioſū dæmones excommunicare, cum non ſint capaces cēſuræ Eccleſiaſticę. nunc videndum eſt ſecūdo.

Quomodo ſe debeant gerere Exorciſtæ circa ipſos dæmoniacos.

53 Dico 1. peccabunt, & quidem grauiter cōtra charitatem, vel etiam contra Religionem Exorciſtæ, ſi grauiter corpus dæmoniaci flagellis, pugnis, vel alio quouis modo &c. percutiant, quod ſit contra charitatē proximi, & ex genere ſuo graue patet, nam fit cōtra 5. præceptum Decalogi; licet aliquando ignorātia excuſet; quia putant ſe benè facere; quod autē poſſit eſſe peccatū contra Religionē, probatur, quia ſi putēt his pugnis, ſuffumigijs corniū, ſtercoris &c. dæmonē expellere, eſt ſuperſtitio. ſic ex Abul. *1.Reg.ca.16.q.42.* Simanc. *de cath.inſt.tit.63.n.32.* cū Bartolom. Sibilla. Delrius *lib.2. d.mag.q.30.ſec.3.* vbi ait. *ſibi hanc credulitatem, ſeu ſuperſtitionem quorumdam tribuentium vim flagellis &c.* ſeq. etiam Sanch. *l.4. c.42.n.30.* benè addens limitationem, poſſe fieri cum moderatione in dæmonis contemptum. quia multi Sancti Patres expuendo in dæmonem, illū expulerunt. ſeq. Trullench. *lib.1.in decal.c.14.n.21.* & ratio eſt clara, quia cum nulla res corporalis vim habeat ad dæmones expellendos, ipſoſque affligendos, cum ſpiritus nō afficiantur rebus corporeis, vt bene Suar. *t.3. in 3.par.diſ.15.ſect.4.col.6.* & alij. ſufficit hęc moderatè adhibere in ſignum contemptus.

54 Dico 2. quamuis ſit licitum herbas medicinales &c. dæmoniaco applicare, tamen ea debet Exorciſta Medicis relinquere, quia non fit ad dæmonem fugandum, ſed ad medendum morbo, vt poſt Philiarcum *de offi.Sacer.t.1.p.2.lib.3.* Bonac. *diſ.4.q.1. pu.vlt.num.12.* ſicuti, & ſi licitum ſit nomen diaboli ſcribere, & illud comburere, ad eius cōtemptum; ſic etiam ſuperſtitionem, & magiam ſapit capillos dæmoniaci radere, vt ex Victoria *de Magia num. 16.* docet Sanchez *num.37.*

55 Quod ego intelligo, quando illa capillorum abraſio fieret immediatè ad dæmonis expulſionem: contra vero ſi fieret in contemptum ipſius, tūc enim vt licet ſpuere; ſic licet capillos radere &c.

56 Vnde puto grauiter peccare eos, qui dum volunt hos obſeſſos curare, quędam medicamenta adhibēt, quę damnum inferunt, & non ſolum peccabunt contra iuſtitiam, quo caſu ad reſtitutionem tenentur omnium damnorum inde ſequutorum, quia, vt plurimum faciunt mala fide; vt nummos extorqueant; ſed etiam contra Religionem, nam quamuis ipſi non credant dæmones his medicamentis fugari, nam multoties neſciunt, an ſit dæmon, tamen ſunt cauſſa, vt alij ſimplices id credant, & ſic reſpuāt alia medicamenta, quæ prodeſſe poterunt, & his vanis adhæreant ſuperſtitioſe.

Quid autē ſit faciendū, quando monialis in monaſterio eſt exorcizanda, de-

declarauit Sacra Cong. Reg. 1. Iulij ann.1606. apud Gauant. *Manual. Epiſc. v. monialium cura ſpiritualis* videlicet debet fieri intra Eccleſiam ianuis clauſis, & cum aſſiſtẽtia honeſtarum fœminarum, vel virorũ habita prius licentia à Sacra Cõgreg. ſic Pellizar. *de mon. cap. 5. ſet. 2. q. 30.* Peyr. For. *pral. reg. li. B. ca. 36.* verum vrgente neceſſitate puto poſſe de conſenſu Epiſcopi ſeruatis de reliquo cæteris à Sacr. Congr. ſtatutis.

An ſi dæmon aliqua petat, poſſit adiurator illi conniuere.

57 DIco 3. non eſt aliquando illicitum conniuere dæmoni in ſuis petitionibus adhoc, vt exeat, quando eæ non ſint contra Dei honorem, & proximi vtilitatẽ, nec animo illi amico conceduntur. ſic ſupra cit. DD.

58 Vnde infero poſſe Exorciſtam ad petitionẽ dæmonis ipſum non amandare in infernum, ſed ſub ſpe diuinæ ratificationis, illum in aliquẽ locum deſertum relegare, at non poſſe concedere, vt ad alium hominem ſe trãſferat, ſi ille petat. ſic Delrius *lib. 16. diſp. mag. ſ. 3. lit. B. in fine.*

59 Dixi abſolutè non poſſe cõcedere, vt in alium ſe transferat, quia quod docet ex Tyræo *de dæmon. cap. vlt. à n. 8.* Sanch. *d. l. 2. c. 42. n. 36.* & illum ſequens Caſtropalaus, durum mihi videtur, nimirum poſſe his concurrentibus conditionibus; nempe vt ille, in quẽ vult intrare dæmon ſit peſſimus; vt adiurans circa eum habeat dominium, & ſummam poteſtatem circa dæmonem, qua illum poſſit expellere, quoties libuerit, vt ad ſit ſpes maioris boni, & voluntas non placendi dæmoni; durũ inquam hoc videtur, nam in homine reſpectu alterius non facilè omnes hæ conditiones inueniri poſſunt; nam homo non habet imperiũ circa alium hominẽ quoad hanc materiam; ſed ſolus Deus, alias poſſet Pater cauſſate filij infirmitatem, ſi aduertat illum fore reducendum in meliorem ſtatum, poſſet maritus vxorem oculis priuare &c. quia melius eſt debilem, cæcum &c. Deo ſeruire, quam valentem Diabolo.

60 Vnde nec erit neceſſaria alia conditio, quam requirũt, nimirum, quod poſſit dæmonem expellere, quando libuerit; nam ſi ponamus hunc fore bonum toto tẽpore, quo erit dæmoniacus, poſſet ſemper in illo ſtatu omitti ob dictam rationem.

Immò etiã ſi non ſit peſſimus, ſed ſi ſit homo ſanctus poterit in eum dæmon mitti, quia maiorem progreſſum faciet in virtutibus, & charitate, quas pluris facient viri Sancti, quam ſalutem corporis.

61 Quod ſi Sanch. *lib. 7. diſp. 11. nu. 22. de matr.* cum innumeris, quos ibi citat, vt videri poteſt apud me *in tr. de matr. d. diſ.* 11. putat non licere conſulere volenti maius malũ inferre Caio, vt minus inferat Titio, quomodo erit licitum facere, vt idem malum inferatur huic perſonę determinatę, cum diſpoſitio circa has res pertineat immediatè ad ipſum Deũ, nec pertineat ad humanam poteſtatem punire ſceleſtos immediatè his pænis.

62 Dices adiurator non mittit dæmonem in illam perſonam, ſed eius petitioni conniuet: Sed cõtra eſt, nam hæc conniuentia, vel eſt mera permiſſio, vel eſt quædam licentia, ſine qua nõ poteſt dæmon ingredi, ſi primum, cur tot cõditiones requirũtur, poſſet enim quilibet reſpõdere *neſcio, fac, vt libet, ego non impedio.* ſi ſecundum iam militant facta argumenta, quia eſt virtualis miſſio, ſicuti cenſetur mandans Dominus, qui ſeruo volenti hominem occidere, & expectanti nutũ à Domino, is conniueret.

63 Id vltro concedo licere adiuratori cõniuere dæmoni, vt in alium ingrediatur, illum non determinando, vt ſi dæmon dicat, ſi exeo hinc, in alium ingredi volo, & adiurator dicat eia exi, & in alium ingredere; quia tunc ipſe nullum determinat, nec poteſt dæmon aliquem ingredi determinatè ſine Dei voluntate, vt in ſimili docet Sanch. *l. 7. de matr. d. 11. num. 25.*

aut

Digitized by Google

aut ſi peteret v. g. intrare in equum alicuius, tũc enim poteſt licitè id cõcedi ad vitandum damnum alterius, cum hic teneatur ſuo paruo incõmodo proximi damno ſuccurrere. Cõtra vero ſi graue damnum bonis alterius inferret, nam hic nõ tenetur cũ graui ſuo incommodo, temporali alterius ſaluti conſulere, vt cõſtat ex dictis *l. 7. de matr. d.* 11. ſaluo &c.

64 Et quamuis Sanch. *d. num.* 36. cum Thyræo putet, poſſe Exorciſtam cõniuere, dæmoni aliquid petenti, at nõ teneri: tamen probabilius mihi eſt teneri: nam vt benè ait Caſtrop. *d. diſ. 4. p. 4. nu.* 14. poſito, quod facilis erit expulſio per illam conniuentiam, & illa licet, tenetur ex charitate illud medium eligere, quod licitè poteſt, & ſine vllo incommodo, vt ſi dæmon petat non mitti in infernum: nam ſi petat ire in alium hominem, tunc dato, quod Exorciſta licitè poſſit, nõ tenetur, quia æque poteſt conſulere bono alteri' incolumis, ac iam dæmoniaci.

Petes.

An inſit hominibus vis obligandi dæmonem in annulo, vel alia re?

65 RESp. neg. ſed dæmon ipſe ex aliquo pacto tacito, vel expreſſo ibi ſe includit, aut ſuperioris dæmonis imperio ponitur, non quidem, vt phyſicè ab ea re diſcedere nõ poſſit, ſed quia quoties vocatur à poſſeſſore illius rei ſemper venit tanto tẽporis ſpatio imperceptibili, vt putetur ibi eſſe. ſic Victor. *de Magia n.* 26. *& ſeq.* & alij, quos cit. & ſeq. Sãch. *l. 2. c. 42. n.* 1 2.

66 Ex dictis patet Exorciſtas poſſe reddi valdè ſuſpectos de pacto tacito cũ dæmone, vt ſi laici ſint, vel primã tãtum tonſuram habeant, vel ſi aliquis Clericus, aut Religioſus vendicet ſibi peculiarem virtutẽ ad dæmones expellẽdos, ſi vtantur peculiaribus modis Exorcizandi, ſeu formis, & ritibus ab Eccleſia non poſitis, vel vocibus ignotis vtantur. ſic Ciruelo *de ſuperſt.* 3. *p.* 68. Delrius *lib. 6. in Anacephaleuſi monit.* 10. vbi bene aduertit eſſe ſuperſtitioſũ vti terminis iudiciarijs ad dæmones pellendos illos citando, &c.

67 Quare videant qua fronte poſſint quidam gloriari de poteſtate, quam habẽt circa dæmones, & ad cognoſcẽdas ligaturas &c. vel. n. ſũt à Spiritu S. ducti, & ob eorũ Sanctitatem, & tunc cur adhibent quędã ſatis vana. v. g. vt domus mundetur, vt lecti ſtramenta diſſuantur, vt quoſdã potus accipiant tot diebus &c. profitentur ſe noſſe, quod in remotis partibus fuerit factũ maleficiũ v. g. in Hiſpania. qua virtute id cognoſcunt, dicãt quæſo? certè à Paſtoribus Eccleſiarum tales viri ſũt amandandi in Inſulas deſertas, ne miſeros decipiant.

68 Et puto parentes, aut puellarũ maritos &c. tutos eſſe in cõſciẽtia, imò ad id teneri, nẽpe hos non Exorciſtas certè, ſed præſtigiatores è domo expellere, & potius velle filiam maleficiatã, quã horũ artem adhibere, qui pernicioſiores ſunt mulieribus, quam ipſa infirmitas, quæ poteſt eſſe cauſa meriti, vt ſupra innuimus, & hi ferè ſemper ſunt occaſio peccandi. Sed ad Suarium redeamus.

QVÆRES IV.

An adiuratio poſſit fieri per creaturas?

69 RESp. excepto dæmone, qui non poteſt adiurari, niſi per Deũ ipſũ expreſsè, vel tacitè, vt ſupra dixi, tam Deus, quam Sancti in patria, & viatores poſſunt adiurari per Deum ipſum, & creaturas cum eo regnãtes, aut Sanctos viatores.

70 De Deo eſt certũ, quod poſſit per ſe ipſũ adiurari ex Daniel. 9. *Ne moreris propter temetipsũ Deus meus.* & alibi. & ratio eſt, quia ſicuti ipſe iurat per ſemetipsũ, ita nos poſſumus eũ deprecari per ſemetipſum, non quia addat maiorẽ certitudinẽ deprecationi, ſed quia nos feruẽtius excitat ad orandũ conſiderata Dei bonitate &c. licet. n. vt plurimũ intercedat diſtinctio inter perſonã adiuratã, & rẽ per quã adiuratur; tamen non ſemper eſt neceſſaria; puta quando motiuum, ſeu id,

Digitized by Google

per quod adiuratur, ſumitur ex ipſa perſona adiurata, cōſiderando diſtinctius aliquam eius perfectionem.

71 Quod autē poſſit adiurari per dictas Creaturas patet. *Exod. 32. recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum*, tum quia Deum velit inter iuſtos communicationem aliquam ; ſolet vni benefacere propter alios ; tū quia adiuratio per has Creaturas, ſemper ſaltem quantum includūt aliquam ſingularem participationem diuinæ bonitatis ; vnde non poteſt fieri talis adiuratio per dæmonem v.g. aut per homines peccatores, aut alias Creaturas viliores iuxta ſupra dicta de oratione in communi.

72 De creaturis, quod poſſint adiurari per ipsū Deū implicite, vel explicite, & tūc eſt actus proprius virtutis Religionis patet ex dictis *de iur. l. 1. diſp.* poſſumus enim iurare vere, & proprie per Deum, vel per Creaturas, prout ad ipſum referūtur, & ſimiliter ex eodem tractatu patet, poſſe fieri adiurationē per res creatas ſupradictas, v.g. per Sanctum alium ſiſtendo in ipſo, & tunc ille actus eſt duliæ, non veræ Religionis, & latriæ, vide *lib. 1. diſp. 1.* hæc Suar. *lib. 4. de adiur. c. 3.* ſequit. Caſtrop. *diſp. 4. hic pun. 1. num. 2.* Sanchez *lib. 2. c. 42. num. 2.* & alij ſupponunt, quando autem vnus homo per alium adiuratur, diximus ſupra *nu. 4.* non eſſe adiurationem.

QVÆRES V.

An obligemur ad adiurandum.

73 RESP. ex Iure Diuino, & naturali nullum eſſe præceptum, quia, quidquid pertinet ad Dei cultum, & ad noſtram vtilitatem, poſſumus alijs actibus præter adiurationem, obtinere, vt ex ſupradictis patet.

74 Iure autem Eccleſiaſtico ſolet eſſe talis obligatio per accidens, vel ratione officij ; quia Miniſtri Eccleſiæ aliquādo obligantur ad publicas orationes, vt ad horas canonicas recitandas & quæ continent adiurationem ad Deum, & ex ſuppoſitione ; quod Sacerdos baptiſmum ſolemniter miniſtret, tenetur facere adiurationem, vel poſito damno præſtito à dæmone in obſeſſis, vel alibi poſſunt miniſtri Eccleſiæ obligari ad eam adiurationem, quia tenentur ſubuenire neceſſitatibus ſuorum fidelium per remedia ab Eccleſia inſtituta. Ita Suar. *lib. 4. c. 4.* *nu. 1. ad 5.* quem ad vnguem ſequitur Sanchez *l. 2. c. 42. n. 4.* & Caſtrop. *diſ. 4.* *pun. 2. num. 1.*

75 Et quamuis hi Doctores, & Suarius non explicent, quale peccatum ſit adiurationem tunc omittere ; ſed ſupponunt eſſe hoc menſurandum iuxta alias obligationes v.g. ſi es Sacerdos, & omittis orationes, vbi eſt adiuratio ſi hæ conſtituant partem notabilem, erit mortale ; Contra vero ſi tantum aliqua verba omittas iuxta dicta cum de Horis Canonicis, at ſi es Paſtor, & omittis adiurationem dæmonis, erit peccatum contra iuſtitiam, & contra charitatem, quando potes ſubuenire tuis adiurationibus, & non facis.

76 At nō erit duplex peccatum, vnum v.g. contra præceptum recitandi horas, vel dicendi Miſſam, vel contra iuſtitiam ; & aliud contra præceptum adiurandi, quia hoc præceptum obligat per accidens, & ratione officij, nō intuitu alicuius peculiaris virtutis.

77 Hinc etiam infero quemlibet non exorciſtam, ſiue Clericus ſit, ſiue Religioſus, & multo minus ſi ſit laicus, nō teneri ad adiurandum dæmone, quia cum non ſit obligatio, niſi ratione officij, vt citati Doctores tradunt, & hi non ſint in tali officio in Eccleſia, non tenentur, etiam caſu quo nullus adeſſet, qui dæmonem adiuraret in obſeſſis, vel alia loca infeſtantem, quam poſſint facere priuate Deum inuocando, vtendo aqua benedicta, vel Agnus Dei, recitando enim priuatim Eccleſiæ exorciſmos, vt ait Caſtropal. *diſp. 4. pun. 3. nu. 2.* quem intelligo, non recitando ea, quæ continent interrogationes à dæmone, & imperia ſolita fieri ab exorcizante ex officio.

78 Sed neque explicant citati DD. an

pec-

peccet mortaliter; qui exorcizaret dæmones ſolemniter, & publice iuxta formam ab Eccleſia præſcriptam pro exorciſtis, ego puto quod ſi adiurans ſit Clericus etiam primæ tonſuræ, & religioſus, in quibus nō ſit periculum; quod à dæmone decipiantur &c. erit tantum veniale peccatum: quia nec eſt adſtantium ſcandalum, nec periculum, neque quod adminiſtrent in ordine ſine illo, quia non eſt adminiſtratio in ordine magnæ dignitatis, vt eſſet in canēdo Euāgelio, & ſine ſcrupulo videmus Clericos in prima tonſura, & religioſos non ordinatos in Miſſis ſolemnibus miniſtrare loco Acolytorum, vel Lectorum & erit autem peccatum veniale, vbi nulla eſt neceſſitas; quia eſt quædam mutatio ordinis Eccleſiaſtici, ſi verò ſit laicus, etiam doctiſſimus, & pius, ſi publice faciat, & ſolemniter, puto probabilius eſſe mortale, quia ingerit in alijs ſcādalum, & cum ſit omnino ab eccleſiaſticis gradibus ſeiunctus; illorum miniſteria vſurpat publice, & ſolemniter. ſaluo &c.

QVÆRES VI.

An adhoc, vt adiuratio fiat licite requirat veritatem, iuſtitiam, & iudiciū, ſicut iuramentum.

79 RESP. affir. & quidem veritas non conſiſtit in affirmatione, vel negatione: ſed vt adiuratio fiat propter verum Deum, vel in ſe, vel in Sanctis eius, alias erit peccatum mortale, adiurare v. g. per Iouem, Saturnum &c. quæ pertinet ad idololatriā, ſic Suar. *d.c.4. nu. 6.* & ſequuntur infra citandi Doctores.

80 Debet etiā fieri ſine fictione ex vero deſiderio obtinendi id, quod adiurans poſtulat, alias erit veniale ob vanam Dei inuocationem. Immo licet adiurans fictè v. g. ſimulans paupertatem, & petes eleemoſynā pro amore Dei, peccet mortaliter contra iuſtitiam (quod Suarij dictum intelligo de alijs, & non de pauperibus, qui mendicant oſtiatim, quibus & plurimum non datur eleemoſyna tantum intuitu paupertatis, vt fit in eleemoſynis extraordinarijs. ex Ioanne de la Cruce *director. conſcien. p. 1. præ. 5. ar. 4. du. 2.* & Diana *p. 5. tr. 7. reſol. 21.*) tamen probabile eſt eſſe veniale intra genus religionis; quia non eſt grauis irreuerentia inducere alium ad faciendum actum de ſe bonum propter amorem Dei. ita Suar. *d. ca. 4. nu. 7.* quem laudat Sanchez *lib. 2. c. 42. nu. 5.* dicens, id ſibi videri fere certum non eſſe mortale.

81 At Caſtrop. *pun. 1. diſp. 4. nu. 5.* putat eſſe mortale, & reddit rationem, & adducit Suarium, *quia conteſtaris diuinam auctoritatem ad eleemoſynam recipiendam, videris enim eius auctoritatem grauiter contemnere, vt medium aſſumens ad tuam iniquitatem patrandam. ſic Suar. d. l. 4. c. 7. de adiuratione.* ſed licet Caſtropal. opinio diſpliceat, magis tamē diſplicet, quod Suarium pro ea abſolute alleget; ipſe enim dicit per hoc argumentum, quod affert Caſtrop. *licet probetur malitia contra Religionem, & grauis intra latitudinem venialium culparum, nihilominus probabile ſatis eſt non eſſe mortalem &c.* cur igitur Caſtropalaus Suarium citat pro ſua ſententia dicente abſolute eſſe mortale?

82 Requiritur etiam iuſtitia; vnde ſi adiures petens rem malam venialiter erit veniale, ſi rem malam mortaliter, erit mortale; vt diximus de iuramento promiſſorio rei malæ; quod ſi fiat adiuratio per hominem, vt per vitam patris tui dic mendacium, vel fornicationem committas, tunc cum non ſit adiuratio, vt diximus ex hoc capite vix augetur culpa praue petitionis. ſic Suarius *loc. cit. nu. 8.* & eſt communis ſententia teſte Caſtropalao *loc. cit.* quatenus aſſerit eſſe veniale, ſi adiuratio fiat de re veniali, Sanchez *loc. cit.* ſequitur in omnibus Suarium, & bene addit, quod ſi fiat adiuratio per Sanctos, ſiſtendo in illis, tunc erit mortale petere peccatum mortale v. g. fac homicidium per amorem Sancti Petri, quia eſt grauis iniuria illius Sancti.

Debet etiam adiuratio fieri cū iudicio, non temere, & ex leuitate, & cū

con-

conueniẽtia ad rẽ adiuratã, ſi Deũ, & Sãctos adiures debet fieri deprecatiue ſi nõ ſubditos, non imperatiue, ſi dæmonẽ non deprecatiue, vt ſup. dixim⁹.

84 Ad iudiciũ ẽt ſpectat non adiurare creaturas irrationales, deprecando illas, vel imperãdo, quia eſt vanũ, cũ ipſæ, vt sũt locuſtæ frugibus nocẽtes, tẽpeſtates &c. in ſe adiurari. ſic Suar. *d. c. 4. n. 9. & 11.* ſequuntur omnes.

85 Aduertit bene Sanch. *n.* 39. ex Soto *l. 5. de iuſt. q. 12. ar. 2.* Nau. *l. 5. conſ. tit. de ſent. excom. in 1. Edit. conſ. 5. in 2. conſ.* Delrio *l. 3. diſq. mag. p. 2. q. 4. ſect. 8.* eſſe ſuperſtitionẽ adiurare hæc animalia, & addere quaſdã ceremonias, conſtituẽdo illis aduocatũ, dando terminũ, firmãdo sẽtẽtiã &c. & ſic iuxta mentẽ horũ DD. & rei veritatẽ, erit p. m. quia nõ poſsũt fieri ſine pacto aliquo tacito, vel expreſſo cũ dæmone, niſi forte excuſet ignorantia, & fauet Suar. *n. 12. fin.* dũ excuſãs à mortali adiurationẽ factam imperatiue ad res irrationales iuxta dicta *n. præ.* excipit *niſi ex aliquo graui errore, & ſuperſtitione procedat.*

Mecum etiam ſentit P. Angelus Capranica, cuius auctoritas apud me plurimum valet. eſt enim vir in morali Theologia valde verſatus, vt per ſũmam prudentiam Em. Card. Montaltus eum ſibi in Confeſſariũ, ac Theologum elegerit, Viſitatorem Generalem ob eius fidem, & integritatem in Ciuitate, & Diœceſi Montis Regalis conſtituerit.

DVBITABIS.

Quale peccatum ſit defectus Iudicij in adiuratione.

86 Reſp. ſi defectus tantũ ſit, quia temere fit adiuratio, vel vane, erit tãtũ veniale, vt in adiuratione rerũ irrationalium: ſi vero in alijs; vt ſi fiat Deũ imperãdo, vel dæmonẽ deprecãdo, vel quid vtile iubẽdo, hominẽ imperatiue adiurãdo erit graue pecc. & in confeſſione aperiẽdũ v. g. dæmonẽ rogaui, vt hoc faceret, illũ adiurando, quia nõ poteſt moraliter iſta malitia explicari ſine alia, graue etiã eſt pecc. contra religionẽ adiurare nõ ſubditũ imperatiue, quod intellige quãdo iniuſtitia eſt grauis, cõſiderata materia; nã licet ex genere ſuo ſit mortale; tamẽ ratione materiæ poteſt eſſe venialis iniuſtitia, ſic optime Suar. *d. cap. 4. n. 11. & 12.* & cæteri ſupponunt, dum dicunt eſſe illicitum, & Suar. cit.

QVÆRES VII.

87 *An adiuratus ex vi adiurationis obligetur ad faciendũ id, de quo adiuratur.*

Reſp. nullã oriri obligationem ex ſola adiuratione, nõ ſolũ quando ea additur deprecationi, quia tũc tãtũ poteſt facere adiuratio, vt res poſtulata magis deceat; ſed ẽt quãdo fit imperatiue; nã ſubditus peccabit contra ſuperioris imperiũ, vel cõtra votũ obediẽtię &c. ẽt mortaliter quãdo res eſt grauis, & ſuperior vult præcipere, at nõ erit pec. cõtra Religionẽ ob adiurationẽ: quia nõ poteſt ſuperior interrogãs, vt Iudex, Prælatus &c. cõſtituere actionẽ illã faciẽdi, vel nõ faciẽdi rem, de qua fit adiuratio, in materia religionis, niſi petat iuramentũ; quod de ſe eſt ordinatũ ad lites terminãdas, & veritatis cõfirmationẽ; at adiuratio tãtũ eſt inducta ad inducẽdũ timorẽ, & maiorẽ reuerẽtiã perſonę adiuratę. ſic Suar. *d. c. 4. à n. 13. ad fin.* ſeq. Caſtropal. *diſ. 4. pu. 2. n. 4.* Sanch. *c. 42. nu.* 14. & alij paſſim.

88 Vnde nõ eſt approbãda D. Ant. *1. p. tit. 10. c. 8.* cũ Armill. *ver. adiur. n. 5.* sẽtẽtia volẽtis, ſubditũ ſic adiuratũ teneri ex ſuperioris pręcepto, & ex iuramẽto, vt cũ Suar. aduertit Sãch. *loc. cit.*

89 Vtrũ aũt ſubditus nolẽs iurare peccet contra religionẽ, an vero cõtra iuſtitiã, obediẽtiã &c. dixi hoc lib. 3. initio ante diſ. 1. hæc ſatis ſint A. M. D. G. & SS. Virginis cuius hodie eſt dies feſtus Glorioſiſſ. Aſsũptionis Ann. 1650.

FINIS.

Digitized by Google

6-2-1

Digitized by Google